

P. H



IMMORTALITATI

IUSTINIANUS LOTHAR

Script. Juris Feudalis

Scriptores Jur. Canon.

Scriptores Juris criminalis

Scriptores Practici Decision Consilior.

Comentarii ad divers. Tomos Iuris Civilis

Scriptores et Fontes Iuris Civilis

SCRIPTORES JURIS Natural. et Gent.

Bibliothe. Iuris Studiosi Selectissima Non multa sed multum

Nosse bonos libros magna pars est eruditionis

In honorem celeberrimi BUDERI preceptoris sui piecolendi hoc qualecunque est.

et sc. L. Inv. et delin. C.F. Schnauss S.I.D.W. 1756.

BIBLIOTHECA IVRIS SELECTA

SECVNDVM
ORDINEM LITTERARIVM DISPOSITA
ET
AD SINGVLAS IVRIS PARTES
DIRECTA
ACCESSIT

BIBLIOTHECA SELECTISSIMA

IVRIS STVDIOSORVM
QVAM
PRIMVM DIGESSIT


B. BVRCARDVS GOTTHELF
STRVVIVS IC.

EMENDAVIT ET COPIOSE
LOCVPLETAVIT

CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER
SERENISS. SAXONIAE DVCVM CONSIL. AVL. IVRIS
PVBLICI FEVDALIS ET HISTOR. IN ACAD. IENENSI
P. P. O. CONCIL. ARCT. ADSESSOR ET
FAC. IVRID. SENIOR.

EDITIO OCTAVA

IENAE
APVD CHRISTIAN. HENR. CVNO.
MDCCLVI.



PRAEFATIO
PRIMAE EDITIONIS.

B. L.



Vx eſt, vt tempus aliquod reputemus, quo tam felices progreſſus fecit res litteraria ac ſeculum noſtrum. Inexhauſta tamen res eſt, cum ſemper aliquid reliqui ſit, quod antehac intactum. Ipſe quoque cum muneris ratio illud a me poſtulet, occupatus fui in iuſta diſpoſitione rei litterariae. Maximos enim defectus in eo latere expertus, quod ii, qui in eadem proficere cupiunt, ſibi nullum certum praeſcribant ordinem, cum tamen hoc neglecto, confuſa res ſit. Tota res redibit ad iuſtam diſpoſitionem, vt ſcilicet ſingulas diſciplinas pro ordine litterario habeamus rite diſpoſitas, ita, vt dum Bibliothecis vtimur, ſtatim ſciamus, ad quam claſſem hic vel ille liber ſit referendus, atque ſic, ſi libros ſelectoires ſub ſuis quosque claſſibus adnotamus,

 et



et recentius editos ſemper addimus, vel nobis non ſentientibus iuſtam adquirimus librorum notitiam atque accuratam. Praeiui in hoc diſponendae rei litterariae modo, auditoribus meis, ingeniis ſelectis, qui idem a me poſtularunt, ſub ſuis claſſibus notans libros praecipuos atque ſelectiores, additis iudiciis, ſed breuibus. Haec autem calamo cum excipienda eſſent, quod nimis difficile, inſtabant apud me, vt typis exſcribi curarem. Paratior reliquis erat Bibliotheca Iuris, quare eam praemiſi. Inſtituti ratio haec eſt, vt non ſolum generalem doceam diſpoſitionem, prout Bibliotheca eſt vel Iuris Ciuilis, Criminalis, Feudalis, Canonici et Publici, ſed etiam in quauis claſſe generali certas feci ſectiones, prout ordo rei litterariae poſtulat: ita, vt primo ſemper exhibeam fontes cum commentariis, hiſtoriam, compendia, ſyſtemata, conſilia et alia prout ſe inuicem ſequuntur, vti ordinem diſpoſitionis ſingulari indice expresſimus. Non autem propoſitum nobis fuit libros ſingulos exponere, quorum ingens eſt numerus, ſed tantum ſelectiores, ita tamen, vt memorentur quandoque libri, qui ſpecioſum titulum ferunt, nullius vero ſunt momenti, ne titulis decipiamur. Ad pleroſque libros vbi opus erat, adnotauimus indicem diſpoſitionis atque autorum, vt eo melius hic labor

vſui



vſui eſſe poſſit. Quod ſi curae noſtrae non ingratae erunt, non ſolum praecepta noſtra generalia exponemus, ſed etiam reliquas diſciplinas eadem methodo rei litterariae tradenius. Quod vt proficuum eſſe velit ſummum Numen, maxime optamus.

PRAEFATIO EDIT. QVINTAE LECTORI BENIGNO


S. P. D.

CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER.

Dum BIBLIOTHECAM hanc IVRIS SELECTAM, venia illuſtris Auctoris, grauioribus longe cum Rei publicae, tum hoc tempore, Academiae, negotiis occupati, quinta vice formis impreſſam, procuro, breuiter quaedam ſtrictimque TVA LECTOR BENIGNE indulgentia fretus, de fatis huius Libri deque leui mea opera, quam huic adhibui Editioni, praefabor. De vtilitate et praeſtantia huius Bibliothecae iudicium mihi non ſumo, quum ab Anno MDCCIII. quo primum edita, quinque fere exemplorum millia ab eruditis et ſcientibus magno deſiderio excepta, locupletiſſimum ferant teſtimonium, Editionesque adhaec maturari potuerint, ſi e re Bibliopolae, honeſtiſſimi Viri, id quidem fuiſſet. Non potuit tamen ferre, vt in rebus omnibus humanis cumprimis tamen litera-



riis et eruditis fieri assolet, inuidia, Libri huius vtilissimi, ceterarumque illustris Auctoris Bibliothecarum, fortunam, quam ordo, selectus, iudicium, luculentia, iisdem conciliabant, sed eandem inuidiose turbare fuit conata. Quorsum refero, quod per summam calumniam a non nemine fuit prolatum, Bibliothecas hasce ex Bibliopolarum et nundinalibus catalogis magna ex parte esse compilatas. Quod quidem quam improbe et maleuole sit pronunciatum vitae officiorumque illustris Auctoris rationes apertissime confirmabunt. Enimuero cum primas huius Bibliothecae lineas duceret, vsus est Bibliotheca Samuelis Strykii summi ICti, quae libris praesertim ad Ciuilia Iura spectantibus, egregie instructa erat; in Belgico inde atque Germanico Itinere praestantissimas cum publicas, tum priuatas Bibliothecas erudite vidit. Confectis Itineribus, Bibliothecae Ducali, quae vsibus Academiae Ienensis est destinata, quaeque inter Academicas primas fert, praefectus, per sex annos se totum rei literariae dedit eoque tempore ingeniorum selectorum desideriis excitatus, animum ad disponendas Bibliothecas appulit. Postea decedente statione sua Georgio Schubarto eruditissimo et celeberrimo Viro, Historiarum Doctor publicus factus, Bibliothecam selectissimis et rarissimis libris ipsemet



met instruxit, inque eandem laudati iam Schubarti non transtulit solum, sed et amplioribus dignitatum accessionibus dignissime auctus deque controuersiis summorum Principum consultus optimis praestantissimisque libris e Gallia et Belgio adductis eandem egregie locupletauit. Quae omnia cum eruditis propter illustris Viri celebritatem, quam ore et scriptis solidissimis sibi comparauit sint notissima *, vel sola sufficiunt ad contundendam inuidorum maleuolentiam atque obtrectationem. Ipse quidem illustris Vir pro summa illa moderatione animi et aequitate facile agnoscit, quod etiam ipsa Librorum de re literaria conditio docet, errores subinde quosdam irrepsisse, in primis dolet Bibliothecam Historicam vrgentibus auditoribus, qui eius de re literaria recitationibus intererant, magna festinatione fuisse absolutam, hacque de caussa nunquam per-

* Vnicum saltim nomino testem eundemque locupletissimum Celeberrimum Virum, IOAN. ALB. FABRICIVM, dum in suis ad ANSHELMI BANDVRII Bibliothecam Nummariam Adnotationibus, illustrem Patronum contra similem, modestiorem tamen ex parte Bandurii censuram, cordate defendit, hisce verbis: Certe plerosque eum librorum Titulos ex Bibliothecarum Catalogis petiisse neutiquam sibi persuadebit, qui totam vitam in Bibliothecis instructissimis consumsisse nouerit. Pauci vero illi qui STRVVIO obiiciuntur naeui nec lucubrationis vtilissimae (de Bibliotheca Numismatica loquitur Celeb. Vir) nec Viri Celeberrimi, qui Iuuenis illam ante hos fere triginta annos edidit gloriae detrahere hilum poterunt.

misit, vt iteratae Editiones alia temporis adnotatione, quam Anni MDCCV. quo primum expressa, prodirent. BIBLIOTHECAM autem hanc IVRIS SELECTAM post cumulatissima alia beneficia, quas publice praedico, meae commisit curae, qui pro virium et iudicii imbecillitate elaboraui, vt primum emendatior prodiret Quinta haec Editio, cum Quarta multis iisque grauibus foedata esset erroribus typographicis. Emendatissimam quidem optaui omnemque operam adhibui, nec oculis peperci, deprehendi tamen et ob humanam conditionem, et rei typographicae rationem, dum saepe recte posita, leui linearum mutatione peruertuntur, me id plene adsequi non potuisse. Nouas additiones, quae hac vice, nisi me typi fallunt quatuordecim pagellas implent ex Libris antiquioribus et recentioribus ita collegi, vt semper reuocauerim ad animum me Bibliothecam augere Selectam. De libris nouiter additis, quos fere omnes, vel legi, vel non perfunctorie euolui, paucissimos Clarissimorum Virorum fidem secutus, annotaui, pro aetate mea et iudicii imbecillitate modeste sententiam dixi, inuidiae tamen et adsentationis vitium procul habui. Editionum diuersitatem subinde indicaui, maiori tamen id solertia ex Bibliothecis Ienensibus potissimum illustris Patroni, quae commemo-

memorabili ipſius benignitate mihi ſemper patet, facturus, niſi feſtinatio operarum, quae plagulas ſaepe extorſit, amplioresque acceſſiones impediuit, me prohibuiſſet. Ceterum ab aequo benignoque Lectore et Iudice errorum commiſſorum expecto veniam, qui laboris huius naturam cognitam habet et perſpectam, ſecumque reputauerit, vel praeter Auctorum voluntatem et ſpem a typothetis inter tot numerorum notas, quas in deſignandis annis et librorum forma adhibere eſt neceſſe quandoque recte poſita in peius verti. DEO ad poſtremum immortali religioſe ſupplico, iubeat et inpoſterum Bibliothecam hanc, quae multis, cumprimis ſtudioſis iuuenibus profuit, eſſe vtilem, perclementerque mihi tenui valetudinem, otium, Patronos, concedat, vt quos deſtinaui mihi labores, interque hos *Bibliothecam Diplomaticam*, enarrationem et indicem Diplomatum Imperatoriorum, complexam, quam adgreſſus ſum, et ad roganda eruditorum Virorum monita, proxime Specimen dabo, perficere poſſim. Vale Lector Benigne meisque conatibus faue. Scribebam Ienae in Bibliotheca STRVVIANA die X. Aprilis MDCCXX.

PRAEFATIO
SEXTAE EDITIONIS.

Sexta iam vice, publicos ad vſus prodit Bibliotheca Iuris Selecta STRVVIANA.



Quam Editionem iussu et voluntate illustris Auctoris iterum procuraui, multa emendans, varia ex optimae notae antiquis et recentioribus libris addidi. Quam operam, et qua potui accuratione perfeci, cum mei iam sit officii tractare et laudare libros, cumprimis iuridicos, dum selecta ingenia ad seriem huius Bibliothecae, literarias subinde exegerint recitationes, qua occasione, praecipuos libros iterum curate inspexi editionumque varietatem ac praestantiam et alia quae huc faciunt, annotaui. Ingenue tamen profiteor plura adiici potuisse, nisi Bibliopolae honesti viri, rationibus, qui portatilem librum voluit, Selectaeque Bibliothecae elogio aduersum id credidissem. Licet autem multis omnino locis emendatior iam sit Bibliotheca, potuit tamen humana fieri inconsiderantia, vti minus recte quaedam posita reliqua manserint, qua in re ab omnibus de natura et indole rei literariae et librariae satis edoctis, certam speramus veniam, qui sciunt in tanta librorum cumprimis Iuridici argumenti, copia, vel amplissimis in Bibliothecis esse lacunas, absolutamque in qualibet doctrinae parte Bibliothecam promittere, esse rem vanitatis plenam, cum tale opus plurium operas deposcat. Interim Bibliothecario muneri diuina prouidentia Serenissimorumque Saxoniae Ernestinae Ducum gratia admotus

pro

pro virium mearum imbecillitate eo connitar, vt non ſolum haec Bibliotheca, ſed et HISTORICA, illuſtri harum Auctore iam grauioribus occupato, mea induſtria ſingulis Editionibus, et ampliores et emendatiores in TVAS Beneuole LECTOR manus veniant. Vale. Scribebam Ienae in Bibliothecae templo d. VI. Martii A. R. S. MDCCXXV.

PRAEFATIO EDIT. SEPTIMAE

BENEVOLO LECTORI.

S. D.

C. G. BVDER.

Precibus honeſtiſſimi viri CHRISTIANI HENRICI CVNONIS permotus ſupplendi emendandique hunc ſuſcepi inſuauem laborem, multis equidem laboribus, quos munerum mihi demandatorum rationes imponunt, grauatus. Qua de cauſſa in beneuolentia eorum, qui hanc Bibliothecam, iuuenum iuris cultorum in vſus potiſſimum conductam comparatamque inſpiciunt, praeſidium quaero, eosque data obſeruantiae ſignificatione rogo, velint huius nouae editionis indulgentes cenſores agere. Sane curam hanc parandorum ſupplementorum a ne auertere vix potui, quum apud nos nemo taedium huius laboris ſuſcipere vellet, ii vero,



vero, qui aliquid lucelli ex libello acciperent, repetitis clam ſub *Editionis Sextae* rubro editionibus, ſi non tribus, certe duabus, errorum numeros augerent. His acceſſere extraneorum librariorum exempla petentium monitiones deque libro recudendo minae, quibus adducti de libro prelis omnino ſubiiciendo cogitauimus. Acceſſerunt autem mea cura, qui ab an. MDCCXXV. in lucem prodierunt noui, iuridici argumenti libri, vel qui auctiores ac emendatiores fuerunt producti, ſed non omnes, ſelectiores ſaltim, nam in infinito fere librorum maxime Iuris numero, de quo iam conqueſti multum fuerunt cordatiſſimi viri, hoc anguſtum Bibliothecae Selectae ſpatium, cunctos capere vix poterat. Qui maiores copias cumprimis Diſſertationum numeros quaerit, adeat ampliorem illam et vtilem Bibliothecam LIPENIO-IENICHIANAM. Scrib. Ienae Kalendis Maii A. R. S. MDCCXLIII.

PRAEFATIO EDITIONIS OCTAVAE

BENEVOLO LECTORI

S. D.

C. G. BVDER.

Quanta librorum iuridici argumenti copia, ab Anno 1743. quo *Editio Septima* huius Bibliothecae, mea cura aucta, prodiit, in




in Germania vicinisque Regnis et Prouinciis lucem viderit et ii norunt, qui Catalogos librorum nouorum, librosque diurnos; Acta literaria et Relationes vel leuiter ſpexerunt, aut bibliopolia egregie hodie inſtructa his opibus, viſitarunt. Ex his voluntate Viri ſolertiſſimi CVNONIS, qui rem literariam multis ſumtibus promouet, EDITIONEM OCTAVAM huius Bibliothecae omni ſtudio adornaui, ſuperioribus & emendatiorem & multo locupletiorem, vti inſtituta collatio vltimae, cum hac praeſenti cuiuis cordato lectori docebit. In Bibliothecis cumprimis Canonici, Feudalis et Publicorum Iurium, multae inſignesque acceſſiones factae. Illuſtrium tamen Controuerſiarum *Deductiones*, vt vocant, magno numero editas, omnes addere non licuit, cum illae ad *Bibliothecae* LVNIGIO-IENICHIANAE ampliſſimos forulos pertineant. Ex grati tamen animi lege, hoc loco reticere non poſſum Virum elegantiſſimae doctrinae ill. IOANNEM FRIDERICVM IVGLER, Aug. Magnae Britanniae Regi a Conſiliis, & Academiae Equeſtris Luneburgenſis inſpectorem meritiſſimum, qua eſt ſumma humanitate, multas egregiasque obſeruationes beneuole communicaſſe; idemque ex ſelectiſſima quam collegit Bibliotheca Iuris Ciuilis elegantioris et ſolidioris liberaliter fe-

ciſſe



ciſſe literatiſſimum et de ſtudioſa iuuentate praeclare apud nos merentem Iurium Doctorem Dn. IOANNEM WVNDERLICH, quædam porro in primis plagulis beneuole monuiſſe doctiſſimum IVRIVM Candidatum THIERMANNVM Lipſienſem. Quibus publice gratias ago, vtque per longiſſimos annos Rem publicam literatam libris doctrinisque ſuis iuuent illuſtrentque peropto. Ceterum benignis beneuolisque Iudicibus, qui norunt quam difficilis ſit labor ſupplendi, conatus meos, meque ipſum, data obſeruantiae ſignificatione commendo, vtque ea quae per errorem et humanam fragilitatem minus accurate poſita ſunt emendent, enixe rogo. Scrib. Ienae Kalend. Maii A. S. MDCCLVI.



CAPVT



DISPOSITIO BIBLIOTHECAE IVRIS SELECTAE

CAPVT PRIMVM.

De Scriptoribus, qui vel Bibliothecas, vel Vitas Iureconsultorum scripserunt.

§. I.

Scriptores

Qui ad Notitiam Auctorum Iuris introducunt.

§. 2. Qui Libros Iuridicos in certas Classes distribuerunt.

§. 3. Qui Vitas ICtorum Veterum scripserunt.

§. 4. Qui de Sectis & Philosophia veterum ICtorum scripserunt.

§. 5. Q i Vitas ICtorum recentiorum scripserunt.

§. 6. Qui Vitas ICtorum Germanorum scripserunt.

§. 7. Qui Vitas ICtorum Italorum scripserunt.

§. 8. Qui Vitas specialium ICtorum omnis æui & diuersarum nationum scripserunt.

CAPVT SECVNDVM.

De Fontibus Iuris Gentium antiquissimarum.

§. 1. Scriptores, qui faciunt ad Ius Hebræorum.

§. 2. Qui faciunt ad Iura Ægyptiorum.

§. 3. Græciæ Legislatores.

§. 4. Scriptores ad Ius Atticum.

§. 5. Ad Ius Lacedæmoniorum.

§. 6. Ad Iura Romanorum antiqua.

CAPVT TERTIVM.

De Fontibus Iuris Ciuilis.

§. 1. Ratio Librorum Corporis Iuris.

§. 2. Varii Codices.

)( )(§. 3.

§. 3. Codex Theodosianus.
§. 4. Codex Iustinianeus, & Pandectæ.
§. 5. Nouellæ & Edicta Iustiniani.
§. 6. Editiones Corporis Iuris in specie Haloandrina.
§. 7. Florentina.
§. 8. Vulgaris.
§. 9. Codex & Nouellæ.
§. 10. Nouellarum Translationes.
§. 11. Nouellæ Iuliani.
§. 12. Nouellæ Haloandrinæ.
§. 13. Nouellarum Versio Noua Hombergkii zu Vach.
§. 14. Reliquæ Nouellæ.
§. 15 Corpus Iuris glossatum.
§. 16. Fragmenta veterum Legum.
§. 17. Fragmenta veterum ICtorum.

CAPVT QVARTVM.

De Iure Græco post tempora Iustiniani.

§. 1. Ius Græcum.
§. 2. Libri Basilicorum.
§. 3. Eclogæ Basilicorum.

CAPVT QVINTVM.

De Iure Francico, Germanico & Gentium aliarum.

§. 1. Ius Francicum.
§. 2. Ius Germanicum.
§. 3. Ius Municipale Saxonicum, *Weichbild.*
§. 4. Ius Saxonicum Antiquum. Speculum Saxonicum.
§. 5. Speculum Sueuicum.
§. 6. Ius Saxonicum Nouum. Ius Electorale Saxonicum.
§. 7. Constitutiones prouinciales Sax. Ducalis Ernestinæ.
§. 8. Ius Lubecense.
§. 9. Ius Hamburgensium, Holsaticum & Dithmarsicum.
§. 10. Ius Prouinciarum Austriæ hereditarium; Constitutiones v. g. Boemiæ.
§. 11. Bauariæ & Palatinatus Constitutiones & ordinationes.
§. 12. Constitutiones & ordinationes marchiarum Brandenburgicarum.

§. 13.

13. Brunsuicensium, Luneburgensium, Osnabrugensium & Hildesiensium Legum recensio.
14. Constitutiones variorum Electoratuum & principatuum Germaniæ, cumprimis principum ecclesiasticorum.
§. 15. Principum ac Ducum quorundam ordinationes.
§. 16. Comitum ac Dynastarum.
§. 17. Ciuitatum imperialium statuta & reformationes.
§. 18. Statuta Ciuitatum quarundam insignium mediatarum.

CAPVT SEXTVM.

De Scriptoribus iuris exterorum populorum.

§. 1. Fontes Iuris exterorum. Scriptores Iuris Gallici.
§. 2. Leges Hispanorum antiquiores.
§. 3. Leges Hispanorum recentiores.
§. 4. Leges Lusitanorum.
§. 5. Leges Anglorum.
§. 6. Leges Suecorum veteres.
§. 7. Leges Suecorum hodiernæ.
§. 8. Leges Danorum.
§. 9. Scriptores Iuris Polonici & Lituanici.
§. 10. Borussiæ omnis leges & consuetudines vt & Brandenb. Fontes iuris Russici; iuris Hungarici.
§. 11. Ius Belgii Hispanici iam Austriaci.
§. 12. Ius Belgii Fœderati.
§. 13. Heluetiæ pagorum iura.
§. 14. Scriptores Iurium in Italia vsitatorum; it. ad Iura Sabaudica & Regni vtriusque Siciliæ.

CAPVT SEPTIMVM.

De Commentariis ad diuersos Fontes Iuris.

§. 1. Remissiones ad Interpretes Iuris.
§. 2. Scriptores qui Methodum & ordinem Librorum Iuris exponunt.
§. 3. Institutiones cum Notis.
§. 4. Commentatores ad Instituta.
§. 5. Compendia & Paraphrases ad Instituta.
§. 6. Controuersiæ ex Institutis.
§. 7. Commentarii ad Pandectas.

§. 8. Commentatores recentiores, qui noua Method vtuntur.
§. 9. Script. ad Titulum I. Pandectarum de Iustitia & Iure
§. 10. Scriptores morales de Iustitia & Iure.
§. 11. Scriptores qui Iurisprudentiam cum Lege Mosaic vel Christianorum conferunt.
§. 12. Scriptores Iurisprudentiæ vniuersalis seu Iuris Naturæ & Gentium.
§. 13. Hugo Grotius de Iure Belli & Pacis.
§. 14. Pufendorfii, Thomasii & Wolfii scripta.
§. 15. Compendia Iuris Naturæ & Gentium.
§. 16. Scripta reliqua, quæ faciunt ad Iuris prudentiam moralem.
§. 17. Scriptores de casibus conscientiæ.
§. 18. Commentatores ad Titulum de Legibus, statutis & Constitutionibus Principum.
§. 19. Scriptores de Statutis, Vsu & Consuetudine; de Priuilegiis.
§. 20. Scriptores ad Tit. V. de Statu Hominum.
§. 21. De Fœminarum Iure.
§. 22. De Seruis.
§. 23. Scriptores de Iure Wildfangiatus.
§. 24. Commentatores ad Titulum VI. de his, qui sui vel alieni Iuris
§. 25. De Patria potestate, Adoptionibus & Emancipationibus.
§. 26. De Iure Rerum.
§. 27. Commentatores de Senatu & Magistratibus Rom.
§. 28. Scriptores de Iurisdictione.
§. 29. Scriptores de Citationibus.
§. 30. Scriptores de Feriis, Dilationibus & diuersis Temporibus.
§. 31. Scriptores de Pactis.
§. 32. Scriptores de Contractibus & Transactionibus.
§. 33. Scriptores de Aduocatis.
§. 34. Scriptores de Fama & Infamia.
§. 35. Scriptores de Iure Vniuersitatis, ac Ciuitatum Municipalium.
§. 36. Scriptores de Restitutione in integrum.

§. 37.

37. Scriptores de Arbitris & Commissariis.
38. Scriptores de Iudiciis.
39. Scriptores de inofficioso Testam. & de Legitima.
40. Scriptores de Rei Vindicatione & Iure Emphyteutico.
41. Scriptores de Vsufructu, Fructibus, Expensis & Meliorationibus.
42. Scriptores de seruitutibus realibus.
43. Scriptores de Noxa animalium & de Lege Aquilia.
44. Scriptores de Finibus regundis & agrorum mensura.
45. Scriptores de seruis fugitiuis, aleatoribus, It. de Assecurationibus. It. de Mensuris & Pondere.
46. Scriptores de sepulturis & sumtibus funerum.
47. Scriptores de contractu mutui & rebus creditis, item de Rationibus.
48. Scriptores de Moneta eiusdemque mutatione.
49. Scriptores de Iuramentis.
50. Scriptores de Condictionibus.
51. Scriptores de Commodato, Doli & Culpæ præstationibus in Contractibus.
52. Scriptores ad L. Rhodiam de iactu; Item de Iure maritimo.
53. Scriptores de Mercatura, Libris Mercatorum, De Actione Tributoria.
54. Scriptores de SCto Macedoniano & Velleiano.
55. Scriptores de Compensationibus & Deposito.
56. Scriptores de Mandato & Ratificatione.
57. Scriptores de Emtione Venditione, Retractu, Pactis, Euictione & subhastatione.
58. Scriptores de Locato Conducto.
59. Scriptores de Cambiis.
60. Scriptores de Pignoribus & Hypothecis.
61. Scriptores de Edicto Ædilitio.
62. Scriptores de Vsuris, & Mora, item Annuis Reditibus.
63. Scriptores de Probationibus & Præsumtionibus, it. Archiuis & Registraturis.
64. Scriptores de Instrumentis & Testibus. Item de Ignorantia.

§. 95. Scriptores de Concursu Creditorum & Iure Prælationis.
§. 96. Scriptores de Interdictis.
§. 97. Scriptores de Verborum Obligationibus.
§. 98. Scriptores de Fideiussoribus & Mandatoribus.
§. 99. Scriptores de Nouationibus, Delegationibus; it. Solutionibus & liberationibus.
§. 100. Scriptores de Collegiis & Corporibus.
§. 101. Scriptores de Iure Fisci.
§. 102. Scriptores de Regalibus.
§. 103. Scriptores de Captiuis & Postliminio.
§. 104. Scriptores de Re militari.
§. 105. Scriptores de Iure municipali; Item de Collectis & muneribus.
§. 106. Scriptores de Rationibus Ciuitatum.
§. 107. Scriptores de Legationibus.
§. 108. Scriptores de Nundinis.
§. 109. Scriptores de Verborum Significatione.
§. 110. Scriptores de Regulis Iuris.
§. 111. Commentarii ad Codicem.
§. 112. Commentatores ad Nouellas.
§. 113. Commentatores ad Iustiniani Decisiones.
§. 114. Ordinationes Camerales & in easdem Commentatores; Decretorum huius Iudicii Collectores.
§. 115. Commentarii & alia scripta ad Iura Germanica, Saxonica, alia.
§. 116. Collationes & Differentiæ Iuris Ciuilis, Canonici, Criminalis & Cameralis.
§. 117. Collationes & Differentiæ Iuris Ciuilis & Sax.
§. 118. Collationes & Differentiæ Iuris Prouincialis Germanici cum Iure Ciuili.
§. 119. Collationes & Differentiæ Iurium exterorum cum Iure Ciuili.
§. 120. Script. qui de LL. abrogatis & vsu hodierno egerunt.

CAPVT OCTAVVM.

De Scriptoribus, qui Historias, Ideas, Systemata vel Controuersias Iuris ediderunt

§. 1. Scriptores Historiæ Iuris Naturalis & Gentium.

§. 2. Scriptores Historiæ Fori Romani.
§. 3. Commentatores ad Titulum de Origine Iuris.
§. 4. Scriptores, qui ad historiam Imperatoris Iustiniani faciunt.
§. 5. Scriptores Historiæ Iuris Romani.
§. 6. Historiæ Iuris Recentiores.
§. 7. Scriptores de Irnerio & huius Erroribus.
§. 8. Scriptores qui faciunt ad Historiam Iuris Germanici.
§. 9. Scriptores qui faciunt ad Historiam Iuris Gallici & Gentium aliarum.
§. 10 Scriptores qui de vsu & autoritate Iur. Ciuilis huiusque receptione in Germania egerunt.
§. 11. Qui de Methodo Iuris egerunt.
§. 12. De Requisitis Interpretis Iuris & Assentationibus ICtorum.
§. 13. Scriptores qui Næuos Iurisprudentiæ Iustinianeæ tangunt.
§. 14. Scriptores qui Compendia Iuris ediderunt.
§. 15. Scriptores Systematum Iuris Ciuilis ad seriem π. directorum.
§. 16. Systemata Iuris propria Methodo conscripta.
§. 17. Scriptores qui Paratitla Iuris ediderunt.
§. 18. Qui Germanico idiomate Iuris prudentiam scripserunt.
§. 19. Scriptores Polemici.

CAPVT NONVM.

De Scriptoribus, qui integra Opera Iuris, Decisiones & Consilia ediderunt.

§. 1. Scriptores qui integra Opera Iuris ediderunt.
§. 2. Qui Decisiones & Consilia scripserunt.
§. 3. Decisiones Cameræ Imperialis & aliorum iudiciorum Germaniæ.
§. 4. Scriptores Rotæ Romanæ.
§. 5. Scriptores qui Decisiones Gallicas ediderunt.
§. 6. Decisiones Belgicæ.
§. 7. Decisiones diuersarum Gentium aliarum.
§. 8. Scriptores qui Decisiones & Resolutiones variorum in vnum Volumen congesserunt.

§. 9.

§. 9. Scriptores qui certas Quæstiones per ICtorum sententias confirmant.

§. 10. Qui Communes Opiniones collegerunt.

§. 11. Collectiones Dissertationum Selectarum.

CAPVT DECIMVM.

De Scriptoribus, qui Regulas, Logicas, Antiquitates & Lexica Iuris scripserunt.

§. 1. Scriptores Regularum & Fallentiarum Iuris.

§. 2. Scriptores Logicarum Iuris.

§. 3. Scriptores qui Iuris prudentiam ex Antiquitatibus illustrarunt, inprimis Euer. Ottonis thesaurus.

§. 4. Scriptores, qui singillatim Iurisprudentiam elegantiorem ornarunt.

§. 5. Scriptores Locorum Communium.

§. 6. Lexica Iuris.

§. 7. Scriptores de verbis & Particulis Iuris.

CAPVT VNDECIMVM.

De Scriptoribus Practicis.

§. 1. Scriptores qui Introductiones ad Praxin ediderunt.

§. 2. Qui Processum fictis nominibus illustrarunt.

§. 3. Script. ad Praxin Fori Saxonici & aliarum Terrarum.

§. 4. Scriptores ad Processum Iudicii Aulici.

§. 5. Scriptores ad Processum Cameralem.

§. 6. Scriptores ad Processum Fori Romani.

§. 7. Scriptores ad Processum aliarum Gentium.

§. 8. Scriptores de Iudiciis & officio Iudicis.

§. 9. Scriptores de Actionibus.

§. 10. Scriptores de Exceptionibus.

§. 11. Scriptores de Appellationibus.

§. 12. Scriptores ad Processum Arresti & Executiuum.

§. 13. Processus Possessorii Scriptores.

§. 14. Scriptores de modo referendi.

§. 15. Scriptores de Cautelis.

§. 16. Scriptores de Clausulis.

§. 17. Scriptores de Attentatis.

§. 18. Scriptores de Arte Notariatus.

§. 19. Scriptores qui varios litium abbreuiandarum modos proposuerunt.

CAPVT DVODECIMVM
De Scriptoribus iuris germanici.

§. 1. Iuris Germanici culturam nostra ætate cœpisse, ait
§. 2 De fontibus Iuris Germanici.
§. 3. Scriptores, qui compendia Iuris Germ. ediderunt.
§. 4. Scriptores de vtilitate Iuris Germanici.
§. 5. Scripta quædam singularia Ius Germanicum illustrantia
§. 6. Argumenta iuris Germanici singularia dissertationibus illustrata.

CAPVT DECIMVM TERTIVM
De Bibliotheca Criminali.

§. 1. Historia & Fontes Iuris Criminalis.
§. 2. Scriptores Systematici Iuris Criminalis.
§. 3. Scriptores qui Opera Criminalia ediderunt.
§. 4. Scriptores qui compendia iuris criminalis ediderunt.
§. 5. Scriptores qui Consilia, Quæstiones, Obseruationes Criminales ediderunt.
§. 6. Scriptores de Furtis & vi armata.
§. 7. Scriptores de Iniuriis.
§. 8. Scriptores de diuersis Delictis.
§. 9. Scriptores de Homicidio.
§. 10. Scriptores de Veneficiis. Magia & Hæreticis.
§. 11. Scriptores de aliis Delictis.
§. 12 Scriptores qui ad Processum Criminalem commentati.
§. 13. Scriptores de Indiciis Delictorum & Tortura.
§ 14. Scriptores de Executione.
§. 15. Scriptores de Abolitione Criminum.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.
De Bibliotheca Feudali.

§. 1. Bibliotheca Iuris Feudalis.
§. 2. Scriptores ad Historiam Feudalem.
§ 3. Fontes Iuris feudalis Longobardici & Germanici.
§. 4. Auctor vetus de beneficiis & codex iuris feudalis Alemannici & Saxonici.
§. 5. Corpus Iuris Feudalis Germanici Lunigianum &

Iuris feudalis Academicum Senckenbergianum.
§. 6. Commentatores ad Ius Feudale Longobardicum.
§. 7. Commentationes de Feudis Imperii.
§. 8. Scriptores de Feudis diuersarum Germaniæ Regionum.
§. 9. Script. qui de Feudis variorum Regnorum Europæ commentati.
§. 10. 11. Scriptores qui Compendia vel Systemata Iuris Feudalis scripserunt.
§. 12. Scriptores qui maiora Opera Feudalia ediderunt.
§. 13. Scriptores Quæstionum, Obseruationum & Controuersiarum Iuris Feudalis.
§. 14. Scriptores qui Decisiones & Consilia Feudalia scripserunt.
§. 15. 16. 17. 18. 19. 20. Script. de specialibus Feudorum Materiis.
§. 21. Thesaurus Iuris Feudalis Ienichii.
§. 22. Processus Feudalis.
§. 23. Glossaria & Concordantiæ ad Ius Feudale.
§. 24. Commendatio Antiqu. Italiæ Medii æui Muratorii.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.
Bibliotheca Iuris Canonici.

§. 1. Script. de Historia, Natura & vsu Iuris Canonico-Ecclesiastici.
§. 2. Fontes Iuris Ecclesiastici antiqui.
§. 3. Collectores Canonum. Canones Apostolorum.
§. 4. Canones Ecclesiæ Vniuersæ.
§. 5. Ius Canonicum Græcorum.
§. 6. Collectores Conciliorum.
§. 7. Pœnitentialia Veteris Ecclesiæ.
§. 8. Fontes Iuris Pontificii.
§. 9. Fontes Iuris Canonici.
§. 10. Epistolæ Pontificum Decretales.
§. 11. Corpus Iuris Canonici.
§. 12. Glossa Iuris Canonici.
§. 13. Commentatores in Decretum.
§. 14. Commentatores in Decretales.
§. 15. Commentatores in speciales quosdam Decretalium Libros.
§. 16. Compendia & Paratitla Iuris Canonici Pontificiorum.
§. 17. Compendia Iuris Canonici Protestantium.
§. 18. Systemata Iuris Canonici R. Catholicor. & Protestantium.
§. 19. Consilia & Responsa Iuris Canonici.
§. 20. Regulæ Iuris Canonici.
§. 21. Scriptores de Regimine Ecclesiastico Pontificii.
§. 22. Scriptores de Regimine Ecclesiastico Protestantes.
§. 23. Scriptores de Iure Principum circa sacra.
§. 24. Scriptores recentiores de Iure Principum circa sacra.
§. 25. Scriptores Iuris Ecclesiastici Protestantium.
§. 26. De Iure Ecclesiastico Ecclesiæ Anglicanæ.
§. 27. Scriptores de Iure Ecclesiastico Pontificii.
§. 28. Scriptores de Hierarchia Ecclesiastica Pontificiorum.

§. 29.

§. 29. Scriptores de Electione & potestate Pontificis; nec non Cardinalibus.
§. 30. Scriptores de Potestate & Iuribus Pontificis Romani & contra Primatum eiusdem.
§. 31. Scriptores de Episcopis horumque potestate Pontificii.
§. 32. Scriptores de Episcopis & Presbyteris Protestantes.
§. 33. Scriptores de Canonicis & Capitulo.
§. 34. Scriptores de Monasteriis.
§. 35. Scriptores de Clericis Pontificii.
§. 36. Scriptores de Canonicis Protestantes.
§. 37. Scriptores de Clericis Protestantes.
§. 38. Scriptores de Beneficiis Ecclesiasticis.
§. 39. Scriptores de Decimis, Bonis Ecclesiasticis & Salariis Clericorum.
§. 40. Scriptores de Alienatione Rerum Ecclesiasticarum.
§. 41. Scriptores de Vnione & Diuisione Ecclesiarum.
§. 42. Scriptores de Libertate Ecclesiarum.
§. 43. Scriptores de Causis matrimonialibus Protestantes. it. de Diuortiis.
§. 44. Scriptores de causis matrimonialibus Pontificii.
§. 45. Scriptores de Polygamia.
§. 46. Scriptores de Iure Patronatus.
§. 47. Scriptores de Censuris ecclesiasticis, in specie de Excommunicatione; Dispensationibus.
§. 48. Scriptores de Sepulturis & Cœmeteriis.
§. 49. Scriptores de Sacramentis.
§. 50. Scriptores de ritibus & Cærimoniis Romanæ ecclesiæ.
§. 51. Scriptores aliarum Materiarum specialium, de Consistoriis, Templis, Eleemosynis.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

De Bibliotheca Iuris Publici S. Romano-Germanici Imperii.

§. 1. Qui de Script. Iuris publici egerunt. Historiæ Iuris publici.
§. 2. Script. de Principiis, Fundamentis ac methodo Iuris Publici.
§. 3. Fontes Iuris Publici. Corpus Iuris Publici huiusque Partes.
§. 4. Goldasti Collectiones Constitutionum Imperii & Actorum publicorum.
§. 5. Lunigii Archiuum Imperii & aliæ Collectiones Germanico Idiomate potissimum factæ.
§. 6. Collectores alii Actorum publicorum lingua latina & gallica.
§. 7. Collectores Actorum publicorum lingua Germauica.
§. 8. Collectores recentiores Actorum publicorum. Fabri Cancellaria Status. Thucelii Acta Publica.
§. 9. Scriptores qui Acta publica Anglicani Regni collegerunt.
§. 10. Collectores actorum publicorum Regni gallicani.
§. 11. & 12. Collectores actorum publicorum Belgii fœderati.
§. 13. Collectores actorum publicorum Belgii Hispanici.

§. 14.

§. 14. Collectores Actorum publicorum Pontificum, Sabaudiæ & Lotharingiæ.

§. 15. Script. Historici, qui Scripta sua Diplomatibus illustrarunt.

§. 16. Commentatores in A. B.

§. 17. Scriptores ad Caput primum A. B.

§. 18. Scriptores de Iure Primogenituræ ad cap. VII. A. B. & de Successione in Electoratus.

§. 19. 20. Controuersia de Electoratu Bauariæ.

§. 21. Controuersia de Vicariatu Palatino.

§. 22. Controuersia de Tutela Electorali. Comment. ad Tit. XVII. A. B.

§. 23. Commentatores ad Recessus Imperii.

§. 24. Scriptores, qui ad Historiam Pacis generalem faciunt.

§. 25. Scriptores qui faciunt ad Historiam Pacis Pragensis.

§. 26. Scriptores, qui vel ad causas motuum Germaniæ vel tractatuum pacis faciunt.

§. 27. Scripta quae integram Historiam Pacis Westphalicæ declararunt.

§. 28. Commentatores in ipsos Articulos Pacis.

§. 29. Iudicia de Pace Westphalica.

§. 30. Scriptores qui vel Historiam, vel Notas iu Pacem Nouiomagensem scripserunt.

§. 31. Scriptores qui Historiam Pacis Ryswicensis scripserunt, vel ad eandem fuerunt commentati.

§. 32. Scriptores ad Historiam Pacis Rastadtiensis & Badensis.

§. 33. Scriptores de Matricula imperii.

§. 34. Scriptores de Capitulationibus.

§. 35. Scriptores ad Pacem Publicam.

§. 36. Scriptores qui faciunt ad Concordata Nationis Germ.

§. 37. Scriptores, qui vel Historiam scripserunt vel Commentarios ad Transactionem Passauiensem & Pacem Religiosam.

§. 38. Scriptores Pontificii, qui Pacem Religiosam impugnare conati fuerunt.

§. 39. Grauamina Religionis. Horum Historia & Illustr.

§. 40. Commentarii ad Ordinationem Executionis.

§. 41. De ratione interpretandi Leges Imp. R. G. publicas.

§. 42. Script. qui Synopses & compendia Iuris Publici ediderunt.

§. 43. Vsitatiora hodie Compendia Iuris Publici.

§. 44. Compendia & Systemata Iuris Publici Germanico & Gallico idiomate scripta.

§. 45. Monzambano cum Aduersariis & Sectariis.

§. 46. Scriptores Systematum Iuris Publici.

§. 47. Collectores diuersarum Iuris Publici Materiarum & Selectarum Dissertationum.

§. 48. Scriptores de Maiestate & Ratione Status Imperi.

§. 49. Scriptores de Statu & Iuribus Imperii Romano-Germanici.

§. 50. Scriptores de controuersiis circa electionem & coronationem Imp. & Pontificis.

§. 51.

§. 51. Scriptores de Iure Imperii & Augusti in Italiam & Romam variasque Italiæ Prouincias. Scripta in Controuersia de Comaclensi Comitatu edita. It. de Nexu Hetruriæ & Parmæ ac Placentiæ ducatuum.

§. 52. Scriptores de Forma & Finibus Imperii.

§. 53. Scriptores de Imperatore eiusque Electione, Rege Romanorum & Augusta.

§. 54. Scriptores de Coronatione Imperatorum & triplici Corona.

§. 55. Scriptores, qui Historiam & Acta Electionum atque Coronationum diuersorum Imperatorum scripserunt.

§. 56. Scriptores de Cleinodiis Imperii.

§. 57. Scriptores de Titulis, Insignibus, Archiuo & Domanio Imp.

§. 58. Scriptores qui faciunt ad Historiam Controuersiæ de Iure coronandi Regem Rom.

§. 59. Scriptores de Maiestate & Reseruatis Imperatoris & Iure primariarum Precum.

§. 60. Scriptores de Vicariis Imperii eorumque Iuribus.

§. 61. Scriptores de Rege Romanorum.

§. 62. De iuribus Augustæ Rom. Imperatricis.

§. 63. Scriptores qui Iura Statuum illustrarunt. It. de testamentis illustrium & Contractibus. De matrimoniis personarum illustrium.

§. 64. Scriptores de territoriis & Superioritate Territoriali.

§. 65. Variæ Controuersiæ de Superioritate Territoriali & de Landsassiatu & Territorio Clauso.

§. 66. Scriptores de Iure Cancellariæ & Subiectione Territoriali, de statibus prouincialibus.

§. 67. Scriptores de Statuum Iure circa Sacra. Iure Reformandi. Introduct. Simultanei Religion. Exercitii.

§. 68. Scriptores de Iure Legationis Statuum Imperii; de iure fœderum.

§. 69. Scriptores de Origine & Iuribus Electorum.

§. 70. Scriptores de Statu & Iuribus Electorum.

§. 71. Scriptores de Officialibus Imperii.

§. 72. Scriptores de Iuribus Saxonicis.

§. 73. Scriptores de Iuribus diuersarum illustrium Familiarum in Germ.

§. 74. Scriptores de Episcopis & Principibus Ecclesiasticis Germaniæ.

§. 75. Scriptores qui Iura ac Statum Principum describunt & argumenta iuris priuati illustrium exhibent.

§. 76. Scriptores qui de Statu Comitum egerunt.

§. 77. Scriptores de Nobilitate inprimis Germanica in genere.

§. 78. Scriptores de Nobilitate Immediata. Scripta Burgermeisteriana de Nobilitate Immediata.

§. 79. Scriptores qui specialia quædam Iura Nobilitatis immediatæ illustrarunt.

§. 80.


CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Scriptores qui ad Ius Publicum siue notitiam aliorum Regnorum & Statuum faciunt.


§. 5. Scriptores Iuris publici Anglicani.
§. 6. Scriptores Iuris publici Danici.
§. 7. Scriptores Iuris publici Suecici.
§. 8. Scriptores Iuris publici Polonici.
§. 9. Scriptores Iuris publici Hungarici.
§. 10. Scriptores Iuris publici Belgici.
§. 11. Scriptores Iuris publ. Heluetici.
§. 12. Scriptores Iuris publici Italici.
§. 13. Scriptores Iuris publici Veneti.
§. 14. Scriptores de Iure & Prætensionibus Illustrium.
§. 15. Scriptores de Iure Præcedentiæ.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.
De Bibliotheca selectissima, maxime Iuris Studiosi.

§. 1. Fontes Iuris prudentiæ in Scriptura Sacra.
§. 2. Philosophia Studiosis Iuris necessaria inprimis logica.
§. 3. Philosophia Moralis maxime necessaria.
§. 4. Iuris prudentia Naturalis.
§. 5. Ius Gentium.
§. 6. Politica.
§. 7. Oratoriæ studium.
§. 8. Res litteraria.
§. 9. Studium Historicum, cumprimis Hist. Vniuersalis & Germ.
§. 10. Geographia.
§. 11. Genealogia & Heraldica.
§. 12. Studium antiquitatum & alia.
§. 13. Methodus Studii & Historia Iuris.
§. 14. Iuris prudentia.
§. 15. Tractatio Pandectarum.
§. 16. Lexica Iuris.
§. 17. Scriptores Practici.
§. 18. Ius Criminale.
§. 19. Ius Germanicum.
§. 20. Ius Feudale.
§. 21. Ius Canonicum.
§. 22. Ius Publicum.

CAPVT



CAPVT PRIMVM
DE
SCRIPTORIBVS QVI VEL BIBLIOTHECAS IVRIS VEL VITAS IVRE CONSVLTORVM CONSCRIPSERVNT.

§. I.

Nullam Rei literariæ partem superiori sæculo minus vidimus excultam, quam quæ ad *Iuris prudentiam* pertinet: quo elegantiorum studiorum neglectu factum, vt pauciores vltra communes Doctorum opiniones sapientes reperiamus Iuris peritos. Cœperunt tamen Iure Consulti nostro tempore vltra Iustinianum procedere & quantam humaniorum literarum ac librarii studii eruditi cultura Iuris prudentiæ lucem adferat, ore, & scriptis luculenter comprobarunt. Fuerunt quoque nostra ætate nonnulli, qui *Notitiam Librorum Iuridicorum* dederunt. Eo in argumento quondam occupatus fuit CASPAR THVRMANNVS, qui vniuersam *Bibliothecam Iuridicam* moliebatur, eandemque secundum materias & partes Iuris distribuendam. Ita, vt præter Generalia, Bibliothecam processualem, criminalem, testamentariam, contractuum: quamuis singulari volumine adornandam, meditaretur. Multa de eodem promittit MORHOFIVS *Polyhistore Tomo primo, Libro I. capite XVIII. n. LXIV.* Verum ex variis ab

Scriptores qui ad Notitiam Auctorum Iuris introducunt.

eodem editis *Bibliothecis*, quæ in *Introductione Struuiana ad notitiam rei litterariæ capite primo* §. *XXII.* atque in ill. IOANNIS FRIDERICI IVGLERI *Bibliotheca Historiæ Litterariæ selecta cap. I.* §. *XXII.* recensentur, facile patebit, illum non nisi farraginem auctorum, sine vllo selectu, sub titulis ordine alphabetico positis, consarcinare, vt Bibliothecæ realis instar sint, quæ confusam quandam scriptorum de singulis materiis præbent notitiam. Quare de *Bibliotheca* ipsius *Iuridica* vniuersa, quæ cum morte interiit, aliter non fuisset sperandum. INSTRVCTORIVM Forense LYNCKERIANVM Anno 1690. *f.* pro selectis primum auditoribus concinnatum, paucis exemplis impressum, ac inter eosdem saltim distributum, tandem vero *Ienæ 1698. f.* typis iterum descriptum, cumque primum magno veniret pretio, apud *Halenses*, vitiose tamen admodum editum, suos habuit æstimatores. De eodem auctius edendo sollicitus fuit perillustris Auctor, bonamque INSTRVCTORII huius partem ample auctam formis exprimendam curauit, cuius tamen perfectionem grauiora summi Viri negotia & mors impedierunt. Post longam moram quæ typis expressa erant folia coemta ex situ & squalore produxit *Fischerus*, Ienæ *1752. f.* GEORGII BEYERI *Schediasma de vtili & necessaria Auctorum Iuridicorum & Iuris Arti inseruientium Notitia* sequitur, cuius Specimen primum *Lipsiæ 1698. 8.* prodiit & præter notitiam concinnam generalem eorum Auctorum, qui singulas Iurisprudentiæ partes illustrant, ordine litterario dispositam speciatim duas Auctorum Iuridicorum Decades sistit; Alterum *1701. 8.* XL. Scriptores continet & Tertium *1705. 8.* itidem XL. Libros refert, iunctim iterum tria Specimina emendatiora *Lipsiæ 1726. 8.* excusa, in qua Editione & notitia Auctorum iuridicorum generalis præmissa auctior comparet. Hac notitia centum Libri Iuris singulares & docti curate recensentur, quandoque de Vita auctorum quædam referuntur. In fructuoso hoc instituto progressus ICtus elegantis solidæque doctrinæ GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN, cuius *continuatio Notitiæ Auctorum Iuridicorum & Iuris*

ris arti inseruientium quam olim euulgauit GEORGIVS BEYERVS, edita est *Lipsiæ 1738. 8.* qua XX. egregii Iuris prudentiæ illustrandæ caussa editi libri, curate recensentur. Nouis accessionibus hanc Beyerianam Notitiam amplificauit V. C. CAROLVS FERDINANDVS HOMMEL superaddita nimirum Continuatione *Secunda & Tertia, Lipsiæ 1749. & 1750. 8.* in quarum priori XX. Libri recensentur adiecto PETRI COSTALII *Παρέργων Iuris scientiæ* libello: posterior sistit notitiam amplissimi *Tractatus Tractatuum* FRANCISCI ZILLETI curis *Venetiis 1584.* XXV. Tomis f. editi. Diutius expectatus integer POLYHISTOR MORHOFIANVS cura demum *Io. Molleri* prodiit *Lubecæ 1708 4.* Neque tamen nouæ quæ factæ fuerunt accessiones omnem eruditorum expectationem adimplerunt. Liber *sextus* Tomi *tertii Iuridicum* continet, eundemque XI. sectionibus distinctum. Verum, nec istæ sufficiunt, nec libri, quos in iisdem recenset, cum integra Bibliotheca Iuris quinque vel sex plagulis saltim comprehendatur. Ex iterata Editione *Lubecæ 1714. 4.* ac cum eruditissima præfatione I. A. FABRICII *1732. 4.* prodiit. IOANNES GRONINGVS aliquot ante annos *Polyhistorem Iuridicum* promisit, eundemque eadem industria pertractandum, qua Morhofius Polyhistorem literarium concinnauerat. Verum, inter promissa mansit. Edidit quidem *Bibliothecam vniuersalem, seu Codicem operum variorum, Hamburgi 1701. 8.* qua inter alia Bibliothecam Iuris Gentium secundum instituta Gentium extra Europam habitantium exponit. Hanc insecuta est *Bibliotheca Iuris Gentium Europaea, Hamburgi 1703. 8.* Eodem tempore prodiit Eiusdem *Apparatus ad historiam scientiarum & artium, Hamburgi 1703. 8.* adiectus eiusdem Opusculis historicis. Relationes sunt litterariæ, quæ diuersorum scriptorum antiquiorum & recentiorum excerpta continent, vt vere Diarii eruditorum instar esse possint. Verum trita plerumque sunt, quæ proponit, nec tanta, vt eruditorum subeant admirationem. HENRICVS ERNESTVS KESTNERVS, celebris in Academia Rintelensi ICtus, *Polyhistorem* promulgauit, *Francofur-*

cofurti 1699. 4. eodemque præter monita quædam salutaria in Iuris studio obseruanda, Auctores Iuris recensuit, quandoque non male de iisdem iudicium tulit, ordine tamen non adeo solicite obseruato & breuiter, omnis enim ille *Polyhistor Iuridicus* tredecim plagulis absoluitur. De *Iuridicis* & Historicis *Libris* Iudicia, *unpartheyische Urtheile von Iuridisch- und Historischen Büchern*, quorum *Pars Prima & Secunda Francofurti & Lipsiæ 1722. Tertia* ibid 1723. *Quarta 1724. Quinta & Sexta 1724. 1725. 8.* lucem adspexere, ab illustri viro IOANNE IACOBO MOSERO, libero animo multoque iudicio sunt scripta ac fructuosissimas continent meditationes, digna quæ legantur & expendantur. Quæ auctore GOTTLIEBIO SLEVOGTIO ICto Ienensi bonorum librorum amatore edita est: *Nachricht von einigen auserlesensten größtentheils raren alten und neuen Iuristischen Büchern, Iena 1725. 8. duabus saltem Partibus* constat. His vtiliter iungi possunt: *Acta Iurisconsultorum, oder neueste Nachrichten von gelehrter Iuristen Leben und Schriften, und andere nützliche Beyträge zur heutigen Rechts-Gelehrsamkeit, Wittenberg 1734--1737. 8. octo* Partibus. Cumque impeditus fuisset præclarus labor, subsecuta: *Noua Acta ICtorum, oder gründliche Auszüge und unpartheyische Urtheile über die neuesten Iuristischen Bücher und Disputationes, nebenst vollständigen Lebens-Beschreibungen berühmter Iuristen, und andern nützlichen Beyträgen zur heutigen Rechts-Gelehrsamkeit, Wittenberg 1738. 1739. 8. Nouem* Partibus. Melioris doctrinæ amatoribus insigniter placent Ephemerides sub titulo: *Iuristischer Bücher-Saal, oder gründliche Nachricht von denen besten Iuristischen Büchern, der berühmtesten Rechts-Gelehrten Leben, und andern zur Rechts-Gelehrsamkeit dienenden Sachen, Francofurti & Lipsiæ 1737. 1739. 8.* XVI. Partibus; & mutata deinde inscriptione: *Allerneueste Nachrichten von Iuristischen Büchern, Academischen Abhandlungen, Deductionen und Verordnungen grosser Herren, Leben der berühmtesten verstorbenen und noch lebenden Rechtsgelehrten, nebst andern zu der Rechts-Gelehrsamkeit gehörigen Sachen,*
Franck-

Franckfurt und Leipzig, siue potius *Ienæ 1739. 1755.* LXXX Partibus, scriptoribus ICtis clarissimis *Ienichio*, *Hofmanno* & *Walchio*. His coniungi merentur *die unpartheyische Critik über juristische Schriften*, ab anno 1750. ad ann. 1755. *VI. Tomis* composita & edita, cuius plerasque recensiones scripsit IOA. AVGVSTVS BACHIVS elegans & eruditus Iurisconsultus Lipsiensis. Quæ auctore potissimum ill. DANIELE NETTELBLADTIO in lucem prodiere *die Hællischen Beytræge zu der Juristischen gelehrten Historie*, quorum adhuc IV. Partes vno Volumine *Halæ 1755. 8.* editæ, multum laudis merentur, cum primis ob systemata doctrinæ illustrium ICtor. & Philosophorum ac Vitas.

Scriptores qui Libros Iuridicos in certas Classes distribuerunt.

§. II. Inter illos, qui Libros *Iuridicos* in *certas Classes*, iustumque ordinem distribuere voluerunt, primum nominandus IOANNES WOLFGANGVS FREYMONIVS ab OBERNHAVSEN, cuius *Elenchus omnium Auctorum siue Scriptorum, qui in Iure tam Ciuili, quam Canonico, vel commentando, vel quibuscunque modis explicando & illustrando ad nostram ætatem vsque claruerunt, nomina & monumenta, partim in lucem antehac prolata, partim in Bibliothecis adhuc abdita complectens* prodiit *Francofurti ad Mænum 1579. 4.* a IOANNE NEVIZANO, LVDOVICO GOMESIO, IOANNE FICHARDO & IOANNE BAPTISTA ZILETTO cœptus. In titulos quosdam digestus est, libros saltim indicat antiquiores, quorum hodie vsus magnam partem exoleuit, hos inter tamen quosdam dignos memoria seruauit. GEORGII DRAVDII *Bibliotheca classica Librorum Iuridicorum*, *Francofurti 1625. 4.* ex Catalogis Francofurtensibus est compilata, ideoque fidem non meretur omnimodam. Ex recentioribus catalogis congesta est SIMONIS PAVLI *Bibliotheca Iuridica*, *Argentorati 1671. 8.* CORNELIVS a BEVGHEM, Bibliopola Embricensis, *Bibliographiam Iuridicam & Politicam*, *seu conspectum librorum Iuridicorum & Politicorum*, *qui ab anno 1651. per vniuersam Europam in quauis lingua prodierunt*, conscripsit, *Amstelodami 1678. 12.* & *Ibid. 1680. 12.* Hanc ordine alphabetico secundum Auctorum nomina

nomina disponit. Verum, solos librorum titulos recensuisse contentus. Continuare opellam promisit, ita, vt demum bibliothecam vniuersalem Iuridicam scriptorum recentiorum conficeret, ast nihil amplius prodiit. *Realis* est *Bibliotheca* MARTINI LIPENII, quæ *Francofurti* 1679. *f.* prodiit, atque suam vtilitatem habet, eo quod secundum materias libri sint dispositi, licet non sine næuis sit, in disponendis etenim libris non adeo est accurata, immo etiam si selectum quæras, disputationes non raro ieiunas & librorum quisquilias sub titulis sæpius male electis reperies, quandoque & Scriptores indicatos, qui quod ad Titulum in solis Catalogis Bibliopolarum & Nundinalibus extant, & nunquam lucem adspexerunt. Locupletata indiceque instructa heic *Ienæ* cooperante FRIDERICO GOTTLIEB STRVVIO 1720. *f.* prodiit. Post has *Struuianas* & maxime Bibliopolæ *Bœtticheri* curas, insigni plane & cum laude commemorando labore recensuit opus, innumeros errores sustulit, vltra dimidiam partem optimis libris, inprimis Dissertationum amplissimis numeris auxit, atque de præstantissimis quibusdam libris sententiam dixit literatissimus ICtus GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN, quæ Editio formis chalcographicis expressa *Lipsiæ* 1736. *f.* sublatis porro multis titulis & libris, qui ad Bibliothecam Iuridicam accurate dispositam non pertinebant, addidit vir cordatus *Supplementa, Emendationes & Illustrationes ad* hanc *Bibliothecam Iuridicam Lipenio-Ienichianam*, *Lipsiæ* 1742. *f.* & recuso in quibusdam exemplis titulo 1746. *f.* multo labore adornata. Perficiendæ nouæ quam promisit illustris Vir editioni vitam viresque adprecamur. *Spicilegium ad Bibliothecam Lipenio-Ienichianam* parat illustris Vir AVGVSTINVS a BALTHASAR ICtus Gryphiswaldensis meritissimus, iamque *Gryphiswald.* 1752. 4. prodiit *Supplementorum Pars Prima.* Quæ *ex Compendio Lauterbachiano* selecta est *Bibliotheca*, *&* *Stutgardiæ* 1698. 8. edita, inde quod ad seriem librorum & titulorum in Pandectis est directa, laudem suam meretur: alias classes in iure necessarias non continet, nec alios scriptores quam

quam illos, qui in Compendio Lauterbachiano adlegantur. Simile institutum seruauit PETRVS MVLLERVS *in additionibus suis ad B. Struuii Syntagma*, in quibus sub cuiuslibet tituli initium auctores profert, de iis quoque iudicat, sæpe non inepte, licet editiones non sint adnotatæ & hinc inde multi adhuc possint inseri. Huius excerpta exhibet HENRICVS ERNESTVS KESTNERVS *in Memoriali Iuridico, Rintel. 1714. 4.* vbi ex singulis Pandectarum titulis breuia axiomata practica deducit, additis locis parallelis ex MAEVII, CARPZOVII, MASCARDI &c. scriptis. Adiecit ad singulos titulos Scriptores potiores. Sola tamen rubricarum recensione est contentus, & plerumque Disputationes nouiores allegat.

Vitas ICtorum Veterum qui scripserunt.

§. III. Cum autem Libros Iuris nosse haut sufficiat, multamque lucem Iuris prudentiam tractaturis adferat, scire ætatem, patriam, ingenium, mores, doctrinas, Philosophiam cum primis, fata cætera eorum, qui Legibus ferendis & interpretandis fuerunt occupati, paucis de *Scriptoribus* qui *Vitas ICtorum* dederunt, exponemus. Generatim commendari meretur V. C. PAVLI PHIL. WOLFFHARDT doctum *Schediasma de modis adquirendi notitiam ICtorum*, *Rintelii 1746. 8.* De *Biographis antiquorum Iurisconsultorum* Dissertationem IOANNIS GOTTLIEB OLEARII, Iureconsulti Regiomontani, *Regiomonti 1714. 4.* editam habemus, quam notis & animaduersionibus erudite adauctam locupletatamque, *Supplementis, emendationibus & illustrationibus ad Bibliothecam Iuridicam Lipenio - Ienichianam, Lipsiæ 1742. f.* editis promisit V. C. GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN. *Veterum* quidem *Iure Consultorum*, ex quorum scriptis Pandectæ sunt desumtæ, vitas descriptas debemus BERNHARDINO RVTILIO, qui *Vitas* scripsit *antiquorum ICtorum, Romæ 1535. 8. & Lugduni Gallor. 1538. 8.* typis nitidis apud *Germanum Rose Basileæ 1537. 4.* cum præfatione NICOLAI GERBELII, in qua editione recentiorum Iurisconsultorum Vitæ, scriptore IOANNE FICHARDO comparent; post *Lugduni 1538. 8. & Basileæ 1557. 8.* editas. *Rutilius* non illos

 solum,

solum, quos *Pomponius* adducit, sed alios etiam, qui libera Rep. inclaruerunt, recenset, horumque vitam & instituta ex Scriptoribus antiquis illustrat. Secutus eundem fuit NICOLAVS HENELIVS, cuius *de veteribus Iureconsultis* Commentarius prodiit *Lipsiæ 1641. 4. & 1654. 8.* Non omnes Iureconsultos, quorum in Pandectis fit mentio, commemorat, sed illos saltim, quorum fragmenta in iisdem supersunt. Subiungitur Mantissa, quæ comprehendit *Commemorationem metricam* istorum *ICtorum*, quorum verba pro Legibus in π. leguntur, CASPARIS CVNRADI *Disticha* in eosdem & IOANNIS LORICHII *Catalogum ICtorum Veterum*, carmine elegiaco expressum, cum notis Henelii. Verum, Panegyristas potius agunt hi auctores, quam Biographos, multa etiam intermiscentur iucunda magis, quam vtilia. Eundem ordinem secutus est VALENTINVS FORSTERVS *Libro secundo Historiæ Iuris ciuilis*, qui tamen caute est legendus. In libro tertio vero recentiorum ICtorum memorias refert. Breuis sed eruditus est libellus FRANCISCI HOTTOMANNI *de ICtorum vitis, qui a Pomponio memorantur*, cum aliis eius Operibus, a Francisco Modio recognitis *Francofurti 1587. f.* Ea quidem accuratione non scripsit, habet tamen quædam memoranda CATELLIANVS COTTA *de Iuris peritis* Opusculo, quod in Tomo primo Tractatus Tractatuum extat, iam *Panzirollo*, Editionis *Hoffmannianæ* p. 511. additum. Nostro tempore leuis est AYMARI RIVALLII Delphinensis, *Historia Iuris Ciuilis*, *Moguntiæ 1533.* apud *Iuonem Schæffer*, & *1539. 8.* edita. Recenset in eadem, libro quinto priscos Iureconsultos, qui sub primis Romanorum Imperatoribus vixerunt, ex quorum scriptis Pandectæ sunt desumtæ. Incipit autem a Capitone, desinit cum Sexto Pedio. De *Iurisconsultis antiquis Romanis*, & recentioribus quibusdam, erudita & culta est *Epistola* NICOLAI CISNERI, FRANCISCI DVARENI Operum Tomo Secundo præfixa, *Opusculis* quoque *Cisnerianis* iunctim editis *p. 546.* inserta. Singulare est, quod narrat *Michael Neander*, in elegantissima sua præfatione, *Erotematibus Græcæ*

linguæ

linguæ præmissa *p. 157.* vbi ait: *Scripsit autem* BALDVS *Perusinus etiam de commemorationibus famosissimorum doctorum in vtroque Iure:* & THOMAS DIPLOVATATIVS, *patricius Constantinopolitanus libros XII. de præstantia doctorum & clarissimis iureconsultis, in quibus diligentissime vir ille (teste Baptista Egnatio) & iuris ciuilis dignitatem explicauit, & auctores eius interpretesque omnes a Phoroneo ducta serie, ad nostra vsque tempora deduxit: sed vtrumque vtriusque opus aut periit iam olim, aut alicubi ab aliquibus supprimitur, ne in manus multorum veniat.* Licet autem non omnes forsan ICtorum *Vitas* a BALDO editas habeamus, cum eiusdem tamen commentario de Testibus extant *vita Pauli Castrensis, Iasonis Mayni & Bartholi de Saxoferrato, Coloniæ 1596. 4.* in quibusdam tamen Commentarii huius Editionibus, quas ego, qui Supplementa huius Bibliothecæ procuro, in manibus habui, hæ Iurisconsultorum Vitæ desiderantur. De THOMAE DIPLOVATATII, siue vti aliis audit *Plouatatii, Vitis Iurisconsultorum* ALEXANDER GABVARDVS, Turcellanus, scripta ad ipsum Thomam *Pisauri 1508.* Epistola dedicatoria, quæ Arriano, ex Interpretatione *Facii, Basileæ 1554. 8.* edito præfixa est, sequentia commemorat: *Iudicent tamen doctiores, vt tu Vir Iuris Ciuilis doctissime, qui vitam Arriani & aliorum Iureconsultorum legaliter & historice complexus es, in Opere tuo de Præstantia Doctorum, qui a Phoroneo Inachi Argiuorum Rege ad hæc vsque tempora nostra defluxerunt, in nono videlicet libro, vbi de Claris Iureconsultis, quod merito Ioanni Sfortiæ Illustriss. & Clementiss. Pisauri Domino dedicasti.* Et paucis interiectis: *Tu igitur quam primum ad metas tui Operis percurre illudque quam primum chalcographis imprimendum tradas, nam ingens quidem adlaturus es studiosis emolumentum, tibi vero perpetuam gloriam.* De *Thoma Diplovatatio* præstat singulare & eruditum iam laudati WOLFFHARDTI Programma Schediasmati excitato subiectum p. 217. seq. MARCI MANTVÆ Benauidii *Epitoma Virorum illustrium, qui vel scripserunt vel Iurisprudentiam docu-*

erunt in Scholis, edita *Patauii 1555. 8.* quam cum Auctoris Annotationibus MSCtis possideo B. Prioribus præferendus est IOANNES BERTRANDVS Præses Tholosanus, in libris duobus, quos inscripsit Βίοι Νομικῶν, *s. de Iurisperitis antiquis*, prodiere *Tolosæ 1622. 4.* & ex emendatiori editione, cum breuibus *Ægidii Menagii* aliorumque eruditorum virorum animaduersionibus, *Lugduni Batauorum 1675. 8.* Huius tamen & priorum errores sæpius tetigit GVILIELMVS GROTIVS *de vitis ICtorum, quorum in Pandectis extant nomina, Lugduni Bat. 1690. 4.* qui in hac elaboratione satis diligens fuit & accuratus. Quippe omnes ab aliis prætermissos enumerauit, *Rutilii* etiam & *Bertrandi* errores emendauit. ÆGIDIVS MENAGIVS quoque promisit *historiam veterum Iureconsultorum*, in epistola, *Amænitatibus* Iuris præfixa, quæ tamen edita non est. Hos Scriptores, quum oculis Eruditorum se in Bibliopoliis fere subduxissent, in lucem habitu nitido & percommodo reduxit IOANNES CHRISTOPHORVS FRANCK, ICtus humanus, deque re literaria & libraria bene meritus, hoc elogio: *Vitæ Tripartitæ ICtorum veterum a Bernardino Rutilio, Ioanne Bertrando & Guilielmo Grotio*, conscriptæ, *Halæ 1718. 4.* Præfationem de Scriptoribus Vitarum Iuris Consultorum doctam præmisit, in capita scriptiones commode diuisit, emendauit, *Bertrandi* Libro Vitam auctoris, Animaduersiones *Menagii*, Editoris Lugdunensis, *Thomæ Reinesii* prætereа, has quidem pauculas, addidit, Indicesque adiecit. De ratione scribendi veterum ICtorum quæ pura & casta est conferri possunt GEORGII CASPARIS KIRCHMAYERI *elogia & elegantiæ Latinitatis ICtorum veterum ad Digesta, Wittebergæ 1687. 4.* sed nimis sunt breuia: & cum primis CAROLI ANDREAE DVCKERI *Opuscula varia de Latinitate Iuris Consultorum veterum, Lugduni Bat. 1711. 8.* In his diuersa Scripta *Laurentii Vallæ, Andreæ Alciati, Francisci Floridi*, aliorumque, qui faciunt ad elegantias Iuris videmus congesta, cum DVKERI animaduersionibus.

§. IV.

§. IV. Huc etiam spectant scriptores illi, qui *Veterum ICtorum Sectas*, eorundem *Philosophiam* natasque inde dissidentes opiniones examinarunt. Quorsum pertinet CHRISTIANVS OTTO a BOEKELEN *de diuersis Familiis Iureconsultorum*. Dissertatio erat, quam primum Rebhanii auspiciis Argentorati ventilauit anno 1666. post hortatu Bœcleri recusa *Argentorati* aliisque locis euulgata, nec sine plausu suscepta, tandem vero cura fratris IOA. GOTHARDI de BOECKELEN cum aliis eiusdem Opusculis recusa *Lugduni Batauorum 1687. 12.* Hunc elegantem & rarum tum libellum aliaque de *Sectis & Philosophia Iurisconsultorum Opuscula*, vtilissimo instituto, conquisiuit apud nos solidæ doctrinæ Iurisconsultus GOTTLIEB SLEVOGTIVS ac præmissa de Elogiis *Iurisconsultorum Romanorum* erudita præfatione *Ienæ 1724. 8.* edidit. Qua Collectione continentur I. præter *Bœckelianum Opusculum* & de *Orationibus Principum* eiusdem commentationem; II. IOANNIS PHILIPPI SLEVOGTII de *Philosophia Papiniani* cultissimum Programma; III. IVSTI HENNINGII BOEHMERI de *Philosophia ICtorum Stoica* doctum itidem Programma; IV. & V. EVERARDI OTTONIS *Binæ Orationes* egregiæ, Altera *de Stoica Veterum Iurisconsultorum philosophia*; Altera *de vera non simulata Iurisprudentia*; VI. CORNELII *van* ECK *de Religione & Pietate Veterum Iurisconsultorum* Oratio, tandemque VII. IOA. SAMVELIS HERINGII *de Stoica Veterum Romanorum Iurisprudentia* Dissertatio. Plura a prioribus non obseruata dedit ERNESTVS IOACHIMVS WESTPHALIVS in Diss. *de Stoa ICtor. Romanor. eiusque historia & ratione, Rostochii 1727. 4.* Ex Hispanis DON PEDRO de VALASCO & MEDIVILLA *Caii & Proculi aliorumque Iuris veteris autorum apertas rixas & implacabiles concertationes* concinnauit atque edidit *Salmanticæ 1625. 4.* qui liber, vti Hispanica huius argumenti alia nostris in oris perrarus atque a nobis haud tractatus. Ornare quoque hoc argumentum cœpit B. IOANNES GOTTFR. SCHAVMBVRGIVS, editis de *Philosophia veterum Iurisconsultorum Stoica*, Specimini-

Qui de Sectis & Philosophia Veterum ICtorum scripserunt.

ciminibus *Quatuor*, quorum vltimum *Ienæ 1742. 4.* propositum. Ea deinceps multis capitibus aucta coniunctim prodierunt *ibid. 1745. 8.* cum Prolusione de *ficto ICtorum duplici officio*; Oratione auspicali de *Multi scientia veterum ICtorum eiusque caussis*; & Specimine *Philosophiæ ICtor. Stoicæ ex L. 76. D. de Iudic* Coniungendus est Vir celeberrimus & masculæ Iurisprudentiæ vindex strenuus GOTTFRIDVS MASCOV in libello inaugurali de *Sectis Proculianorum & Sabinianorum*, quem paullo post recognouit, emendauit eidemque adiecit Diatribam de *Herciscundis*, *Lipsiæ 1728. 8.* neque prætereundus V. C. CAROLVS FERDINANDVS HOMMEL, qui de *principali caussa dissensionum inter Labeonem & Capitonem* horumque Sectatores præclare disputauit, *Lipsiæ 1750. 4.* His accenseri meretur eruditissimi CAROLI FRIDERICI WALCHII egregia Commentatio de *Philosophia Florentini ICti*, *Ienæ 1754. 4.* Idem animus erat CHRISTOPHORO EHEMIO, qui in Libris suis *de Iurisprudentia in artem non minus certa quam reliquas artes ac scientias methodo redigenda Coloniæ 1567. 8.* editus, Librum *de sectis ICtorum, eorumque opinionibus* promisit. Huc quoque ex parte facit ANDREAE OCKELII *ICtus Rationalis s. de Rationibus decidendi veterum ICtorum*, *Halæ 1704. 8.*

Vitas ICtorum recentiorum qui scripserunt.

§ V. *Primorum Iureconsultorum*, qui post *restauratum* in Italia *Ius Iustinianeum* claruerunt, *Vitas* varii fuerunt adgressi. Inter hos BALDVS Vbaldus teste GVIDONE PANCIROLO de claris Legum interpretibus libro I. capite primo, *de illustribus Doctoribus* librum composuit, sed vel ipso teste, editus non est. Post eum IOANNES BAPTISTA a BLASIO illorum Catalogum potius, quam vitas recensuit. Hunc secutus est IOANNES FICHARDVS, cuius *vitæ Iureconsultorum Patauii 1565. 4* prodierunt, & adiectæ sunt, BERNARDINI RVTILII *Veterum Iurisconsultorum* Vitis, in ea editione, quam *Nicolaus Gerbelius*, Præfatione ornauit. Scripta anno 1537. prodiit *Basileæ* in 4. in qua *Fichardiana* sylloge Vitæ ICtorum quorundam ab *Irnerio* ad *Vdalricum Zasium* magnam partem Italorum, breui

breui expoſitione, comparent. Acceſſit MARCI MANTVAE, qui alias Benauidius, *Epitome virorum illuſtrium*, quæ ſeparatim impreſſa *Patauii 1553. 8.* iam *Panzirolo Hoffmanniano* adiecta. Nimis tamen breuis eſt vterque, cum præter patriam, officium ac ſcripta vix quidpiam habeant. Ab Irnerio faciunt initium, & Mantua quidem ad medium ſeculi decimi ſexti vsque progreditur, Fichardus ad Zaſium, Præceptorem olim ſuum. Addi quoque meretur I. VINCENTIVS GRAVINA *de ortu & progreſſu Iuris Ciuilis, Neapoli 1701. & 1704. ac Lipſiæ 1704. 8. Lipſiæ 1708. 4.* demum *Neapoli 1714. 4.* & iterum *Lipſiæ 1717. 4.* ad hanc *Neapolitanam* inter opera Grauinæ in Tres Tomos digeſta. Recentior eſt editio quam curauit vir celeberrimus GOTTFRIDVS MASCOVIVS, *Lipſiæ 1737. 4.* mai. qui eruditas annotationes adiecit. Extant quoque: *Viri illuſtris* (qui eſt NICOLAVS CHRISTOPHORVS *L. B.* de LYNCKER, *ad Iani Vincentii Grauinæ ICti & Anteceſſoris Romani de origine Romani Iuris Libros Tres, Conſiderationes, Auguſtæ V. 1710. 4.* atque ex dictatis ad GRAVINAE hos libros B. LAVRENTII ANDREAE HAMBERGERI Prolegomena inter *Opuſcula* viri, *Ienæ 1740. 8.* edita. Eleganter liber eſt ſcriptus, cuius priora originem Iuris Romani tradunt. Ea vero, quæ ad §. CXLIII. ſequuntur, vitam, doctrinam & inſtituta Iureconſultorum ab *Irnerio* vsque ad *Gregorium* Tholoſanum perſequuntur. Facit huc etiam DIONYSII SIMONIS *Nouvelle Bibliotheque Hiſtorique & Chronologique des principaux Auteurs & Interpretes du droit Civil, Canonique & particulier de pluſieurs etats & prouinces, Paris 1692. 12.* Ordine alphabetico copioſum Iureconſultorum numerum exhibet. Antiquiſſimus cuius vitam proponit eſt Irnerius, inde varii ſucceſſores per Europæa Regna ad recentiora tempora vsque recenſentur. Cum autem plures omiſiſſet, alterum Tomum ſubiecit *Pariſiis 1695. 12.* Simonius in enarratione rerum ad vitam pertinentium breuis admodum eſt, in recenſione ſcriptorum non ſemper accuratus, vt adeo & numerus & gratus Alphabeti ordo librum maxime commendent.

Notitia

Notitia tamen quædam ICtorum Gallorum, de quorum rebus officiisque non constat, inde peti potest. Idem institutum tenuit TAISSAND itidem Gallus, cuius *Vies de plus celebres Jurisconsultes de toutes les Nations, tant anciens que modernes, sçavoir Latins ou Romains, François, Espagnols, Italiens, Allemans, Anglois, Hollandois &c. tirés des mellieurs Auteurs, qui en ont écrit, & mises en leur jour par Ordre Alphabetique au nombre de près de cinq cens, à Paris 1721. 4.* Opus postumum erat, quod filius *Claudius Taissand* Monachus Cisterciensis e schedis paternis edidit. Vitæ memoranda breuiter enarrauit, scripta recensuit iudiciaque eruditorum adiunxit. Nostra in Germania dum apud Lipsienses ageret illustris VIR GEORGIVS CHRISTIANVS GEBAVERVS in condendis Vitis summorum Iurisconsultorum a tempore instauratæ in Italia Iurisprudentiæ erat occupatus, addita Scriptorum cuiuslibet accurata enarratione. Cuius vtilissimi operis perfectionem, nisi impedimenta adferant grauiora Viri eruditissimi negotia, magno desiderio expectamus. In condendo quoque Lexico de Vita scriptisque omnium ætatum illustrium Iurisconsultorum elaborat elegantissimæ doctrinæ vir IOANNES FRIDERICVS IVGLERVS, consiliique sui rationes, exarata ad illustrem Virum AVGVSTINVM LEYSERVM Iurisconsultorum Vitembergensium principem, culta Epistola, indicauit, cui prosperos successus adprecamur.

Vitas ICtorum Germanorum qui scripserunt.

§. VI. Alii fuerunt, qui *Vitas ICtorum certæ* tantum *Nationis* descripserunt. MELCHIOR ADAMI *Vitas Germanorum Iureconsultorum & Politicorum, qui seculo XVI. claruerunt*, scripsit *Heidelbergæ* editas *1620. 8. Francofurti 1705. f.* recusas. Hic etiam in ipsa vitæ fatorumque descriptione laudem meretur, nisi quod nimius quandoque sit in elogiis, de scriptis fere taceat. Hunc quasi continuauit HENNINGIVS WITTE, *in Memoriis ICtorum nostri seculi, Francofurti 1676. 8.* IV. Decadibus editis, sed non nisi congesta Programmata sunt funebria, & Orationes in Funere habitæ, quæ parum rem exhauriunt. Vtili instituto ill. IOANNES

IACO-

IACOBVS MOSER compilauit ediditque *Lexicon der jeztlebenden Rechts-Gelehrten in Teutschland*, quod primum prodiit *Züllichau 1738. 8.* recusum ex *Editione secunda* locupletiore, *ibid. 1739. 8.* in indicandis scriptis potissimum occupatus fuit vir insigniter meritus. Iungendæ huic V. C. GOTTLOB AVGVSTI IENICHEN *unpartheyische Nachrichten von dem Leben und denen Schriften der jeztlebenden Rechts-Gelehrten in Teutschland* cum annotationibus eius in laudatum iam *Lexicon* MOSERIANVM *Lipsiæ 1739. 8.* Horum incitatus exemplo Dn. CHRISTOPHORVS WEIDLICHIVS caussarum patronus doctus & Historiæ literariæ amantissimus composuit: *Geschichte der jeztlebenden Rechts-Gelehrten in Teutschland und zum Theil auch ausser demselben Pars I. 1748. II. 1749. Martisburgi in 8.* prodiit. *Vitas Professorum Iuris Academiæ Ienensis* scripsit IOA. CASPAR ZEVMER *Ienæ 1705. 8.* & inter Eiusdem *Vitas Professorum Ienensium, iunctim Ienæ 1711. 8.* editas. Recentiorum Elogia & Scripta eleganter consignauit BARTHOLOMAEVS CHRISTIANVS RICHARDVS *Vitis Professorum Ienensium, Ienæ 1710. 8.* De *Vitis & fatis ICtorum Gryphiswaldensium* Programmata *Septem* edidit ipse ICtus Gryphicus doctissimus AVGVSTINVS BALTHASAR *Gryphiswaldiæ* ab *a. 1737.* ad *1742. 4.* proposita. Insertæ quoque V. C. GOTTLOB AVGVSTI IENICHEN *Bibliothecæ Iuridicæ* huiusque *Continuatione*, quam iam laudauimus diuersæ *Germanorum Iurisconsultorum Vitæ*, cum Scriptorum copiosis Catalogis. Tales quoque legi possunt in venerabilis GABRIELIS WILHELMI GOETTEN *jeztlebenden gelehrtem Europa, Braunschweig 1735. 8.* edito, postea cum applausu continuarunt RATHLEFIVS & STRODTMANNVS, Viri doctissimi.

Vitas ICtorum Italorum qui scripserunt.

§. VII. Circa *ICtos Italos* recentiores magna cura occupatus fuit GVIDO PANZIROLVS præclaro opere *de claris Legum interpretibus*, quod *Venetiis* prodiit *1637. 4.* & iterum *1655. 4.* In Quatuor Libros auctor laborem eximium distinxit. Priori quidem agit de veteribus Legum interpretibus, qui sub Romanis adhuc clarue-

claruerunt & iura ſcriptis, vel ore, fuerunt profeſſi. Alter comprehendit recentiores Doctores Iuris Cæſarei ab Irnerio vsque ad Dominicum Pinellum, Cardinalem Genuenſem. Liber Tertius illuſtres Iuris Pontificii Interpretes perſequitur a Fulgentio Afro ad Anaſtaſium Germonium vsque. Liber Quartus breuem Academiarum Europæ Catalogum exhibet. Reliquis omnino eſt præferendus, maxime, quod praeter ortum & ſtatum Scriptorum, mores etiam atque ingenia explicet. Licet oratoria quandoque grauitate vtatur, quam vt in omnibus ſatisfaciat. Cum rarus eſſet vtiliſſimus Liber, orbi literato, caractere nitido, multisque ſociis adiectis reſtitutus fuit cura illuſtris Viri CHRISTIANI GODOFREDI HOFFMANNI, *Lipſiæ 1721. 4.* qua emendata magis Editione præter Præfationem Editoris bonæ frugis plenam acceſſere memoratæ iam ſupra IOANNIS FICHARDI *Vitæ Recentiorum Iuriſconſultorum*; MARCI MANTVAE *Epitome virorum illuſtrium*; IO. BAPTISTAE *de* GAZALVPIS *Hiſtoria Interpretum & Gloſſatorum Iuris*; CATELLIANI COTTAE *Recenſio Breuis inſignium Interpretum Iuris Ciuilis*; MATTH. GRIBALDI MOPHAE *Catalogus Interpretum Iuris Ciuilis*; ALBERICI GENTILIS *de Iuris Interpretibus Dialogi Sex.* Egregia ſane Collectio, qua præclaræ notitiæ, cum de Vitis ſtudiisque Iuriſconſultorum, tum de fatis reſtituti Iuris Romano-Iuſtinianei ac Iurisprudentiæ nouiſſimæ origine, hiſtoria itidem & variis inſtitutis Academiarum, continentur. Omnes vero quorum Vitas deſcripſit *Panzirolus* indicat *Beyer in Not. Auct. Iur. Specim. III. p. 37. ſeqq.* Rariſſimum antea ſcriptum BERNARDINI SCARDEONII *Canonici Patauini, de antiquitate vrbis Patauii, Baſileæ 1560. f.* editum, in cuius libro II. claſſe octaua, de claris Iureconſultis Patauinis egit, iam nitide recuſum extat, *Theſauro Antiquitatum & Hiſtoriarum Italiæ*, qui cum Præfatione *Petri Burmanni* apud Batauos editus Tomo V. additis huic Editioni emendationibus Petri Scriuerii. Noua quoque collatio Inſcriptionum cum ſuis originalibus Patauii facta. *De Bononienſibus vero Doctoribus* Italice com-

commentatus est IOANNES NICOLAVS PASCHALIS ALIDOSIVS, *Bononiæ, 1620. 4.* extat quoque de *præclaris Iurisconsultis Bononiensibus* Oratio FRANCISCI ARGELATI, *Bononiæ 1749. f.* ANGELI GACGII, *Origo & Dotes Collegii Bononiensis Doctorum Pontificii scilicet & Cæsarei Iuris, Bononiæ 1711. 4.* edita, indiligenter & inordinate est facta, ampliorem heic commemorationem haud meretur. Conferri quoque potest *Notizie degli Scrittori Bolognesi racolte da Fr.* PEREGRINO ANTONIO ORLANDI, *in Bologna 1714. 4.*

§. VIII. Qui in specialium quorundam Iure Consultorum vitis vel colligendis vel describendis fuerunt occupati, bene multi sunt, quos referre singulos nostri haud est instituti, indicabimus tamen cum ex Veterum, tum Recentiorum serie quosdam. IOANNES STRAVCHIVS ICtus summus Programmatibus auspicii caussa propositis Iuris Consulti veteris vitam cum vita Iurium Candidati coniungere solitus, harum Dissertationum numero ad quindecim dedit, sunt autem de Vita: *Iuliani*, *Celsorum* patris & filii, *Hermogeniani*, *Cassii Longini*, *Papiniani*, *Mæciani*, *Africani*, *Cascellii*, *Seruii Sulpitii*, *Pegasi*, *Martiani*, *Iulii Pauli*, *Titi Aristonis*, *Cocceii Neruæ & Caii Aquilii Galli*, quarum ob accuratissimam scribendi rationem Strauchianam, eruditis collectionem & editionem promisit LAVRENTIVS ANDREAS HAMBERGERVS electissimæ eruditionis Iurisconsultus, ob fatum præmaturum vero præstare non potuit. Dedit vero ex Bibliotheca Ienensi additis Præfatione & Indice CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER, sub titulo: IOANNIS STRAVCHII *Vitæ aliquot veterum Iurisconsultorum, Ienæ 1713. 8* De præstantissimis aliquot Iurisconsultis veteribus erudite eleganterque exposuit B. IOA. GOTTLIEB HEINECCIVS, nempe de *C. Aquilio Gallo* Oratione *Francofurti ad V. 1731. 4.* edita & in *Sylloge Opusculorum varior. p. 766. 788.* de P. IVVENTIO CELSO, singulari Dissertatione s. Programmate, *Francofurti ad Viadrum 1727.* & in *Opusculorum variorum Sylloge p. 503-518.* Aliud de *Saluio Iuliano* extat eorundem *Opusculor.* p. 788-810. & longe

Vitas specialium ICtorum omnis æui & diuersarum nationum qui scripserunt.

auctius in *Opusculis postumis* a Filio *Halæ Magd. 1744. 4* editis *p. 192.* Idem Vir summus de *Sexto Pomponio* copiose disseruit in Præfatione VHLIANAE *Collectioni Opusculorum ad Histor. Iuris pertinentium*, præfixa. Add. BERN. HENRICI REINOLDI Oratio de *S. Pomponio, Herbornæ, 1710. 4.* *De Cerbidio Scævola* eiusque *Iurisprudentia* culta est Dissertatio IOANNIS ORTVVINI WESTENBERGII, d. VI. Febr. 1734. cum fasces Academicos iterum deponeret, publice habita, prodiit *Lugduni Batauorum 1734. 4. mai.* De *Triberio Coruncano ICto Romano* Commentatio iucunda est LVDOVICI AVGVSTI WÜRFFEL *Halæ 1740. 4.* edita. De *Prisco Iauoleno Iurisconsulto incomparabili & præcipuo Seculi sui ornamento* Dissertationem plenam bonæ frugis, ad ill. *Fridericum Ottonem Menckenium* scripsit V. C. GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN, *Lipsiæ 1734. 4.* idem vir doctissimus *Singularia* de Callistrato ICto *Lipsiæ 1742. 4* proposuit. De *Pegaso ICto* extat erudita Dissertatio HENRICI THEODORI A. A. F. PAGENSTECHER Antecessoris Düisburgensis addita ipsius *Iuri Pegasiano*, quod editum *Lemgouiæ 1741. 4.* IDEM de *Appio Claudio Centemanno* euoluendus HENRICVS THEODORVS PAGENSTECHER in *Dissert. Triade, Lemgouiæ 1739. 4.* edita *p. 58.* De *Domitio Vlpiano* egit Dissertatione amplissimus Vir ADRIANVS STEGERVS *Lipsiæ 1725. 4.* IOANNIS WVNDERLICHII ICti solidæ & elegantis doctrinæ de *L. Volusio Mæciano ICto* itemque *Senatus Consulto Volusiano* erudita commentatio prodiit *Hamburgi 1744. 4.* V. C. IOA. ABRAH. AHASVERVS binis commentationibus præclare egit de *M. Coccejo Nerua* Rom. Imp. in quibus de eius vita, moribus & maioribus horumque ad Ius pertinentibus reliquiis, itemque de eius institutis, Constitutionibusque egregiis, quarum *Prima* prodiit *Bremæ 1748. Secunda Gœttingæ 1752. 4.* Addimus GREGORIVM OELRICHIVM de Vita, studiis & scriptis *Aelii Marciani. Vltraiecti 1754. 4.* IOA. GOTTLIEB HEINECCII Progr. de *variis Saturninis ICtis in Collect. Vhliana, p. 351. seqq.* & IOA. LVD. CONRADI Diss. de *Vita,*

&

& scriptis *Q. Ceruidii Scaeuolae*, ICti, *Lipsiae 1755. 4.* *Alfeni Vari* vitam *Specimini Pandectarum Iuris Ciuilis Auctoribus suis & Libris restitutarum* inseruit HENRICVS BRENCMANNVS *Amstelodami 1709. 8* De ANTISTIO LABEONE & ATEIO CAPITONE legitur Oratio CORNELII *van* ECK *Vltraiecti 1692. 4.* De *supremis vitae diebus C. Cassii Longini* venustum programma dedit PAVLLVS PHILIPPVS WOLFFHARDTVS *Rintelii 1738. 4.* Vita *Lucii Titii* ex Pandectarum libris edita a PAPIRIO MASSONO, *Lugduni 1597. 8.* de *Aemilio Papiniano* Oratione exposuit PETRVS HEIGIVS, *Witteberga 1594. 4.* Longe copiosiorem vero *de vita, studiis, scriptis, moribus & morte Aemilii Papiniani ICtorum Coryphaei*, elegantemque & eruditam Diatribam scripsit EVERADVS OTTO, vir eruditissimus, *Lugduni Batauorum 1718. 8.* Auctior & emendatior Editio *Bremae 1743. 8.* exhibita. Nouissime GER. OELRICHS Diss. inaugurali *de vita, studiis, honoribus & scriptis Aelii Marciani, ICti, Traiecti ad Rhenum 1754. 4.* praeclare commentatus est. Huc etiam faciunt MATTHAEI WESENBECII *exempla Iurisprudentiae, Lipsiae 1585. 8.* in his praeter Principis inter veteres Iurisconsulti Papiniani laudes, vitas exhibuit sui aeui summorum in Aula virorum & Iurisconsultorum quorundam *Simonis* nempe *Pistoris*, *Gabrielis* porro *Mudaei*, *Francisci Burckhardi*, *Antonii Stralii* Consulis Antwerpiensis, *Annae Bourgii* Professoris & Consiliarii Regii Parisini, *Io. Corasii* Cancellarii Nauarraeni. *Gregorii* de *Heimburg*, principum diuersorum, nec non Reipublicae Noribergensis Consiliarii & cordati ac imperterriti iurium patriae aduersus Romanum Episcopum vindicis *Vitae breuis narratio* composita a V. C. IO. ARN. BALLENSTEDIO, formisque impressa *Helmstadii 1737. 4.* Instauratoris elegantioris iurisprudentiae ex Germanis GREGORII HALOANDRI Vita bis nostro aeuo praeclare perscripta. Vna stilo elegantissimo FRANCISCI CAROLI CONRADI ICti Helmstadiensis in *Parergis* viri doctissimi prostat *Libro I. Helmstadii 1735. 8.* edito *p. IV.* altera est

eruditi viri GEORGII LAVRENTII HAVSFRIZ *Memoria Gregorii Haloandri ICti & Instauratoris Iurisprudentiae*, *Noribergae 1736. 8.* *Vitam Modestini Pistoris & Ioannis Schneidewini* duabus orationibus exposuit IOACHIMVS a BEVST, *Wittebergae 1585. 8.* Prae ceteris vero aestimanda venit FRIDERICI IACOBI LEICKHERI Collectio *Vitarum clarissimorum ICtorum, Lipsiae 1686. 8.* Continetur in eadem Vita *Nicolai Boërii* per IOANNEM ALESMIVM scripta: Vita *Guilielmi Budaei* per LVDOVICVM REGIVM; Vita *Antonii Augustini* ex oratione funebri ANDREAE SCHOTTI; Vita *Antonii Goueani* per ANDREAM SCHOTTVM; Vita *Francisci Hottomanni* per PETRVM NEVELETVM DOSCHIVM; Vita *Iacobi Cuiacii* per PAPYRIVM MASSONVM; Vita *Barnabae Brissonii* ex THVANO, SCAEVOLA SAMMARTHANO & aliis collecta; Vita *Ioannis Bertrandi* per FRANCISCVM BERTRANDVM; Vita *Petri Pithoei* per IOSIAM MERCERVM; Vita *Pancirolli* per IACOBVM PHILIPPVM THOMASINVM. Subiunxit LEICKHERVS subinde notas non inelegantes & locupletem Scriptorum Catalogum. Opus merito dignum vt continuaretur. Motus votis hisce doctissimorum hominum ac vtilitate, quae ex vitarum lectione percipitur, continuationem suscepit CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER *Vitis Clarissimorum IureConsultorum, Ienae 1722. 8.* quibus sequentes Narrationes de vita rebusque elegantissimorum IureConsultorum, additis notulis quibusdam, serie scriptorum, quantum fieri potuit accurata, & Indice, in manus eruditorum reduxit: Vitam scilicet *Aemylii Ferretti* ab HELENO RIBITTO scriptam; *Ioannis Corasii* scriptore ANTONIO VSILIO; *Hugonis Donelli* ex Oratione funebri SCIPIONIS GENTILIS Discipuli & Collegae desumtam; *Guilielmi Marani* a BERNARDO MEDONIO scriptam & per Nepotem IOANNEM MARANVM editam, *Iani a Costa* scriptore IOANNE d' AVEZAN; *Francisci Florentis* opera & studio IOANNIS DOVIATII; *Ioannis Dartis* eodem DOVIATIO auctore;

Ioannis

Ioannis Fichardi collectore HENRICO PETREIO, Hardesiano, *Nicolai Cisneri* annotata a QVIRINO REVTERO; *Ioa. Ottonis Taboris* scriptore genero IOANNE LVDOVICO PRASCHIO. Nouam quoque Decadem Vitarum grauissimorum ICtorum a doctissimis viris scriptarum paratam prelo habet. *Francisci Balduini* potiora Vitæ momenta cum breui Biographia auctore MIREO, *Catechesi Balduini* præmisit IOANNES PETRVS de LVDEWIG, *Halæ 1738. 8.* Exactissimam vero pulcerrimamque *Vitæ* Balduini, & Scriptorum historiam dedit IOA. GOTTLIEB HEINECCIVS præfatione Tomi I. *Iurisprudentiæ Romanæ & Atticæ* præmissa. Germanica Lingua ad personati ADOLPHI CLARMVNDI, qui vitas Virorum eruditorum & has inter quasdam ICtorum dedit, exemplum, ANONYMVS quidam edidit *Schauplatz berühmter Staats- und Rechts-Gelehrten, Berolini 1710. 8.* breui libello, quo aliquot summorum ICtorum & Administrorum Status vitæ recensentur, non tamen ea quam summa merita requirebant ratione. Hos exceperunt CLAVDII SINCERI *Vitæ & Scripta Magnorum IurisConsultorum*, lingua itidem vernacula conscriptæ, quarum Tomus I. *Wittebergæ 1713.* prodiit in 8. iterum eodem in loco *1718. 8.* recusus, qui XVII. Vitas continet. *Alter* Tomus *Vittebergæ 1713. 8.* XVI. ICtos sistit. *Tertius* Tomus, *Wittebergæ 1718. 8.* X. Vitæ Narrationes habet. ICti potissimum sunt *Germani* magnique fere omnes nominis, de quorum studiis & fatis commemorat Auctor, nec tamen expositio satis est iusta, nec Indices Scriptorum quos ediderunt, sunt accurati, annique quibus prodierunt, subinde omissi. Separatim habemus Vitam *Io. Harprechti* per THOMAM LANSIVM, *Tubingæ 1640. 4.* *Vitam Nicolai Fabri* per FRANCISCVM BALBVM, *Parisiis 1614. 4.* Vitam EDMVNDI MERILLII auctore IOANNE HEMERAEO e *Casparis Thomæ* THOMASSIERII *Historia Bituricensi*, *Parisiis 1689.* edita, desumtam, *Parergorum Libro II. p. 294.* repetiit V. C. FRANCISCVS CAROLVS CONRADI. *Vitam Hermanni*

manni Vulteii ICti Hassi debemus viro de rebus Hassiacis insigniter merito IOANNI PHILIPPO KVCHENBECKERO ex monimentis vt plurimum ineditis depromtam & ad illustrandam Historiam Hassiacam inseruientem, *Marpurgi 1731.* & mutato titulo *1737. 8.* CHRISTOPHORI ERNSTII *Leben des berühmten ICti Pauli Matthiæ* WEHNERI, Præfatione & annotationibus instruxit VERONVS FRANCKE f. ill. PISTORIVS, *Nürnberg 1735. 8. Vita Henrici Coccecii* in lucem producta *Quedlinburgi 1721. 4.* mox præmissa est eiusdem Exercitationibus. *Io. Salomonis Brunnquellii* ICti Ienensis & Gœttingensis breuiter quidem sed eleganter consignauit GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN b. Viri commentationi *de retractationibus Vett. ICtor.* præmissam, *Lipsiæ 1737. 4. Vita Ioannis Guilielmi Hoffmanni* auctore V. C. GOTTLOB FRIDERICO GVDIO *Lipsiæ 1742. 4.* prodiit. *Vita Francisci Stypmanni* per IOANNEM POMERESCHIVM edita *Northusæ 1704. 8. Vitam* summi Germaniæ Iurisconsulti *Georgii Adami Struuii* elaborauit filius B. BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS *Ienæ 1705. 8. Georgii Frantzkii* Cancellarii Gothani, Vitam & Fata scite eleganterque dedit IO. HENRICVS ACKER Præfationemque *de Illustribus Saxoniæ Cancellariis* præmisit BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS *Lipsiæ 1714. 8.* IO. STRAVCHII ICti Ienensis & Giessensis *Vitam*, breui quidem sed accurata Narratione huius de Personis Incertis Disputationi *Ienæ 1714. 4* iterum formis expressæ, præmisit LAVRENTIVS ANDREAS HAMBERGERVS & in *Opusculis* Viri, cura ill. *Ioannis Georgii Estoris Ienæ 1740. 8.* impressis. *Vita* viri perillustris & de iurisprudentia cumprimis Camerali egregie meriti *Georgii Melchioris de Ludolf* Archi-Dicasterii Imperialis cameræ Assessoris, ab ipso scripta notulisque & Catalogo librorum aucta, edita cura celeberrimi Viri CHRISTIANI AVGVSTI HEVMANNI, *Göttingæ 1740 8.* Elogia & potiores vitæ rationes *Michaelis Henrici Griebneri & Antonii Schultingii* legi possunt in GOTTLOB AVGVSTI IENICHEN

Contin.

Contin. Notitiæ Auctor. Iuridicor. Beyeri N XXI. XXII. *Ioa. Rudolphi Engauii* manibus *Elogium* eleganter scriptum consecrauit ill. GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN, *Ienæ 1755. 4.* Idem iam laudauerat Iurisconsultum principem Giessensem *Ioannem Fridericum Kayserum*, Programmate funebri anno 1751. f. edito. Singulares eiusmodi Narrationes de Vita magnorum ICtorum collectis *Operibus*, vel *Consiliis* quandoque præmittuntur, vel singulatim editæ in Bibliothecis latent, luce omnino dignissimæ. Plures quoque prostant summorum ICtorum Laudationes funebres & Orationes vitam & merita eorundem commemorantes, nempe MICHAELIS PICCARTI Laudatio *Scipionis Gentilis* Antecessoris Altorfini *Norimbergæ 1617. 4.* Pars vitæ *Cunradi Rittershusii*, adiecta *Memoriæ Balthasaris Rittershusii* Patris, quæ in *4. Altorfii* forte prodiit. Eundem *Cunradum* laudauit CASPAR PANSA Reip. Noribergensis Aduocatus, *Norimbergæ 1614. 4.* De *Georgii Obrechti* ICti Argentoratensis vita & obitu extat Oratio MARCI FLORI, *1612. 4.* De *Nicolai Reusneri* ICti Ienensis summi Vita & Obitu commentatus DOMINICVS ARVMÆVS *Ienæ 1602. 4.* *Matthæi Wesenbecii* merita commemorauit ANDREAS RAVCHBAR *Wittebergæ 1587. 4.* *Michaelis Teuberi*, IOANNES LIMMER, ICtus Wittebergensis, *Witteb. 1590. 4.* *Ludouici Person* ANDREAS FRANCKENBERGER *Witteb. 1608. 4.* *Adriani Albini* Cancellarii Marchiæ nouæ IOA. CNOBLOCHIVS *Francofordiæ 1592. 4.* Nitidus est Επιταφιος *Ioanni Borcholdo* ICto Helmstadiensi perscriptus ab IOANNE CASELIO, *Helmæstadii 1594. 4.* THEODORVS EBERTVS *Elogia Iureconsultorum & Politicorum centum illustrium, qui Orientales linguas promouerunt*, collegit, edita *1628. 8.* quæ tamen leuioris sunt momenti.

CAPVT SECVNDVM
DE
FONTIBVS IVRIS GENTIVM ANTIQVISSIMARVM.

§. I.

Scriptores qui faciunt ad Ius Hebræorum.

Primum merito locum Bibliothecæ Iuris occupant FONTES Iurium, vt exinde melius cognoscantur vel riuuli ex iisdem deducti, vel qui in perpurgandis iisdem propagandisque fuerunt occupati. Neque tamen hic Romani solum Iuris Fontes indicandi, sed aliarum etiam Gentium antiquissimarum, earum cum primis a quibus Romani sua hauserunt. Primum sine dubio est IVS HEBRAEORVM, quod MOSIS libris continetur. In quo summa diuini Legislatoris relucet sapientia. Ex hoc autem plura in Leges Romanas fuisse translata docent ex veteribus Auctor *Collationis Legum Mosaicarum & Romanarum* quam PETRVS PITHOEVS additis Notis multiplici eruditione refertis edidit *Lutetiæ Parisiorum 1572. & 1573. 4. ibid. 1580. Geneuæ 1586. 8. Parisiis 1609. 4.* inter *Opera* PETRI & FRANCISC. PITHOEORVM *Sacra, Iuridica, Historica, Miscellanea, Parisiis 1587. 4.* prodiit porro *Heidelbergæ 1656. 8.* & auctior nitidiorque adiecta non solum Fratrum Pithœorum Obseruationibus in Codicem & Nouellas Iustiniani, sed etiam ANTONII SCHVLTINGII Iuris prudentiæ Ante-Iustinianeæ; ex recentioribus IOSVA ARNDIVS in *Manuali Legum Mosaicarum*, quod *Gustrouiæ* prodiit *1666. 8.* legum Catalogum ex Iudæorum æque ac Christianorum partitione exhibet, & parallela ex Pentateucho loca adiecit. Sic & GVILIELMVS WELWOD *parallela & ocularem collationem Iuris diuini ciuilis* fecit *Lugduni 1594. 4.* Similis argumenti OTTONIS PHILIPPI ZEPPERI *Collatio Legum Mosaicarum forensium & Romanarum, Canonici item & Saxonici iuris, Halæ 1632. 8.* cum qua coniungi potest GVILIELMI ZEPPERI *Explanatio Legum Mosaicarum forensium, Herbornæ 1614. 4.* Ita Leges Mosaicas secundum Decalogi seriem dispositas cum

cum lege Christi confert CONRADVS HERESBACHIVS, in sua *Christianæ Iurisprudentiæ epitome, Neostadii in Palatinatu 1586. 8.* IOACHIMVS quoque HOPPERVS *Seduardo*, siue *de vera Iurisprudentia* præclaro commentario, cura *Hermanni Conringii, Brunsuigæ 1656. 4.* edito, principia Iuris vniuersalis ex præceptis Ebræorum deriuauit. Generatim ad disciplinam Hebræorum facit MISCHNA siue *totius Hebræorum iuris, rituum, antiquitatum & legum oralium systema cum Maimonidis & Bartenoræ commentariis*, quam noua latinitate donauit & notis illustrauit GVILIELMVS SVRENHVSIVS, *Amstelodami 1698. & 1699. Partes VI. f.* Pars III. quæ de Re Vxoria Leges continet *Amstelodami 1700. f.* De Damnis *Pars IV.* ibid. *1692. f.* Alias Ius Hebræorum insigniter illustrauit IOANNES SELDENVS in libro *de Iure Naturæ & Gentium iuxta disciplinam Ebræorum Londini 1640. f. Argentorati 1665. 4.* Huc quoque pertinent ipsius Libri *de Synedriis & Præfecturis Iuridicis Veterum Ebræorum* Libri Tres *Londini 1650. 1655. 4. & Amstelodami 1679. 4. Francofurti 1696. 4.* atque *Berolini 1734. 4.* cum Præfatione IOANNIS GOTTLIEB HEINECCII, quæ de vtilitate literarum orientalium in iurisprudentia, agit. *Vxor Ebraica*, seu *de Nuptiis & Diuortiis* ex Iure diuino & Talmudico Libri Tres, quibus adhærent Eiusdem *de Successionibus ad Leges Ebræorum in Bona Defunctorum* Liber Singularis, & *in Pontificatum* Libri Duo, *Londini 1646. f. Francofurti ad Oderam 1673. 4. & Wittebergæ 1612. 4.* Quæ eruditissimæ scriptiones omnes comparent in *Operum* cura DAVIDIS WILKINS iunctim editorum *Tomis Tribus, Londini 1726. f.* CONSTANTINVS l'EMPEREVR de *Legibus Ebræorum forensibus* fuit commentatus, *Lugduni Batau. 1647. 4.* Subiungimus IOANNIS HENRICI HOTTINGERI *Ius Hebræorum Tiguri 1655. 4.* & Viri huius rerum Hebraicarum peritissimi *Epitomen Iuris Hebraici*, tam Canonici siue Ecclesiastici, quam Ciuilis, *Heidelbergæ 1661. 8.* His adiungendæ dissertationes BVXTORFII, FRISCHMVTHII, WAGENSEILII, aliorumque,

rumque, qui in cæremoniis Iudaicis fuerunt occupati, Scriptores porro de *Republica Hebræorum*, RABBINORVM ſcripta, & qui inſigni eruditionis apparatu argumentum hoc illuſtrauit IOANNES SPENCERVS, *de Legibus Hebræorum Ritualibus & earum rationibus Libris III. Cantabrig. 1685. f. Hagæ Comitum 1686. 4. & Lipſiæ ſ. Halæ Saxonum 1705. 4* atque ex recenſione & cum eruditis animaduerſionibus LEONHARDI CHAPPELON, *Cantabrigiæ 1727. f.* quæ editio cum in Germania rarior eſſet recuſa fuit *Tubingæ 1732. f.* cum cautione tamen quadam legendus.

Scriptores qui faciunt ad Iura Ægyptiorum.

§. II. Poſt Hebræos conſiderandi veniunt *Ægyptii*, qui multa ab iisdem hauſerunt. Licet enim IOANNES MARSHAMVS in *Canone Chronico Ægyptiaco, Ebraico, Græco*, *Londini* primum *1672. f.* edito, emendate inde in Germania recuſo, adiectis Locorum Scripturæ, Auctorum & Rerum indicibus *Lipſiæ* ſ. potius *Ienæ 1676. 4.* & demum *Franeckeræ 1696. 4.* ab Ægyptiis ad Hebræos multas Leges ritusque perueniſſe exiſtimet, contrarium tamen facile patet, niſi dicere velimus, Hebræos abuſus multos ab Ægyptiis didiciſſe, Ægyptiacarum tamen Ebraicarum & Græcarum antiquitatum recondita complectitur. Facit autem ad pernoſcendas haſce Ægyptiorum Leges DIODORVS SICVLVS potiſſimum, qui in *Bibliotheca ſua Hiſtorica* plures exponit. IOANNES HENRICVS BOECLERVS *Leges Ægyptiorum* peculiari Diſſertatione expoſuit *Argentorati 1657. 4.* & in *Diſſertt. Acad. T. II* p. 665. 700. qua in earundem rationes prolixius ſolerter inquiſiuit. Nec prætermittendus IOANNIS NICOLAI *de Synedriis Ægyptiorum illorumque Legibus inſignioribus* Tractatus, *Lugduni Batauorum 1706. 8.* varia eruditione refertus. Facit huc etiam ATHANASIVS KIRCHERVS in *Oedipo Ægyptiaco*, *Romæ 1652. f.* aliique rerum Ægyptiacarum Scriptores.

Græciæ Legislatores.

§. III. Nulla vero gens Legibus cultior fuit, ac *Græcorum*. Horum enim Politia non niſi iuſta Legum obſeruatione poterat conſeruari. Qui factum, quod ſingulæ fere vrbes maiores ſpeciales haberent Legislatores.

res. Athenienſium Reſpublica commendat ſuum Draconem atque Solonem. Lacedæmonii ſuum laudant Lycurgum Locrenſium Legiſlator erat Zaleucus, Thurienſium Charondas. Generatim ad Leges Græciæ facit DIODORVS SICVLVS in Bibliotheca Hiſtorica & ex recentioribus VBBONIS EMMII *Vetus Græcia illuſtrata Lugduni Batauorum 1626. 8. & 1632. 12.* Plura de hiſce Græcorum Legiſlatoribus tradidit eruditiſſimus IO. ALBERTVS FABRICIVS *Bibliotheca ſua Græca Lib. II. c. XIV.*

Scriptores ad Ius Atticum.

§. IV. Inter hæc autem, *Atticum Ius* ſemper reliquis habitum fuit præſtantius. Faciunt ad eiusdem explicationem Scriptores qui de Republica Athenienſium egerunt, & præter hos nonnulli ſpeciales. Ad Hiſtoriam iuris Attici egregie conducit PLVTARCHI *Solon*, & præcipue IOANNIS MEVRSII *Solon, ſeu de eius vita, legibus, dictis atque ſcriptis, Hafniæ 1632. 4.* Ipſum Ius *Athenienſium* ex legibus ciuilibus & plebiſcitis maximam partem conſtabat, cum Senatus conſulta non niſi a populo adprobata, annua ſaltim eſſent. Ciuiles primum a Regibus latæ, deinde Leges a *Dracone*, & his abolitis, a *Solone*. Hos debemus PARDVLPHO PRATEIO, cuius *Iurisprudentia vetus, Lugduni 1559. 8.* Draconis & Solonis leges continet. Cuius libri quondam perrari recenſionem vide *Tom. I. Obſeruat. Halenſ. Obſeru. IIX. p. 82.* Reliquas Leges *Atticas* SAMVEL PETITVS vir Theologus, Libris octo ſub certis titulis collegit, digeſſit atque eleganti ſcriptoque incredibili diligentia ac cura commentario illuſtrauit *Pariſiis 1635. f. & 1642. 4.* Addi merentur IOANNIS MEVRSII *Themis Attica*, ſiue *de Legibus Atticis* Libri duo, *Traiecti ad Rhenum 1685. 4.* recuſi *Theſauro Antiquitatum Græcarum* Gronouii *Tomo V.* Breues quidem ſunt, ſed ad hiſtoriam æque ac illuſtrationem Legum *Atticarum* optime conducunt, interdum tamen MEVRSIVS fictas a Rhetoribus in declamationibus ſuis leges pro veris Athenienſium ſtatutis admiſiſſe videtur. Huc facit etiam controuerſia, quæ inter CLAVDIVM SALMASIVM olim atque DESIDERIVM HERALDVM inter-

intercessit de diuersis ad *Ius Atticum* spectantibus materiis. Cum enim de modo vsurarum, mutuo, scribendis signandisque testamentis antea inter illos fuisset controuersia, prodierunt tandem *miscellæ Defensiones pro Cl. Salmasio de variis obseruationibus & emendationibus ad Ius Atticum & Romanum pertinentibus, Lugduni Batauorum 1645. 8.* quibus HERALDO respondet. Hic autem opposuit *Obseruationes ad ius Atticum & Romanum, Parisiis 1650. f.* ipsius *Quæstionum Quotidianarum* Tractatui additas, quæ erudita controuersia multum ad illustrationem *Iuris Attici* contulit. Breuis quidem sed non infructuosa PHILIPPI MELANCHTHONIS *Collatio LL. Atticarum & Romanarum*, quæ reperitur in CHR. WOLDENBERGII *Principiis Iuris Romani, Rostochii 1668. 4.* Adde omnino *Prolegomena Historiæ Iuris* STRVVIANAE *§. XXIV. p. 45. seq.* Quæ vtiliter conducta & nitide, curate splendideque edita est sub hoc elogio: *Iurisprudentia Romana & Attica*, cum Præfatione B. IOA. GOTTLIEB HEINECCII, *Lugduni Batauorum Tom. I. 1738. & Tom. II. ibid. 1739. f.* varios eruditissimos Commentatores in primis T. I. *Fr. Balduini* opuscula, continet, in quibus & Attico Iuri aliqua lux adfunditur; *Tomo* autem *III.* qui cum Præfatione PETRI WESSELINGII *Lugduni Batauor. 1741. f.* prodiit comparent recusæ SAMVELIS PETITI *Leges Atticæ & Commentarius cum animaduersionibus* IACOBI PALMERII GRENTEMESNIL, A. M. SALVINII, C. A. DVCKERI & PETRI WESSELINGII.

Scriptores ad Ius Lacedæmoniorum.

§. V. Lacedæmoniorum Legislator *Lycurgus* erat, cuius vitam scripsit PLVTARCHVS. Ad ipsas vero eorundem Leges faciunt NICOLAI CRAGII *de Republica Lacedæmoniorum Libri quatuor, 1593. 4. Lugduni Batauorum 1670. 8.* & auctiores emendatioresque in IACOBI GRONOVII *Antiquitatum Græcarum Tomo V.* in cuius libro tertio omnem Legum Lacedæmoniarum rationem exponit. De iisdem Lacedæmoniorum Legibus quoque egit IO. MEVRSIVS in *Miscellaneis Laconicis lib. II. c. V.*

§. VI.

§. VI. Inter recentiores Scriptores, qui ad ius antiquum Romanorum faciunt primo loco ponendus CAROLVS SIGONIVS eruditiſſimus Italus, cuius *de antiquo Iure Populi Romani Libri XI. Duo de Ciuium Romanorum; Tres de Italiæ; totidem de Romanæ Iuris prudentiæ Iudiciis* erudite eleganterque ſcripti extant. Horum Librorum varias & diſcrepantes Editiones in *Prolegomenis Hiſtoriæ Iuris* B. huius Bibliothecæ primi Auctoris §. *II. p. 2.* exquire. Optima ſane eſt, quæ cum CHRISTIANI THOMASII Diſſertatione Procemiali: *De vſu vario ſtudii Antiquitatum, in primis in ſtudio Iuris prudentiæ*, curis IO. CHRISTOPHORI FRANCK prodiit *Lipſiæ & Halæ 1718. 8.* & inter *Opera* ab ARGELATO iunctim edita Tomo Quinto. Addi poſſunt SIBRANDI TETARDI SICCAMA *de Iudicio Centumuirali* Libri Duo *Franeckeræ 1596. 8.* Hæc ſcripta quoque in Theſauro Antiquitatum Græuiano *T. I. & II.* reperiuntur.

Scriptores ad Iura Romanorum antiqua.

CAPVT TERTIVM
DE
FONTIBVS IVRIS CIVILIS.
§. I.

Ius diuiditur in *Sacrum* vel *Profanum:* hoc in *Ciuile* & *Publicum*, & quæ addenda, *Feudale* atque *Criminale:* in quo potior pars diſpoſitionis literariæ iuridicæ conſiſtit. In qualibet ſectione primo loco veniunt FONTES, qui ſecundum diuerſam Iuris rationem variant. Primum quidem conſiderandi veniunt FONTES IVRIS CIVILIS. Ius, quod IVSTINIANEVM dicitur, fontem habet CORPVS IVRIS CIVILIS. Conſtat illud potiſſimum Inſtitutionibus, Pandectis, Codice & Nouellis. IVSTINIANVS ſcilicet Imperator, cum immenſam illam Iureconſultorum veterum atque Conſtitutionum Imperatoriarum ſyluam videret, ſecundo ſtatim imperii ſui anno, animum primum ad colligendas digerendasque conſtitutiones Imperatorias, quod partim iam alii egerant, adplicuit. De hiſce Libris Iuris poſt

Ratio librorum Corporis Iuris.

post ALBERICI GENTILIS & RICCII de iisdem Commentationes conferri meretur ERICI MAVRITII Disputatio *de Libris Iuris communis horumque vsu Kilon. 1666. 4.* quae inter Opuscula ipsius ab HERTIO collecta *p. 91.* comparet.

Varii Codices.

§ II. GREGORIVS ICtus, primae Epochae Imperatorum constitutiones antea vagas, priuatis curis collegit, initio facto ab Hadriano ad Gallienum vsque, qui exinde dicitur *Codex Gregorianus:* hunc secutus HERMOGENIANVS, qui successorum, Claudii Gothici, aliorumque ad Constantinum M. vsque Constitutiones digessit, qui dicitur *Codex Hermogenianus.* Vtriusque non nisi pauca fragmenta ex manu Aniani, seu Gothorum supersunt, quae sub nomine *Tituli ex Codice Gregoriano & Hermogeniano* congessit PETRVS GREGORIVS, *Lugduni 1566. f.* Alicuius quoque Constitutionis ex Codice Gregoriano mentionem facit Augustinus II. ad Pollentiam cap. VIII. Aliquae alias citantur ab auctore Collationis Legum Mosaicarum, & Papiani libro responsorum. Eadem fragmenta vtriusque Codicis quantum quidem haberi potuerunt, in editione sua Codicis Theodosiani congessit IOANNES SICHARDVS, *Basileae 1528. f.* Multo plenius autem ad calcem eiusdem Codicis Theodosiani edidit IACOBVS CVIACIVS, *Aureliae Allobrogum f. Geneuae 1586. 4.* alias Editiones memorat Schultingius Libro mox excitando, mihi supplementa procuranti nondum visas. Ad has, omnia quae hactenus inuenta fuere horum Codicum Fragmenta digessit & *Iurisprudentiae* suae *Ante Iustinianeae, Lugduni Batauorum 1717. 4.* formis impressae p. 681. inseruit notisque eruditis illustrauit ANTONIVS SCHVLTINGIVS.

Codex Theodosianus.

§. III. Secundam Epocham Imperatoriarum Constitutionum faciunt Christianorum Principum ad Theodosium Iuniorem vsque, qui Principum Christianorum de rebus cum secularibus, tum ecclesiasticis constitutiones, Octouiris ad id delectis, colligendas commisit. Ex quo originem suam habet *Codex Theodosianus*, qui sedecim continebat Libros. Huic magnam olim aucto-

ritatem

ritatem tribuit Alaricus, rex Gothorum & in Capitularibus suis Carolus Magnus. Edidit illum primum IOANNES SICHARDVS, *Basileæ 1528. f.* vna cum Nouellis Theodosii, Valentiniani, Martiani, Maioriani, Seueri, Caii Instit. & Pauli receptar. sententiarum, Codicis item Gregoriani atque Hermogeniani, sed manca est editio, cum desit fragmentis totus liber VIII. & ex reliquis titulis non pauci. Immo etiam manca sunt fragmenta, quæ addita. Altera IO. TILII prodiit *Parisiis 1549. 8.* Melior his omnino est editio IACOBI CVIACII, *Lugduni 1566. f. Parisiis 1586. f.* eodemque anno *Aureliæ Allobrogum, in 4.* nec non *Parisiis 1607. f.* quæ nitida. In hac enim & Nouellæ & fragmenta Codicis Gregoriani & Hermogeniani sunt pleniora. Editio, quæ *Lugduni* apud *Franciscum Fabrum 1593. 4.* prodiit, præfixas habet IOANNIS SICHARDI, IOANNIS TILII, ALMARICI BOVCHARDI, IACOBI CVIACII Epistolas dedicatorias prioribus Editionibus præmissas; Adiectæ sunt Nouellæ Constitutiones Imperatorum Theodosii, Valentiniani, Martiani, Maioriani, Leonis, Seueri & Anthemii, Tituli etiam ex Corpore Codicum Gregoriani & Hermogeniani, varia præterea Veterum Iuris Auctorum Opuscula & Fragmenta accesserunt. Appendicem *Codicis Theodosiani* edidit IACOBVS SIRMONDVS *1631.* sed tres primæ Constitutiones spuriæ videntur *Iacobo Gotbofredo*, quas defendit *le Gendre Bibl. L. Nov. 1697. p. 206.* Optima vero Codicis Theodosiani est Editio, quæ cum perpetuis commentariis IACOBI GOTHOFREDI prodiit, postumo opere, studio Antonii Maruillii *Lugduni 1665. f. VI. Tomis.* Addidit Gothofredus notas elegantissimas. Raræ est eruditionis hoc opus, ex omni antiquitate, conciliorum etiam & ecclesiastica historia desumtum. Non quidem ad praxin fori conducit, ad solidam tamen constitutionum Imperatoriarum illustrationem plurimum facit. Præmittuntur huic editioni Collatio vtriusque Codicis & Chronologia Constitutionum Codicis Theodosiani, atque Prolegomena Historiam huius Codicis explanantia. Subiicitur

citur Notitia Dignitatum, Index perſonarum & locorum, quorum fit mentio, vna cum Gloſſario Nomico & Supplemento. Noua *Editio* eſt præſtantiſſimi huius operis itidem in *Sex Tomos* digeſta, collata ſtudioſe cum antiquiſſimo Codice Wurceburgenſi & libris editis, recognita, emendata variorumque obſeruationibus aucta, quibus ſuas adiecit eruditiſſimus vir IOANNES DANIEL RITTER, *Lipſiæ Tom. I. 1736. Tom. II. ibid. 1737. Tom. III. ib. 1738. Tom. IV. ib. 1739. Tom. V. 1741. Tom. VI. Pars I. 1743. Pars II. 1745. f.* De *Codice Theodoſiano* Præſide GVILIELMO HIERONYMO BRVCKNERO ICto, eruditam propoſuit Diſſertationem elegantioris doctrinæ ICtus IO. SALOMO BRVNNQVELL, *Ienæ 1719. 4.* eademque de huius *in Codice Iuſtinianeo vſu* breuiter egit.

Codex Iuſtinianeus. §. IV. Ex his ergo *tribus Codicibus*, & Imperatorum, qui Iuſtinianum fuere ſecuti, Conſtitutionibus, ſuum primum CODICEM concinnari voluit IVSTINIANVS. Hoc anno 529. edito, Veterum quoque ICtorum libros, quorum numerus ad duo millia adſcendebat, & verſuum ſiue ſententiarum, trecenties decem millia, colligi iuſſit. Ex his, vt ſub certis titulis omnem Iuris materiem componeret, cura demandabatur Triboniano, præfinito labori decennii tempore. Curam cum aliis adgreſſus Tribonianus, vix quadriennii ſpatium adimpleuit, gloriam ex celeritate petens. Ea autem ſaltim congeſſit, quæ proximiora erant ætati moribusque illorum temporum, omiſſis genuinis Iurisprudentiæ fontibus. Exinde compoſitæ PANDECTAE, ſiue Digeſta, quia in hoc volumen congeſta ex ſcriptis veterum ICtorum præcipua. Atque hæc anno 533. fuere edita. Eodem anno ad exemplum Caii ICti, prima Iuris elementa in libros quatuor Inſtitutionum componi voluit, vt faciliorem faceret viam Iuris ſtudioſis. Licet autem hæ ex Pandectis eſſent deſumtæ, vno tamen menſe ante easdem fuerunt publicatæ. Sequenti anno 534. cum Codici aliquid deeſſe videretur, nouum edidit repetitæ prælectionis, illum ſcilicet, quo hodie vtimur.

Pandectæ.

§. V.

§. V. Post Codicem, Nouellas quasdam Constitutiones pro negotiorum varietate, quæ semper noui quidpiam creant, edidit. Dicuntur istæ alias Ius Nouum, eo quod in iis emendatum, vel additum quid videmus, ad id quod in Codice constitutum. Has autem Imperator suo ordine & tempore reliquit, paucis exceptis, plerumque Græca lingua conscriptas, quæ ab ignoto & priuato homine, sed non semper ordine temporum seruato, fuerunt collectæ. Hæ postea, vti infra videbimus, latine versæ, in vsu esse cœperunt, atque Authenticæ fuerunt dictæ. Vltimo loco veniunt *Edicta XIII. Iustiniani*, quæ non ad certum aliquem hominem aut populum sunt scripta, sed in genere promulgata. Atque hæ sunt partes Iuris Ciuilis Iustinianei, quod vulgo adpellari solet CORPVS IVRIS.

Nouellæ

& Edicta Iustiniani

§. VI. Huius Editiones habemus *Tres* præcipuas: *Haloandrinam*, *Florentinam* & *Vulgarem*. Plures iam additis Glossis, seculo decimo quinto factæ fuerunt, sed cum illæ caractere Gothico seu litera Petri vt vocant, sint expressæ & plerumque mendose editæ, *Haloandrina* prima princepsque censeri debet, quæ superioribus est emendatior. Edidit enim GREGORIVS HALOANDER Digestorum seu Pandectarum Libb. L. *Norimbergæ 1529.* tribus Voluminibus *in 4to* litera Romana satis nitida, ex collatione Florentinorum, manu Politiani olim facta, licet Politiani Notas non viderit ipse, sed ex Bolognini libris, qui e Politiano codice, acceperat, descriptas adhibuerit, nec orthographiam Codicis Florentini vbique seruauerit, aliorum quoque antiquorum codicum fidem secutus. *Codex* hac inscriptione lucem vidit: *Codicis Dn. Iustiniani sacratiss. principis ex repetita prælectione Libri XII. ex fide antiq. exemplarium a* GREG. HALOANDRO *quoad fieri potuit diligentissime purgati recognitique, Nurembergæ apud Ioa. Petreium Anno 1530. f.* collatus ad XV. præclaros libros MSCtos fuit, adiectus est Index chronologicus omnium Consulum Romanorum ab *Haloandro* elaboratus & temporibus Constitutionum Augg. discernendis, idoneus. *Nouellæ* primum a *Haloandro* græce editæ hac inscriptione: Νεαρῶν Ἰȣςινιανȣ̃ βασι-

Editiones Corporis Iuris.

Haloandrina.

βασιλέως τῶν ἐν τῶ νῦν ευρισκομένων καὶ ὡς ευρίσκονται βιβλίον προστέθειντα̣ι δὲ καὶ ὁι κανόνες τῶν ἁγίων Αποςόλων διὰ Κλημέντος ἀθροισθεντες, Nouellarum Constitutionum Dn. Iustiniani principis, quae extant volumen. Appositi sunt Canones S. Apostolorum per Clementem in vnum congesti GREGORIO HALOANDRO *interprete, Norimbergae, siue in castro Norico apud. Io. Petreum Anno Domini 1531. f. Institutiones* vero editae hoc titulo: *Institutiones s. Elementorum D. Iustiniani sacratissimi Principis Libri Quatuor, Norimbergae 1529. 8.* quas tamen saltim ex ingenio, antiquo codice destitutus, emendauit, estque hoc exemplum Institutionum editionis perrarum. Hanc *Haloandrinam* CORPORIS IVRIS editionem secutae sequentes, quorum editores ab auctoritate & iudicio *Haloandri* steterunt, nimirum: Editio *Corporis ad* EXEMPLAR *Gregorii* HALOANDRI *qua licuit fide castigati, Parisiis apud* CAROLVM GVILLARD *1540. 8. XI. Voll.* Secuta *Heruagiana, Basileae 1541. f.* a IOANNE HERVAGIO, Typographo Basileensi facta & ad editionem Haloandri diligenter collata. Alciati, vt scribit aliorumque Doctorum consilio iudicioque in quam plurimis locis recognita, adiectis MODESTINI responsis Graecis in Titulo de Excusationibus tutorum, in qua etiam Graecorum verborum, vbi obueniunt, addidit interpretationem, In Codice etiam *Haloandrinam* Editionem secutus, aliquas lectiones variantes adiecit. (*) Nec omittenda: DIGESTA, *seu Pandectae Iuris Ciuilis, nunc primum ad fidem Pandectarum Florentinarum sexcentis locis emendata supra Gregorii* HALOANDRI *editionem curante* IACOBO VINTIMILLIO Rhodio; *item Codex & Nouellae, Parisiis apud Carolam Guillardam & Guil. de Bois 1548. 8. IX. Vol.* in qua curanda VINTIMILLIVS se *Noricam* secutum scribit, sed temperatam scriptura *Florentina*. Prodiit porro CORPVS *Iuris Ciuilis cura* HALOANDRI *Parisiis ap. Carolam Guillard viduam Claudii* CHEVALLONII, *& Guil. de Bois ann. 1552. 1553. 8. VII. Voll.* solus autem Codex anno posteriori typis excusus, in

(*) Historia Iuris *Struuiana cap. V. §. XVI. p. 403.*

in titulo Digestis præmisso, indicatur ad exemplum *Florentinum* & HALOANDRINVM, nec non vulgatas editiones textum collatum ac emendatum, additis omnibus inscriptionibus. CORPVS quoque editum est *Iuris Ciuilis ex Editione* GREGORII HALOANDRI *Basileæ apud Thomam* GVARINVM *1570. f. III. Vol.*

§. VII. Altera est *Florentina.* Nomen ista habet ab antiquissimo Pandectarum codice Florentino, ad quem collata. Hic in Amalphitana vrbe, Lotharii Imp. temporibus reperiebatur, & Pisas primum, ex quo *Pandectæ Pisanæ*, post inter spolia bellica Florentiam fuit translatus, ibidemque in curia seu publico Reipublicæ palatio, Palatium vetus dicitur, inter cimelia Principis adseruatur, inde *Pandectæ Florentinæ.* Illum ipsum Codicem esse, qui a Iustiniano fuit promulgatus, adseruit Guilielmus Budæus & Angelus Politianus. Rectius negarunt Antonius Augustinus & Io. Mabillonius, eo quod abbreuiaturas continet, quas sub Legis Corneliæ pœna prohibuerat Iustinianus. Licet de eo plane non sit dubitandum, Codicem esse antiquissimum, paullo post Iustiniani tempora conscriptum, quod scripturæ antiquitas, vocum literarumque connexio satis indicant. Multæ inde in diuersis Europæ Regnis prodiere Pandectarum Editiones ad doctorum virorum annotationes, quæ magnam partem ex Florentino exemplo petitæ, emendatæ. Præclare cumprimis de legalibus studiis meritus HVGO a PORTA Lugdunensis Bibliopola, cuius impensis & curis *Pandectæ, Lugduni 1536. f. ibid. 1540. & 1540. tertium 1541. f. 1549. 1550. f. 1551. 4. 1560. f. 1562. f.* prodiere. His autem omnibus præstat Editio decem annorum labore ad Archetypum Florentinum recognita per LAELIVM TAVRELLVM, adiutore filio FRANCISCO TAVRELLO, cui Editionem pater permisit, *Florentiæ ex officina Laurentii Torretini 1533. f. III. Voluminibus* (*) nitido caractere exscripta, quæ vsque huc

Florentina.

C 2

(*) *Putat equidem Compilator Nouæ Librorum Rariorum Collectionis, Halæ 1715. 8. typis expressæ. Fasciculo IV. quo numero II. Taurellii Dedicationem & Præfationem exhi-*

huc optima fuit & rarissima est. Ad eosdem *Florentinos* aliosque septem libros manuscriptos ac *Noricam* editionem, consilio & auctoritate FRANCISCI DVARENI emendata quoque est editio LVDOVICI RVSSARDI, quæ primum *Lugduni* prodiit *1560. f.* duobus voluminibus, dein *Antwerpiæ* apud *Plantinum* recusa *1567. 8.* additis notis clarissimorum ICtorum & summariis laudati DVARENI. Codex quoque ad XV. exemplaria fuit collatus. Alia est ANTONII CONTII, quæ *Parisiis 1562. 8. IX. Voll. & Lugduni* apud Guilielmum Rouilium prodiit 1571. 8. in qua duæ lacunæ, sub titulo *de bonis damnatorum & de interdictis & relegatis*, ope Basilicorum repletæ, Constitutiones quam plurimæ Græcæ, earumque epitomæ plus quam 150. ex thesauris Cuiacii, atque Antonii Augustini fuerunt additæ: Græcorum quoque interpretationes adiectæ, & summaria ex Bartolo. Inter meliores quoque referenda LVDOVICI CHARONDAE editio quæ *Antwerpiæ* apud Plantinum *1575. f.* excusa nitidissimo caractere. *Hæ* vero & *similes Editiones* in foro quidem non receptæ, adseruantur tamen in Bibliothecis, ad notandas lectiones variantes atque explicandas leges corruptas. De his pluribusque aliis *Pandectarum* præstantioribus *Editionibus* accurate exposuit, quem mox laudabimus, HENRICVS BRENCMANNVS *Historia Pandectarum Libro III. Cap. IV. p. 261. seq.* qui heic cum fructu est coniungendus. Compara V. C. GEORGII LAVRENTII HAVSFRIZ *Memoriam Gregorii Haloandri ICti §. XXXI. p. 74. seqq.* Neque tamen miremur, qui factum, quod, licet omnes ad Florentinum Codicem suam direxerint editionem, inter

exhibet, p. 710. n. B. STRVVIVM, *Heinsianum forte Catalogum sequutum male heic Tria huius Editionis Volumina laudare, sed quemadmodum Catalogos saltim sequi Eruditissimo Viro nunquam fuit solenne; ita & hac obseruatione iniuriam ipsi factam oculis meis deprehendi in instructissima Bibliotheca Academiæ Salanæ quæ Editionem hanc Florentinam seruat Tribus Voluminibus æqualiter & commode distinctam, ita vt Tomus I. Libro XIX. II. Libro XXXVI. finem habeat; Tomo III. reliqui Libri contineantur.*

ter ſe tamen nihilominus diſcrepent. Literæ enim antiquiſſimæ Codicis inuicem connexæ, ſine vlla vocum diſtinctione, quaſi vnica vox totius eſſet Codicis, difficilem ſæpe reddiderunt lectionem librariis, qui in eodem vel deſcribendo vel cum aliis conferendo adlaborarunt. Ex quo voces nonnunquam corruptæ irrepſerunt. (*) Animaduerit illud LAVRENTIVS THEODORVS, IOA. FRID. F. GRONOVIVS, qui quasdam *emendationes Pandectarum*, ex Florentino exemplari, quod circa annum 1680. per tres quatuorue menſes calide tractauit, factas, edidit *Lugduni Batauorum 1688. 8* nec tamen vltra Iuſtiniani tres præfationes & ICtorum veterum indicem progreſſus eſt, in ipſos Pandectarum editores cenſor alias iniquus. Recuſæ noua opera V. C. FRANCSCI CAROLI CONRADI *Halæ 1730. 8.* In noua eaque omnium quantum quidem fieri poteſt accuratiſſima *Florentinarum Pandectarum* Editione adornanda deſudauit eruditiſſimus Vir HENRICVS BRENCMANNVS ICtus Belga humaniſſimus, qui conferendi Archetypi cauſſa anno 1709. iter in Italiam ſuſcepit totosque quatuordecim menſes in conferendis Pandectis contriuit quotidie tribus horis antemeridianis, ſæpe & totidem pomeridianis ei negotio intentus. Iterata poſtea opera, Roma Florentiam reuerſus, varia venerandi MSCti verba recognouit rarioresque literarum formas depinxit. Ducem ſociumque laboris huius critici nactus ANTONIVM MARIAM SALVINI Græcarum litterarum apud Florentinos Profeſſorem, virum in monimentorum antiquorum, Codicum MSS. maxime cognitione conſummatiſſimum. Præter Archetypum conſuluit quoque Romæ Vaticanos Codices, & in his præſertim, Palatinos, Taurinenſes, alios. Præſtantiores ad hæc Editiones adhibuit, triumque voluminum nobile opus adornauit, quod magnis deſideriis expectant ſolidioris Iurisprudentiæ cultores,

 res,

(*) Compara Hiſtoriam Iuris *Struuian. Cap. V. §. IX. p. 373. ſeqq.* & maxime *Brencmanni Hiſtoriam Pandectar. Cap. II.* de Scriptura Exemplaris Florentini vbi *p. 111.* Alphabetum ex π. Florentinis & *p. 155.* Specimen ſcripturæ, æri inciſæ exhibet.

res, quorum palatum mouit exquisita *Historia Pandectarum* seu *Fatum Exemplaris Florentini,* cui geminam *de Amalphi* Ciuitate addidit Dissertationem, *Traiecti ad Rhenum 1722. 4.* edita, qua omnium optime, testis siquidem vbique oculatus, de ætate, fide, fatis, forma, scriptura, notis & signis, punctis & interpunctionibus librariis, correctionibus, auctoritate, editionibus huius pretiosissimi Codicis Florentini erudite exposuit aliosque Codices Pandectarum MSCtos indicauit. Ad historiam *Pandectarum* IVSTINIANI & Codicis *Florentini* facit inprimis erudita concertatio inter doctos quosdam in Italia cumprimis viros orta, quos inter variis libellis certatum fuit. Quorsum facit GVIDONIS GRANDI in Pisana Academia Matheseos Professoris & S. Michaelis in Burgo Abbatis EPISTOLA *de Pandectis ad Cl. Virum* JOSEPHVM AVERANIVM ICtum Pisanum, quæ ex editione *altera,* Notis variis & Adpendice veterum monumentorum ab Auctore locupletata prodiit *Florentiæ 1727. 4.* Secutæ EIVSD. doctissimi GRANDI *Vindiciæ pro sua Epistola de Pandectis Florensiæ secundo edita cum Notis aduersus inanes querelas & oppugnationes* BERNARDI TANVCCI I. V. D. Stiensis eadem in Academia Cæsarea Iuris Interpretis *de eius libello,* non ita pridem *Lucæ* impresso, expositas, *Pisis 1728. 4.* cum hac iungendæ omnino erudissimæ obseruationes, quibus probatur: *Vulgatos Codices π. ex Archetypo Florentino non dimanasse*, quæ insertæ *den Hannoverischen gelehrten Anzeigen anni 1753. Numer. 78. 80. 89.* & in Appendice N. 9. huic tamen sententiæ nouissime insurrexit Italus eleganter doctus LEOPOLDVS ANDREAS GVADAGNI, cuius de *Florentino Codice, omnium quæ extant Pandectarum exemplorum parente*, Disquisionem, in Germania recudi curauit variisque eruditis obseruationibus illustrauit Vir Consultissimus CAROLVS FRIDERICVS WALCHIVS, *Ienæ 1755. 8. De propriis nominibus τȣ πανδέκτȣ Florentini* egit, notasque adiecit ANTONIVS AVGVSTINVS, *Tarraconæ 1579. f.* rarissimo quondam libello, qui recusus in *Thesauro Iuris Ciuilis Ottoniano.* SIGISMVNDVS REICH. IAVCHIVS vero studiose exhibuit

hibuit *Meditationes Criticas de Negationibus Pandectis Florentinis partim recte vel male iam adiectis*, aut *detractis vel circumscriptis* ex variis Pandectarum editionibus, vel etiamnum adiiciendis, vel tollendis, aut transferendis ex sententia elegantissimorum ICtorum, *Amstelodami 1728. 8.* cui tamen adiungendus viri erudissimi IOAN. GOTFRIDI SAMMET *receptarum sectionum ad Iaucbium* Liber singularis, *Lipsiæ 1750. 4.* in quo Florentina quorundam Capitum scriptura contra recentiores defenditur. Adde IOA. CONRADI RÜCKERI *Obseruationes, quibus Florentina Scriptura variis Pandectarum locis defenditur*, adiectas ICti huius erudissimi Dissertationi *de ciuili & naturali temporis computatione*, editæ *Lugduni Batau. 1749. 8. mai.*

§. VIII. *Vulgaris Editio*, quæ in tribunalia & fora, communi quasi consensu recepta DIONYSII est GOTHOFREDI, cuius post plures *Geneuæ* & alibi factas optima est editio, quæ *cura* SIMONIS van LEVWEN prodiit *Amstelodami 1663. f.* recusa *Louanii 1726. f.* cui proxima est ista, quæ *Lugduni* facta *1660. f.* & *Francofurti 1663. sumptibus Societatis, quarto maiori*; hæc enim est emendatissima. Noua editio magna in emendando cura adhibita prodiit *Lepsiæ 1705. 4.* quam secuta est interata *1720. & 1740. 4.* charactere nitido eademque splendida & accurata. Quæ a CHRISTOPHORO HENRICO FREISLEBEN *Altenburgi 1720.* & *175. 4.* edita est Corporis Iuris editio iuuenibus de ordine Librorum Iuris nondum satis instructis, artificio & facilitate euoluendi se commendat. In minore quoque forma nitida & accurata est, quæ lucem vidit *Amstelodami 1664. 8. mai.* & quæ præmissa elegantissima Præfatione B. IO. GOTTL. HEINECCII formis excusa, *Halæ 1735. 4. min.* inseruit hoc præfamen *Opusculis* B. Viri *minoribus p. 218. 230.* ICtus elegantissimus IO. LVDOVICVS VHLIVS. Conferri heic meretur viri felici ingenio ac acri iudicio instructi IOANNIS GVILIELMI MACKARTI libellus, cuius est iudex: *Probabilia Lectionum receptarum Iuris Ciuilis. Traiecti ad Rhenum 1737. 8.* per receptam siue vulgatam lectionem in Digestis eam intelligit vir eruditus, Vulgaris.

tus, quam Florentinus probauit liber, in Institutionibus, Codice & Nouellis quam habet editio *Dionysii Gothofredi.* Conferri hic potest curiosa obseruatio, illata *denen Hannoverischen Anzeigen anni 1753. N. 68.* hac inscriptione: *Wie die Pandecten von den verworrenen Notis characteristicis Editorum, und insonderheit von der mendacissima Russardi, und Dionysii Gothofredi zu saubern und zum Theil zu rectificiren.* Add. GVILIELMI BEST *Rationem emendandi Leges, Vltraiecti 1707. 8.* Eruditis ingeniis multum voluptatis adferet elegantissima disquisitio celeberrimi viri CHRISTIANI GOTTLIB SCHWARZII inscripta: *An ex vnico Codice MSCto Florentino omnia cetera Pandectarum exempla quotquot vel manu descripta in Bibliothecis totius Europae adhuc visuntur, vel typis expressa prostant, tamquam per traducem dimanarint?* quae primum publice proposita, *Altorfii 1733. 4.* curante V. C. IOANNE LVDOVICO VHLIO. *Lugduni Batau. 1739. 4.* sub titulo: *Exercitationum Academicarum II.* vtiliter recusa. Propositam autem quaestionem negat vir eruditissimus tribus argumentis. De *Pandectis* in meliorem ordinem digerendis studiose laborauit, vir eruditus in Gallia, qui nomen suum literis tantum *R. I. P.* expressit & *Aureliae* commoratur, in Opere splendidissimo, cui titulum laboris indicem huc dedit: *Pandectae Iustinianeae in nouum ordinem digestae: cum Legibus Codicis & Nouellis, quae Ius Pandectarum confirmant, explicant, aut abrogant. Praefixus est Index Titulorum & Diuisionum omnium, quo totius Operis specimen quoddam & quasi materiarum appendix exhibetur. Subiecta quoque Tabula, qua nominatim Leges omnes cum suis Paragraphis & Versiculis ordini Digestorum restituuntur. Tomus Primus*, continens Prolegomena seu Praefationem & XXII. priores Libros, *Parisiis & Carnuti 1748. folio mai. Tomus Secundus* continens a Libro XXIII. ad XXVIII. Capiti huius Voluminis adiecti sunt *Fragmenta Legis XII. Tabularum & Edicti Perpetui, Parisiis & Carnuti 1749. Tomus Tertius*, continens a Libro XXXIX. ad L. & ult. cum speciali Tractatu tituli de Verborum Significatione in modum

dum indicis verborum & rerum Alphabetici & tituli de Regulis Iuris in breue sententiarum omnium compendium, *Parisiis* & *Carnuti 1752.*

§. IX. Pandectarum editionibus autem memoratis additus quoque est CODEX. NOVELLAE autem variæ sunt, vel Imperatorum tertiæ epochæ, a Theodosio II. ad Iustinianum, ideo sic dictæ, quod nouissime post Codicem Theodosianum editæ, vt *Valentiniani*, *Leonis*, *Maioriani*, *Zenonis*, aliorumque; vel *Iustiniani*, *Martiani*, *Maioriani* & *Seueri Nouellæ*, *quas* ex *Aniani* breuiario IO. SICHARDVS edidit, *Parisiis 1571. 4. Geneuæ 1593. 4.* *Maioriani Nouellas* Cuiacianæ editioni ANTONIVS OISELIVS addidit *Parisiis 1666. f.* *Nouellas Theodosii*, *Valentiniani* &c. XLII. PETRVS PITHOEVS edidit *Parisiis 1571.* & *1609. 4.* Harum Nouellarum accuratiorem auctioremque Editionem subsidio vetusti Codicis Ottoboniani moliri LEONHARDVM ADAMVM Volsiniensem Italum, *Nouellæ Eruditæ* Ann. 1717. Numero 54. docent, specimenque huius laboris CHRISTIANVS GODEFRIDVS HOFFMANNVS vir doctissimus, *Historiæ Iuris Iustinianei p. 232.* inseruit. Codex & Nouellæ.

§. X. NOVELLAS Iustinianus primus græce publicauit, deinde ipsius iussu κατὰ πόδα in latinum sermonem fuerunt translatæ, in publicum vulgatæ imperante Iustino secundo. Auctorem eius quidam BVLGARVM faciunt, vel eius coæuum, BERGVNTIONEM Pisanum. CVIACIVS tamen VIII. obs. XL. hominem Græcum, barbarum tamen, nec græce nec latinæ linguæ præsidiis satis instructum fuisse dicit, ætate Iustiniani non longe inferiorem, qui non multó post editionem Nouellarum, occidenti latinam dederit interpretationem. Patet illud ex GREGORII M. qui haut longe a Iustiniani temporibus abfuit, epistolis, quæ integra sæpe huius translationis verba adducunt. Adparet hæc versio in Corpore Iuris, sub nomine *Authenticæ*, eo quod plerumque κατὰ πόδα atque ad verbum sit facta. Hæc trantlatio barbara licet sit, ab auctore Græco, latini sermonis non adeo gnaro profecta, Nouellar. Translat.

fecta, recepta tamen est in scholas atque iudicia. Et licet quidam velint, ab hac Nouellarum versione in dubio ad fontes Graecos esse recurrendum, verior tamen eorum est sententia, qui negant, tum quod adhuc de genuina textus Graeci ratione dubitetur, tum quod vsus hanc versionem fecerit authenticam. Haec autem versio diutius in tenebris iacuit, usque dum Irnerius Lotharii tempore, lacunas istius infeliciter satis supplere conaretur; Berguntio vero, vel quisquis interpres alius, neglecto prorsus veteri Nouellarum numero nouam praetexeret seriem in nouem Collationes distributam. Dictae autem sunt Collationes, quasi collatae ad alias, atque propositae ad declarandas vel abrogandas leges Codicis. (*) Conferendae F. A. HOMMELII eruditae *Coniecturae de textu Nouellarum originario, Lipsiae 1736. 4.* Dissertatione Academica expositae.

Nouellae Iuliani. §. XI. Inter versiones Nouellarum latinas post authenticam illam prima est IVLIANI, Antecessoris Constantinopolitani, cuius *liber Nouellarum* circa annum 570 confectus. Hic autem Nouellas non quidem vertit integras, aut ad verbum, sed in epitomen contraxit, resecatis prologis & epilogis. Haec Nouellarum epitome, quam in duos libros distinxit, quorum prior peruenit vsque ad Nouellam LXIII. sub Nouellarum adpellatione olim venit per Irnerium, Bulgarum, Ioannem, Azonem, Accursium. Primus eam in lucem protulit NICOLAVS BOERIVS, cum legibus Longobardorum & scholiis, *Venetiis 1537. 8.* Postea LVDOVICVS MIRAEVS eandem epitomen edidit *Lugduni 1560. 8.* Idem etiam editionem GOLZII *Brugis 1565. 4.* procurauit. Hunc secutus ANTONIVS AVGVSTINVS, cuius *Collectio Nouellarum Iuliani* cum paratitlis, variis lectionibus, verborum obscuriorum significationibus, & Constitutionibus Graecis, quae desunt in Codice Iustinianeo, prodiit *Ilerdae 1567. 8.* & reliquis limatior est atque emendatior. Praefatione praemissa de vtilitate huius Collectionis docte edisseruit. Tandem FRANCISCVS PITHOEVS, ex fratris Petri bibliotheca aliam

(*) *Historia Iuris Struv. C. III. §. X. 322. sq.*

am edidit, quæ cum paratitlis, ſcholiis Auguſtini & variis lectionibus *Baſileæ* prodiit *1567. f.* Additæ nonnullæ Iuſtiniani & Iuſtini Conſtitutiones, Gloſſarium quoque atque explicatio vocum obſcuriorum. Hæc Pithœana Editio, poſtmodum acceſſit PETRI & prioris eiusdem Editoris FRANCISCI PITHOEORVM *Obſeruationibus in Codicem, Pariſiis 1689. f.* typis impreſſis, cui iteratæ Editioni adiectæ ſunt Præfationes, quæ ſuis Editionibus præmiſerunt priores Editores, Boerius, Miræus, Auguſtinus,

§. XII. Tertiam latinam verſionem procurauit GREGORIVS HALOANDER. Hic enim cum videret translationem, qua hodie vtimur, textui Græco, quem primus edidit, non reſpondere, nouam dedit addito Græco *Norimbergæ* apud *Ioa. Petreium 1531. f.* excuſam. quæ ſane longe purior eſt ea, qua in ſcholis foriſque vtimur, nec tamen omnibus numeris abſoluta. Hunc ſecutus eſt IOANNES HERVAGIVS, qui Alciati, vt ſcribit, aliorumque Doctorum ope adiutus, *Nouellas* auctiores edidit *Baſileæ 1541. f.* Notas etiam marginales Aemarii Ranconeti, Petri Fabri & Iacobi Cuiacii adiecit. Haloandri translationem LVDOVICVS RVSSARDVS ex Duareni emendatione recognitam, edidit *1567 f.* Egregia eſt editio HENRICI AGYLAEI, qui conſtitutiones Nouellas Iuſtiniani ab Haloandro verſas caſtigauit, lectionum varietatem adnotauit, & ipſe quoque easdem tranſtulit, *Pariſiis 1560. 4.* Idem quoque dedit *Nouellarum Iuſtiniani Conſtitutionum ſupplementum*, cum Haloandri ac Scrimgeri editionum collatione, *Baſileæ* per Ioannem Heruagium *1561. 4. Coloniæ 1552. 8.* Porro *Authenticorum ſeu Nouellarum Conſtitutionum Iuſtiniani Principis* Editio prodiit gr. & lat. *Lugduni 1571. 12.* apud *Guilielmum Nouillium.* Veterem tamen interpretationem retinuerunt plerique. CONTIVS quoque aliquas Nouellas adiecit, atque decimam Collationem eſſe voluit, quas & olim ſub titulo Extrauagantium addiderat Iacobus de Bellouiſu, ſed receptæ non ſunt.

Nouellæ Haloandrinæ.

§. XIII. Noſtris temporibus IOANNES FRIDERICVS HOMBERCK ZU VACH Marpurgenſis Anteceſſor

Noua Verſio.

ſor literatiſſimus animum ad nouam nitidioremque *Nouellarum verſionem* adiecit, hacque mente, *Authenticæ ſeu Nouellæ Conſtitutionis primæ Iuſtiniani*, Nouam verſionem, Notis Criticis perpetuis & Commentario illuſtratam dedit, *Marpurgi Cattorum 1710. f.* Hoc elegans Specimen, ipſa Verſio omne Nouellarum corpus noua veſte ornans, excepit hoc titulo: *Nouellæ Conſtitutiones Dn. Iuſtiniani Sacratiſſimi Principis ex Græco in Latinum conuerſæ & Notis illuſtratæ.* Accedit *F. Pithoei Gloſſarium obſcuriorum verborum; Iuliani Anteceſſoris C. P. item Antonii Auguſtini Epiſcopi Ilerdenſis quorundam verborum Iuliani Interpretatio: eiusdem Paratitla ſeu Scholia, Marpurgi Cattorum 1717. 4.* quo erudito labore iis qui meliorem in Iurisprudentia literaturam amant, inſignem nauauit operam. Quum autem illuſtris Dn. de LVDEWIG Vita *Iuſtiniani* ſententiam *Hombergianam*, plures Iuſtiniani Nouellas græce, pauciores latine fuiſſe ſcriptas oppugnaſſet, eruditas vindicias parauit doctus filius AEMILIVS LVDOVICVS HOMBERCK ZV VACH, *de lingua Nouellarum Iuſtiniani originaria, vulgatæ earum verſionis autore, atque vſu in foro, Diatribe, Marburgi 1741. 4.* eruditiſſimorumque virorum epiſtolas de verſione Nouellarum paterna exponentes adiecit. Idem pereruditus Vir, *Schediaſma de Collectione Nouellarum a Iuſtiniano facta. Marburgi 1741. 4.* edidit, qua de Collectioue Nouellarum ab ipſo Iuſtiniano ſuſcepta ſed deperdita, teſtimonia hiſtoricorum produxit. HOMMELII V. C. *Coniecturas de Textu Novellarum originario*, quibus textum latinum authenticum, Græcum autem verſionem eſſe contendit, iam ſupra §. *X.* excitauimus.

§. XIV. Poſt Iuſtiniani Nouellas extant etiam aliæ, vtpote Iuſtini, Tiberii, Leonis *ἐπανορθωτικαὶ καθάρσεις*, quibus Leo aliqua Iuris Iuſtinianei corrigere conſtituerat, quæ licet receptæ non ſint, ad calcem tamen Corporis Iuris, editionis Gothofredianæ, fuerunt additæ. Reliquorum vero Imperatorum Græcorum, Conſtantini V. Baſilii Macedonis, aliorumque Nouellas varie habemus editas, vtpote ab ENIMVNDO BONEFIDIO,

DIO, *apud Henricum Stephani 1573. 8.* sub *Iuris Orientalis* Elogio, a IOANNE LEVNCLAVIO, *in fine Synopseos* Βασιλικῶν, *Basileæ 1575. f.* & in libro, cuius titulus *Ius Græco Romanum* a FREHERO edito *1596. f.* CAROLVS LABBAEVS decem Nouellas auctiores & emendatiores edidit *Parisiis 1609. 8.* Quædam autem recusæ *Lugduni Batauorum 1671.* cum notis, inter reliqua opera Constantini Porphyrogeniti, vti auctor est Iacobus Gothofredus *in Manuali Iuris cap. V.*

§. XV. Aliud est *Corpus Iuris*, quod *Glossatum* dicitur a Glossis, iuris textui in margine additis. Conscripsere tales in speciales quasdam Iuris partes PEPO, & qui ex schola Irnerii prodierunt, PLACENTINVS Bononiensis, IOANNES BOSSIANVS, MARTINVS GOSSIA, ambo Cremonenses, BVLGARVS Pisanus, AZO, Accursii præceptor, ALDERICVS, BARNERIVS, KILIANVS, COLVMBVS, FASOLVS, HVGOLINVS, ROGERIVS, PILEVS, ROFFREDVS, quorum Glossas interlineares in particulares tantum Corporis Iuris partes in suas transfudit, atque primus totum Ius illustrauit Glossatorum Coryphæus FRANCISCVS ACCVRSIVS. Nec vllus post eum Glossas fecit, cum Commentatorum postea oriretur seculum. Inter diuersas autem Editiones præstare videtur PETRI ab AREA BAVDOZA Cestii, caractere minori rubro nigro eleganti exscripta atque edita *Geneuæ 1614. 4. Tomis IV.* Quæ non solum accurata, nam summa diligentia varias lectiones composuit, sed ad vsum quotidianum maxime commoda. Hunc in finem quoque bene comparata est ea, quæ *Venetiis 1574. 4. quinque Tomis*, Rubricis distincta, vna cum Scholiis IOANNIS PERSII, Indice Materiarum IOANNIS PERRINII, cuius etiam Vita, Iustiniani Institutionibus est præmissa, chartæ quoque nitore se commendat. Inter meliores quoque referenda, quæ sub *Signo Salamandræ* prodiit apud Sennetonios Fratres *Lugduni 1549. 1550. f. V. Tomis*, atque rubricis & picturis quibusdam hieroglyphicis ligno eleganter satis incisis est distincta. Ea quæ sub *signo Leonis* prodiit *Lugduni* Ius Canonicum quidem 1572.

Corpus Iuris glossatum.

Ius

Ius Ciuile 1580. f. Quam insecuta ea, quæ cum Accursii, & Contii Scholiis, Paratitlis, Cuiacii, quorundam aliorum obseruationibus & notis ad Accursium cura DIONYSII GOTHOFREDI prodiit *Lugduni 1589. f. VI. Tomis*, sub *Signo itidem Leonis. Sexto Tomo* extant Thesaurus Accursianus siue Index Alphabeticus Glossarum Accursii & Remissiones ad capita Iuris difficiliora collectore PETRO BROSSEO Librique *Notarum & Benedictorum ad Accursium* Auctore IOANNE HENNEQVINO. Quam Editionem omnibus aliis præfero. Tantam autem auctoritatem habent Glossæ, vt de iis vulgatum sit prouerbium; *Glossæ auctoritatem omnes excellere, & illi tanquam Carotio veritatis perpetuo adhærendum esse.* Maxime vero dum Aduocatis adminicularentur, idolum Aduocatorum fuerunt adpellatæ. Quare etiam ex eius sententia caussam iudicandam esse putat Arthurus Duck, de auctoritate iuris Ciuilis lib. I. cap. VIII. §. 6. quoties insignis aliquis interpres ei adhæserit. Ad hocce vero Glossarum Corpus binos habemus indices: alterum collectore PETRO BROSSEO, *Lugduni 1589. f.* qui tamen breuior est, alias ob additas remissiones commendandus. Alter STEPHANI vero DAOYS Nauarri *Index ad Corpus Iuris Ciuilis, auctus per Thomam de Iuges Venetiis 1610. Lugduni 1612. f.* ac *Geneuæ 1635. f.* editus, nuper quoque recusus optimus est, & non ad textum iuris solum, sed etiam ad glossam directus.

§. XVI. Ad FONTES hosce etiam referenda sunt *Fragmenta veteris Iuris Romani & Iure Consultorum.* Illud enim a Iure Iustinianeo probe est distinguendum, cum hoc saltim ex scriptis Iureconsultorum concinnatum, reiectis nonnisi insigni cum detrimento, fontibus genuinis. Primum Iurisprudentiæ Romanæ fundamentum sunt LEGES REGIAE, a Sexto Papirio tempore Tarquini Superbi, in vnum corpus collectæ, quod exinde dictum fuit IVS PAPIRIANVM, in quod commentatus est GRANIVS FLACCVS, cuius *de Iure Papiriano* librum adlegat Paulus l. 145. π. de V. S. quem etiam Macrobius III. Saturn. XI. excitauit. Harum tamen

men Legum non nisi pauca supersunt Fragmenta. quæ ANTONIVS AVGVSTINVS in suo *de Legibus & SCtis* Libro, *Parisiis 1585, f.* exhibuit, & qui in eundem commentatus FVLVIVS VRSINVS, *Romæ 1583. 4.* Vtrique continentur in Thesauro Antiquitatum Romanarum Græuiano, Tomo secundo. IO. GOTTL. HEINECCII *Obseruatio de Iure Papiriano* inter *Opuscula minora*, Viri, Amstelod. edita, N. I. extat. *Leges Romuli* edidit FRANCISCVS BALDVINVS, *Lugduni 1683. f.* & in Collectione, quæ inscribitur: *Iuris prudentia Romano-Attica* edita cum Præfat. *Heineccii* p. 17. cura quoque HENRICI PETREI Commentariis Institutionum adiectas, qui asserere ausus, se octodecim Romuli Leges habere, ex columna quadam aurea, Romæ in Capitolino erecta. Huc spectat quoque ex parte PARDVLPHI PRATEII *Iurisprudentia vetus, siue Draconis & Solonis, nec non Romuli Romanorum Regis ac XII. Tabularum Leges, Lugduni 1559. 8.* & in *Thesauro Iuris Romani T. IV. p. 381. 480.* Ad *Legem Numæ Pompilii de Ara Iunonis pellici non tangenda* Differt. philologico-iuridica docte commentatus HERMANNVS CANNEGIETER, *Lugd. Batau. 1743. 4.* Omnes vero *Leges Regias & Decemuirales* studiose collegit IVSTVS LIPSIVS, quæ inter opera *Antwerpiæ* ex Officina Plantiniana 1601. 4. extant, ex quo Fridericus Sylburgius suas hausit, quas cum breuibus notis Dionysio Halicarnassensi addidit, atque Wæchelianæ, etiam Lipsiensi & Oxoniensi editioni fuerunt adiectæ, additæ quoque a FR. MODIO *Lexico Barnabæ* BRISSONII, *Francofurti 1587. f.* in qua editione quoque comparet FRANCISCI HOTTOMANNI *de Legibus Romanis tam certi quam incerti nominis Commentarius.* Scriptorum veterum testimoniis & meliore doctrina illustratus est iuvenis doctissimi S. H. van IDSINGA *Variorum Iuris Ciuilis Liber singularis, quo Leges quædam* REGIAE & DECEMVIRALES, *illustrantur, Harlingæ 1738. 8. mai.* LEGES Regias secutæ fuere XII. TABVLARVM. Ad has ex antiquis fuere commentati Sextus Aelius, L. Acilius, Lælius Valerius Messala, Q. Antistius Labeo, & demum Ca-

Caius. Ex iis, qui fragmenta XII. Tabb. collegerunt, singulos hic adducere superfluum erit. Præcipui sunt FRANCISCVS BALDVINVS in Libris II. *de LL. XII. Tabb.* cum *Legibus Romuli* editis, primum prodierunt *Parisiis 1550.* & *iterum ibid.* ex editione & locupletiore & emendatiori. *Tertia* vero & vt in rubro audit Noua *Basileæ per Oporinum 8. 1559.* quæ optima est & denuo elaborata, ab ea plane diuersa est, quæ Commentariis in Leges Romuli *Parisiis 1554. f.* & *Lugduni 1583. 1589.* addita, ea enim secunda est editio. De quibus vide C. THOMASII *Epistolam de Balduini Operibus p. 9. & 23.* Extant quoque in *Iurisprudentiæ Romanæ & Atticæ*, quæ cum B. HEINECCII Præfatione est edita T. I. inter cetera BALDVINI Opera. His Commentariis BALDVINVS præter Origines & Historiam Legum XII. Tabb. reliquias collegit easdemque in certa distribuit capita & erudite illustrauit. Dein DIONYSIVS GOTHOFREDVS, *epitomen Fragmentorum* dedit *ex LL. XII. Tabb. Geneuæ 1586. 8.* THEODORVS MARCILIVS eadem *Fragmenta* collegit, & *Interpretamentum* addidit *Parisiis 1660. 8.* & *1603. 12* atque in *Thesauro* OTTONIANO *T. IV. p. 216. 324.* Inter omnes optima est editio, quam fecit IACOBVS GOTHOFREDVS; qui *Fragmenta LL. XII. Tabb. Legis Iuliæ & Papiæ, Edicti perpetui vt & Sabinianorum Librorum* separatim olim *Heidelbergæ 1617. 4.* edita, congessit & ornatiores dedit in *Fontibus quatuor Iuris Ciuilis, Geneuæ* editis *1653. 4.* nec non in EVERARDI OTTONIS *Thes. Iur. Rom. T. III. p. 256.* in quibus ordini suo restituit non solum sed aliorum etiam errores correxit, quæ omissa suppleuit, reliqua additis obseruationibus eruditis, atque Glossario accurate fuit interpretatus. IANVS VINCENTIVS GRAVINA Fragmenta quoque LL. XII. Tabularum exhibuit & docte illustrauit *Originum I. C. Libro Secundo*, qui est *de Iure Naturali & gentium* & XII. Tabularum Operibus iunctim editis p. 273. Editionis Lips. & *p. 171. Mascouianæ.* FRANCISCI HOTTOMANNI *de Legibus XII. Tabularum tripertita* cum edita *Lugduni 1564.* tum inserta *Operibus*

Tomo

Tom. III. Eruditus est quoque CVNRADI RITTERSHVSII Dodecadeltos f. *in LL. XII. Tabularum* commentarius, *Argentorati 1616.* & *1659. 4* Addi potest ANTONII CLARI SYLVII Liber singularis *ad Leges Regias & duodecim Tabularum*, *Parisiis 1603. 4.* vbi tamen Ciceronis Leges non illas quæ ad XII. Tabulas pertinent nisi paucissimas exponit, teste FVNCCIO in Commentario in LL. XII. Tabb. p. 37. Insigniter quoque meriti de his Tabulis conquirendis illustrandisque B. CHRISTIANVS GODOFREDVS HOFFMANNVS, qui easdem *Historiæ Iuris* ROMANO - *Iustinianei* T. II. p. 129. sqq. inseruit ex diuersorum doctissimorum hominum iam laudatorum editionibus, cumque Iure *Attico* operose contulit; nec non IOANNES NICOLAVS FVNCCIVS, qui in Libro singulari de *pueritia Linguæ Latinæ, Marburgi 1721. 4.* edito; *ibidemque 1735. 4.* auctius longe & emendatius recuso, earum sinceram lectionem exhibere voluit atque aduersus V. C. BRANCHV animadversiones in *obseruationibus ad Ius Romanum Cap. X. p. 115.* & in addendis *p. 223.* prolatas, vindicauit edito *Spicilegio literario*, *Marb. 1723. 4.* Confer eiusd. *Libros II. de origine & pueritia Latinæ Linguæ, Marburgi 1735. 4. L. II. c. IV. p. 253. seq.* & in fine operis. Accesserunt *Rintelii 1744. 4. Leges XII. Tabb. suis, quotquot reperiri potuerunt Fragmentis restitutæ & obseruationibus critico antiquariis* illustratæ, quem elegantem librum iam adductum, itidem laudato FVNCCIO debemus. Vt taceam alias *Leges Romanorum*, de quarum origine & historia singularibus tractatibus egerunt ANTONIVS AVGVSTINVS atque FVLVIVS VRSINVS, *Romæ 1583. 4. Parisiis 1563. f.* & *Lugduni 1592. 4.* LVDOVICVS CHARONDAS, *Parisiis 1555. 12. ibid. 1567. 4.* & VLRICVS ZASIVS in Tomo I. Tractatus Tractatuum. *Traianus*, siue de Regibus *Traiani Imperatoris* cultissimus, commentarius auctore IOANNE AVGVSTO BACHIO lucem vidit *Lipsiæ 1747. 8* Ad singulares vero aliquas Romanorum Leges commentati fuerunt alii. Legem *Atiniam*, seu, de rei furtiuæ vsucapione prohibita, scite illustrarunt ANDREAS PVLVAEVS,

VS, singulari Libro *Parisiis 1558. 8.* & in *Triga libellorum*, quibus iura vsucapionum explicantur, cura FRANCISCI CAROLI CONRADI, *Lipsiæ 1728. 4. p. 71. 122.* vt & in *Thesauro Iuris Romani* OTTONIANO *T. IV. p. 325. 344.* atque IOSEPHVS FERNANDEZ de RETES *ad Legem* ATINIAM PLAVTIAMque de vi & repetundarum, quæ extat in Ei. selectione ad leges, Edicta, principumque constitutiones, ex quibus prohibita vsucapio est *Salmanticæ 1763. 4.* Legis *Oppiæ* de matronarum cultu elegantissima interpretatio facta in Diss. B. IOANNIS GVILIELMI HOFFMANNI, *Francofurti ad Viadr. 1736. 4.* Ad *Leges Voconiam, Falcidiam, Iuliam, Papiam Poppæam, Rhodiam, Aquiliam* commentatus fuit FRANCISCVS BALDVINVS, *Basileæ 1559. 8.* & *Halæ 1730. 8.* cum Præfatione NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII, atque in *Iurisprudentiæ Romanæ & Atticæ T. II. p. 170. 272.* Addatur ALEXANDRI ARNOLDI PAGENSTECHERI Diss. *de Lege Falcidia, Groningæ 1713. 4.* *Legi Iuliæ & Papiæ Poppeæ* insignis lux accensa eruditissimo Commentario, quem IOANNES GOTTLIEB HEINECCIVS edidit *Amstelodami 1726. 4.* & *ibid. 1731. 4.* Coniungi vtiliter possunt GEORGII CASPARIS KIRCHMAIERI Dissertatio *de Papia Poppæa Lege ex ruderibus exposita, Wittebergæ 1694. 4.* & FRANCISCI RAMOS *de* MANZANO *Commentarii & Reliquationes ad L. Iuliam & Papiam, Madriti 1678. f. 2. Voll.* & nunc etiam in *Tomo V. Thesauri Iuris Mermanniani N. III.* IACOBVS RAEVARDVS *ad Legem Scriboniam de Vsucapionibus, Antwerpiæ 1641.* & *Ienæ 1586. 8.* atque in *Triga libellorum, quibus iura vsucapionum explicantur* V. C. FRANCISCI CAROLI CONRADI, *Lipsiæ 1728. 4. p. 39. 70.* Ad *Legem Iuliam de Adulteriis* BARNABAS BRISSONIVS, *Parisiis 1557. 8. Heidelbergæ 1664. 8.* & inter *Opera* in *4.* iunctim edita. Ad *Legem Iuliam Maiestatis* ANTONIVS CONTIVS, *Spiræ 1594. 8.* & ALBERICVS GENTILIS *Hanouiæ 1607. 8.* & cultissimi Libri IACOBI GOTHOFREDI *Discursus historicus* ad

ad L. Quisquis C. ad L. Iuliam Maiestatis, *Geneuæ* 1654. 4. & ex recensione FRANCISCI CAROLI CONRADI, *Helmstadii* 1732. 4. atque NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII *Singularia ad L. Iuliam Maiestatis*, & *de silentio in hoc crimine*, *Halæ* 1721. 4. *Lipsiæ* 1737. 4. ex historicorum pragmaticorum monumentis egregie illustrata. Ad L. *Cinciam de salariis, honoribus & officiis caussarum patroni*, FRIDERICI BRVMMERI, *Parisiis* 1668. 4, pereruditus extat commentarius, qui cum aliis opusculis *Brummerianis* prodiit ex recensione GEORGII BEYERI, qui de *Iurisprud. rituali*, *formulari & symbolica* Præfationem præmisit *Lipsiæ* 1712. 8. Legis *Scatiniæ historiam* debemus stilo accurato & eleganti eruditissimi Viri IO. FRID. CHRISTII, *Halæ* 1727. 4. Legem *Petiliam de obæratis debitoribus* culte exposuit Diss. academica IOANNES WENDELINVS NEVHAVS, *Lipsiæ* 1739. 4. De *Lege Petronia* elegantissimus extat libellus HERMANNI NOORDKERK, *Amstelodami* 1731. 8. IACOBI PERIZONII Dissertatio de *Lege Voconia Feminarumque apud veteres Hereditatibus* singulatim primum prodiit, inde cum aliis viri huius eruditi Dissertationibus recusa curante IOA. GOTTLIEB HEINECCIO, *Halæ Magdeb.* 1722. 4. Ad Legem *Velleiam* perdoctus Commentarius LAELII TAVRELLII adhæret ANTONII AVGVSTINI *Emendationum & Opinionum Lib. IV. Lugduni* 1574. 8. editis & insertus est EVERARDI OTTONIS *Thesauro Iuris Romani*, *Tomo IV. p.* 1603. 1624. De *Lege Clodia de vi* SCIPIO GENTILIS, extat in eiusdem *Iure publico Romano*, *Altdorfi* 1662. 8. HENRICI BRENCMANNI *Lex Remmia, siue de Legis Remmiæ exitu* Liber singularis præstantissimus omnino est, quem cum eius Dissertatione *de fatis calumniatorum sub Regibus*, in THESAVRI *sui Iuris Rom. T. III. p.* 1561. 1656. merito recepit EVERARDVS OTTO. IACOBI a VOORDA *ad L. Falcidiam* Commentarius excusus *Harlingæ* 1730. 8. Leges *Furiam testamentariam*, *Voconiam*, *Falcidiam*, et *Iuliam vicesimariam* egregie illustrauit ABRAHAMVS

MVS WIELINGIVS *Lectionum Iuris Ciuilis* Libro secundo. Extant et aliæ egregiæ de diuersis LL. Romanis Dissertationes, nempe EPHRAIMI GERHARDI de *L. Furia Caninia*, *Ienæ 1707. 4.* GVILIELMI *de* HERTOGHE *de Triboniano circa L. Lætoriam non errante* Præside CHRISTIANO WILDVOGELIO *Ienæ 1720.* ANTONII FLORENTIS RIVINI *de Lege Visellia*, *Lipsiæ 1736. 4.* AVGVSTINI CHRISTIANI MARCHE de Tutoribus *ex Lege Iulia et Titia*, *Lipsiæ 1736.* CHRISTIANI ERDMANNI DEYLINGII *ad L. Fabiam de Plagiariis Lipsiæ 1745.* CAROLI GODOFREDI WINCKLERI *de lege Iulia Velleia*, *Lips. 1745. 4.* IOA. HIERONYMI HEZER *ad Legem Lætoriam Lips. 1749. 4.* IOSEPHI GABALEONIS Comitis SARMATORII *ad L. Iuliam de ambitu*, egregia Commentatio, *Lipsiæ 1743.* typis nitide impressa. EDICTVM PERPETVVM Hadriani Imp. auctoritate, a Saluio Iuliano, ICto, ex Prætorum edictis annuis olim, in certos titulos fuit digestum. Huius *Edicti Fragmenta* primus collegit antehac dispersa & in *Manualium Libris* coniungere cœpit, EGVINARIVS BARO, sed nimiam sibi licentiam sumsit & Edicta ipse fecit, de quibus nulli vnquam Prætori in mentem venit. Inde omnes quotquot potuit Edicti particulas multo labore & studio conquisiuit, distinxit & variis lectionibus illustratas edidit GVILIELMVS RANCHINVS, *Parisiis* in *Officina Plantiniana 1597. 8.* Qui rarus alias libellus recusus cum *Lectionibus* RANCHINI *Variis* in IOAN. HENRICI SCHMINCKII *Syntagmate Critico Variorum Auctorum*, *Marpurgi Cattorum 1717. 4.* *Ranchinus* tamen non verum illum & genuinum ordinem seruauit, sed secundum Iustiniani Pandectas Edictum digessit. Post *Ranchinum* manum operi admouit IACOBVS GOTHOFREDVS, ordinem Edicti e veterum ICtorum, Iuliani, Vlpiani, Pauli, Caii, Callistrati, Pomponii & cæterorum ICtorum, e quorum scriptis Pandectæ fuerunt congestæ, ad Edictum commentariis, eruere conatus est, eaque Collectanea inter

Fon-

Fontes Iuris Ciuilis edidit *Geneuæ 1653. 4.* qui etiam reperiuntur in *Thesauri Iuris* ROMANI EVERARDI OTTONIS *T. III. p. 1. 256.* FLORENTINI PETRI PITTENII *Oeconomia Edicti perpetui*, cuius in Batauis nouam promisit Editionem HENRICVS BRENCMANNVS, a nobis magno quidem est studio quæsita nondum tamen reperta. Nostra in Academia elegans dum viueret ICtus LAVRENTIVS ANDREAS HAMBERGERVS pereruditam de *Edicto perpetuo 1714. 4.* proposuit Disputationem eiusque *Capite I.* de *Scriptoribus* qui in restituendo Edicto Perpetuo laborarunt, iudicium tulit. Quæ & inserta Opusculis HAMBERGERIANIS p. 251 276. EVERARDVS OTTO eruditissimus quondam in Academia Traiectina Antecessor in *Historia Edicti Perpetui* & vita insimul SALVII IVLIANI condenda, elaborauit.

§. XVII. CAII *Institutionum Fragmenta*, quæ hodie supersunt, sed iussu Alarici Gothorum regis, ANIANI manu reformata, edidit IOANNES SICHARDVS & ALMARICVS BOVCHARDVS, *Louanii* 1573. 12. post HIERONYMI ALEANDRI Iunioris, eruditis commentariis edita *Venetiis* 1600. vel 1601. 4. quæ editio perrara est, & cum notis IACOBI OISELII *Lugduni Batauorum* 1658. 8. CAII *Institutionum* fragmenta cum notis DIONYSII GOTHOFREDI & IACOBI OISELII reperiuntur quoque in SIMONIS van LEEWEN tractatu de *origine & progressu Iuris Romani*, *Lugduni Batauorum 1672. 8.* De CAIO ipso erudite solideque commentatus V. C. FRANCISCVS CAROLVS CONRADI in *Parergis* suis *Lib I. p. 113. Lib. II. p. 279.* & in Præfatione noua *p. 33. 42. seq.* GERARDI MEERMANNI *Specimen Animaduersionum criticarum in* CAII *ICti Institutiones*, editum *Mantuæ Carpetanorum 1743. 8.* accessit earundem CAII *Institutionum* Summarium a PETRO ÆGIDIO primum publici iuris factum *1517.* post modum iterum & emendatius, in lucem datum. *Secundis curis* prodiit hocce Specimen *Lutetiæ Parisiorum 1747. 8.* et in *Thesaur* suo. IVLII PAVLI *receptarum sen*-

Fragmenta veterum ICtorum.

 pre-

tentiarum libros interpretatus est IACOBVS CVIACIVS. *Paulum* in *Sententiarum* Libris sæpius emendare & illustrare adlaborauit H. G. van VRIHOFF in *Obseruationibus Iuris Ciuilis, Amstelodami 1747. 8.* editis. Eiusdem *Pauli fragmentum ex Libro II. Institutionum* editum *Basileæ 1528. f.* Idem CVIACIVS *Africanum* quoque & *Papinianum* integrum edidit, *Pauli ad edictum Libros, Quæstiones, Responsa, Iuliani Digesta & libros ex Minicio Natali.* Sic etiam *ad Vrseii Ferocis* librum *de ambiguitatibus, ad responsa Scæuolæ, Vlpiani, Marcelli, Neratii, Modestini responsa & libros differentiarum* fuit commentatus, quæ inter eius Opera extant. Demum CONRADVS RITTERSHVSIVS *Sententiarum* Pauli Receptarum Libros Quinque post editiones Almarici Bouchardi, Io. Sichardi, Petri Ægydii & Iacobi Cuiacii, ex Aniani excerptis, fragmentis per Pandectas sparsis, Codice Vesuntino, & Petri Pithœi collatione congessit atque edidit *Noribergæ 1594. 8.* Cui similis editio prodiit *Aureliæ 1599. 12.* *Iurisprudentiam Mutianam* edidit FRANCISCVS BALDVINVS, *Basileæ 1558. 8.* & in *Iurispr. Romana & Attica p. 433.* *Papinianeam*, ANTONIVS FABER, *Geneuæ 1593.* & *Parisiis 1573. 4.* Eundem *Papinianum siue Recitationes in omnes Leges* Papiniani edidit IACOBVS CVIACIVS, *Francofurti 1595. 4.* & cum aliis miscellaneis MATTHAEVS WESENBECIVS. *Wittebergæ 1570. 8.* *Vlpiani fragmenta, seu tituli XXIX. ex corpore Vlpiani* ab eadem Aniani manu supersunt, quæ IOANNES SICHARDVS, post, EMARVS RANCONNETVS & IOAN. TILIVS *Lutetiæ 1549. 4.* ediderunt, ad quæ postmodum notas & argumenta dedit IOANNES CRISPINVS, *Lugduni 1589. 8.* & IACOBVS CVIACIVS, *Parisiis 1553. 8.* & inter eius Opera. In *Sexti Pomponii ad Sabinum de re testamentaria & de Bonorum possessione* Libros Quatuor elegantem scripsit Commentarium HENR. THEODORVS PAGENSTECHER, *Lemgoviæ 1750. 4.* Ad Herennium Modestinum siue Fragmenta Libri Singularis quem περὶ εὑρηματικῶν inscripserat Modestinus extant, IO. SCHILTERI

TERI *Herennius Modestinus, siue fragmenta Libri περὶ ευρηματικῶν Commentario illustrata Argentorati 1687. 4.* Eadem Fragmenta ex humaniori Iurisprudentia egregie illustrauit HENRICVS BRENCMANN edito de *Eurematicis* siue *in Herennii Modestini Librum singularem περὶ ευρηματικῶν Commentario Lugduni Batauorum 1706. 8. Fragmentum veteris Iurisconsulti de Iuris Speciebus & de Manumissionibus*, quod seruauit DOSITHEVS MAGISTER *in exercitationibus Græco-Latinis*, edidit, Notas & Emendationes adiecit MATTHIAS RÖVER, *Lugduni Batauor. 1739. 8. mai.* Huc etiam referri meretur NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII *Schediasma Critico-Iuridicum, quo C. Trebatius Testa ab iniuriis tam veterum quam recentiorum auctorum liberatur, Halæ 1704. 4.* Denuo prodiit cum Præfatione de *ICtis Romanis absolutissimæ & perfectissimæ virtutis Exemplis* cura illustris IENICHENII, qui & singularia quædam de *Trebatio* adnotauit *Lipsiæ 1736. 4. Collationem Legum Mosaicarum & Romanarum* ex integris Papiniani, Pauli, Vlpiani, Caii, Modestini, aliorumque veterum Iuris auctorum libris, ex Codice etiam Gregoriano, Hermogeniano, Theodosiano desumtam atque in XVI. titulos distributam PETRVS PITHOEVS, ex Mandubiorum Bibliotheca edidit & luculenter notis illustrauit *Lutetiæ 1573. 4.* Adiecta etiam eruditissimi huius ICti Fratris FRANCISCI PITHOEI *Obseruationibus ad Codicem, Parisiis 1689. f.* Huius collationis auctorem Io. Tilius & Iacobus Cuiacius perperam faciunt LICINIVM, qui Alexandri Seueri temporibus vixit, cum certum sit, hanc collationem post Codicem Theodosianum fuisse editam, ex quo sæpe allegantur constitutiones. Marquardus Freherus lib. I. παρέργων Iuris cap. IX. suspicatur, auctorem fuisse Iudæum, qui ad auertendam gentis inuidiam hanc exhibuerit collationem. Vt ideo de auctore satis adhuc planum non sit. Vtilitatem huius libri triplicem facit Gothofredus: primum, quod perspicue repræsentet, quid Tribonianus, & Collegæ in excerpendis veterum ICtorum scriptis sibi indulserint.

Dein, quod quamplurima Iuris fragmenta ex veteribus ICtis contineat, quæ alibi non occurrunt, tandemque ostendit, quomodo in titulos veterum ICtorum libri fuerint diuisi. Hæc veterum ICtorum Fragmenta a diuersis edita & illustrata, elegantissima collectione in vnum conduxit Corpus ANTONIVS SCHVLTINGIVS *Iurisprudentia Vetere Ante Iustinianea, Lugduni Batauorum 1717. 4.* Editionem nouam collatam cum Codicibus *Wurceburgensi* & *Gothano* curauit atque cultissimam præfationem de *illustratione Iuris ciuilis antiqui ex lectione classicorum auctorum* præmisit Iurisconsultus electæ & solidæ doctrinæ GEORGIVS HENRICVS AYRER, *Lipsiæ 1737. 4. mai.* qua continentur, quæ supersunt ex CAII *Institutionum Libris IV.* IVLII PAVLI *Sententiarum Receptarum ad Filium Libri V.* & Fragmentum ex *Institutionum* Lib. II. *Tituli ex Corpore* VLPIANI XXIX. CODICIS GREGORIANI & CODICIS HERMOGENIANI *Fragmenta*, quæ inuenta hactenus fuere omnia; *Mosaicarum & Romanarum Legum Collatio*, ex integris Papiniani, Pauli, Vlpiani, aliorumque veterum Iuris auctorum Libris ante tempora Imp. Iustiniani desumpta, cum quibusdam aliis Fragmentis; *Consultatio veteris cuiusdam Iuris Consulti*; PAPIANI *Responsorum Liber*; DOSITHEI Magistri *Liber III.* continens *Diui Adriani* Imp. *Sententias & Epistolas* cum commentariis, Notis & Interpretationibus virorum doctorum integris, quibus proprias addidit doctissimus SCHVLTINGIVS easdemque pereruditas; singulorum præterea Auctorum præmisit Vitas, Fragmentorumque editiones varias accurate annotat, quod in primis Præfatione generali agit, qua de Scriptis quæ ex Iurisprudentia Romana supersunt, horumque Editionibus erudite edisserit, adiecit præter Indices, binas elegantes Orationes, quarum priori Triboniani iudicium aduersus Franciscum Hottomannum suscipit, qui ipsum veterum ICtorum Libros suppressisse dixit; altera de Iurisprudentia Historica, agit. Culibet ICtorum veterum, Sententias suas, Pandectarum in Libris dispersas, restituere diuersi fuerunt conati.

nati. Incerti ſed perantiqui ſcriptoris, qui paullo poſt Iuſtinianum vixit, *Brachylogum, ſiue Iurisprudentiæ vniuerſæ Iuſtinianeæ Corpus* poſt Editiones *Louanienſem* & *Lugdunenſem* praue & perperam curatas, notis illuſtrauit & edidit NICOLAVS REVSNERVS, *Francofurti 1590. 8.* qui & ex emendatiore Perilluſtris Viri HENR. CHRISTIANI SENCKENBERGII, *Francofurti 1743. 4.* prodiit. De *inſigni atque admirabili Indicis Librorum Iuris vtilitate* eruditum Programma IOA. STRAVCHII, vtiliter adiecit GEORGIVS SCHVBARTVS *Exercitat. de fatis Iurisprudentiæ Romanæ p. 646.* Solidioris Iurisprudentiæ cultorum vſibus ſequentes multo labore compoſiti ſunt: IACOBI LABITTI *Index Legum omnium, quæ in Pandectis continentur, Pariſiis 1557. 8.* inde additus *Indici* Librorum Iuris tam Pontificii quam Cæſarei per IO. BAPTISTAM ZILETTVM edito *Venetiis ex Officina Iordani Ziletti 1566. 4.* cum WILHELMI SCHMVCKII adnotationibus prodiit *Lipſiæ 16 6. 8.* & *Lugduni Batauorum 1674. 8.* ad hanc *Lugdunenſem* typis exſcripta quæ *Francofurti & Lipſiæ* ſiue potius *Halæ 1724. 8.* prodiit editio, quam illuſtris Vir NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS elegantiſſima præfatione ornauit. Singularis huius Indicis ea eſt editio, quæ *Geneuæ 1585. 8.* prodiit hoc titulo: *Indices Iuris varii*, IACOBI LABITTI, ANTONII AVGVSTINI & WOLFGANGI FREYMONII *ad Pandectarum & Codicis Leges*, qua ſelecta ex ANTONII AVGVSTINI & WOLFGANGI FREYMONII Indicibus comparent ac breuiores vitæ ICtorum exhibentur additis conſtitutionibus Principum e Codice, ſeruata temporum ratione, adiectisque anno, menſe & die, ſed diatriba de quadruplici huius indicis vſu, deſideratur, quæ tamen maxime eſt neceſſaria. Eiusdem inſtituti ſunt, HENRICI BRENCMANNI *Pandectæ Iuris Ciuilis auctoribus ſuis & libris reſtituti, Amſtelodami 1709. 8.* Exiguum quidem, eruditum tamen Opuſculum; Speciminis loco eodem, *Alfeni Vari*, terſi & elegantis ICti Fragmenta per Pandectas diſtracta, collecta ordi-

neque dispofita, præmiffa ipfius Vita, exhibet. Quod alias quoque ex parte egit, non tamen eadem cura, GEORGIVS EBERLINVS, in fuo *de Origine iuris* Tractatu, fiue Tituli de origine Iuris explicatione, *Henricopoli 1592. 1595. 4. & Witteberga 1672. 4.* Omnibus his præftat ABRAHAMI WIELINGII *Iurisprudentia reftituta, fiue, Index chronologicus in totum Iuris Iuftinianei corpus, ad modum* IACOBI LABITTI, ANTONII AVGVSTINI & WOLFFGANGI FREYMONII, *noua tamen & faciliore methodo collectus, Amftelodami 1727. 8.* liber folidioris iuris doctrinæ cultoribus gratiffimus. Vtilitatem, quam huiusmodi Indices politioris Iurisprudentiæ cultoribus præftant, copiofe & erudite expofuit, doctiffimus Vir IOA. SALOMO BRVNQVELL Prolufione Academica de *vtilitate ex diligenti comparatione omnium eiusdem Infcriptionis in Digeftis capitum, capienda, deque huius artificii inuentoribus & promotoribus, Ienæ 1724. 4.*

CAPVT QVARTVM
DE
IVRE GRAECO POST TEMPORA IVSTINIANI.

§. I.

Ius Græcum.

A Iure Romano pergimus ad IVS GRAECVM. Poft mortem Iuftiniani Ius Iuftinianeum in fora quidem atque gymnafia fuit receptum. Sed feculo feptimo fub Phoca diminui cœpit eius auctoritas. Cum enim Conftantinopoli faltem & in vrbe Beryto Ius Iuftinianeum doceretur, atque latinæ linguæ vfus paullatim recederet, Pandectas in Græcam linguam transtulit THALELAEVS, & paulo poft Codicem. Secutus fuit THEOPHILVS, qui *Inftitutiones* in Græcum fermonem tranftulit. Pandectarum translationem fuperftitem amplius non habemus, fed inftitutionum græcam Paraphrafin, quam ex Beffarionis MSto Bibliothecæ Venetæ Marcianæ Petri Bembi beneficio primus fine verfione tamen, eruit VIGLIVS ZVICHEMVS[l], *Bafileæ, in Officina Frobenia-*

beniana 1534. f. cum elegantissima Editoris ad Carolum V. Imp. Praefatione, qua de vtilitate huius Paraphraseos exposuit, recusa haec Editio *Parisiis 1534. 8.* & *Louanii 1536. 4.* In eorum gratiam quibus Graecis literis operam dare non admodum vacat aut libet latinam Versionem fecit IACOBVS CVRTIVS Brugensis, quae edita & excusa *Antwerpiae* apud *Ioannem Steelsium 1536. 8.* et *Lugduni* apud *Ioa. et Franciscum Frellonium Fratres, 1543. 12.* Praefatio *Curtii* eloquenti oratione scripta, in qua non tantum laboris, quem primus suscepit, rationem reddidit adcuratam, sed etiam de perverso Ius Romanum docendi discendique modo. Quae nec a Gothofredo, nec ab aliis qui deinceps Theophilum ediderunt, repetita unquam est, quod fieri debebat Conf. CHRISTIVS V. C. *de moribus et scriptis Vlrici ab Hutten, Halae Magd. 1727. in 4. p. 4.* Post aliam editionem procurauit LVDOVICVS MIRAEVS, *Lugduni 1581. 4.* Inde Graecum Theophili textum cum Curtiana latina interpretatione & ipso Institutionum Iustinianearum textu iunctim DIONYSIVS GOTHOFREDVS *Geneuae 1587. 4.* edidit, ea consilii ratione, quia alias Graecus singulatim editus a paucis, Latinus tantum dimidiate, hoc est, non perfecte: ab ipso vero Institutionum textu separatus, non nisi obscure & moleste intelligatur; Paratitla quoque singulis titulis adiecit, in oram notas & scholia reiecit: Graeca titulorum de verborum significatione & de regulis iuris fragmenta hinc inde emendicata, vt ait, collegit atque commisit, vt suis ac ipsis Capitibus latinis respondeant. Tandem ex tribus Codicibus Bibliothecae Parisiensis Regiae textum emendauit, latinam Curtii versionem, scholia Graeca atque notas addidit CAROLVS ANNIBAL FABROTVS, *Parisiis 1638. 4.* & *1657. 4.* & qui easdem cum nouis notis atque animaduersionibus eruditis edidit ex latina tamen saltem interpretatione IOANNES DOVIATIVS, *Parisiis 1681. 12.* Has Theophili Editiones fusius recensent GVNDLINGIANA *Parte II. §. IX. 119. seqq.* Optima iam omnium est, quae hoc elogio lucem vidit: Θεοφίλου Ἀντικήνσωρος τοῦ

ἐυρισ-

ἐνεισκόμενα, Theophili Antecessoris Paraphrasis Græca Institutionum Cæsarearum, cum Notis integris P. NANNII, I. CVRTII, D. GOTHOFREDI, H. ERNSTII et C. A. FABROTI, ac selectis quam plurimorum eruditorum obseruationibus, cum editis tum ineditis; Lectionum varietates ex primariis editionibus, et Pithoeano MSCto inseruit Nouam Versionem κατα πόδας concinnauit suasque animaduersiones et ἐπικρίσεις edidit GVIL. OTTO REIZ ICtus, qui et fragmenta Theophilina nunc primum collecta et titulos Græcos de V. S. et R. I. denuo recognitos nec non *XX. Excursus* varii argumenti cum *Glossario Theophilino* atque copiosissimis tam Rerum quam Auctorum indicibus subiunxit, *Hagæ Comitum 4. 1752. Tomi II.*

Libri Basilicorum

II. Præcipuum tamen *Iuris Græci* fundamentum consistit in Libris BASILICORVM. Hoc opus primum BASILIVS MACEDO anno 367. iussit componere, ita, vt quadraginta libris comprehenderet Iuris prudentiam Iustinianeam cum sequentibus Impp. constitutionibus, nouo tamen ordine adornatam, idque opera Sabbathii protospatharii. Opus a patre cœptum perfecit filius eius, LEO, atque ad LX. Libros vsque perduxit. Huius denique filius CONSTANTINVS *Porphyrogenitus* post annos 20. repetita prælectione Opus purgauit atque emendauit, quare communiter auctor habetur Basilicorum. Horum Librorum XLV. XLVI. XLVII. indeque præpostero licet ordine Libros XXVIII. XXIX. & XXX. Latinos fecit & edidit GENTIANVS HERVETVS *Lutetiæ 1557. f.* Post eam *Libri VIII. Basilicorum* cum DIONYSII GOTHOFREDI Præfatione, qua horum librorum ratio indicatur & vtilitas explicatur, prodiere *Hanouiæ, typis Wechelianis 1606. f.* adiectus est Liber LX. IACOBO CVIACIO interprete, cum eiusdem ad *Io. Iacobum Cambrayum* Epistola dedicatoria, quæ ad Historiam Editionis Basilicorum facit. Plurium librorum editionem mors prohibuit. Sed, cum Heruetus, doctissimus quidem sed iuris expers fuerit, versio minime est elimata. Ex *Cuiacii* tamen interpretatione cuius in manibus beneficio

ficio *Viglii Zuichemi* fuere Libri XXXVIII. XXXIX. XL. XLI. XLII. a CAROLO LABBAEO latine editi sunt Lib. XXXIIX. & XXXIX. *Parisiis 1609. f.* cum indice titulorum libri XL. XLI. XLII. Tandem vero ex Bibliotheca Regia, auspiciis Franciæ Cancellarii, *Petri Seguierii* BASILICA GRAECA cum interpretatione edidit CAROLVS ANNIBAL FABROTTVS, sed XIX. libris mutila, ita vt XLIII. tantum libri extent, *Parisiis 1647. f. VII. Voluminibus.* Perierunt autem libri XIX. ad XXXVIII, XLIII. XLIV. XLIX. vsque ad LX. Licet hunc defectum ex synopsi Βασιλικῶν, THEODORI HERMIPOLITAE scholiis, HARMENOPVLO, & glossis supplere conatus fuerit FABROTTVS. Hæc editio sumtuosa quidem, est tamen accuratissima. Huic præmissa est IOSEPHI MARIAE SVARESII *Notitia Basilicorum*, quæ ad historiam Basilicorum facit, qua multas adhuc in Basilicorum libros Glossas, in variis Bibliothecis, Vaticana inprimis atque Parisiensi latere, auctor est. Extat quoque *Notitia* hæc cum IACOBI GOTHOFREDI *Manuali Iuris*, Editionis *Amstelodamensis 1663. 12.* & in IO. ALBERTI FABRICII *Bibliothecæ Græcæ Volumine XII. p. 467.* additis Notis egregiis. Huc faciunt ex parte IOANNIS IENSII *Stricturæ Iuris Romani redintegratæ*, quibus accedit: *Demonstratio Pandectas & Codicem Iustiniani hodie extantes latina, ex versione græca esse traductos*, & *vlterior τῶν βασιλικῶν notitia & plurima emendatio*, *Roterodami 1737. 4. & 1741. 4.* (*)

§. III. Interea, dum Basilicorum apud Græcos vigeret auctoritas, Iure Consulti veteres, BALSAMO, STEPHANVS, NICAEVS, THALELAEVS, EVSTATHIVS occupati erant, vel in conficiendis paratitlis, vel colligendis titulorum argumentis, concinnanda epitome, vel breui componenda interpretatione. Dein Imperatores, Institutionum instar, concinnari fecerunt

Eclogæ Basilicorum

(*) *Adde* Historiam Iuris *Cap. IV. §. II. p. 334.* & accuratam recensionem omnium Librorum Βασιλικῶν in B. IO. ALBERTI FABRICII *Bibliothecæ Græcæ* Vol. XII. p. 425. 483.

cerunt πρόχειρον μικρὸν siue *Promtuarium paruum* ex magno contractum, quod etiam ecloga & synopsis, siue selectio compendiaria dicitur. Inde prodiit *Synopsis*, siue *Ecloga horum Basilicorum*, cuius libri auctorem esse volunt ROMANVM IVNIOREM LACAPENVM. Et κατὰ στοιχεῖον, id est, secundum ordinem literarum & elementorum confecta fuerat. Leges enim Basilicorum & titulos ad literarum ordinem refert, atque in Prochirum maius & minus distinguitur. Vtrumque Tarenti apud Calabros a Sambuco repertum edidit atque in latinum sermonem, additis adnotationibus transtulit IOANNES LEVNCLAVIVS, *Basileae 1575. f.* non tamen iuxta ordinem Basilicorum. In hanc *synopsin Obseruationes atque Emendationes* dedit CAROLVS LABBAEVS, *Parisiis 1606. 8.* easdemque eruditas, in quibus multa loca restituuntur, plurimae lacunae replentur, quaedam capita nunc primum in lucem proferuntur, quaedam etiam Leges Digestorum & Codicis rationibus illustantur, additae sunt Constitutiones Impp. Graeco-Latinae X. multis in locis auctiores & emendatiores quam antea editae a CVIACIO, BONEFIDIO & LEVNCLAVIO cum veteribus GLOSSIS verborum Iuris, quae passim in Basilicis reperiuntur. Alia *synopsis Basilicorum* extat MICHAELIS ATTALIOTAE Iudicis cui Titulus: πόνημα νομικὸν seu πραγματικὸν, quae iussu Michaelis Ducae anno 1077. conscripta, & Tomo secundo Iuris Graeco-Romani Freheri continetur. Sic etiam MICHAELIS PSELLI extat *synopsis Legum* ad Michaelem Ducam, circa annum 1061. ex iussu patris ipsius & Imperatoris, versibus iambicis scripta, edita, *cum versione & notis* FRANCISCI BOSQVETI *Parisiis 1632. 8.* EVSTATHIVS Antecessor Librum edidit περὶ χρονικῶν διαστημάτων, *de interuallis temporum*, siue, de diuersis temporalibus praescriptionibus a momento vsque ad centum annos, quam partim ad Basilicorum libros accommodauit. Hic primum editus a SIMONE SCHARDIO, *Basileae 1561. 8.* mox plenius a Cuiacio, demum in Tomo II. Leunclauii. Continentur haec atque simi-

lia

lia in Opere, quod inscribitur *Ius Græco-Romanum tam Canonicum quam Ciuile*, cum latina versione, notatis & præfatione IOANNIS LEVNCLAVII, *Francofurti 1593. 8.* & cum auctuario MARQVARDI FREHERI, duobus tomis, *Francofurti 1596. f.* quæ tamen collectio perquam est rara, Sic etiam ENIMVNDVS BONEFIDIVS *libros III.* edidit *Iuris Orientalis græce & latine cum Notis, Parisiis 1573. 8.* quibus varias Imperatorum Byzantinorum constitutiones ab Heraclio ad Michaelem Palæologum; vt & Decreta Patriarcharum Constantinop. congessit, hæcque ex Theodoro Balsamone, Rapsodia quadam Græcarum Constitutionum incerti Auctoris, Harmenopulo & Historicis Græcis desumpsit. CONSTANTINVS HARMENOPVLVS, Nomophylax & Iudex Thessalonicensis, post promulgationem Basilicorum *Epitomen Iuris Ciuilis* circa medium Seculi XIV. fecit, quæ πρόχειρον Νόμων & ἑξάβιβλος inscribitur. Quæ Iuris Græci Epitome primum græce ex vnico codice eoque peruetusto in lucem edita cura & studio THEODORICI ADAMAEI SVALLEMBERGI, *Parisiis* apud *Christianum Wechelum 1540. 4.* quæ rara est editio. *Latine* porro, indice *Suaresio*, Notitia Basilicorum, a BERNARDO REY, *Coloniæ* 1547. & 1549. rursus *Latine* a IOAN. MERCERO *Lugduni 1556. 4.* demum *Græce Latineque* simul a DIONYSIO GOTHOFREDO, *Geneuæ* apud *Guil. Læmarium 1587. 4.* In quo Nouellæ Imperatoriæ adlegantur vsque ad Manuelem Comnenum. Iam nouam *Promtuarii Harmenopuliani* in Belgio adornare clarissimum RVHNKENIVM fama est. *Germanice* versa interprete IVSTINO GOBLERO, edita sub titulo: *Handbuch und Auszug Kayserlicher und Bürgerlicher Rechten Franckfurt 1566. f.* Plures eiusmodi libri adseruantur MSCti in Bibliotheca Vindobonensi, quos Tomo sexto recenset Lambecius. Extant etiam *veteris* GLOSSAE *Verborum Iuris, quæ passim in Basilicis reperiuntur*, quibus ordine alphabetico verborum & vocum rariorum iuris Romani, quæ in Iustinianeis Libris & Basilicis occurrunt, interpretatio continetur

tinetur. Inseruerant illas quidem scriptis suis Alciatus, Cuiacius, Brissonius, Pithœus, Fornerius, sed iunctim eas ex regia bibliotheca edidit atque notis illustrauit CAROLVS LABBAEVS, *Parisiis 1606. 8.* (*) Extant quoque in EVERARDI OTTONIS *Thesauro Iuris Romani Tomo III. p. 1697. 1841.* *Veteres* GLOSSAE *verborum Iuris*, quæ *passim in Basilicis reperiuntur*, quas ex variis MSCtis Codicibus Bibliothecæ Regiæ CAROLVS LABBAEVS eruit, digessit & notis illustrauit, accesserunt in hac editione ipsis GLOSSIS additiones ex libro MSCto, præterea IOSEPHI SCALIGERI & aliorum doctorum virorum emendationes, atque Notæ ANTONII SCHVLTINGII. THALELAEI, THEODORI, STEPHANI, CYRILLI, CVBIDII aliorumque Commentarii Græci in Tit. D. de *Aduocatis* & de *Procuratoribus* ex MSc. editi extant *Tom. I. Thes.* MEERMANNIANI.

CAPVT QVINTVM
DE
IVRE FRANCICO GERMANICO ET GENTIVM ALIARVM.

§. I

IusFrancicum.

Post Ius Græcum sequitur IVS FRANCICVM atque GERMANICVM. *Capitularia Regum Francorum*, Caroli M. & Ludouici Pii anno 827. separatim descripta & sparsim in membranis reperta primus congessit ANSEGISVS, eademque libris IV. In horum primum congessit capitula Caroli M. ad ordinem pertinentia ecclesiasticum, in alterum capitula ecclesiastica Ludouici Pii, in tertium Capitula Caroli ad mundanam pertinentia legem, in quartum deinque ea, quæ Ludouicus Pius fecit ad augmentum mundanæ legis, vti tradit Sigebertus Gemblacensis ad ann. 927. Atque hæc congestio statim Ludouici Pii & Caroli Calui auctoritate fuit &

(*) STRVVII Historia Iuris *Cap. IV. §. III. p. 339. §. IV. p. 340.*

adprobata. Prodiit autem *Parisiis 1550.* & *cum additionibus atque glossario* PETRI PITHOEI, *Parisiis 1558.* & cura IACOBI SIRMONDI, *Parisiis 1640. 8.* quam inde Codici suo Legum antiquarum inseruit Lindenbrogius. (*) Cum vero Ansegisus plurima Caroli M. ac Ludouici Pii capitula prætermisisset atque Pipini & Carolomanni Constitutiones plane omisisset, BENEDICTVS LEVITA Moguntinensis circa annum 845. Capitularia in vnum collegit atque Ansegisi Collectioni Tres Libros addidit. (*) Existimant quidem Baronius atque alii, hanc collectionem, iussu concilii Meldensis factam fuisse, quod tamen falsum esse probat Conringius de Orig. Iuris Germanici cap. XV. Iussu autem Otgarii Archiepiscopi Moguntini hanc Collectionem susceptam, sequentes ipsius Benedicti versus comprobant:

Autcario demum, quem tunc Mogontia summum
Pontificem tenuit, præcipiente pio,
Post Benedictus ego tern[illegible] Leuita libellos
Adnexi, legis quis recitatur opus.

Confusam tamen hanc Benedicti collectionem atque e variis centonibus consarcinatam dudum docti adgnouerunt. Quippe, non solum alia quædam præter Capitularia continet, vt Zachariæ Papæ epistolam, excerpta ex canonibus conciliorum, constitutionibus synodalibus episcoporum, Codice Theodosiano, legibus antiquorum & similis generis, sed etiam omnia Ludouici Pii capitularia non comprehendit, quæ postea sub titulo additionum prodierunt. Recepta nihilominus vsu publico hæc collectio non solum in Regnis Germaniæ, sed etiam Franciæ ante annum 858. Variant autem ac in ordine Capitularium sæpe discrepant Ansegisi atque Benedicti collectiones, quod Baluzius probat Præf. ad Capitularia §. XLVII. Tres autem libros Capitularium collegerat Benedictus, quos sequuntur additionum libri quatuor, in quibus multa reperiuntur, quæ neque apud Anse-

(*) *Historia Iuris* cap. VI. §. XI. p. 434.
(**) *Historia Iuris* cap. VI. §. XII. p. 440.

Ansegisum nec Benedictum extant: quas licet Sirmodus, notis ad Capitularia p. 752. ipsius Benedicti esse velit, contradicit tamen Baluzius §. XLVIII. Primus anno 1531. quædam ex Codice Legum Francicarum Rerum Germanicarum Libro Secundo inseruit BEATVS RHENANVS. Inde VITVS AMERBACHIVS Constitutionum Caroli M. Librum emisit *Ingolstadii 1545. 8.* quæ editio recusa cura IOANNIS BVSAEI, *Moguntiæ 1602. 8.* ad calcem epistolarum Hincmari. Triennio post Editionem Amerbachianam de edendis capitularium Libris cogitauit IOA. TILIVS hosque etiam prelo commisit, *Parisiis 1548. 8.* sed in capite CCLXXXIX. Libri VI. perstitit. Post hanc BASILIVS IOANNES HEROLDVS inter leges antiquas etiam quædam edidit *Basileæ 1557. f.* ex libris Bibliothecæ Fuldensis antiquis desumta. Tilianam editionem, quæ absoluta & perfecta haut erat perfecit & edidit PETRVS PITHOEVS, postea ipse nouam & ampliorem editionem, Tilianam imitatus, procurauit & plura Capitula addidit *Parisiis 1588. 8.* Vtrique vero vel Ansegisi collectionem interpolarunt, vel Benedicti Capitula omiserunt, quæ videbantur esse superflua; vt docuit Baluzius §. LIII. & seq. qui accuratissime de his editionibus exposuit Post has successit alia FRANCISCI PITHOEI, *Parisiis 1603 8.* descripta ex Tiliana & prima Pithœana, sed quam sub specie emendationum subinde interpolauit, ex auctiori & emendatiori Editione, *Parisiis 1620. 8.* Nouam eandemque accuratissimam & splendidam editionem adgressus est STEPHANVS BALVZIVS, qui *Capitularia Regum Francorum* ex Ansegisi atque Benedicti collectione edidit *Parisiis 1677. f. 2.* Voll. Has autem collectiones cum quatuor additionibus tales repræsentauit, quales ab auctoribus earum compositæ & secundum numeros ab antiquis adlegatos Multis adiutus fuit Codicibus MSCtis, præcipue vero Codicibus Bibliothecæ Regiæ, Vaticanæ, ecclesiæ Bellouacensis, Diuionensi, Tiliano, S. Vincentii Metensis, Bigotiano, Pithœano, & Riuipullensi. Nec tamen solum Capitula Caroli M. & Ludouici Pii edidit, sed etiam Caroli Calui, Ludouici

uici Balbi, Carolomanni, Ottonis, Caroli III. Ludouici II. Capitula addidit. Adiecit MARCVLPHI FORMVLAS antiquas, cum appendice, aliasque formulas veteres secundum legem Romanam, quas SIRMONDICAS adpellat, quia primum ex SIRMONDI schedis fuerunt editæ. Sequuntur BIGNONIANAE, quas HIERONYMVS BIGNONIVS ex Codice antiquo primum edidit: aliæ MARCVLPHI, quas FRIDERICVS LINDENBROGIVS in publicum emisit; & alias Formulas antiquas promotionum episcopalium, exorcismorum & excommunicationum ex codicibus antiquis addidit. Sequitur FRANCISCI PITHOEI *Glossarium*, siue interpretatio obscuriorum verborum, quæ in lege Salica habentur, atque ad easdem, vti & MARCVLPHI formulas notæ HIERONYMI BIGNONII. Ad ipsa vero Capitularia IACOBI SIRMONDI atque eruditissimæ ipsius BALVZII notæ fuerunt additæ. Plures *Capitularium* Editiones antiquiores qui desiderat, euoluat IACOBI le LONG *Bibliothecam Franciæ* gallico idiomate perscriptam, quæ *Parisiis Anno 1719. f.* prodiit, cuius *Libro III. Cap. V. Art. III. §. II. p. 585.* tales recensentur.

§. II. A Iure Francico progredimur ad Ius GERMANICVM. Primus quantum noui leges quasdam *Ripuariorum, Boioariorum, & Alemannorum* edidit IOANNES SICHARDVS. *Basileæ 1530. 8.* post eum plures huiusmodi Leges Populorum Germaniæ antiquas, e tenebris separatim produxere, quos doctissimus Auctor *Vitæ Lindenbrogiorum p. 45.* indicauit. Has vero coniunxit primum BASILIVS IOANNES HEROLDVS. Hic enim ex Codice Bibliothecæ Fuldensis Leges Salicas nactus, alias inuestigauit, Alemannorum scilicet, Saxonum, Angliorum, Thuringorum, Burgundionum, Francorum, Ripuarias, Boioariorum, Westphalorum, Werinorum, Frisionum, Longobardorum, Theutonum easdemque sub Titulo: *Originum ac Germanicarum Antiquitatum Libri, Basileæ 1557. f.* edidit, quæ Collectio licet non tam ampla ac Lindenbrogiana sit, attamen ea de caussa est asseruanda in Bibliothecis, quia Herol-

Ius Germanicum.

Heroldus vetuſtioribus Codicibus vſus. Cum vero multæ adhuc veterum Germanorum ſupereſſent Leges, ab Heroldo non editæ, alium *Codicem Legum Antiquarum* procurauit FRIDERICVS LINDENBROGIVS, *Francof. 1613. f.* prioribus multo locupletiorem & hodie in officinis librariis rarum. Continetur eodem Codex Legum Wiſigothorum, edictum Theodorici Regis, Lex Burgundionum, Codex Legis Salicæ, Lex Alamannorum, Lex Baioariorum, Decretum Taſſilonis Ducis Baioariorum, Additamenta a Carolo ad Leges Baiuariorum addi iuſſa, Lex Ripuariorum, Lex Saxonum, Lex Angliorum & Werinorum, Lex Friſionum, Leges Longobardorum, Conſtitutiones Siculæ ſiue Neapolitanæ, Capitula Caroli M. & Hludouici Impp. collecta ab Anſegiſo & Benedicto Leuita, adiectis aliis eorundem Regum & Caroli Calui Capitulis, Marculfi Formulæ ſollennes. Additæ Lindenbrogii caſtigationes, variæ lectiones, & Gloſſarium. Poſt has clariſſimorum virorum curas, laudabili conſilio in vſum iuris patrii cultorum produxit V. C. PETRVS GEORGISCH *Corpus Iuris Germanici antiqui, quo continentur Leges Francorum, Salicæ & Ripuariorum, Alamannorum, Baiuuariorum, Burgundionum, Friſionum, Angliorum & Werinorum, Saxonum, Longobardorum, Wiſigothorum, Oſtgothorum, nec non Capitularia Regum Francorum, vna cum Libris Capitularium ab* ANSEGISO *Abbate, &* BENEDICTO LEVITA *collectis, Halæ 1738. 4. med.* additæ variantes lectiones, index vtilis, & præmiſſa egregia Præfatio B. IOA. GOTTLIEB HEINECCII de origine, fatis & vſu Legum Salicarum. Separatas deinde Leges diuerſarum Gentium ediderunt varii, quos recenſere ſingulos, inſtitutum haud permittit. Præcipuum & antiquiſſimum Iuris Germanici fundamentum præbet LEX SALICA. Hanc Francis Orientalibus, Germaniæ populis fuiſſe latam, ex ipſo Legis Prologo, Sigeberto Gemblacenſi, Ottone Friſingenſi aliisque demonſtrauit CONRINGIVS de Origine Iuris Germanici capite VII. (*) Duas autem Legis Salicæ eſſe Editiones ſatis

(*) Adde STRVVII *Hiſtoriam Iuris C. VI. §. III. p. 412. ſeqq.*

ſatis in notis ſuis ad Capitularia declarauit Stephanus Baluzius p. 281. *Primam*, eandemque *antiquiſſimam* ſeculo quinto a quatuor Francorum proceribus Viſogaſto, Bodogaſto, Salagaſto, Widigaſto promulgatam, publicauit primum cum aliis BASILIVS IO. HEROLDVS & poſt illum notis illuſtratam ſeparatim edidit GODOFREDVS WENDELINVS, *Antwerpiæ 1649. f.* qui etiam Gloſſarium Salicum vocum Atuaticarum adiecit; atque Natale Solum Legis Salicæ demonſtrauit; dedit tamen interdum nimium coniecturis. *Altera recentior* eſt a Carolo DCCXCVIII. emendata atque promulgata. Hanc Tilius primum edidit, dein Pithœus, Lindenbrogius, Bignonius. Demum Baluzius, ex vndecim Codicibus antiquiſſimis emendatam tomo primo Capitularium, ſub titulo in Codicibus reperto: *Pactus Legis Salicæ*, inſeruit. Hæ autem binæ Editiones non in titulis ſaltim, ſed etiam in verbis ipſis inter ſe diſcrepant. Summo ſtudio IO. GEORGIVS ECCARD Vir eruditiſſimus, *Leges Francorum Salicas & Ripuariorum cum Additionibus Regum & Imperatorum*, variis ex Codicibus MSCtis emendauit, auxit, Notis perpetuis iisdemque eruditis & varia antiquitate refertis illuſtrauit, *Hanouera 1719. f.* Acceſſerunt huic Editioni Formulæ veteres Alſaticæ, G. G. Leibnitii Liber de origine Francorum auctior cum Reſponſis ad obiectiones doctorum quorundam virorum; Annales Francici Regni a Theodoro Ruinarto ex Gregorio Turonenſi, Fredegario, aliisque collecti, demum FRIDERICI ROSTGAARDI Emendationes Otfridianæ ex Codice Palatino Vaticano. Baluzius quoque Capitularibus ſuis inſeruit *Legem Ripuariorum, Alemannorum, Boioariorum. Leges Alemannicas* cum ſuis Rerum Alemannicarum ſcriptoribus edidit MELCHIOR GOLDASTVS, qui & *Leges Longobardorum* Collectioni Conſuetudinum & Legum Imperii inſeruit. Has etiam ſeparatim edidit ANDREAS de BARVTO *Venetiis 1537. 8.* Omnium vero præſtantiſſima *Legum Longobardicarum* editio ea eſt quam exactiſſimo ſtudio procurauit ſummus Vir LVDOVICVS ANTONIVS MVRATORIVS eandemque *Scriptorum Rerum*

ITALICARVM *Tomi Primi Parti Secundæ, Mediolani 1725. f.* editæ, primo loco inseruit, ea enim singulæ secundum ordinem, quo prodierunt digestæ, & ad Codices Manuscriptos Mutinenses & Ambrosianæ Bibliothecæ diligenter exactæ & emendatæ, accesserunt porro primigeniæ ad easdem Præfationes, tum aliquot Leges & Formulæ veteres non antea editæ, vna cum variis lectionibus & notis. De *Verborum significatione Iuris Longobardici* breuis extat tractatus alphabetica serie congestus auctore IVLIO FERRETTO, Rauennate, additus ipsius opusculo de *Differentiis & varietatibus Iuris Romanorum & Longobardorum*, quas edidit IVLIVS CAMILLVS FERRETTVS, sub elogio: *Aureæ additiones in Bartholum de Saxo Ferrato I. V. Monarcham, Venetiis 1599. 8. mai.* MELCHIOR porro GOLDASTVS edidit *Collectionem consuetudinum & legum Imperialium, Francofurti 1613. f.* recusam *1674. f.* In ea reperimus Consuetudines veterum Gallorum, Germanorumque in moribus & institutis generalibus, Leges Longobardorum Regias & Imperatorias, Lotharii Imp. Capitularia in Imperio promulgata, Speculum Saxonicum, Ius Weichbildicum Magdeburgense, Ius Feudale Saxonicum, Ius Camerale. Vtili instituto IO. STEPHANVS BVRGERMEISTER congessit: *Teutsches CORPVS IVRIS Publici & Priuati, oder Codicem Diplomaticum der Teutschen Staats-Lehn-Bürger- und Peinlichen Rechten und Gewohnheiten, wie auch Process-Ordnungen an denen Kayserlichen Reichs Hoff-Cammer- und Landgerichten, Duobus Tomis Vlmæ 1717. 4.* Tomus Primus complectitur Speculum Saxonicum & Sueuicum, Ius Weichbildicum & Feudale Saxonicum ac Sueuicum latino & vernaculo sermone, veterem Auctorem de Beneficiis, varias Leges & Consuetudines Franconiæ, potissimum Iudicii Burggrauiatus Norici & Iudicii Imperialis Herbipolensis, Ius Hanseaticum, Lubecense, Auream Bullam, Ordinationem Criminalem, Transactionem Passauiensem, Concordata Nationis Germanicæ, cum variis Mandatis atque Decretis Imperialibus. Tomus Secundus Acta sistit Imperii, quæ ad Ius maxime Publi-

Publicum pertinent, reperies in eodem Proiectum renouatæ Ordinationis Cameralis, Instrumentum Pacis Westphalicæ, Nouiomagensis, Ryswicensis, Badensis, Recessum Imperii Nouissimum, Ordinationem Iudicii Aulici, Rotwilensis & Sueuici, Capitulationem Perpetuam ac Carolinam & huius argumenti Acta Imperii.

§. III. Hæc inter Iura vetustiora Germaniæ primo loco considerandum Ius WEICHBILDICVM MAGDEBVRGENSE, cuius orginem ad tempora Ottonum equidem non esse referendam, probat Conringius de Origine Iuris Germanici cap. XIIX. sub initium tamen feculi VIII. compositum, licet iam ante seculum XIII. Ius quoddam Magdeburgicum fuerit, quod in Polonia receptum. Præcipuum semper fuit inter Statuta & Consuetudines. (*) Prodiit cum *Speculo Saxonico*, & *Iure Feudali Saxonico*, *Augustæ Vind. 1495.* & *1516. f.* inde edidit illud CHRISTOPHORVS ZOBELIVS *Saechsisch Weichbild und Lehnrecht Lipsiæ 1537. f. 1555. f. 1589. f. 1599. f.* Nouam Editionem curauit sub titulo *des Saechsischen Weichbilds* IACOBVS FRIDERICVS LVDOVICI *Halæ 1721. 4.* latino sermone ex Goldasti Collectione Consuetudinum desumto, germanicam quoque in latere posuit interpretationem sed lingua germanica recentiori, quæ ab exemplis veteri sermone scriptis mire discrepat, quale seruat Bibliotheca Ducalis Academiæ Ienensis, cuius editionem promittere hoc nostro seculo, quo librorum quisquilias fere amant bibliopolæ, forte esset superuacaneum. Iam vero in curate adornanda noua editione *Iuris Weichbildici* laudabiliter occupatus est *Hanoveræ* illustris Consiliarius Regius CHRISTIANVS VLRICVS GRVPEN, qui dabit *Corpus Iuris Weichbildici*, quo exhibebit: 1) *Codicem MSCtum Gorlizianum* an. 1304. scriptum, ipsi a Viro amplissimo *D. Laubnio* communicatum, quem Senatus Gorlicensis acceperat a Scabinis Magdeburgicis ipsorum Sigillo confirmatum; 2) *Codicem MSC. membranaceum Archi-Episcopalem Guntherianum Magdeburgicum, an. 1421.* 3) *Codicem MSC. membranaceum* Academiæ

IusMunicipale Saxonicum Weicbild.

(*) *Historia Iuris Cap. VI §. XXIV. p. 470.*

Lipsiensem, vnde perillustris GAERTNERVS Ius prouinciale Saxonicum; et SCHILTERVS *Ius Feudale Saxonicum* produxerunt; 4) *Codicem MSC. Munchhusianum* Sec. XIV. lingua Germanica Germaniæ superioris; 5) Recensionem *Codicum Ambrasianorum*, qui in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi custodiuntur. Ad *Weichbildicum* hoc Ius illustrandum ex parte legi possunt sequentes: IOANNES GRYPHIANDER *de Weichbildis Saxonicis, siue de Colossis Rulandinis Vrbium quarundam Saxonicarum, Francofurti 1625. 4.* & *Argentorati 1666. 4.* LVDERI porro MENCKENII Programma, *de confirmatione Weichbildi, quæ Ottoni I. tribuitur, historiæ fide destituta*, quod inter cetera Viri *Programmata* comparet *N. V.* nec non IOANNIS ZACHARIAE HARTMANNI *Programma de Etymologia vocis Weichbild, Kiliæ 1734. 4.*

Ius Saxonicum antiquum. Speculum Saxonicum.

§. IV. Post hoc innotuit IVS SAXONICVM, cuius SPECVLVM ad Seculum decimum tertium referunt. (*) Auctor eiusdem perperam venditatur, Carolus M. verius est EPKO de REPKAV, qui instinctu *Hoieri* Comitis de *Falkenstein* ex moribus apud Saxones receptis, circa initia Seculi XIII. primum latine illud componere cœpit, post cum peregrino hoc idiomate scribere arduum ipsi esset, Germanico vel Saxonico antiquo perfecit, priuatis equidem saltim curis, successu tamen temporis vsu & consuetudine fuit introductum. Plenius de eodem egit *P. Heigius Quæst. Iuris P. I. qu. VIII. num. 61. 62.* & *Becmannus Historia Anhaltina P. VII. c. III. p. 356.* Cum autem illud præcipuus semper fons habitus fuerit IVRIS SAXONICI, eiusdem interpretationem adgressi fuere viri rerum Saxonicarum periti, vt ex Glossa Iuris Saxonici patet ad lib. III. art. LXV in qua: *super intellectu Articuli præsentis nonnullæ fuerunt opiniones & controuersiæ. Quidam enim, vt Burchardus episcopus Magdeburgensis, & Comes Otto de Falckenstein intelligere voluerunt articulum. Alii vero, vt Volradus de Dreyenleben & Conradus de Roslau intelligere textum voluerunt. Alii vero vt Henricus de*

(*) *Historia Iuris cap. VI. §. pag. 454. seqq.*

de Bentensleben & Thidericus de Lemwenden textum intelligere voluerunt. Iunior hisce est auctor Glossæ quem duplicem facit Goldastus. Antiquæ Glossæ, auctorem dicunt BVRCHARDVM a MANGELFELD, aut THEODORICVM a BOCKSDORFF; Posterioris Scabinum Polonum, quibus deinde alii accesserint. De quo plenius egit Placcius Theatro Anonymorum cap. III. § 235. Hi autem Historiæ omnis imperitissimi, ad Saxonici tamen Iuris cognitionem Romani quoque & Pontificii mediocrem peritiam attulerunt. Inter diuersas *antiquiores Editiones*, quæ ad nouam Editionem procurandam cum MSCtis Codicibus adhibendæ, qualesque commemorat *Ioannes Nicolaus Hertius Conf. de Leg. & Iudiciis* §. *XIII.* annotandæ illæ, quæ factæ sunt *Basileæ 1474. 1483. Lipsiæ 1488. Augustæ Vindelicorum*, quam laudat Ludouici, *1482.* quam ipse vidi, annotatur & *Augustana 1516. f.* *Augustana* quoque prodiit cum Cautelis & Additionibus BOCKSDORFFII, qui postremus fuit Glossatorum durch *Hansen Schönsperger 1499. f. Editionem* nouam parauit CHRISTOPHORVS ZOBELIVS, quam eodem mortuo, edidit GEORGIVS MENIVS non vero antiquo Saxonico, quo a REPKAVIO conscriptum, sed Misnico recentiori, licet hoc ipso sensum nonnunquam turbauerit, *Lipsiæ 1561.* quæ prima, inde *1569. 1595. &* typis *Gotbardi Vægelini 16614. f.* quæ vltima inter *Zobelianas* præstat, in ea siquidem præter textum latinum & idiomatis recentioris comparet quoque textus orginarius lingua antiqua Saxonica, cum variis additionibus & responsis Scabinorum Magdeburgensium. Est & alia *Speculi Saxonici* editio, a *Zobeliana* diuersa, quam debemus curæ WOLFFGANGI LOSSII sub indice: *Sachsen Spiegel aufs neue fleissig corrigiret, an Texten, Glossen auch Allegaten, und mit Vermehrung des emendirten Repertorii und vieler neuen nützlichen Additionen, Leipzig 1545. f.* Ad antiquissimos quoque Codices MSCtos *Speculum* emendauit, errores Glossæ, cum primis allegatorum sustulit BENNO *de* HEYNITZ I. V. D. Canonicus & Custos Capituli Misnensis, formis impressum est opus *Lipsiæ 1539. f.*
 additus

additus Iuris Saxonici *Vocabularius.* Ad vſus quotidianos comparata IACOBI FRIDERICI LVDOVICI editio, ſub titulo: *Sachſen Spiegel, oder das Sächſiſche Land Recht, in der Alt-Teutſchen, Lateiniſchen und ietzo gebræuchlichen Hoch-Teutſchen Sprache nebſt nöthigen Auszügen aus der Gloſſe,* inſtituta Collatione editionum *Zobelianæ* ac *Loſſianæ* & Præfatione qua de compilatione & *Editionibus Speculi* egit, *Halæ 1720. 4.* Præſtantiſſima omnium eſt editio, quam curæ indefeſſæ debemus perilluſtris viri CAROLI GVILIELMI GAERTNERI hoc titulo: EYKENS *von* REPGOVV *Sachſen-Spiegel aus denen alten MSCtis emendiret und mit einer Vorrede von dem Verfaſſer, Alter, MSCten und Editionen deſſelben begleitet, Leipzig 1732. f.* Eiusdem Manuſcriptum egregium codice membranaceo poſſidet Bibliotheca noſtra Salana. Plures reperiuntur Codices chartacei, qualem etiam mea ſeruat Bibliotheca. Ex hoc autem orta ſunt Iuris Saxonici Communis fundamenta, prout hodienum adhuc obtinet. Cum autem in dicto Speculo materiæ ordine paulum turbato eſſent diſpoſitæ, omne hoc Ius Saxonicum nouo ordine diſponere conatus fuit MELCHIOR KLING, ſub tit. *das ganze Sæchſiſche Land Recht mit Text und Gloſs in eine richtige Ordnung gebracht, Lipſiæ 1572. 1577. f.* in quorum primo Libro Ius perſonarum, altero proceſſum, tertio ius rerum, & quarto criminale tractat. Quod licet ordinatius, nunquam tamen fuit receptum, in titulo etiam editionis an. *1577.* monetur, adhibendam neceſſario ab iis qui iure vtuntur Saxonico, Editionem *Zobelianam.* Breue quoque ſub certis titulis Iuris Saxonici compendium dedit ALBERTVS POELMANN, ſub titulo *Handbuch, 1574. 4.* Hiſtoriæ Iuris Saxonici inſeruiunt ſingulares ſcriptiones: MATTHIAE COLERI oratio de *orgine, progreſſu & vtilitate Iuris Saxonici* edita *Ienæ 1579. 4. ibid. 1602. 4.* & præmiſſa *Eiusd.* Tractatui de *Proceſſibus executiuis* edit. ſecundæ *Ienæ 1592. f.* CHRISTOPHORI SCHREITERI Programma *de Iuris Saxonici communis auctoritate atque valore, Lipſiæ 1710. 4.* *Eiusd.* Diſſ. de *Origine Iuris*

Saxo-

Saxonici, *Lipsiæ 1710. 4.* cuius libelli vero auctorem habent illustrem Iurisconsultum CAROLVM OTTONEM RECHENBERGIVM. De *Speculo Saxonico fonte Iuris Saxonici communis* quæ Præside ill. EVCHARIO GOTTLIB RINCKIO, a Respondente MARTINO FOERSTERO *Altorfii 1718. 4.* proposita ex annotationibus B. EPHRAIMI GERHARDI atque additionibus Præsidis est composita. Erudita porro Dissertatio Præside ill. GEORGIO HENRICO AYRERO, auctoreque, CAROLO FRIDERICO WINCKLERO, de *ætate Speculi Saxonici Speculo Sueuico autiquioris* proposita *Gottingæ 1742. 4.* *An vero unquam Speculum Saxonicum extiterit Speculo Epkonis de Repgow antiquius* contra Gundlingium solide disquisiuit B. ADAMVS HENR. LACKMANNVS Diss. Academica *Kiliæ 1748. 4.* excusa. Faciunt huc etiam binæ eruditæ Dissertationes ill. AVGVSTINI LEYSERI *de collatione prisci Iuris Saxonici cum Iure Romano & moribus hodiernis, Wittebergæ 1709. & 1711. 4.*

§. V. Alterum est SPECVLVM *Iuris* PROVINCIALIS & FEVDALIS SVEVICVM, vulgo dictum *der* SCHWABENSPIEGEL. (*) Tempus compilationis huius indicauit PHILIPPVS IACOBVS LAMBACHER scripta *Dissertatione Epistolari ad virum illustrem* ISAACVM PEYER *a Flaach & Haslach, de ætate Iuris illius antiqui Germ. quod vulgo vocatur Speculi Sueuici &c. Viennæ 1739. 4.* quo breui schediasmate ex Codice MSCto illustrissimi Comitis ab *Harrach*, ostendit hoc *Speculum Sueuicum* an. 1282. sub Rudolpho Habsburgico fuisse compilatum. Huius SPECVLI, aliquot extant Editiones. Vetustissima, ni fallor est, quæ forma regali, typis grandioribus, sine loci, temporis, typographi mentione, forte circa annos 1470. 1480. vti ex forma literarum, in aliis libris obuenientium, colligo, prodiit. In Bibliotheca *Rinckiana* fuit Editio *Augustana 1480 f.* excusa. Sic quoque *Argentorati 1505.* opera typographi *Hupfuff* editum est, indice *Christiano Godofredo Hoffmanno de Natura Legum Germanicarum p. 233.* qui alias editiones antiquiores enumerat. Inde MELCHIOR

Speculum Sueuicum.

(*) *Historia Iuris Cap. VI. §. XXV. pag. 487. seqq.*

CHIOR GOLDASTVS Tomo I. *der Reichs-Satzungen*, inseruit. Narrat etiam in præfatione eiusdem Tomi, sibi acceptum, BARTHOLDO, Barone de GRIMMENSTEIN auctore, Speculum aliquod Sueuicum fuisse conscriptum, non tamen audet vulgati istius *Speculi Sueuici* parentem eum nominare, quod & in editis & manuscriptis codicibus nullum plane nomen fuerit præscriptum. Seculo autem decimo quarto librum hunc elaboratum autumat *Conringius* cap XXX. Profitetur auctor, quod opus hoc ex iure scripto & consuetudinario sit concinnatum, quare etiam ex Speculo Iuris Saxonici integra sæpe capita ad verbum fuere descripta. Cura porro SEBASTIANI MEICHSNERI, sub titulo: *Kayserlich und Königlich Land- und Lehn-Recht-Satzungen, Sitten und Gebreuch*, qui ad Editionem suam adornandam variis Codicibus MSCtis fuit vsus 1561. 1566. *f.* & *Ff. ad Mœn.* 1576. *f.* Conferri cum de compilatione, tum de vsu Forensi huius Speculi meretur illustris Viri STEPHANI CHRISTOPHORI HARPPRECHT de HARPRECHTSTEIN *Speculi Sueuici & præsertim Iuris Feudalis Alemannici in Foris Vicariatus Sueuo-Franconico-Palatini non vsus modernus*, *Kiloni* 1723. 4. Recentissima Editio est, quam iam supra §. II. memorauimus, quæ in Corpore Burgermeisteriano prodiit, sed neque ad Codices MSCtos emendata, nec Notis, quod omnino optandum, instructa. Nouam promisit IACOBVS FRIDERICVS LVDOVICI quam ipsius mors prohibuit. Nouissime vir eruditissimus IOA. GOTTLIEB GONNE in Exercitatione quæ *Erlangæ* 1753. 4. edita est, de *Commento Speculi Sueuici*, *nec non Iuris Sueuici seu Alemannici quod in illo haberi creditur*, variis argumentis ostendere studuit Compilationem hanc falso ita adpellari neque singulare quoddam Ius Sueuicum, vel Alemannicum complecti.

Ius Saxonicum Nouum Ius Electorale Saxonicum.

§. VI. Aliud a Saxonico communi Iure est IVS ELECTORALE SAXONICVM, quod originem suam debet AVGVSTO Electori, qui ICtis in Academia Wittebergensi atque Lipsiensi præcipuis, IO. SCHNEIDEWINO inprimis, MATTHAEO WESENBECIO & IACOBO

COBO THOMINGIO mandauit, vt præcipuas Iuris Saxonici quæstiones examinarent. Exinde ortæ *Consultationes Constitutionum Saxonicarum*, quarum *Tomus* siue Liber *Primus* prodiit *Francofurti ad Mœnum 1599. f. Tomus s.* Liber *Secundus*, *Vrsellis 1601. fol.* Tomus Tertius *Francofurti 1608. f.* Insecutæ fuerunt CONSTITVTIONES AVGVSTI ELECTORALES, quæ potissimum huic Iuri fundamentum præbent. His dein variæ SVCCESSORVM Constitutiones, Decisiones, Ordinationes accessere, quæ iunctim editæ sub titulo: *Corpus Iuris Saxonici*, *Dresdæ 1660. 1673. f.* quod tamen per Decisiones nouissimas, quibus casus antea dubii deciduntur, & Constitutiones Regis AVGVSTI II. adauctum insigniter cura & opera IOANNIS CHRISTIANI LVNIGII, editumque sub elogio: *Codex Augusteus*, *oder neuvermehrtes Corpus Iuris Saxonici. Leipzig 1724. f. 2. Voll.* Huic inter alias nouas Leges adiungendæ *XL. nouæ Decisiones* per Mandatum Dresdæ d. 2. Iulii 1746. publicatæ editæque *ibid.* 1746. f. Singulatim inter alias Constitutiones edita: *Ordenung des Chur-Fürstlichen Sechssischen Obernhofegerichts 1549. 4.* a *Mauritio* Septemuiro promulgata. *Corpus Iuris Prouincialis Marchionatus Lusatiæ Superioris* germanico idiomate editum est *Budissæ 1715. 4. Lunigiano* Codici *Augusteo* insertum. Singillatim etiam typis impressæ: *Kayserliche Landes-Ordnung im Marggrafftbumb Oberlausitz Anno 1582. publiciret, Görlitz 1656. 4. Kayserliche confirmirte Ambts-Ordnung im Marggraffthumb Oberlausitz, Görlitz 1636. 4. Fürstlich Sächsische revidirte Landes-Ordnung in dero Marggrafthumb Nieder-Lausitz, Guben 1669. 4.* & IVLII SIDONII *Fürstliche Sächsische revidirte Landes-Ordnung im Marggrafftbum Niederlausitz, Lübben 1721. 4.*

§. VII. In Terris Serenissimorum DVCVM SAXONIAE Prosapiæ ERNESTINAE aliæ obtinent CONSTITVTIONES, quæ secundum Principum Territoria variant. Antiquiores & eæ quæ a Ducibus Lineæ *Vinariensis* publicatæ recensentur in CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI & ill. IVSTINIANI THOELLDEN Diss. Constitutiones Prouinciales Saxoniæ Ducalis Ernestinæ.

Diss. de *Ordinationibus Politiæ & Iustitiæ Serenissimorum Saxoniæ Ernestinæ Ducum*, *Ienæ 1747, 4.* Sic Leges DVCVM SAXONIAE ERNESTINAE editæ hoc elogio: *Herrn Iohanns Friderich des Mittlern, Herrn Iohanns Wilhelm und Herrn Iohanns Friederichen des Jüngern Gebrüdere Herzogen zu Sachsen, Policey und Landes-Ordnung zu Wohlfarth und Besten derosélben Landen und Unterthanen bedacht und ausgangen, Iena 1556. f. & 4.* Addantur Eorundem Serenissimorum Ducum fratrum *Newe Hofgerichts Ordnung so ierlich zu vier unterschiedenen Zeiten in irer F. G. Stad Ihena besatzt, Iena 1566. 4.* atque *des Fürstlichen Sächsischen gemeinen Hoff-Gerichts zu Iehna erneuerte und verbesserte Ordnung im Iahr Christi 1653. Iehna 4.* & *Ordenung vnnd summarischer Proceß des Fürstlichen Sechsischen Consistorii aufgerichtet in dem Iahr 1561. 4.* atque ex mandato *Christiani II.* Electoris Saxoniæ Tutoris Ducum Friderici Wilhelmi ac Ioannis, nouo Consistorio Ienæ erecto præscripta *Consistorial Ordnung, Iena 1574. 4. & Altenburg 1607. 4. Sächsische Hof-Gerichts-Ordnung zu Coburg* edita *1598. 4.* In nostris oris Lineæ VINARIENSIS, obtinet: *Policey- und Landes-Ordnung Herzog Fridrich Wilhelms und Herzog Iohansen, Iena 1589. 4. Altenburg 1671. 4.* quæ adhuc obseruanda, licet aliqua ex hisce per CONSTITVTIONES posteriores fuerint immutata. Immo, in singulis fere Territoriis nouam Ordinationem Processus habemus. v. gr. in Principatu *Isenacensi* & districtu *Ienensi: Gerichts-Proceß und Executions-Ordnung* Serenissimi Ducis *Ioannis Guilielmi, Eisenach und Iena 1702. 4.* In Terris Lineæ Gothanæ sapientissimus et felicissimus Dux ERNESTVS magnam copiam Legum et Ordinationum condidit, quibis *tres* successores FRIDERICI optimi Principes, varias easdemque salutares populo addiderunt. Eminent inter eas: *Herzog Ernst zu Sachsen Gerichts und Proceß Ordnung, Gotha 1653. & 1667. 1738. 4. Fürstl. Sæchsische Landes Ordnung* ex Edit. *Tertia Gotha 1695. 4. Fernere Beyfügung zur Fürstl. Gothaischen Landes-Ordnung gehoeriger Gesetze, Ordnungen und*

Re-

Rescripten, *Gotha 1738. 4.* insignia specimina prudentis Legislationis. Quæ in *Altenburgensi* Principatu obtinent receptiores Constitutiones exquiras in *Fürstl. Sæchsischen Altenburgischer Landesordnung*, *Altenburg 1742. 4.* cum variis Adpendicibus, cui iungenda: *Fürstl. Sæchsische Altenburgische Gerichts und Proceß Ordnung*, *Altenburg 1704.* et *Neuerleuterte Gerichts- und Proceß Ordnung Altenburg 1744. 4.* *Landts-Ordnung der Fürstlichen Graffschafft Hennenberg* in f. sine mentione loci & anni edita in Præfamine *Wilhelmi* Comitis & Domini Hennebergici annus 1539. indicatur & nominatur collector IOANNES GEMELIVS Cancellarius Hennebergicus, recusa sub titulo: *Der Fürstlichen Graffschafft Hennenberg Landes-Ordnung nach dem wahren Original de a. 1539. auf das neue aufgelegt und mit kurtzen Summarien; auch einem Anhang zweyer declaratorischen Befehle und verbessertem Indice*, *Meiningen 1720. 4.*

§. VIII. Inter antiquiora Germaniæ Iura referendum quoque est IVS LVBECENSE. (*) De cuius tamen Origine variæ inter Doctores sunt controuersiæ. Hoc certum, quod iam ante tempora Friderici Barbarossæ vsitatum, ab eodem autem postquam CIↃCLXXIII. vrbem occupasset & in Ciuitatum Imperialium ordinem euexisset, diplomate peculiari Bulla aurea communito an. CIↃCLXXXVIII. fuit corroboratum, post a Friderico II. Imp. anno CIↃCCXXVI. denuo confirmatum. In huius enim Priuilegio apud LVNIGIVM *P. spec. Contin. IV. p. 1333.* hæc reperiuntur: *de habundantiori quoque gratia concedimus & confirmamus eis in perpetuum eorum iura & omnes bonos vsus & bonas consuetudines, quibus tempore Imperatoris Friderici, aui nostri felicis memorie vsque nunc vsi fuisse noscuntur.* Hoc igitur tantæ auctoritatis fuit factum, vt non solum pleræque Holsatiæ vrbes, sed etiam Hanseaticæ eodem vterentur. Qua de caussa Perill. Dn. de WESTPHALEN *Tom. IV. Script. Rer. Cimbricar. N. XXX.* inseruit: *Collectionem Diplomatum præcipuorum de receptio-* Ius Lubecense.

(*) *Historiam Iuris cap. VI. §. XXVII. p. 498.*

ne et vsu Iuris Lubecensis in Ciuitatibus Cimbricis ab an. 1232-1692. Cum autem successu temporis Lubecenses multa huic iuri demerent vel adiicerent, tanta exinde MStorum orta fuit varietas, vt quænam Leges spuriæ sint, vel genuinæ dubitaretur. Veteres Codices huius Iuris e. gr. *Iustitiam Lubicensem* ab Henrico Leone Ciuitati Lubecæ a. 1158. datam; Accessiones ad *Iustitias Lubicenses*; Codicem Lubecensem antiquissimum exaratum a. 1240. vtili instituto produxit Perillustris Dn. de WESTPHALEN *T. III. Rer. Cimbr. et Megapolitanar.* N. XX. XXI. XXII. Postea SENATVS LVBECENSIS, accedentibus etiam postulatis Ciuitatum Stralsundensis inprimis Rostochiensis atque Wismariensis, ipsum hoc Ius per aliquot Senatores iussit repurgari, & remotis inutilibus, in congruum Ordinem redigi. In nouam hanc faciem transformatum latino pariter atque Germanico sermone prodiit *Lubecæ 1586.* e Typographeo Io. Ballhornii. *Stettini 1586. & 1595. Lubecæ 1595. & 1608. 4.* cum accessione diuersorum Priuilegiorum variarumque ordinationum. *Statuta* præterea Vrbis *Lubecensis* formis excusa *Lubecæ 1614. 1616. 1644. 1655.* in qua editione *Ordinationes* aliæ additæ, inde *Lubecæ 1657. 1680.* et in terris Holsaticis sud titulo: *der Kayserl. freyen Reichs Stadt Lübeck Statuta oder das, so wohl in den Stædten Holsteins als in der Reichs Stadt Lübeck gebræuchliche Stadt Recht samt angehengter Hanse Stædtischer Schiffs Ordnung und See Recht* cum aliis huc pertinentibus Constitutionibus, *Gluckstadii* ad edit. an. 1680. sine mentione anni porro *Glückstadii 1705. Lubecæ 1708. 4.* tertium *Glückstadii 1724.* & *Lubecæ 1728.* ac demum *ibid. 1739. 4.* atque cum commentariis DAVIDIS MEVII, de quibus infra, vbi de commentatoribus sermo erit.

Ius Hamburgensium, Holsaticum & Dithmarsicum.

§. IX. Primis Seculis HAMBVRGENSIVM Vrbem Saxoniæ Transalbianæ Iura fuisse secutam, certum. (*) Postea seculo XII. exeunte potestatem iure Lubecensi fruendi ab Adolpho III. Schauenburgico Comite impetrarunt. Post modum an. CIↃCCLVIII. Ius Weich-

(*) *Historia Iuris cap. VI. §. XXVII. p. 493.*

Weichbildicum seu Municipale a Iohanne & Gerhardo, Holsatiæ Comitibus obtinuerunt. Anno CIↃCCXCII. potestas nouas leges condendi, easdem mutandi atque abrogandi Magistratui ab Adolphis duobus, & Gerhardo, Iohanne & Henrico, Comitibus Holsatis Schauenburgicis est concessa. *Codex antiquissimus Iuris Hamburgensis*, vulgo *Liber Ordaliorum Anni 1270.* ex Codicibus MSCtis membranaceis, & cum antiquissimis Statutis *Lubecensibus, Stadensibus & Bremensibus* collatus extat in Tomo Quarto *Rer. Cimbricar.* perillustris Dn. de WESTPHALEN N. XXVI. et MATTHIAE SLÜTERI *Origo & Descriptio Concordatorum ciuitatis Hamburgensis, N. XXVII.* Hinc Senatus Ius Municipale ex Ciuili & Saxonico Iure congeri iussit atque promulgari. Prodiit sub titulo: *Hamburger Statuten und Stadt-Recht, Hamburgi* primum *1605.* inde *1663.* quamuis titulus an. *1605.* memoret & *1681.* 4. quæ *Tertia* multis aliis ordinationibus additis fuit aucta & locupletata. *Noua* Editio *Hamburgi f.* splendide prodiit. Conferatur omnino elaborata multo studio & plena bonæ frugis celeberrimi Viri MICHAELIS RICHEY *Historia Statutorum Hamburgensium*, *Hamburgi 1738.* 4 & IACOBI SCHVBACK Diss. epistolaris elegans *de Origine Statutorum Hamburgensium non Susatensi*, *Gottingæ 1749.* 4. Separatim quoque prodierunt diuersæ Hamburgensium Constitutiones. *Ius Prouinciale* DITHMARSICVM nouissimum auspiciis Friderici II. Regis Daniæ & patruorum eius, Iohannis atque Adolphi an. CIↃIↃLXVII. promulgatum integro post seculo Glückstadii vna cum Indice & Constitutionibus quibusdam in lucem prodiit, recusum *Glückstadti 1667.* 4. & *1711.* 4. Exhibuit HENRICVS GISEBERTVS *harmonicam relationem Iuris Prouincialis Dithmarsorum nouissimi*, *Lubecæ 1652.* 4. addatur THEODORI REINCKING Cancellarii horum Ducatuum *Promptuarium über die revidirte Land-Gerichts-Ordnung* & additas Constitutiones, ordine Alphabetico, cum Notis, usu & Præiudiciis editum ab I. B. A. *Lubecæ 1707.* 4. Egregia Collectio Legum *Holsaticarum* hoc typis excusa elogio: *Corpus Constitutionum*

§. II. Apud *Hispanos* antiquissima Legum collectio est illa, quæ FVERO IVZGO *Liber Iudicum* appellatur. Constat autem Edictis Regum *Gothorum*, decretis conciliorum Toletanorum & legibus antiquis. Quem auctorem habeat, incertum, cum modo SISENANDO, modo CINDASVINDO Regi tribuatur. Hoc certum, quod Gothorum tempore collectio hæc facta. Latine illam primus edidit PETRVS PITHOEVS, sub titulo: *Codicis Legum Wisi-Gothorum Libri XII. cum* Isidori Chronico, *Parisiis 1579. f.* Secutus eundem ALPHONSVS de VILLADIEGO, qui FORVM hoc IVDICVM latine, adiecta glossa Hispanica edidit *Madriti 1600. f.* Postea FRIDERICVS LINDENBROGIVS *Codici Legum antiquarum* inseruit. Mansit huic Foro Iudicum libro sua auctoritas vsque ad tempora ALPHONSI X. Hic enim Legum omnium a Castellæ regibus latarum congeriem a patre suo *Ferdinando III.* iam cœptam anno 1260. perfici curauit, atque septem partibus distingui fecit, vnde adpellationem accepit *de las Siete Partidas.* Prodierunt cum scholiis ALPHONSI DIAZII de MONTALVO, & post, cum Scholiis, GREGORII LOPEZII, *Salmanticæ 1576. 4.* Demum hoc titulo: *Las siette Partidas del Sabio Roy Don Alonso el nono nuevamente glossadas por el Licentiado* GREGORIO LOPEZ, *Madrid 1611. f.* Licet *Moguntiæ* potius *1610.* impressa esse dicatur. Hoc autem adpellatur IVS ALFONSINVM.

Leges Hispanorum antiquiores.

§. III. Mansit huius auctoritas vsque ad tempora FERDINANDI *Catholici*, cuius iussu ORDINATIONES, siue *Leges Hispanorum* post ALFONSINVM Ius fuerunt promulgatæ. Compilauit illas ALPHONSVS DIAZ de MONTALVO & in octo Libros digessit, Titulum autem libro præfixit: *El Ordenamiento Real*, Glossas etiam adiecit & Commentaria. Prima editio facta *Hispali 1496. f.* dein *Salmanticæ* recusum est Opus *1549.* & *Compluti 1565. & 1567. f.*

Leges Hispanorum recent.

Secu-

Secutæ fuerunt LEGES TAVRI. Postquam enim FERDINANDVS CATHOLICVS Comitia regni Generalia in oppido *Tauri* conuocasset, librum qui QVATERNO Hispanis audit, confici iussit & promulgari atque Legum instar obseruari, quæ postea a loco, LEGES TAVRI fuerunt denominatæ. Editæ sunt cum variis Commentariis, inter quos præcipuus est ANTONII GOMEZII, *Francofurti 1591. f.* Ferdinandus quoque & Isabella Capita quædam Hispali publicari curarunt circa Prætorum ac Iudicum per Hispaniam officium. Philippus II. vero nouum Hispaniæ Legum Systema per celebratos quosdam Iureconsultos concinnari fecit idemque CIↃIↃLXVII. Madriti publicauit, abrogatis simul reliquis legibus, relicta saltim auctoritate Partitis, Foro Iudicum, Taurinisque Legibus atque Statutis. Prima vice hoc Legum Systema lucem adspexit *Madriti 1566 f.* rursus *1598. f.* iterum *Madriti 1610 f.* & demum hoc titulo: *Nueva Recopilacion de las Leyes de estos Reynos, hecha por mandado de la Mageſtad Catolica del Rey Don Phelippe II. nuestro Senor, que se ha mandado inprimir, con las Leyes, que despues de la ultima impreſsion se han publicado por la Mageſtad Catolica del Rey Don Phelippe IV. Madrid 1640. f. 3 vol.* Vt taceamus LEGES PROVINCIALES HISPANORVM. De quibus omnibus luculenter accurateque exposuit GERARDVS ERNESTVS de FRANKENAV S. R. M. Daniæ & Noruegiæ tum Secretarius, qui ipse in Hispania egit, in *Sacræ Themidis Hispaniæ Arcanis, Hanoueræ 1703. 4.* in hoc enim Libro plenam Iuris Hispanici Historiam exhibet, singularium legum occasionem, orginem, editiones, commentatores satis prolixe nobis tradit, quem etiam hac in parte fuimus secuti.

Lex Lusitanorum.

§ IV. Apud LVSITANOS prima fit mentio FORI GVIMARAENSIS, licet incertum sit, quo Rege auctore promulgatum. Inde leges diuersis *Lusitanorum* vrbibus concessæ, vsque dum ALPHONSVS II. particularibus vrbium foris generale legum corpus atque systema conflari faceret, quod tamen adhuc in

MSCto seruatur. Post hunc DIONYSIVS, Lusitanorum Rex circa annum CIↃCCCXXXIV. Portugalliæ Leges ordinauit. Dein IOHANNES II. Constitutiones edidit quadraginta duas, quibus antiquas tum Alphonsi II. tum Dionysii aliasque partim emendauit atque Olissiponæ a. CIↃCCCCXIX. promulgari fecit. EMANVEL postmodum, felicissimus Lusitaniæ Rex Constitutiones Portugalliæ a Prædecessoribus sparsim latas in iustum Systema redigi & sub Titulo: *Ordenanzas de Portugal* publicari iussit. Post eadem prodierunt *Extrauagantes Regni*, sed incertum, quo compilatore. Hæc autem singula adhuc in MSCtis latent. Extant etiam *Ordinationes Portugalliæ* libris V. distinctæ, *Vlyssiponæ 1602. f.* Ad illustrationem harum Ordinationum vsumque fori Lusitani faciunt EMANVELIS BARBOSAE *Remissiones Doctorum in Ordinationes regias Lusitanorum*, duabus *Partibus* editæ *Olyssippone 1618. & 1620. f.* GEORGII *de* CABEDO *Decisiones Lusitaniæ*, *Francofurti 1656. f. Antwerpiæ 1619. 1635. f.* ANTONII *de* GAMMA *Decisionum Lusitaniæ*, Centuriæ Quatuor, *Antwerpiæ 1652. 1683. f.* ALVARI VELASCI *Decisiones Consultationum Lusitaniæ*, *Olyssipone 1595. f. Spiræ 1597. f. Francofurti 1608. 1650. f.* atque ANTONII *de* SOVSA *Decisiones supremi Senatus Iustitiæ Lusitaniæ, & supremi Senatus Fisci ac patrimonii Regis, Olyssipone 1660. f.* & PAVLI BERTI LVCENSIS *Praxis Criminalis Regularium secularimque absoluta*, *Antwerpiæ 1616. f.*

§. V. ANGLORVM Leges antiquæ triplices fuerunt. *Lex occiduorum Saxonum*, *Lex Merciorum & Lex Danorum.* Inter has Leges etiam reperiuntur Molmutii, Ethelberti, Leges Offæ, Leges Aluredi, qui ex antiquioribus in suas potiora transscripsit. Ex istis tribus Legibus Sanctus EDVARDVS III. *Communem* edidit, quæ Leges *Eduardi* ad hodiernum vsque diem vocantur. Docet illud Cestriensis Monachus lib. I. c. L. dum ait: *has duas Leges* (Molmutiam & Merciam) *Gildas historicus transtulit de Britannico in latinum: & rex Aluredus postmodum de latino* Leges Anglorum
in

in Saxonicum, quæ Morchenelaga dicebatur. Ipse quoque Aluredus Legem Anglice conscriptam superadiecit, quæ Westsexenelaga vocabatur. Tandem Danis in hac terra dominantibus tertia Lex emanauit, quæ Danelaga dicebatur. Ex his tribus legibus Sanctus Eduardus tertius Communem edidit, quæ leges Eduardi vsque hodie vocantur. Post Anglorum Leges congessit GVILIELMVS LAMBARDVS in Αρχαιονομία, siue *de priscis Anglorum Legibus* Libris, qui sermone Anglico antiquissimo scripti cum latina interpretatione primum *Londini 1568. 8.* editi, postea pluribus locis castigati, vna cum HENRICI I. Legibus & Glossario earum antiquo, curante ABRAHAMO WHELOCO prodiere *Cantabrigiæ 1644. f.* Reperiuntur in iisdem Leges Inæ, Aluredi, Edovardi, Ethelstani, Edmundi, Edgari, Ethelredi, Canuti, Edovardi, Guilielmi Conquestoris, Henrici I. & aliorum. Præstantissima Legum Angliæ antiquarum collectio est DAVIDIS WILKINS, cuius *Leges Anglo-Saxonicæ Ecclesiasticæ & Ciuiles* lucem adspexere *Londini 1721. f.* quo volumine habemus: Leges Aethelbihrti, Hlotharii & Eadrici, Withrædi, Inæ, Aelfredi, Eadweardi, Aethelstani, Iudicia Ciuitatis Lundoniæ, Legum Eadgeri Supplementum, Canones editos sub Eadgero Rege, Northombrensium Presbyterorum Leges, Leges Aethelredi, Librum Constitutionum tempore Regis Aethelredi, Concilium Aenhamense, Senatusconsultum de Monticolis Walliæ, Leges Cnuti, librum Constitutionum, Librum Canonum Ecclesiasticorum, Aelfrici Epistolam. Ex Legibus Ecclesiasticis has protulit: Capitula incertæ editionis, Leges Edouardi, Guil. Conquestoris, Henrici I. HENRICI SPELMANNI Codicem Legum veterum & Statutorum, Leges Guilielmi I. &. II. Henrici I. Stephani, Henrici II. Richardi I. Ioannis, Henrici II. Accessit GVILIELMI NICOLSONI Dissertatio de Iure Feudali veterum Saxonum; Lambardi quoque & Wheloci Collectorum supra laudatorum Præfationes admisit. Plura de Anglorum Legibus habet SPELMANNVS *Glossario*, voce *Lex*, & HENRICVS

RICVS de BRACTON de *Legibus & Consuetudinibus Regni Angliae, Londini 1640. 4.* Insigne Iuris Anglicani veteris monimentum est, quod inscribitur: FLETA, seu *Commentarius Iuris Anglicani, sic nuncupatus, sub Eduardo Rege Primo, seu circa Annos abhinc CCXL. ab* ANONYMO *scriptus, atque e Codice veteri, autore ipso aliquantulum recentiori curante* IOANNE SELDENO, *primum typis editus Londini 1647 4.* & ex iterata ac meliori editione, *ibid. 1685. 4.* Accessit Tractatulus vetus de agendi excipiendique formulis gallicanus *Fetasso voir* dictus & eiusdem *Dissertatio historica ad Fletam*, in qua Iuris Anglicani antiqui exhibet rationem, denique Commentarius SELDENI. Extat Fleta inter *Opera* SELDENI cura *Dauidis Wilkins* edita *T. II.* & in B. CHRISTIANI GOTTFRIDI HOFFMANNI *Historiae Iuris Romano-Iustinianei Vol. I. Parte poster. p. 89. 184.* Idem SELDENVS in Libro cui titulum scripsit: *Englands Epinomis, Londini 1610. 8.* edito, atque inter Opuscula *Tracts written by* IOHN SELDEN *Londini 1683. f.* & inter *Opera*, de antiquis Anglo-Saxonum legibus & consuetudinibus, more suo, hoc est erudite exposuit. Hodierno tempore prima, quae apud illos Lex obtinet, dicitur *the* COMMVN LAW, siue Consuetudines Galliae ex Legibus Saxonum, Danorum & Normannorum depromtae. Ad nouiora Angliae Iura cognoscenda conducunt FERDINANDI PLVTON *Statutes of England, London 1618. & 1632. f.* Vrbium, ciuitatum & villarum Angliae Consuetudines & Priuilegia ex historicis monimentis illustrata legas in *Firma Burgi, or an Historical Essay concerning the Cities Towns and Barougs of England taken from Records by* THOMAS MADOX Regium Historiographum, *London 1726. f.* Sequuntur LEGES PARLAMENTARIAE, siue Decreta Parlamenti in caussis ciuilibus, quae dicto Iuri consuetudinario quasi praebent supplementum, quorum iam amplissima COLLECTIO Londini typis excudenda paratur. Ad statum publicum simul facit: *Magna Charta & praecipua Statuta antiqua & recentia*, edita iun-

ctim

ctim *Londini 1602. 8.* atque cum Notis IACOBI HOWEL *Oxoniæ 1660. 8.* Extant præterea *Leges Militares*, *Foreſtales*, *Maritimæ*, de quibus egit GVY MIEGE de Statu Magnæ Britanniæ parte tertia, capite primo. De *Laudibus Legum Angliæ* ſcripſit IOANNES FORSTESQVE, qui Liber editus primum *1603* cum notis IO. SELDENI prodiit *Londini 1616. 8.* atque *tertium Londini 1737. f.* curante SAYERIO ICto Anglo. Quæ *Iuris Ciuilis Romani* apud Anglos ſit auctoritas demonſtrauit ARTHVRVS DVCK, in eleganti tractatu, de vſu & auctoritate Iuris Ciuilis, *Londini 1653. 8.* CIFREITHJEV HYWELDDA AC ERAIL, ſeu *Leges* WALLICAS *Eccleſiaſticas & Ciuiles* HOELI BONI *aliorumque* WALLIAE *Principum*, ex variis Codicibus MSCtis eruit, interpretatione *Latina*, Notis & Gloſſariis illuſtrauit GVILIELMVS WOTTONVS, adiuuante MOSE GVILIELMIO linguæ Wallicæ admodum gnaro, cuius diligentia Gloſſarium potiſſimum adornatum, editum eſt inſigne, pretioſum rarumque in Germania opus *Londini 1730. f.* SCOTIAE *priſcas Leges & Conſuetudines* exhibuit rariſſimo hodie libro, quem *Regiam Maieſtatem Scotiæ* inſcripſit IOANNES SKENAEVS *Edinburgi 1609 f. Londini 1613. f.* quo veteres Scotiæ Regni Leges & Conſtitutiones ex Archiuis publicis, quibus erat præfectus, & antiquis libris Manuſcriptis collectas, recognitas & *Notis* Iuris Ciuilis, Canonici, *Nortmannici*, auctoritate confirmatas, illuſtratas, exhibet in primis *Leges Malcolmi ſecundi*, *Leges Baronum*, *Burgorum*, *Statuta Gildæ*, Dauidis I. Wilhelmi, Alexandri II. Roberti I. Dauidis II. Roberti II. & III. Adiectus eſt Index copioſus, qui explicationis loco eſſe poteſt. In linguam *Scoticam*, hæc *Regia Maieſtas* translata, additis quibusdam ad Regem Iacobum I. vsque prodiit *at Edinburgh 1609. f.*

Leges Suecorum veteres.

§. VI. Antiquiſſimus Suecorum Legislator dicitur ZAMOLXES, ſiue Samolſes, cuius hiſtoriam ſcripſit CAROLVS LVNDIVS hoc titulo: *Zamolxes, primus Getarum Legislator, academica diſſertatione luci publicæ reſtitutus*, *Vpſaliæ 1687. 4.* quo in libro ſane ele-

elegantissimo primæ gentis & Iuris Suecani origines egregie proponuntur. LEGES autem SVECORVM vel sunt antiquæ, vel hodie adhuc vsitatæ. Quod ad illas, Iuris Suecorum prouincialis originem ad annum IↃCCCXXXII. referunt, dum BERO, primus Christianus Rex Suecorum *Leges* prouinciales cœperit publicare, quas *Bircenses*, *Biorkoa-Lagen* ab vrbe Birca, regia tunc sede, nuncupabant. Licet non desint antiquiores ex gentilismo. Præter has, singulis prouinciis leges erant propriæ. Has BIRGERVS Iarl a CIↃCCLIV. emendauit, atque Holmiensi vrbi dedit. Exinde leges hodiernæ Ciuitatum Suecicarum suam trahunt originem. Inter leges Prouinciarum est *Lex Vplandica*, *Vplandslagen aut Vigers Flockum*, quod idem est ac collectiones Vigeri, ab auctore Viger Spa, qui ethnicus adhuc, iussu Ingieldi Regis has leges composuit, quas Birgerus Magni anno CIↃCCXCV. fecit emendari. *Leges Westrogothicas antiquissimas*, *Westgiotha-Lagen* collegit LVMBERVS; *Leges Ostro-Gothicas*, *Ostgiotha-Lagen* Rex CANVTVS & BIRGERVS Iarl anno CIↃCLXVIII. & CIↃCCLX. emendarunt. *Sudermanna-Lagen*, *Leges Sudermannorum*, *Westmanna-Lagen*, *Westmannorum* & *Helsinge-Lagen*, *Helsingiæ* MAGNVS SMEK restaurauit. *Dala-Lagen*, *Lex Dalekarliæ* a BIRGERO Rege fuit emendata. *Skaniska-Lagen*, *Lex Scaniæ* est antiquissima. *Leges Gothlandicæ Wisbienses* dicuntur a metropoli Gothlandiæ insulæ, Wisby. Eas edidit IACOBVS WILDE sub titulo: *Gotlands gamlu Stadslag*, *Holmiæ*. Veteres istæ Leges vno volumine cura CAROLI LVNDII iunctim editæ *Vpsaliæ f.* prodierunt, & licet hodie sint antiquæ, non minimam tamen partem ad iuris etiam hodierni, quod exinde depromptum, rationem faciunt. Ex particularibus illis atque prouincialibus legibus Vplandicis potissimum & Ostrogothicis MAGNVS SMEK anno CIↃCCCXLVII. Corpus Iuris patrii fecit concinnari, quod *Madellaga* adpellatur. De harum Legum Sueo-Gothicarum origine poterit quoque videri IOANNES MESSENIVS, Vir in histo-

historia & antiquitatibus Suecicis apprime versatus, qui *Stockholmiæ 1614. 4.* edidit *Leges Suecorum Gothorumque* per Doctorem RAGVALDVM INGEMVNDI Ecclesiæ Vpsalensis Archi-Diaconum anno 1481. latinitate primum donatas, quæ anno *1608. 4.* ex prelo calchographico publicatæ fuerunt, in MSCtis Codicibus alias tantum latitantes. Potissimum vero IO. OLAI STIERNHÖÖCK Tractatus *de Iure Sueonum & Gothorum vetusto*, *Holmiæ 1672. 4.* (*) duobus Libris editus, huc facit qui Libri I. Capite I. de veteribus Sueciæ Legibus neruose agit, inde vero de Iudiciis, Iudicibus, Processu, Actionibus siue Causis Ciuilibus & Criminalibus, de Iure Sacrorum, Religione & quæ Religioni inseruiunt Legibus edisserit, ita tractatione instituta, vt vetustis noua & vsitata in Suecia Iura misceat, quæ ipsi per triginta & amplius annos in Dicasterio Regio Aboæ Adsessori Iurisque Patrii Professori, non poterant non esse cognita. Compara omnino eruditissimum IACOBVM WILDIVM *Sueciæ Historia pragmatica quæ vulgo Ius Publicum dicitur Cap. III. Sect. I. §. III. p. 225.* vbi neruose historiam priscorum Sueciæ Legislatorum annotauit.

Leges Suecorum hodiernæ.

§. VII. Leges hodierno tempore vsu receptæ vel communes sunt, vel Constitutiones Regiæ atque Recessus Comitiales. *Leges Communes* Seculo XV. Christophorus Bauarus, abrogatis prouinciarum legibus antiquis, in concinnum ordinem fecit redigi atque publicari, vsus potissimum Magni Smek Collectione. Hæc Lex Christophori, siue *Ius Christophorianum* dicitur. Leges communes in duas partes sunt diuisæ, Leges Prouinciales *Landslagen* & Leges Ciuiles *Statzlagen.* Vtræque in titulos, quos *Balker* vocant, capita & paragraphos fuerunt diuisæ, atque a variis Regibus confirmatæ. Leges autem has IOANNES LOCCENIVS ex Suecico lati-

(*) *Liber, hoc quem designo anno, impressus in meo tamen & alio Exemplo deprehendi a bibliopolis ex numeris anni 1672. calamo atramentoque subtiliter ducto, vt nouus esset Liber, annum 1682. cum in fronte, tum Dedicatione, fuisse efformatum.*

latine vertit atque edidit hoc titulo: *Sueciæ regni Leges prouinciales prout quondam a Carolo IX; & Vrbanæ, vti a* GVSTAVO ADOLPHO *publicatæ sunt, in latinam linguam traductæ & breuibus notis illustratæ, Holmiæ 1672. f.* & *Londini Scanorum 1676. 8.* Optima vero est editio PETRI ABRAHAMSON, quæ *1704.* prodiit. In huius enim margine Constitutiones atque Ordinationes Regiæ, quæ ad diuersarum Legum explicationem faciunt, proponuntur, & multi casus speciales deciduntur. Has autem varii Reges denuo fecerunt examinari, CAROLVS IX. potissimum binis vicibus, cuius Acta in Archiuo Holmiensi reperiuntur. Idem egit Christina Regina, peculiari constituto Collegio Assessorum. Idem, imperante Rege Carolo XII. fuit continuatum atque singulæ leges probe iamdum examinatæ atque reuisæ, nondum tamen quantum scimus, regia auctoritate abprobatæ. Alteram partem Iuris hodierni faciunt CONSTITVTIONES atque RECESSVS COMITIORVM, quæ Leges communes vel supplent, vel emendant, vel etiam interpretantur. Has SMEDEMANNVS *in Corpore Iustitiæ, Holmiæ 1706 4.* congessit. Locupletiorem longe editionem post celeberrimorum virorum HADORPHII, PALMSKIÖLDII & SMEDEMANNI curas adornauit illustris Vir ANDREAS ANTONIVS STIERNMANNVS Cancellariæ Regiæ consiliarius, qui lingua originali omnes fere Comitiorum Regni Recessus, vniones hæreditarias, formulas Regiminis &c. sumto a regno Gustaui I. initio, summa cura collegit, cuius præstantissimæ collectionis *Tomus Primus Holmiæ 1729. 4.* editus, monimenta ab a. *1521.* ad annum *1632.* exhibet, quem secutus *Secundus* reliquas complexus. Recentiores Leges & Constitutiones Regni *Sueciæ*, hoc ordine collectæ, quam notitiam debemus benignæ humanitati perillustris Domini de NETTELBLA Regii Ordinis Stellæ Septentrionalis Equitis Cameræ Imperialis Iudicii Adsessoris meritorum gloria eminentis. Quem iam laudauimus Consiliarius STIERNMANN patriæ suæ dedit: *Samling Kongl. Bref, Stadtgar och Forordningar angaende Sweri-*

ges Ryceks Commercie, Politic och Oeconomie, siue *Collectionem Constitutionum, Ordinationum & Literarum Regiarum concernentes res Oeconomiæ, Politiæ & Commerciorum*, 4. cuius Tomus *Primus* datas ab anno 1523 ad a. 1632. continet *Holmiæ* 1747. Tomus *Secundus* ab a. 1633. ad 1659. Tomus *Tertius* ab a. 1660. ad 1672. Tomus *Quartus* ab a. 1673. vid. *Stockholmisches Magazin, Tom.* 2. *p.* 359. Secuta EIVSD. *Sammling af Kongl. Stadgar Förordningar, Privilegien oder Resolutiones angaende Iustitien och Husballinnge wid Bergwærcken od Brücken i Ricket*, siue: *Collectio Constitutionum, Ordinationum, Privilegiorum & Resolutionum Fodinas Regni & Metallicas concernens, Holmiæ* 1736. 4. Edita porro: EIVSD. *Samling utaf Kongl. Stadgar Bref och Förordningar angaende Religion*, siue *Collectio Constitutionum, Literarum & Ordinationum Regiarum causas Religionis concernens, Holmiæ* 1744. 4. De emendandis quoque ceteris Legibus Ciuilibus & Criminalibus sapientissime fuit consultatum decisumque, quo pertinent: *Lags Proiect, oder Entwurff des neuen Schwedischen Gesetzes, wie es von der Commission entworffen worden, Stockholm*, 4. Prodiit inde: *das neue Swedische Gesetz-Buch, Stockholm* 1734. *in* 4. Suecice & latine sub indice: *Codex Legum Suecicarum, receptus & approbatus in Comitiis Stockholmiensibus Anni MDCCXXXIV. ex Suecico sermone in latinum versus a* CHRISTIANO KOENIG, *Westmanniæ & Magni Cuprimontis Iudice Provinciali in* 4. ad illustrationem huius Legislationis facit: IACOBI WILDE Historiographi Regii Tr. *von dem Grund, Art, Vrsprung. Alter, Veränderungen, und Erneuerung des Schwedischen Gesetzes oder Rechte, Stockholm* 1736. 4. & IOHAN. IVSLEEN *Samling af Kongl. Bref an Lagens-rätta och Rätte gang*, siue *Collectio literarum Regiarum de vero sensu Legum & Processu, Holmiæ* 1751. 4. Cognitioni & euolutioni faciliori LL. inseruiunt: HEDEGRANS *Alphabetische Orda Register öfwer inne-*

ballet

hall et af alle Kongl. Forordningar ifrom 1718. til. 1728 siue *Index summarius Regiarum Constitutionum 4.* & COLTINGS *Continuatio ab an. 1728. ad 1736. 4.* nec non Regii Commissarii RAAB vlterior *Continuatio ab an. 1736. ad 1744.* Iuri Publico Suecico recentiori inseruit R. G. MODEE *Vtrag utur alle publique Handlingar, Placater, Forordnungar, Resolut. ock Publicationer* i from d. 7. Decembr. *1718. till 1739.* f. *Extractus Actorum publicorum, Constitutionum, Ordinationum, Resolutionum ab An. 1718-1739. Holmiæ* Tom. *Primus 1742.* Tom. *Secundus 1746. & Tom. Tertius* 1749. in 4. IOANNIS LOCCENII *Lexicon Iuris Sueo-Gothici, Holmiæ 1665. 8. 1674. 8.* Eiusdem *Synopsis Iuris priuati ad leges Suecanas accommodata, Gothoburgi 1673. 8.* optimum est Iuris Suecici compendium. MICHAEL GYLLEN STAELPE WEXIONIVS, Iuris, Polit. & Historiarum Professor in Academia Aboensi, dum conscriberet *Fasciculum Iuridicum præcipua Digestorum contenta, secundum seriem Titulorum Nouem Disputationibus* comprehensum, addidit *Collationem Iuris Suecani*, quæ tamen nuda est Legum allegatio, editus hic Fasciculus *Aboæ 1651. 8.* Addi merentur CLAVDII RAELAMB Regni Sueciæ Senatoris & Regiæ Arcis Ciuitatisque Holmiensis Gubernatoris *Obseruationes Iuris practicæ, Holmiæ 16744.* Suecica lingna a viro Iuris patrii in primis recentioris peritissimo scriptæ, & CLAVDII KLOOT, *Speculum Iurisprudentiæ Suecicæ* in quatuor libros distinctum, *Gothoburgi 1676. 8.* Ad normam Legislationis recentioris compositæ DAVIDIS NEHRMANNS Professoris Lundensis & Secretarii Iudicii Reuisorii *Inleding till den Swenska Processum Ciuilem* f. *Introductio ad Processum Ciuilem Suecicum*, nouiter aucta & emendata, *1751. 4.* ac EIVSD. *Forbättringar till Iurisprudentiam Civilem offter Sweriges Nya-Lagen*, f. *Emendatio ad Iurisprudentiam Civilem præcipue nouissimum Ius Sueciæ, Lundini Scanor. 1729. 4.* EIVSD. *Iurisprudentia Criminalis*, lingua Suecica in 4. extat & Prælectiones ad

ges Ryceks Commercie, Politic och Oeconomie, siue *Collectionem Constitutionum, Ordinationum & Literarum Regiarum concernentes res Oeconomiæ, Politiæ & Commerciorum*, 4. cuius Tomus *Primus* datas ab anno 1523 ad a. 1632. continet *Holmiæ* 1747. Tomus *Secundus* ab a. 1633. ad 1659. Tomus *Tertius* ab a. 1660. ad 1672. Tomus *Quartus* ab a. 1673. vid. *Stockholmisches Magazin, Tom. 2. p. 359.* Secuta EIVSD. *Sammling af Kongl. Stadgar Förordningar, Privilegien oder Resolutiones angaende Iustitien och Husballinnge wid Bergwærcken od Brücken i Ricket*, siue: *Collectio Constitutionum, Ordinationum, Privilegiorum & Resolutionum Fodinas Regni & Metallicas concernens, Holmiæ* 1736. 4. Edita porro: EIVSD. *Samling utaf Kongl. Stadgar Bref och Förordningar angaende Religion*, siue *Collectio Constitutionum, Literarum & Ordinationum Regiarum causas Religionis concernens, Holmiæ* 1744. 4. De emendandis quoque ceteris Legibus Ciuilibus & Criminalibus sapientissime fuit consultatum decisumque, quo pertinent: *Lags Proiect, oder Entwurff des neuen Schwedischen Gesetzes, wie es von der Commission entworffen worden, Stockholm*, 4. Prodiit inde: *das neue Swedische Gesetz-Buch, Stockholm* 1734. *in* 4. Suecice & latine sub indice: *Codex Legum Suecicarum, receptus & approbatus in Comitiis Stockholmiensibus Anni MDCCXXXIV. ex Suecico sermone in latinum versus a* CHRISTIANO KOENIG, *Westmanniæ & Magni Cuprimontis Iudice Provinciali in* 4. ad illustrationem huius Legislationis facit: IACOBI WILDE Historiographi Regii Tr. *von dem Grund, Art, Vrsprung, Alter, Veränderungen, und Erneuerung des Schwedischen Gesetzes oder Rechte, Stockholm* 1736. 4. & IOHAN. IVSLEEN *Samling af Kongl. Bref an Lagens-rätta och Rätte gang*, siue *Collectio literarum Regiarum de vero sensu Legum & Processu, Holmiæ* 1751. 4. Cognitioni & euolutioni faciliori LL. inseruiunt: HEDEGRANS *Alphabetische Orda Regıster öfwer inneballet*

hall et af alle Kongl. Forordningar ifrom 1718. til. 1728 siue *Index summarius Regiarum Constitutionum* 4. & COLTINGS *Continuatio ab an. 1728. ad 1736.* 4. nec non Regii Commissarii RAAB vlterior *Continuatio ab an. 1736. ad 1744.* Iuri Publico Suecico recentiori inseruit R. G. MODEE *Vtrag utur alle publique Handlingar, Placater, Forordnungar, Resolut. ock Publicationer* i from d. 7. Decembr. *1718. till 1739.* s. *Extractus Actorum publicorum, Constitutionum, Ordinationum, Resolutionum ab An. 1718-1739. Holmiæ* Tom. *Primus 1742.* Tom. *Secundus 1746. & Tom. Tertius* 1749. in 4. IOANNIS LOCCENII *Lexicon Iuris Sueo-Gothici, Holmiæ 1665. 8. 1674. 8.* Eiusdem *Synopsis Iuris priuati ad leges Suecanas accommodata, Gothoburgi 1673. 8.* optimum est Iuris Suecici compendium. MICHAEL GYLLENSTAELPE WEXIONIVS, Iuris, Polit. & Historiarum Professor in Academia Aboensi, dum conscriberet *Fasciculum Iuridicum præcipua Digestorum contenta, secundum seriem Titulorum Nouem Disputationibus* comprehensum, addidit *Collationem Iuris Suecani,* quæ tamen nuda est Legum allegatio, editus hic Fasciculus *Aboæ 1651. 8.* Addi merentur CLAVDII RAELAMB Regni Sueciæ Senatoris & Regiæ Arcis Ciuitatisque Holmiensis Gubernatoris *Obseruationes Iuris practicæ, Holmiæ 16744.* Suecica lingua a viro Iuris patrii in primis recentioris peritissimo scriptæ, & CLAVDII KLOOT, *Speculum Iurisprudentiæ Suecicæ* in quatuor libros distinctum, *Gothoburgi 1676. 8.* Ad normam Legislationis recentioris compositæ DAVIDIS NEHRMANNS Professoris Lundensis & Secretarii Iudicii Reuisorii *Inleding till den Swenska Processum Ciuilem* s. *Introductio ad Processum Ciuilem Suecicum,* nouiter aucta & emendata, *1751. 4.* ac EIVSD. *Forbättringar till Iurisprudentiam Civilem offter Sweriges Nya-Lagen,* s. *Emendatio ad Iurisprudentiam Civilem præcipue nouissimum Ius Sueciæ, Lundini Scanor. 1729. 4.* EIVSD. *Iurisprudentia Criminalis,* lingua Suecica in 4. extat & Prælectiones ad

Tit. Iuris Suecici de *Nuptiis 1747. 4.* nec non ad Tit. de *Hæreditatibus* 4. vtræque patrio ſermone ſcriptæ. Add. *Stockholms Stadt Ordinantier* Pars I. & II. & *Ordinationes Holmienſes* ratione *Subhaſtationum.* Breuem etiam de Sueciæ Legibus Notitiam præbet LOCCENIVS in *Antiquitatibus Sueo-Gothicis* Capite ſecundo, hic enim Iuris Suecani Profeſſor Honorarius, Regius Hiſtoricus, Collegiique Antiquitatum Præſes multa in hoc argumento induſtria fuit verſatus.

Leges Danorum. §. VIII. Antiquiſſimæ *Leges* ſcriptæ DANORVM ſunt Regis ERICI Chriſtophor. F. an. 1244. *Scanicæ* atque *Selandicæ*. *Leges Prouinciales Terræ Scaniæ a Waldemaro I. Rege Daniæ ſancitæ a. 1163.* e Danico latine redditas ab ANDREA SVNONIS *de Knarderup. F.* ex Codice Huitfeldiano, inſeruit T. IV. *Rerum Cimbricar.* Dn. de WESTPHALEN, vbi & *Iura Statutaria* Ciuitatum *Hafniæ* & *Helſingoræ* á Rege Daniæ Chriſtophoro Bauaro An. 1443. data, germanice reddita, extant. Poſtquam autem multi ex Danis diutius apud exteros verſati, ſecundum Leges Iuſtinianeas ſibi Ius dici vellent, iuſſu WALDEMARI *II.* conſcriptus eſt NOMOCANON IVTICVS, *dat Iudske Lowbock*, atque ex Iure diuino, Cæſareo, Pontificio & patrio, auitis etiam conſuetudinibus, Danico idiomate fuit concinnatus, & in tres Libros diſtinctus, poſtmodum an. CIↃ CCXL. in Comitiis Wordinburgenſibus adprobatus. Ex iſto tempore nouis ſubinde conſtitutionibus regiis adauctus, in prouinciis Regni Danici, præter Scaniam & Selandiam, Ducatu etiam Sleſuicenſi Iuris Prouincialis auctoritatem ad noſtra vsque tempora obtinuit, & a ſingulis Regibus, poſt inaugurationem iuramento fuit confirmatus. Diuerſis vicibus eſt editus *Ripis Cimbrorum 1504.* poſt vna cum CANVTI, epiſcopi Viburgenſis verſione & expoſitione *latina*, *Hafniæ 1508. 4.* & cum correctionibus THVRDONIS Legiferi, *Hafniæ 1580. 4.* Noua demum iuſſu Chriſtiani IV. regis prodiit editio, cuius curam ſuſcepit NICOLAVS KAASIVS, Cancellarius regius, *Hafniæ 1590. 1600. 1642. 4.* Emendatiores hæ ſunt

ſunt reliquis atque locupletiores, dum loco verborum obſcuriorum vſitatiora fuerint adhibita, eademque quandoque vberius explanata. In linguam Saxonicam fuit translatus per BLASIVM EKENBERGERVM, *Slesvigæ 1593. 4. & 1603.* quæ ſecunda Editio hunc habet titulum: *Iütſches Lowbok, ſo Anno 1590 in dem Denſchen repurgeret, vnde correct vth Kopenhagen folgende Anno 93. in de Holſteinſche Sprake vmme geſettet, tho Schleßwich in den Druck vthgeghan* cum Repertorio Alphabetico amplo, cui præmiſſus Catalogus Conſtitutionum & Legum a Regibus Daniæ promulgatarum. *Germanicam* verſionem fecit ERICVS KRABBIVS, cuius editionem procurauit PETRVS IOA. RESENIVS, *Hafniæ 1684. 4.* Præmittuntur eidem Prolegomena editoris Danica prolixa, Nomocanonis huius hiſtoria, Waldemari II. & Krabbii Interpretis vita. Idem ille Krabbius adlaborabat etiam in edendo Corpore Iuris Danici vniuerſali, quod ex Legibus Seelandicis, Scanicis, Iuticis aliisque conſtitutionibus regiis fuit coagmentatum: ſed labori pene maturo anno CIↃIↃCLXIV. fuit immortuus. Prodiit porro *das Iütiſche Low-Buch ſamt dem Repertorio* & Gloſſa IOACHIMI BLÜNTINGII, *Flensburg 1717. 4.* EIVSD. *Obſeruationes Iuris Cimbrici Script Rer. Cimbricar. & Megapolit.* inſeruit Tom. III. N. XLI. XLII. perill. Dn. de WESTPHALEN. IDEM *Tomo IV.* N. XV. in lucem dedit: IOANNIS MEIERI *Compendium Iuris Cimbrici* quod germanice: *das Judſche* Loh-Buch vocatur; *Iuris Iutici* Libros II. ſiue varias Ordinationes, Sanctiones; PARVI TORDONIS *Explicationes præcipuorum Articulorum Iuris Cimbrici*; BLASII *Eckenbergeri Regulas Iuris Cimbrici*, ſpeciatim quod ad Iuramenta; *Statuta Ciuitatis Flensburgenſis; Statuta ruralia Præfecturæ Flensburgenſis; Statuta Haderslebienſia; Iura antiqua Ciuitatis Ripenſis.* De *differentiis Iuris Ciuilis & Iutici vulgo Lohbuch circa Succeſſionem ab inteſtato, exſtat* Diſſ. SIMONIS HENR. MVSAEI, *Kilon. 1708. 4.* Poſtea in condendo nouo Iure elaborauit

Monarcha *a. 1660.* factus FRIDERICVS III. Rex, perfecit filius CHRISTIANVS V. cuius auspiciis prodiit CODEX CHRISTIANEVS ex omnibus patriæ Legibus antiquis, regiisque edictis collectus atque ad modernam Imperii hæreditarii faciem accommodatus *Danico* idiomate: *Kon. Christian V. Danske Lov* editus *Hafniæ 1683. 4.* & in omnes regni prouincias fuit introductus. Præcipuam in conscribendo hoc Codice curam habuit ERASMVS VINDINGIVS. Huius corporis versionem latinam dedit HENRICVS WEGHORST Consiliarius & Professor regius *Hafniæ 1698. 4.* vt & sub titulo: *Regis Christiani Quinti Leges Danicas* ex Regia *Friderici IV.* concessione e Danico in latinum conuerit PETRVS A. HOYELSINVS, *Hafniæ 1710. 4.* formis impressas. *Germanica* lingua prostat sub titulo: *Königs Christian des Fünfften, Dänisches Gesetz* interprete H. W. Forte *Weghorstio, Copenhagen 1699. 8.* NOVELLAE *Regum Daniæ Constitutiones* de variis ad rempublicam pertinentibus rebus promulgatæ ab An. 1684. vtilissimo instituto fasciculis singularibus complexæ editæque fuerunt, quorum prior hanc habet inscriptionem; *Kongel. Maiest. allernadigst vdgegangne Forordninger oc andre obne brefue ab an. 1684. ad 1685. Hafniæ 4.* recenset tales ad a. vsque *1705. Hafniæ 4.* perillustris Dn. IOANNES PETRVS a LVDEWIG Præfatione *Reliquiarum Manuscriptorum* Tomo IX. præmissa *p. 10.* vbi de Libris Iuris Danici varia erudite annotauit. Pleniorem de Nomocanone Iutico & Iure Danico Notitiam nobis præbet MOLLERVS in *Isagoge ad Historiam Chersonesi Cimbricæ Parte I, Cap. XV.* NICOLAVS quoque PETRVS SIBBERN vir doctissimus, *Bibliotheca Historica Dano-Noruegica, Capite VIII. p. 244. seqq.* de Legibus & Iuribus Dano-Norwegicis Prouincialibus & Municipalibus Nov-Antiquis harumque Commentatoribus fuse accurateque egit. Addimus tantum Anonymi C. D. H. libellum: *de eo quod contradictorium videtur in Iure Danico, Othenii Fioniæ 1743. 4.* editum. IVS *Aulicum Danicum*, olim in vernacula *Wither-*

Witherlaghs Raet dictum, quod a. 1030. scriptum volunt, edidit cum *Aulico Iure Noruagico*, HIRDSKRAA nuncupato, ac versionibus Danica & Latina & commentariis PETRVS IOANNES RESENIVS, *Hafniæ* 1673. 4. in quibus potissimum Officia palatina describuntur. *Kong Christian den Femtis Norske Lov splendidis literis*, *Hafniæ* vt videtur in 4. lucem vidit. *Ius Islandicum*, *Hafniæ* 1578. 8. prodiisse annotatur, a me haut visum.

§. IX. IVRA POLONIAE ex sequentibus discenda *Collectionibus*. Prima eademque ob fidem & raritatem insignis est IOANNIS de LASKO Regni Cancellarii, qui iussu *Alexandri* Regis & cum approbatione Ordinum conduxit ac edidit: *Commune inclyti Poloniæ Regni Priuilegium Constitutionum & Indultuum publicitus decretorum approbatorumque &c. Cracouiæ ex Officina Ioa. Haller*, typis rudibus *Gothicis* 1506. *f.* cœpit cum *Casimiri M.* Constitutionibus, insertis tamen nonnullis Boleslai Pudici Priuilegiis Iudæorum. Addidit præterea quædam ex Speculo Saxonico, Weichbildico, & Feudali Saxonico atque Raimundi Summam Iuris Ciuilis. *Altera* Collectio, auctoritate regia edita hunc titulum præfert: *Statuta, decreta & Constitutiones Sigismundi I. Regis*, fratris Alexandri successoris, *Cracouiæ* 1524. *f.* typis rudibus Gothicis *Hieronymi Vietoris*, accesserunt postea typis melioribus, sancita ab eodem Rege in Conuentibus Annorum 1527. 32. 38. 39. atque additæ Processus iudiciarii formulæ. Atque hæc Volumina latino sermone edita. *Polonico* autem idiomate, impetrato Regis Sigismundi III. Priuilegio, ANDREAS PETRIKOVIVS Typographus Cracouiensis *Constitutionum Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ* edidit *Cracouiæ f. Volumina Quatuor*, quorum *Primum* Constitutiones ab an. 1550. ad 1619. Secuta ab heredibus & aliis procurata: *Secundum* ab a. 1620. ad a. 1652. *Tertium* ab a. 1653. ad a. 1699. & *Quartum* ab a. 1700. ad a. 1718. refert. Noua *Legum, Statutorum, Constitutionum & Priuilegiorum* editio a Comitiis 1347. vsque ad vltima Regni Comitia prodiit *Varsauiæ* 1732. *seqq. f. IV. Voll. Methodice* ac

Scriptores Iuris Polonici & Lithuanici.

ſub certis titulis Legum & conſtitutionum articulos exhibuerunt alii. Talem laborem iuſſu Sigismundi Augusti ſuſcepit IACOBVS PRZYLVSKI ſ. PRILVSIVS Caſtrenſis Cracouienſis Notarius, in *Iuris ſeu Statutorum & Priuilegiorum Regni Polon. methodice digeſtorum* Libris VI. *Cracouiæ 1553. f.* ſumtu auctoris, ex Laskio & aliunde ſua deſumſit, & quod Ordines ipſi tantopere quondam deſiderauerant, methodo quadam digeſſit. Quæ tamen Compilatio vtpote ab auctore reformatæ religioni addicto, facta, approbationem publicam non accepit, inque meo exemplo adſcripſit vir catholicus: *Statutum Przyluſii liber eſt ab hæretico ſcriptus & prorſus hæreticus, vt patet ex multis locis.* Ex *Laskio & Priluſio*, in vſum ſuum priuatum aliorumque IOANNES HERBVRTVS *de* FVLSTIN tum Succamerarius Premislienſis & S. R. M. Secretarius, poſt vero Caſtellanus Sanocenſis & Capitaneus Premislienſis, congeſſit: *Statuta Regni Poloniæ in ordinem Alphabeti* digeſta, ſæpe impreſſa typis *Cracouienſibus 1563. 1567. 1570. & 1600. f.* forte tantum tituli mutati, *Zamoſcii 1597. f.* atque ex collatione STANISLAI SKRZYSZOVII, decem legibus antea omiſſis aucta *1557. Dantiſci 1620. f.* & ibid. *1693. 1697. f.* mutatione tituli vt opinor tantum facta. *Zamoſciana* editio, *Priluſiana* methodo ſub titulis perſonarum, rerum & actionum, facta, in Polonicam linguam translata, *Cracouiæ 1570. f.* edita, vtraque authenticam approbationem haut accepit. His exemplis motus STANISLAVS SARNICIVS Tribunus Kraſnoſtauienſis, polonico idiomate vulgauit: *Statuta y Metrica Przywileiow Koronnich*, *Cracouiæ 1594. f.* artificioſa vſus diſponendi ratione ſecundum dignitates & ordines incolarum Regni, ſua ſumſit cum ex Priluſio, & Herburto latino ac polonico, tum ex Conſtitutionibus illius ætatis, additis effigiebus Dignitariorum & Officialium Regni, Ducatus Maſouiæ conſuetudines adiecit, Pruſſiæ vero & aliarum Prouinciarum non pauca iura & priuilegia omiſit, confirmationemque operis ſui fruſtra petiit. Defectus & omiſſiones anteceſſorum ſuorum, quorum laboribus tamen vſus eſt, ſupplere

plere voluit IOANNES IANVSZOVIVS, qui congestionem ſuam idiomate latino & polonico edidit *Cracouiæ 1600. f.* inſignem ſane diligentiam adhibuit addendo cumprimis ea, quæ Conſtitutionibus recentioribus ſancita erant, abrogata porro & errores anteceſſorum notauit, nec tamen omnes, cum ipſa originalia exempla LL. non inſpexerit. Præter generalia Regni Priuilegia prouinciarum quoque Regno nexarum propria recenſuit. Publicam corfirmationem ob contradictionem Pruſſorum obtinere non valuit. *Compendia, Summas* & Repertoria veluti Conſtitutionum Regni Poloniæ & Collectionum jiam recenſitarum, dederunt PAVLVS SCZERBITZ Secretarius Regius & Aſſeſſor Iudiciorum Curialium *Promptuario Statutorum & Conſtitutionum Regni Poloniæ, Brunsbergæ 1615.* THEODORVS porro ZAWADSKI Nobilis de gente Rogalla, *polonice* edidit: *Compendium Statutoruum, Conſtitutionum, Priuilegiorum & Legum Regni omnium* vſque ad annum editionis, quæ facta *Cracouiæ 1614.* Sed capitibus, ſiue titulis comprehendit, quæ refert, abſque indice ſpeciali. Eodem patrio ſermone ALBERTVS MAGDALINSKI *Inuentarium* produxit *Conſtitutionum Regni*, ab a. *1550* ad a. *1632.* ſancitarum, quod opus IOANNES DZIEGOLEWSKI vſque ad an. 1643. continuatum *Varſauiæ 1644.* iterum publicauit, collectores hi ordine vſi alphabetico. Secuti MATTHIAS MARCIANVS LADOWSKI Secretarius regius & Cancellarii Regni metricans i. e. Archiuarius, cuius *Compendium Conſtitutionum Regni, & M. D. L.* ab an. 1550. incipiens, ordine alphabetico lingua Polonica, prodiit *Varſauiæ 1685.* illatæ huic repertorio Conſtitutionum Summæ ad annum vſque *1683.* Sed antiquiores Sigiſmundi Auguſti leges omittit, & grauibus erroribus typographicis laborat. AVGVSTINVS KOLVDSKI Iudex terreſtris Inoulalislouienſis *Promptuarium Legum & Conſtitutionum Regni & Magni Ducatus Lituaniæ*, Libris Quatuor, exhibuit *1697.* ſine loci mentione, ſecundum Status Politicos & Iuſtitiæ diſpoſitum, in quo Stututa & leges antiquiores breuiter ex *Herburto* latine, ceteras ab an. 1550. ex Conſtitutio-

tutionum Voluminibus polonice legas ſed vitioſe typis impreſſa. Succedat demum NICOLAVS ZALASZOWSKI, Profeſſor in Academia Cracouienſi tandemque Archi-Diaconus Poſnanienſis, cuius *Ius Regni Poloniæ ex Statutis & Conſuetudinibus eiusdem Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ collectum & Additionibus ex Iure Ciuili Romano, Canonico & Saxonico, nec non Conſtitutionibus Prouincialibus Gneſnenſibus auctum Poſnaniæ 1701. f.* prodiit III. Vol. *Tomus Primus* ad Ius Publicum facit, quod tamen oſcitanter exponit, multaque magni momenti argumenta omiſit, hiſtoriam vero gentis parum accurate & cum errantibus recenſuit. *Tomus* vero *Secundus* huius Operis, Iura Priuatorum ſecundum Iuris Iuſtinianei methodum ex Legibus Ciuilibus, Saxonicis & Polonicis exponit. in tam vaſto opere ſpecialis Index merito deſideratur. De his aliisque *Iuris Polonici* Collectoribus & Interpretibus conferendus omnino *Catalogus Scriptorum Poloniæ & Pruſſiæ Hiſtoricorum, Politicorum, Iuridicorum typis impreſſorum & manuſcriptorum in Bibliotheca* BRAVNIANA *collectorum*, addito poſt euolutionem de virtutibus, vitiis, iudicio, *Coloniæ* ſ. potius *Regiomonti 1723. 4.* editus, quem ſuimus ſecuti. Ad Iura LITHVANICA in ſpecie facit STATVTVM LITVANICVM, ex decreto *Sigismundi III. Cracouiæ* primum editum *1588.* inde *Vilnæ 1619.* tertium *Varſauiæ 1648.* & ex *Quarta* eademque pleniore *Editione Vilnæ 1693. f.* iuſſu *Ioannis III.* Regis additis parallelis aut contrariis conſtitutionibus ab anno 1550 ad an. 1690. Corpus hoc ex conſuetudinibus, priuilegiis & legibus Regum & Ducum Iagellonicæ ſtirpis, auctoritate Regis, per deputatos optimates & nobiles collectum & vtraque lingua Ruthenica & Polonica editum in duabus primis editionibus; Conſtitutiones vero in Comitiis Regni ab an. 1569. vnione nempe Lithuaniæ cum Regno facta, ſancitæ, demum tertiæ & quartæ editioni, priuata induſtria adiectæ. Ad declarationem facere ex parte poſſunt PETRI ROYZII, Maurei Alcagnicen. Regii Iureconſulti *Deciſiones, de rebus in ſacro Auditorio Lituanico ex Appellatione iudicatis*, ad Sigismundum Auguſtum *Francofurti ad M. 1570. f.*

§. X.

Porussiæ omnis Leges & Consuetudines, vt & Brandenburgicæ.

§. X. *Porussiæ* omnis Consuetudines & Leges heic non omittendæ. CVLMENSE sic dictum *Ius antiquum, der alte Culm, das alte Culmische Recht*, priuata cuiusdam industria ex Iure Saxonico & responsis Scabinorum Magdeburgensium & Culmensium compilatum, quondam moribus obtinuit. Prima, vt videtur editio vetusta lingua Germanica *Dantisci* circa annum 1538. prodiit, *Thorunii 1584. f.* cura *Francisci Stroband*, typis *Melchioris Nehringii* impressa. Ob impias & iniustas quasdam ac Iuri genuino, priuilegio Culmensi contrarias decisiones a delegatis Regiis & Ducalibus a. 1553. & 1565. in multis emendatum, sed ab Ordinibus Prussiæ, impediente nobilitate non approbatum fuit, typis tamen expressum demum lucem vidit præfixo indice: *Ius Culmense correctum, vna cum Processu in Varmiensi Episcopatu vsitato; Brunsbergæ 1711. f.* accesserunt alia cumprimis Ordinatio Prouincialis Sigismundi I. Regis & Alberti I. Ducis Prussiæ, quam tanquam communem totius Prussiæ An. 1529. in Conuentu Mariæburgensi, saluis suis propriis iuribus status acceptarunt. Ex voluntate Ordinum Prussiæ editio reuisa hoc titulo edita: *Ius Culmense ex vltima reuisione, d. i. Das vollstændige Culmische Recht, mit nöthigen Anmerckungen, Beylagen, Register und einer vorgesetzten kurtzen Historie, Dantzig 1745. f.* Et hæc quidem simul ad Prussiam Orientalem & Occidentalem spectant. *Prussiæ Orientalis* Dux & Ordines a. 1577. *Ordinationem Prouincialem* suam seorsim composuerunt, quæ eodem anno *Regiomonti* germanice in 4. edita; secutum auctoritate IOANNIS SIGISMVNDI Electoris & Ordinum consensu, auctore LEVINO BVCHIO *Preussisches Land Recht 1620. f.* in latinam linguam ab ANONYMO translatum non adeo feliciter, prodiit *Rostochii 1623. f.* quæ versio non est facta authentica. Ab Electore GEORGIO WILHELMO noua publicata: *Lands-Ordnung des Herzogthums Preussen, Regiomonti 1640. f.* Plures antiquas Ordinationes MAGISTRORVM ORDINIS vide in *Catalogo* BRAVNIANO *p. 268. seqq.* FRIDERICVS WILHELMVS Elector supre-

supremam potestatem per Pacta Velauiensia a. 1657. indeptus, a. 1662. reuisionem Iuris Prutenici Consiliariis certis ex Iudicio summo tribunalitio, & Dicasterio Aulico Regiomontano commisit, quorum curis productum: *reuidirtes Land-Recht des Hertzogthums Preussen, Kœnigsberg 1685. f.* Postquam *Prussiæ Orientali* regia dignitas illata fuit, huius Regni potiores leges recentiores imperante *Friderico Wilhelmo*, Rege, collegit GEORGIVS GRVBE supremæ curiæ consiliarius, cuius *Corpus Constitutionum Prutenicarum, oder Kœnigliche Preussische Reichs-Ordnungen, Edicta vnd Mandata &c. oder verbeßertes Land-Recht des Kœnig-Reich Preussen, Kœnigsberg 1721. f.* prodiit *tribus Partibus*, quarum prima Leges de rebus ecclesiastico-scholasticis, academicis, consistorialibus, matrimonialibus, piorum corporum & locorum; altera leges de Iustitia administranda & cambiales; tertia militares, feudales, venatorio-forestales, rei vehiculariæ celerum, camerales et ad politiam facientes, exhibet. Conferri possunt: *Priuilegia der Stænde des Hertzogthums Preussen, darauf das Land fundiret ist, vnd bis iezo beruhet, Braunsberg 1616. f.* licet in quibusdam exemplis locus non adpareat impressionis.

F. Iuris Russici.

RVSSORVM validissimi iam Imperii præcipuus Legislator ALEXIVS MICHAELOWICZ qui A. M. DC. XLVII. consilio Procerum, Leges & Statuta, *Soborna Vlosienia* dicta condidit & promulgauit, quæ MAYERBERGIVS latine Itineri in Moscouiam sub titulo *Statutorum Moscouiticorum* inseruit, e Russico vero in Germanicum translata cum Præfatione BVRCARDI GOTTHELFII STRVVII edita *Dantisci 1723. 4.* Ordinationes Ecclesiasticas, Militares, Ciuiles, Politicas, Processumque Iudiciarium exhibent. Sapientissimus Russorum Imperator PETRVS, varias Leges prudentissime sancitas, proposuit, quarum collectionem expectamus.

Fontes Iuris Hungarici.

HVNGARIAE inclyti *Regni* Iurium historiam illustrauit eruditissimus Vir IOANNES IONY Commentatione historico-iuridica *de origine & progressu Iuris Hunno-Hungarici, Leutschouiæ 1727. 4,* qua eam a primis

primis Hunnorum in Pannoniam susceptis demigrationibus ad præsentia tempora, continua annorum serie repetiit. *Hungariæ Leges* iussu Vladislai II. Regis collegit STEPHANVS VERBÖCZIVS, Protonotarius Iudicii Curiæ Regiæ inscripsitque: *Tripartitum Opus Iuris Consuetudinarii Inclyti Regni Hungariæ.* Primum illud ab ipso auctore *1521.* editum, recusum *Viennæ 1581. Leutschouiæ 1660. 4.* cum versione *Hungarica* itemque *Claudiopoli Transyluaniæ* in *4.* quæ editio perelegans est, vidit & nobilissimus IONY, quem hic sequimur, Editionem in 8. *Claudiopoli* factam, quæ pulcherrimis typis fuerit adornata. *Germanice* interprete AVGVSTINO WAGNERO *Viennæ 1599. f.* edita & porro latine cum Decretis variis, Constitutionibus & Articulis Diætalibus, tanquam coadunatum Corpus Iuris Hungarici, *Viennæ 1628. f. Tyrnauiæ 1690.* & *1696. f.* & quidem hæc vltima a. 1696. f. tribus constat Tomis. *Primus & Secundus* Tomi ea exhibent quæ in Editione *Vienn. 1628.* leguntur; Tomus vero Tertius continent Decreta, Constitutiones & Articulos Regum Regni Vngariæ ab an. 1585. ad a. 1687. quo electus Rex fuit Iosephus. In adornanda noua Editione accessionibusque Articulorum Diætalium recentiorum addendis, *Viennæ* occupatos fuisse ad quos ea cura pertinet, amicorum indicio cognoui, an vero ea prodierit adhuc nescio. Compendiariam *Iuris Vngarici* expositionem dare voluit sed admixtis multis ex Iure Ciuili & Canonico IOANNES SZEGEDI e Soc. Iesu, cuius *Tripartitum Iuris Vngarici tyrocinium, iuxta ordinem Operis Tripartiti* editum *Tyrnauiæ 1734. 12.* Adde DAVIDIS CZVITTINGERI Nobilis Hungari, *Specimen Hungariæ Literatæ p. 399.* & in *Bibliotheca* Opusculo adiecta p. 38. seqq.

Ius Belgii Hispanici iam Austriaci.

§. XI. Nulla equidem gens maiorem Iuri ciuili auctoritatem & elegantiam conciliauit, quam docti BELGAE. Habet tamen retinetque quæuis PROVINCIA ex BELGICIS suas adhuc LEGES & STATVTA peculiaria. Inter præcipuos, qui ad *Ius Belgii Hispanici* faciunt, numerandus est ANTONIVS

ANSHEL-

ANSHELMVS, qui edidit: *Codicem Belgicum, seu Ius ecclesiasticum, ciuile, feudale & edictale a Principibus Belgarum sancitum, Antwerpiæ 1649. 1661. & 1693. f.* Ad hæc commentatus est in *Triboniano Belgico, Bruxellis 1663. f.* Aliæ sunt Sanctiones pragmaticæ, quæ ad Ius Publicum faciunt, quas idem ANSHELMVS Belgice edidit hoc titulo: *Placcæten, Ordonnantien, Land-Chartres, Priuilegien ende Instruction, by de Princen van de Nederlanden, aen de Inghesetenen van* BRABANDT, VLAENDEREN *ende andere Prouinzien t' sedert t' Iaer 1222. vtghegeuen; gheaccordeert, ende verleen, van de Welke inde voorgaende twee Placcaet Bæcken gheen mentie ghemækten wordt. Item Interpretatien, Declaratien, ende verclaringe, ghevolcht op eenighe van deselue Placcæten, Midtsgaders diuersche Tractaten, Confoederatien, Verbintenissen, Alliantien, Accorden, pacificatien, ende concordaten tusschen deselue Princen ende dese Landen &c. Antuerpen 1648. f. 2. Partes.* Edidit idem quoque *Perpetuum Edictum Serenissimorum Belgii Principum* ALBERTI & ISABELLAE cum commentariis, *Antwerpiæ 1656. f.* Ad BRABANTIAE Iura facit etiam IOANNES DECKERVS, cuius Collectiones *Dissertationum & decisionum super illis factarum in supremis conciliis suæ Maiestatis in Belgio* prodierunt *Bruxellis 1631. f.* successerunt post fata auctoris *Dissertationes & Decisiones postumæ super illis factæ in Belgio, Bruxellis 1673. 4.* HENRICI KINSCHOTI *Responsa Iuris* & PAVLI CHRISTINAEI *Practicæ Quæstiones & Decisiones causarum in supremis Belgarum actarum Curiis, Antwerpiæ 1662. & 1671. f. Bruxellis 1673. VI. Voll.* Præcipue æstimanda PETRI STOCKMANNI *Opera*, antea separatim, post *Bruxellis* iunctim edita *1686. 4.* Horum prior pars *Decisiones Brabantinas* continet, quæ receptas per omnem Brabantiam constitutiones in se comprehendunt: immo diuersa *Antwerpiensis*, aliarumque vrbium Statuta. Alteram partem absoluit eiusdem Tractatus de Iure Deuolutionis. *Leges Municipales Mechliniensium* e Flandricis latine interpretatus est atque

que edidit PETRVS NANNIVS, *Louanii 1552. 4.* & post eum PAVLVS CHRISTINAEVS Mechliniensis Syndicus, cuius in Leges municipales Ciuitatis & prouinciæ Mechliniensis commentaria & notæ editæ ex editione secunda *Antwerpiæ 1642. f. Ius Ciuile Gandensium* obseruationibus suis illustrauit IOANNES ANTONIVS KNOBBAERT, in Prouinciali Concilio Flandriæ Aduocatus, *Antwerpiæ 1677. f. & Bruxellis 1700. f.* in hoc textum Consuetudinis Gandauensis primum in lingua vernacula per partes retulit, eundemque latinitate donauit. Hinc subiecit singula in quibus Ius *Gandauensium* ab aliis Flandriæ Consuetudinibus discrepet. Subiunxit denique obseruationes suas, in quibus omnia notauit, quæ collationem iuris Ciuilis cum Gandauensi docent. Vberior notitia peti potest ex FRANCISCI ZYPAEI *Notitia Iuris Belgici, Antwerpiæ 1635. 4. 1640. & 1665. 8.* qua in notitiam Iuris Belgici Hispanici introducit.

Ius Belgii Federati.

§. XII. Ad Iura Prouinciarum *Federati Belgii* introducit Belgico sermone HVGO GROTIVS hoc titulo: *Inleyding tot de Hollandse Rechts Geleertheid, Harlem 1636. Dordrecht 1644 4. Amsterdam 1647. Delfft 1652.* & sæpius. PAVLVS MERVLA ICtus & Professor Historiarum Lugdunensis edidit *Synopsin praxeos Ciuilis in Hollandia, Zelandia & Westfrisia, Belgice, Grafenhagæ 1619. 4.* Sic etiam GVILIELMVS GROTIVS Syndicus Delfensis, *Isagogen* dedit *ad praxin Fori Batauici, Amstelodami 1655. 4.* quæ maxime æstimatur. Hæc illustrata Paraphrasi & aucta supplemento prodiit cura ABRAHAMI de PAPE *Lugduni Batauorum 1694. 4.* Notabilis est liber, quem edidit IACOBVS *a* COMITE siue *van der* GRAEF inscriptus: *Mores & instituta fœderati Belgii vicinarumque Regionum, Lugduni Batauorum 1651. 4.* Huc etiam facit SIMON GROENEWEGEN Senator Delfensis, *de Legibus abrogatis & inusitatis in Hollandia, Amstelodami 1669. 4. Nouiomagi 1677. 4.* qui multum conducit ad forenses Belgii Leges, vt infra pluribus dicetur. *Costuymen, Keuren ende Ordonnan-*

nantien van Rynland door SIMON *van* LEEVWEN, lucem viderunt *Leyden 1667. 4.* Separatim huc facit LAMBERIVS GORIS Commentatio *ad Consuetudines Velauiæ*, quæ est pars Ducatus Gelriæ & Comitatus Zutphaniæ, *Nouiomagi 1645. 4. Arnhemii 1664. 4. Statuta Diœceseos Vianensis & Ameydensis* cum Commentario edidit IOANNES ANDREAS *van* MVELEN, *Traiecti 1684. 4.* *Frisiæ* prouinciæ ex numero fœderatarum extant hac inscriptione: *Statuten, Ordonnantien, Reglementen van Frieslandt, Leeuwarden 1723. 4.* Iurisprudentiæ porro *Frisicæ* lucem attulit VLRICVS HVBERVS libro, cui titulus: *Heedendegse Rechtsgeleertheyt soo elders als in Frieslandt gebruikeliik*, duabus Partibus, ex editione *Secunda*, *Leeuwarden 1699. 4.* Antiquas *Frisionum Leges* notis illustrauit SIBRANDVS TETARDVS SICCAMA, *Franekeræ 1617. 4.* quæ recusæ cum tribus Legibus Saxonum antiquissimis, cura ill. CAROLI GVILIELMI GAERTNERI *Lipsiæ 1730. 4.* Huc porro referri merentur NICOLAI DVYSENTDAELERS *Obseruationes ad Leges, Statuta & Consuetudines Amstelodamensium, Amstelodami 1662. 4.* Iungi potest: *Receul van verscheyde Keuren en Costumen, midts gaders maniere van procederen binnen de Stadt Amsterdam door* GERARD ROOSEBOM, Editio Secunda *Amsterdam 1656. 4.* De *Haga Comitum* legenda: *Keyserlicke Statuten, Ordonnantien, Costumen, ende bysonder elcker Stad Rechten, in s' Gravenhage 1620. 4.* *Leydensia* sub hoc prostant titulo: *Keuren der Stadt Leyden, geamplirt ende gerenoveert, Amsterdam 1657. 4.* Quem vsum Ius Canonicum in Belgio habeat occasione singularis controuersiæ demonstrat NVMA SEDVLIVS libello, cuius tituli: *Ius Belgarum circa Bullarum Pontificiarum acceptionem, Amstelodami 1653. 4.*

Heluetiæ pagorum Iura.

§. XIII. Ex HELVETICORVM pagorum institutis ac consuetudinibus ex parte, licet multa aliena admixta fuerint, conductum, compilatum annotationibusque onustum est HANS IACOB LEV *Eydgenœssisches*

fisches Stadt- vnd Land-Recht, tribus Partibus *Zürich 1727. 4.* ABRAHAMI *de la* FANE extant *Statuta; & Leges Reipublicæ Bernensis, Bernæ 1618. f. Der Statt Basel Statuta und Gerichts-Ordnung*, collecta, reuisa, emendata *ibid. 1719. f. Edits de la Republique de Geneve*, a *Geneve 1707. 4.* prodierunt.

§. XIV. Ad Iura diuersarum ITALIAE Prouinciarum, Rerum publicarum & Ciuitatum faciunt ex multis sequentes: ROMAE almæ & æternæ Vrbis eiusque incliti Populi *antiqua & noua Statuta*, auctoritate *Pauli Papæ II.* examinata per Viros insignes in Prooemio nominatos, quorum *Editio* prima, in Folio *typis Romanis*, quibus primi Romæ libri prodierunt, sine mentione temporis, quæ est rarissima. Prodierunt quoque *Satuta Vrbis Romanæ* auspiciis *Gregorii Papæ XII.* edita & reformata cum Glossis LEANDRI GALGANETTI, *Romæ 1611. f.* & *Statutorum almæ Vrbis Romæ, siue Iuris Ciuilis, quo hodie Romanus Populus utitur Libri Quinque, Romæ* apud *Antonium Bladum Impressorem Cameralem 1567. f* vtraque Editio perrara, fit quoque mentio Editionis *1580. f. Venetæ* Vrbis *Statuta*, vt in titulo promittitur, emendatissima in 8. prodierunt, alias & *Venetiis 1596. & 1638. 4.* formis expressa & cura IACOBI NOVELLI *Venetiis 1564. 4.* *Liber Iuris Ciuilis Vrbis* VERONAE editus cura BARTHOLOMAEI CAMPAGNOLAE, *Veronæ 1728. 4.* *Statutorum Magnificæ Ciuitatis Veronæ* Libri Quinque vna cum *Priuilegiis*, in hoc Volumine comprehensis; adiectoque *Tomo altero*, Reip. Venetæ Decreta, nec non Eiusdem Ciuitatis Consilii partes continente, ac Indice locupletissimo a *Ioa. Paulo Cominio* concinnato, prodierunt *Venetiis 1747. 4.* binis Voluminibus. *Statutorum Ciuitatis Belluni*, ditionis Venetæ *Libri Quatuor*, quibus in hac Editione accessere Decreta, Partes, & Terminationes pro bono regimine cum Indicibus typis excusi, *Venetiis 1747. 4.* *Statuta* itidem *Ciuitatis Feltriæ* Dominii Veneti *Libris Sex* comprehensa, *Venetiis 1749. 4.* *Statuta Magnifi-*

Scriptores Iurium in Rebusp. & Prouinciis, Italiæ vsitatorum.

gnificæ Ciuitatis *Paduæ Libris Sex Latine conſcripta & Italice* additis Decretis, Partibus, Syndicalibus, Terminationibus & Priuilegiis nunquam antehac expreſſis, *Venetiis 1747. 4.* duobus Tomis, typis impreſſa. Ad GENVENSEM Rem publicam ſpectant *Statuta & Decreta Communis Genuæ*, *Bononiæ 1498. f.* PETRI BIZARI *Annalibus Genuenſibus*, *Antwerpiæ 1579. f.* ſplendide editis ſubiectæ: *Leges nouæ Reipublicæ Genuenſis a Legatis ſummi Pontificis, Cæſaris & Regis Catholici*, conditæ & *Genuæ d. 17. Martii a. 1576. publicatæ*, harum verſio *Italica* hac epigraphe inſignis: *Delli ſtatuti ciuili della Republica di Genoua Libri ſei, tradotti in volgare da* ORATIO TACCONE, in qua editione & *latine* leguntur, *Genoua 1613. f.* *Genuenſis Reipublicæ Leges anni 1576. cum ſuis Declarationibus, Additionibus & Reformationibus ab eo anno in 1616. factis*, nitide impreſſæ apud *Ioſephum Pauonem*, *Genuæ 1617. f.* Inſulæ *Corſicæ* hanc habent inſcriptionem: *Statuti ciuili & criminali dell' Iſola di Corſica*, *Genoua 1602. f.* *Mediolanenſis Ducatus Statuta*, ex Legibus & Conſtitutionibus Impp. Regum, ex Sacri Romani Imperii in Longobardia Vicariorum itemque ex Decretis Ducum, Vicecomitum & Magiſtratus Municipalis, collecta illuſtrauit HORATIVS CARPANVS, *Francofordiæ 1609. f. & 1611. f.* *Papiæ* inclytæ Ducatus Mediolanenſis ciuitatis *Statuta* annotationibus expoſuit FLAVIVS TORTI *Papiæ 1614. f.* Antiquior Editio *Statutorum regie vrbis Papie* impreſſa per *Magiſtrum Antonium de Carchano* Ciuem Mediolanenſem, in Ciuitate *Papie* anno Domini I. 4. 8. ita exprimitur tempus *f.* *Statuta prouiſioneſque Ciuitatis* TARVISII, *cum additione tertii Voluminis Conſtitutionum Ducalium* prodierunt *Venetiis 1574. f.* *Liber* vero *Statutorum* ARETII Ciuitatis edita *Florentiæ 1570. f.* FERRARIAE Vrbis *Statuta reformata* typis impreſſa *Ferrariæ 1566. f.* Ad *Statuta Ferrariæ Commentariorum Libros II.* conſcripſit HERCVLES PIGANTIVS, *Ferrariæ, 1694. f.* Marchiam *Anconitanam* reſpiciunt: *Aegi-*

Aegidianæ sic dictæ *Constitutiones* cum additionibus Carpensibus & glossis GASPARIS CABALLINI, *Venetiis 1588. f. Statuta* BRIXIAE *1508. f.* HIERONYMI a LAVRENTIIS *Decisiones Rotæ Auenionis* prodierunt *Geneuæ 1589. 4. Francof. 1600. 8. Statuta Bononiensia* illustrarunt SCIPIO GABEONIS de GOZADINIS *in Statuta Bononiensia, Bonon. 1561. 1566. f.* SABAVDIAE *Statuta noua & vetera* extant *Geneu. 1518. f. Vetera & antiqua Statuta superiorum Ducum Sabaudiæ*, quamuis olim impressa melioribus caracteribus excusa per *Magistrum Bernardinum de Sylua, Taurini 1530. f.* ANTONIVS vero SOLA *in Constitutiones antiquas Ducatus Sabaudiæ & Principum Pedemontanorum* Commentarios fecit *Augustæ Taurinorum 1625. f. Francofurti ad Mœnum 1600. f.* Prudentissimus quondam Sabaudiæ & Pedemontium Dux & Princeps, qui & Sardiniæ Regnum tenebat, VICTOR AMADEVS opera & consilio Iurisconsultissimorum Virorum, reformationem Legum prouinciarum suarum suscepit additisque nouis perfecit, quæ *Codicis Victoriani* elogio insignitæ *1723. f.* prodierunt. De qua Legislatione curiose quædam annotauit B. *Keyßler Itinere Italico T. I. Constitutiones Regni Neapolitani* cum Glossis *Sebastiani Neapodani, Marini de Caramanico, Bartholomæi de Capua*, & *Lucæ de Penna*, cum Additionibus & Apostillis *Nicolai Superantii* editæ *Lugduni 1537. 8. Vtriusque Regni* SICILIAE *Constitutiones* cura *D.* GABRIELIS SARAYNAE ICti Veronensis, qui cuncta summo studio emendauit, auxit & copioso indice instruxit editæ *Lugduni 1568. f.* apud hæredes *Iunctæ*, extant in hac editione Glossæ ordinariæ, Commentariique ANDREAE de ISERNIA ac BARTHOLOMAEI CAPVANI, nonnullorumque aliorum veterum & recentiorum Iurisconsultorum commentaria, & Capitula eiusdem Regni & Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ. *Codicis* porro *Legum Sicularum* Libri IV. editi cum Notis MARII CVTELLI, *Messanæ 1636. f.* FRANCISCVS TESTA Canonicus Panormitanus & Archi-Ep. Pan. Vicarius generalis compilauit edidit-

Ad Iura Sabaudica.

Regni vtriusque Sicilæ.

ditque *Capitula Regni Siciliæ, quæ ad hodiernam diem lata sunt annotationibus illustrata, Panormi* duobus Vol. in f. quorum vnum *1741.* alterum *1744.* editum. Excerpta sunt ex Legibus, Statutis & consuetudinibus Siculis. PROSPERI CARAVITAE Ebolitani, prostant *Commentaria super Ritibus Magnæ Curiæ Vicariæ Regni Neapolis*; adiecta commentaria ANNIBALIS TROYSII Cauensis, & IOANNIS FRANCISCI SCAGLIONI super eisdem ritibus; additi porro *Ritus Archi-Episcopalis Curiæ Neapolitanæ* cum commentariis ALBERICI OLIVAE & IOA HIERONYMI CAMPANILIS typis expressa *Venetiis 1601. f.* In *Senatus Messanensis* suique Districtus *Statutum* habemus MARII GIVRBA Lucubrationes *Lugduni 1673 f.* editas. *Consuetudines* autem *Panormitanæ* editæ cum commentariis MARII MVTAE, *Panormi 1644. f.*

CAPVT SEPTIMVM
DE
COMMENTARIIS AD DIVERSOS FONTES IVRIS.

§. I.

Remissiones ad Interpretes Iuris.

Post *Fontes Legum* laudandi Scriptores illi, qui ad harum intellectum atque meliorem explicationem faciunt, vbi primum habemus tales, qui per *Remissiones* vt vocant, Iuris Ciuilis interpretes indicant. Adgressus primum fructuosum opus est M. ANTONIVS DELRIO Regius in Brabantiæ Cancellaria Consiliarius, editis *Miscellaneis Scriptorum Vniuersi Iuris Ciuilis*, quorum editio accuratissima est, quæ cura PETRI BROSSAEI prodiit *Lugduni 1590. 4.* & iterum *ibid. 1606. 4.* atque inserta etiam est Indici, siue Sexto Volumini Corporis Glossati, Editionis *Gothofredianæ*, in quibus Interpretes Iuris ad singulas leges titulosque indicantur. Non minimæ vtilitatis est opus, cumprimis, si ad recentiorem ICtorum scripta remissiones nouis curis fierent. Hunc secutus est SEBASTIANVS NAEVIVS, ICtus Erffurtensis, in *Systemate Iuris Iustinianei & feudalis*, quod

quod *Francofurti ad Mœnum 1608. f.* editum, qui præter DELRIONIS & BROSSAEI labores aliorum quoque remiſſionibus, quas addidit, vſus, non contemnendo quidem labore, in quo tamen ſelectum deſideres. Sua congeſſit ex Raphaelis Seileri remiſſionibus, Bernardini Alphani reportatis, Io. Hannequini, Franciſci Modii & Streitmanni notis, Petri Coſtalii aduerſariis, Catelliani Cottæ memorabilibus, Bertachini, Nicolai de Milis, Dobercini & Marci Mantuæ repertorio, Brunonis a Sole locis communibus, cum additionibus Iacobi Sculteti aliisque inſuper Doctorum repetitionibus. Laborioſi huiusmodi Operis Specimen inter grauiſſimas occupationes dedit perilluſtris NICOLAVS CHRISTOPHORVS L. B. de LYNKER ſub titulo: *Speciminis Luminum, quæ ad colluſtrandum Corpus totum Iuris Ciuilis parata habet, Viennæ Auſtriæ f. Ienæ 1723. f.* quo ad veterum & recentiorum Scriptorum interpretationes, remiſſiones facere apud animum conſtituit. Detulerat incredibilis induſtriæ Senex edendi operis prouinciam *Gottliebio Sleuogtio & Rœslero* ICtis, & iam manus admouente Rœslero primordia typis imprimi *Ienæ*, cœpta, progreſſum tamen mors B. LYNCKERI impediuit.

§. II. Si quis vero *rationem & ordinem Librorum*, qui CORPVS IVRIS conſtituunt, deſideret, breuiter illam, aſt accurate inueniet in IACOBI GOTHOFREDI *Manuali Iuris, Geneuæ 1672. 12.* ex octaua Editione *Lugduni Batauor. 1676. 12.* ac dein ſæpius recuſo, qui libellus, ob vtilitatem quam præſtat, omnibus eſt commendandus. Ordinem vero & ſeriem titulorum Iuris explicauit GEORGIVS BRVCKSÜLBERVS *in Memoriali Iuridico, Francofurti 1652. 24.* *Rubricarum Terminos* alias belle expoſuit ARNOLDVS CORVINVS, *in Poſtumo Paciano* ad Pandectas, Codicem & Decretales diſpoſito. Methodum quandam & Synopſin Iuris conſtituendi exhibet HENRICVS ERNESTVS, *in Diſcurſu Præliminari de Principiis Iurisprudentiæ modernæ in paucula capita redigendis, Rintelii 1710. 4.*

Scriptores qui Methodum & ordinem librorum Iuris exponunt.

§. III. *Inſtitutiones* vel *ſeparatim* editas nouimus, vel cum *Notis*, vel in eas *Commentarios*. In *Scholiis Philo-*

Inſtitutiones cum Notis.

Philologicis ad Proœmium Institutionum quas dedit forma Dissertationis Academicæ B. CHRISTIANVS GOTTLIB SCHWARZIVS *Altorfii 1731. 4.* XII. Codices MSCtos Institutionum contulit, qualem membranaceum seruat quoque Bibliotheca Academica Ienensis, sed *veteres* quoque Editiones *Institutionum* typis impressas, ea qua solebat accuratione, recenset. Insigni porro cura præstantissimas Institutionum *editiones* & in easdem Commentarios & Notas enumerauit illustris & summe meritus Gottingensium Iurisconsultorum Princeps GEORGIVS CHRISTIANVS GEBAVERVS *Prolegomenis* elegantissimo *Ordini Institutionum Iustinianearum breuibus Positionibus comprehenso, præmissis*, editisque *Gottingæ 1752. 8.* *Prima* Editio Institutionum in Germania habetur, quæ hoc procurata titulo: *Iustiniani Institutionum Iuris* cum *Glossa Moguntiæ 1486.* ex Officina *Ioa. Fausti* & *Petri Schœfferi fol. mai.* Secutæ inde plures, *Argentorati 1472.* ligneis typis *f. Basileæ 1476. f. Venetiis 1484. f. Norimbergæ 1486.* per *Antonium Koberger f.* & per magnum illum Iuris ciuilis restauratorem GREGORIVM HALOANDER *Norimbergæ apud Ioa. Petrejum 1529. 8* quæ eximiæ est raritatis. *Institutionum glossatarum* editiones, in Bibliothecis custodiuntur eum in finem vt curiosorum quorundam criticorum oculos pascant. Pandectis præmittuntur in Editionibus cum Dionysii Gothofredi atque aliorum Notis. In manibus plerumque esse solent *recentiores* Editiones, nempe ea quæ cum notis ARNOLDI VINNII edita, quæque apud Belgas sæpius, cum variis autem Accessionibus iisdemque vtilibus *Lugduni Batauorum 1709. 12.* cum practicis vero Additamentis IO. ERNESTI NORICI *Lipsiæ 1683. 12.* prodierunt. Aliam cum Adnotationibus theoretico practicis edidit LVDOVICVS GVNTHERVS MARTINI, *Dresdæ 1686. 12.* Ad praxin hodiernam magis accommodata est Editio IOANNIS SAMVELIS STRYKII, *Halæ 1698. 8.* & ex Quarta Editione *Halæ 1715. 8.* quæ tamen anterioribus & chartæ & typorum nitore cedit. Accuratior tamen omnino est quam dedit IVSTVS HENNINGIVS BOEHMERVS,

RVS, *Halæ 1719. 8.* egregiis illuſtratam notis, quæ ex antiquitatibus Romanis & humaniſſimis ICtis ſunt petitæ. Recentior editio *ibid. 1728. 4.* ex Codice MSCto emendata & Theophili Paraphraſis adiecta. In noſtra etiam Academia IO. WILHELMVS DITMARVS Vir ampliſſimus, easdem, neceſſariis & vtilibus Notis inſtruxit Titulosque de verborum Significatione & Regulis Iuris adiecit, *Ienæ 1720. 8.* IACOBVS porro FRIDERICVS LVDOVICI Inſtitutiones, Annotationibus illuſtrauit, non contemnendis, quas partim ex Iure Ante-Iuſtinianeo, partim Scriptoribus antiquitatum Romanarum, maximam partem tamen recentioribus, fontes enim raro eſt ſcrutatus, deſumſit, ea mente, vt inde verum ſenſum erueret, prodiere, *Gieſſæ & Francofurti 1723. 8.* Nitida quoque & accurata eſt Inſtitutionum Editio, quæ cum Theophili Paraphraſi ex verſiione latina CAROLI ANNIBALIS FABROTI, aliquot locis emendatiori, textui ſubiecta, prodiit *Lugduni Batauorum 1715. & 1723. 8.* IANVS VINCENTIVS GRAVINA ICtus Romanus elegans, Inſtitutiones Iuſtinianeas, ea ratione editioni præparauit, vt vitatis interciſionibus importunis, continuata oratione, Iuſtinianeorum Paragraphorum ordinem ſeruauerit, & obſcuriora illorum breuiter in curſu orationis expoſuerit, eo conſilio, vt Commentariorum vtilitatem & Paraphraſeos ſobrietatem cum iuuentutis commodo ſimul atque voluptate præſtaret. Quam Editionem poſt mortem doctiſſimi viri expectamus.

§. IV. Inter COMMENTATORES *antiquos* habemus BALDVM, IOANNEM FABRVM, NICOLAVM BELLONVM, PETRVM HEIGIVM, CHRISTOPHORVM PORCVM, IOANNEM BORCHOLTEN, AEGIDIVM HORTENSIVM, MATTHAEVM WESENBECIVM, & quam plures alios, qui ſeſe inuicem exſcribunt, quos adducere omnes tædioſum, alienumque ab inſtituto noſtro. Probanda ex parte cogitata quæ protulit ANDREAS HOMBORGIVS Programmate, *de multitudine nimia Commentatorum in Inſtitutiones Iuris, Helmſtadii 1701. 4.* IOANNIS SCHNEIDEWINI commentarius olim

Commentatores ad Inſtituta.

 erat

erat præcipuus, ideoque sæpius cum breuioribus notis MATTHIAE WESENBECII, recusus. Aestimationem aliquam habet CASPARIS MANZII Commentarius, editus *Norib. 1669. f.* IOACHIMI MYNSINGERI, *Wittebergæ 1618. f.* HERMANNI VVLTEII, *Marpurgi 1613. 4.* ANTONII PICHARDI, *Venetiis 1647. f. 2. Voll. Lugduni 1657. f.* STEPHANI BODEI, ex Edit. *Migniani, Parisiis 1555. f.* HENRICI IACOBI ZOËSII, *Coloniæ 1671. 4.* CASPARIS ALDENACII, cura LVDOVICI GILHAVSEN *Francofurti 1606. 4.* HVBERTI GIPHANII, *Francofurti ad Mœnum 1606. 4.* CONRADI RITTERSHVSII, *Argentorati 1658. 4.* & IOANNIS HARPRECHTI, *Tubingæ 1567. 4.* inter *opera* Tomo IV. *Francofurti 1708. f.* Ad causarum genera suum commentarium theoretico-practicum composuit ERNESTVS THEOPHILVS MAIERVS, *Tubingae 1686. 4.* nec tamen adeo proficuum. IOANNIS FRIDERICI RHETII *Meditationes academicæ ad Institutiones Iuris* prostant *Francofurti ad Viadrum 1688. 4.* Communes Glossarum errores notauit PETRVS LIGNEVS in *adnotationibus ad Institutiones Iuris Ciuilis, Antwerpiæ 1558. 8.* editis, quæ tamen hodie parum vtiles. IOANNES CHRISTOPHORVS SCHAMBOGEN in *Prælectionibus publicis ad Instituta, Neo-Pragæ 1678. 4.* editis, ad Ius Bohemicum potissimum respexit. Inter elegantiores ac solidiores Commentarios iure merito referendæ FRANCISCI BALDVINI *Annotationes.* Breues sunt, sed eruditæ, mentemque Imperatoris, vel ex fontibus vnde haustæ Institutiones, vel ex locis parallelis ICtorum, vel Scriptoribus Græcis omnique antiquitate & historia probe declarant. Prodierunt primum *Parisiis 1546. f.* deinde *ibid. 1554. f. Francofurti 1582. f. Lugduni 1523.* quæ postremæ editiones curante HENRICO PETREO, Herdesiano, impressæ, multum differunt a priori, quum BALDVINVS sæpe mutauerit sententiam. His similes FRANCISCI BROEI, ICti Bituricensis, *Expositiones in Imp. Iustiniani Institutiones, in Tres Partes distin-*

distinctæ, quæ *Mussi-Ponti 1622. 4.* formis expressæ, elegantes sane, sed perraræ, præmissa est breuis totius Iuris Chronologica Historia. FRANCISCI HOTOMANNI Commentarius *Basileæ* apud *Heruagium 1569. f. Lugduni 1588. f.* qui & inter Opera ICti summi *Tomo II.* extat, elegantes Viri doctrinas satis commonstrat. Egregius quoque est IANI a COSTA Commentarius elegantissima eruditione plenus, quem cum THEODORI MARCILII & MARCI ANTONII MVRETI in easdem Institutiones Notis potissimum criticis, & M. TATII ALPINI Dissertatione de furto per lancem & licium concepto, manibus eruditorum restituit IOANNES van de WATER *Traiecti Batauorum 1714. 4.* Nitide is recusus est *Lugduni Batauor. 1744. 4. mai.* studio IOA. CONRADI RVCKERI. ANTONII DADINI ALTESERRAE *breuis & enucleata expositio in Institutiones Tolosæ 1665. 4.* præclaram sapiunt doctrinam. Eandem præstat EDMVNDI MERILLII *Commentarius in Institutiones Iustiniani*, qui *Parisiis 1654. 4.* lucem vidit, recusus cum Synopsi Institutionum per Definitiones & decisiones auctore CLAVDIO MONGIN & præmissa cultissima Præfatione CHR. HENRICI TROTZII *Vltraiecti 1739. 4.* Viri eruditione & meritis illustris EVERARDI OTTONIS *ad Fl. Iustiniani Institutiones Notæ criticæ & Commentarius*, *Vltraiecti 1729. 4.* solidioris & amœnioris cupidis Iurisprudentiæ cultoribus enixe commendandæ. Prodierunt etiam inscio auctore *Francof. ad M. 1743. 4.* IOACHIMI HOPPII, *Commentarius ad Instituta*, *qui Francofurti ad Viadrum* prodiit *1694. 1698. 1708. 4.* & post diuersas Editiones *1739. 4.* ad vsum eorum, qui cum theorica quadam scientia, practica statim coniungere volunt, maxime accommodatus, & facili methodo conscriptus. Inter meliores quoque referendus ARNOLDI VINNII Commentarius, in quo Bachouium potissimum sequitur, satis pereruditus est, sed lectorem requirit paratum. Primum prodiit *Amstelodami 1642. 4.* altera vice, *Amstelodami 1655. 1665. 4.* *Antwerpiæ 1692. 4.*

Norim-

Norimbergæ 1676. 4. Inde *Lugduni Batauorum 1709. 4.* cura IO. SCHVLTINGII qui menda sustulit & loca male adlegata correxit, indicesque auxit, in Germania etiam recusus est *Noribergæ* siue potius *Herbornæ 1699. 1726. 4.* & cum Præfatione & Animaduersionibus B. IOA. GOTTLIEB HEINECCII, *Lugduni Batauor. 1726. 4.* Laudem autem suam ex eo potissimum habet, quod Instituta cum Pandectis erudite confert ex istis belle explicat & quæstiones in foro vsitatas proponit. CHRISTIANI THOMASII Illustris Viri, *Notæ & Obseruationes* singulatim editæ, post, Obseruationibus ad Pandectas *Halæ 1713. 4.* impressis additæ, ex antiquitate & historia Romana sunt deriuatæ, variisque bonæ frugis meditationibus refertæ. Alias IO. IODOCVS BECKIVS *Animaduersiones ad Hoppium, Noribergæ 1708. 8.* dedit, quæ mihi tamen videntur superuacaneæ. Non enim opus erit tot Commentarios coaceruare ad prima hæc Iuris Elementa, qui confusum magis reddunt tyronem: sufficit vnico contentum esse, qui iusta methodo vtatur, Immo satis erit, Institutiones prima vice lectione saltim priuata percurrere, sine additis Commentariis, vt exinde certam saltim connexionis rationem & materiarum seriem perdiscamus, quod faciliorem præbebit intellectum. Vir quidam doctus dedit *den Teutschen Iustinianum, Augustæ Vindelicorum 1718. 4.* hocque Libro Versionem Institutionum Iustinianearum germanicam exhibuit Commentariumque adiecit. Versionem magno quidem adornauit studio, qua tamen facile carere poterit Iuris Romani studiosus, cum absque curatiori latini sermonis notitia, vim Legum Romanarum solide adsequi nemo possit. Quod vero ad Commentarium attinet ex optimis Commentatoribus cum Theoreticis, tum Practicis est desumtus, scite digestus, obseruationibusque Auctoris haut contemmendis auctus, vt adeo hoc nomine studiosis iuuenibus omnino sit commendandus. Inter meliores quoque referri possunt ANDREAS HOMBORGIVS, qui edidit *Prælectiones Academicas ad Institutiones Iustinianeas, Helmstadii*

1704.

1704. 4. Omisit quidem titulum Institutionum de Actionibus, quem vero in speciali tractatu, sub titulo: *Spicilegium Actionum forensium ad titulum Institutionum de Actionibus*, exposuit. Non omittendas censemus ex infinita fere serie commentatorum antiquiorum, summorum & elegantissime doctorum ICtorum OBERTI GIPHANII, atque IACOBI CVIACII lucubrationes. Istius Commentarius quidem prodiit *Ingolstadii 1569. 4. Argentorati 1612. 4. Francof. 1629. 4.* huius *Geneuae 1610. 4.* Noua ratione in Institutiones fuit commentatus EGVINARIVS BARO, *Parisiis 1562. f.* qui Ius Romanum confert cum Gallicano. Rarae eruditionis obseruationum plenus ANTONII MATTHAEI A. F. & Ant. N. *Commentarius ad Institutiones Iustiniani, Traiecti ad Rhen. 1672. 4.* Sed quod dolendum ad Libri Secundi titulum primum saltim perductus, qui literatissimus liber, cum aliis *Matthaeorum* ad *Institutiones* opusculis vulgaris doctrinae non confundendus. Ad *Praxin* & vsum fori facit IOANNIS PHILIPPI *Vsus practicus Institutionum, Lipsiae 1677.* & ibidem *1698. 4.* editus, in quo ad singulos paragraphos Institutionum, Formulas Actionum atque alia, quae ad Praxin faciunt, adducit. Ad *Prooemium* Institutionum erudita opuscula extant heic quoque non omittenda, nempe IOANNIS PETRI a LVDEWIG *Differentiae Iuris Romano-Germanici in Prooemio Institutionum Imperialium*, binis Dissertationibus expositae *Halae 1712. 1713. 4.* atque inter opuscula Miscella; eruditissimi Viri CHRISTIANI GOTTLIB SCHWARZII amoenissima *Scholia Philologica ad Prooemium Institutionum iuris ex collatis XII. Codd. MSCtis variisque libris impressis, Altorfii 1731. 4.* & iterum cura humanissimi IOA. LVDOVICI VHLII *Lugduni Batauor. 1739. 4.* POLYCARPI LEYSERI breuis scriptio *de his quae Imp. Iustiniano in prooemio Institutionum imperite supposita sunt, Helmstadii 1727. 4.* cui tamen contradixit IOA. HENRICVS MYLIVS in *Dissertationum biga, quae Iustiniano in Prooemio Institutionum supposita perperam creduntur, Halae Magdeb. 1731.* & *Lipsiae eodem anno*, item

in

in *Opusculis* Viri egregii *Lugd. Batauor.* ſtudio conſultiſſimi IENICHENII editis. Pertinent huc etiam GEORGII CASPARIS KIRCHMAIERI *Amœnitates & Vindiciæ Philologicæ ad Librum I. Inſtitut.* duabus Diſſertationibus *exhibitæ Vitembergæ 1689. 1691. 4.* Materias in expoſitione Inſtitutionum vtiliter ex iure patrio cum primis addendas apte collegit Illuſtris vir DIETERICVS HERMANNVS KEMMERICH *Acceſſionibus Inſtitutionum, Wittebergæ 1726. 8.*

Compendia & Paraphraſes ad Inſtituta.

§. V. COMPENDIA doctrinæ legalis in *Inſtitutionibus* traditæ, multi, cumprimis vero doctores Academici compoſuerunt quorum ampliſſimus eſt numerus. Annotabimus heic ſaltim ex recentioribus præſtantiora. Quondam, nam pro genio doctorum & ſæpe *Machiauelliſmo* Academico fiunt mutationes Compendiorum, vt vocant, placebat IOANNIS POMERESCHII *Tyrocinium ad Inſtitutiones Iuris, Ienæ 1672. 8. Lipſiæ 1699. 8.* vel PAVLI FVCHSII Regis Boruſſiæ poſt modum Status Adminiſtri *Paraphraſis ad Inſtitutiones, Duisburgi 1671. 4.* cui Tabulæ Iuridicæ caſtigatiores elegantioresque ſingulis libris ſubiectæ. Recuſa ea & aucta curis ANDR. MYLII *Lipſiæ 1684. 8.* GEORG. SCHVLTZII *Synopſis, Lipſiæ 1655. 8.* atque GEORG. DAVID. LOCAMERI *Quæſtiones, Argentorati 1656. 8.* Miræ eſt elegantiæ & multis aliis huius generis ſcriptis anteponendum FRANCISCI BALDVINI Compendium *Catecheſis Iuris Ante Iuſtinianei atque Iuſtinianei* inſignitum, quod prodiit *Baſileæ* per *Oporinum in 8 mai.* & poſt LVDEWIGII nouam Editionem *Halæ Magd. 1723. 8.* iterum *Erfordiæ 1747.* ead. forma prodiit, cum Præfatione ICti celeberrimi RVDOLPHI CHR. HENNE *de cauſſis iuris incerti.* Præclarum pariter, multique viuo auctore vſus fuit IOANNIS FRIDERICI BOEKELMANNI *Compendium Inſtitutionum Cæſaris Iuſtiniani, ſiue Elementa Iuris Ciuilis in breuem & facilem ordinem redacta*, quod primum eſt editum *Lugd. Batau. 1679.* recuſumque *ibid. 1681. 12. Vltraiecti 1708. & Amſtelod. 1726.* cum Præfatione HEINECCII. ANDREAE MYLII ICti Lipſienſis, *Nucleus Inſtitutionum*, quo Definitiones,

nes, Diuisiones & Titulorum Connexiones exhibentur, *Lipsiae* ex tertia Editione *1719. 12.* IO. SAM. STRYKII *Fundamenta Iuris Iustinianei* ex Editione Tertia *Halae 1704. 8.* Mire placuit IOACHIMI HOPPII *Examen Institutionum Imperalium*, quod *Francofurti ad V.* primum *1684.* in 12. editum, postea ibidem est saepius recusum *1718. 12.* in quo praecipuas ex Institutionibus quaestiones scitu necessarias proponit. In hoc Examen, IOANNES WOLFFGANGVS TRIBR, Vir Amplissimus, breues dedit *Animaduersiones*, *Lipsiae 1715. 12.* iisdem sententias quasdam Hoppii, ac ICtorum communes ab eodem approbatas inque Examen hob relatas expendit & refutat, saepe etiam Ius Ciuile & Canonicum naturae & moribus Germaniae aduersari adeoque in his casibus non esse sequendum contendit. Conferri quoque possunt Collegae honoratissimi IOA. FRIDERICI HERTELII *Meditationes accessoriae*, *Ienae 1715. 12.* Ad normam & rationes Compendii Lauterbachiano-Schuziani ad π. *Examen Institutionum Theoretico-Practicum* conscripsit ALBERTVS FRIDERICVS BERNEGGER, Consiliarius Aulicus Hohenloico-Bartensteinensis, *Francofurti 1714. 8.* eodemque omnes descriptiones & diuisiones, quae ad Institutiones pertinent ex Lauterbachiano Compendio ipsissimis Lauterbachio-Schüzianis verbis retentis refert, vt hac ratione studiosos Iuuenes in hocce Compendium introduceret, interrogationes quoque ad sensum facilius eruendum addidit, hacque ratione vtilem nauauit operam, quandoque tamen neruum accurationemque desideres. Solidioris doctrinae dapibus adsuetis insigniter commendandae VLRICI HVBERI *Praelectiones Iuris Ciuilis*, secundum Institutiones, saepius cum Praelectionibus ad π. editae *Franequerae 1686. 1699.* ex editione CHRISTIANI THOMASII *Lipsiae 1708.* & cum notis LVDERI MENCKENII, G. A. SCHVBERTHI ac GEORGII CHRISTANI GEBAVERI *Lipsiae 1725. 4.* demum cura ANDREAE FLORENTIS RIVINI *Lipsiae 1733. 4.* Ordine, concinnitate, elegantia expositionis mire se commendarunt IOANNIS GOTTLIEB HEINECCII

Ele-

Elementa Iuris Ciuilis secundum ordinem Institutionum, *Amstelodami 1725. ibid. 1728.* & *1731. 1738. 8.* atque *Lipsiae 1740.* & *1748. 8.* Recusa quoque *Giessae 1727.* cum *Animaduersionibus* Dn. IOA. GEORGII ESTORIS, quas singillatim recudendas curauit *Berolini 1740. 8.* IOA. LVDOVICVS VHLIVS. Noua methodo recentioris philosophiae scripta Dn. IOANNIS IVSTINI SCHIERSCHMIDII *Elementa iuris ciuilis ad ductum Institutionum*, *Halae 1735. 8.* Egregiae sunt ALEXANDRI CHASSANAEI *Paratitla Institutionum Iuris ciuilis;* accedunt ANONYMI *protheoria Institutionum;* ALEX. CHASSANAEI *Index & epitome obligationum & actionum;* ANONYMI *flores sententiarum iuris*, quae vtiliter coniuncta edidit ABRAHAMVS WIELINGIVS, *Franequerae 1731. 8.* Ex limpidis legum fontibus sine farragine aliorum, quae turbare solent animos iuuenum primas doctrinas legales appetentium, scripta sunt: IOANNIS VOET *Elementa Iuris secundum Institutiones Iustiniani*, *Lugduni Batauor.* ex Editione quarta *1737. 8.* atque IOANNIS ORTVINI WESTENBERGII *Principia Iuris secundum Ordinem Institutionum Imp. Iustiniani*, *Amstelodami 1699. 8.* & ex Editione *Secunda* auctiore, *Franequerae 1619. 8.* item in *Operibus* eius *Tomo I. Hanouerae 1746. 4.*

Controuersiae ex Institutis.

§. VI. CONTROVERSIAS vero *Iuris* ad INSTITVTIONVM seriem tractauit REINERVS BACHOVIVS *Commentario theoretico & practico ad Institutiones*, qui cum notis HVNNII, *Francofurti 1665. 4.* prodiit, & praeter controuersias, ad fori quoque vsum ducit. Easdem controuersias tractant IOAN. IACOBVS WISSENBACH in *Disputationibus ad Instituta*, *Franekerae 1666. 4.* & prae caeteris IOANNES STRAVCHIVS in *Dissertationibus Iustinianeis;* quibus Adnotationes theoretico-practicas addidit CHRISTIANVS THOMASIVS, *Lipsiae 1683. 4.* separatim editas, in iisque vsum fori Saxonici docuit. Hae Dissertationes Strauchianae subiectis textui Adnotationibus Thomasianis Sexta Editione, sub nomine EPHRAIMI GERHAR-

HARDI *Ienæ 1718. 4.* sunt recusæ. Ex recentioribus non sine fructu legi possunt MATTHIAE STEIN *Disputationes VIII. continentes selectiores Iuris controuersias, Rostochii 1708. 4.*

§. VII. Nec minor *Commentatorum* in PANDECTAS numerus. Ex antiquioribus videmus variorum ICtorum veterum Commentarios in DIGESTA collectos in *Variarum Repetitionum, seu Commentariorum Iuris Ciuilis Voluminibus VIII. Lugduni 1553 f.* His plures ducentis Scriptores, qui ad singulares Leges Pandectarum fuerunt commentati, videmus collectos. Licet non vbique necessarius selectus fuerit seruatus. Separatim extant BARTOLI, BALDI, IASONIS, FRANCISCI ARETINI de ACCOLTIS, GOFFREDI SALIGNIACI, ANDREAE ALCIATI, RAPHAELIS CVMANI, VDALRICI ZASII, IACOBI BVTRIGARII, atque aliorum Commentarii, qui pro genio sui temporis egerunt, quod valuerunt: hodienum vero paruam habent vtilitatem, excepto Commentario BARTOLI, qui cum subtilius textus examinet, occasionem dedit multis, eiusdem labore vtendi, ex eodemque varia describendi. Prolixe satis Leges præcipuas explicant, nullo alias seruato ordine. Interim multa comprehendunt, quæ vel nunquam recepta, vel hodie antiquata atque obsoleta. Ex antiquioribus tamen aliquam laudem adhuc merentur HVGONIS DONELLI *Commentariorum Iuris Ciuilis Libri XXVIII. Francofurti 1596. f.* editi *Partibus V.* curante SCIPIONE GENTILI, qui & posteriores Libros suppleuit. Repetita editio *Hanouiæ 1612. f.* ALBERTI BOLOGNETI *Commentarius ad π. & Codicem, Venetiis 1573. f.* editus V. Tomis, subtilis est atque accuratus. Ex recentioribus eminet HENRICI ZOESII *Commentarius ad Pandectas, Louanii 1675. f. & Coloniæ 1589. 4.* qui plerasque Iuris quæstiones ex legibus solide decidit. Cui iungendus GEORGII FRANTZKII *Commentarius ad priores XXI. Libros, Argentorati 1644. 7.* si modo ad posteriores etiam continuatus esset, extremo huius Commentarii Libro vtilis Euictionum materia

Commentarii ad Pandectas.

teria resoluitur. IOANNIS BRVNNEMANNI Commentarius, *Witteberge 1714. & 1731. f.* licet non omnem rem exhauriat, ex eo tamen, quod ad singulas leges sit directus, (quod ante eum nemo præstitit) & quæstiones ex iisdem præcipuas formet, atque ad scriptores alios remittat, est commendandus. IOANNIS OTTONIS TABORIS *perpetuos Commentarios in leges singulas* inter heredum manus adhuc latere testatur MORHOFIVS *Polyhistoris Tomo III. Lib. IV. Sect. VIII.* §. 3.

Commentatores recentiores, qui noua Methodo vtuntur.

§. VIII. Ad pleniorem ex Iure Romano textus illustrationem, eiusdemque cum Iuribus mediæ ætatis collationem facit IOANNIS SCHILTERI Commentarius, siue *Praxis Iuris Romani in Foro Germanico iuxta ordinem Edicti Perpetui & Pandectarum Iustiniani.* Hoc opus primum per Quinquaginta Exercitationes in Ienensi Academia publice ventilatas, fuit publicatum. Post, Dissertationes istæ in diuersas classes diuisæ coniunctim edi cœperunt. Priores tredecim *Exercitationes ad primam Pandectarum partem* prodierunt, *Ienæ 1675. 4.* Sequuntur *Exercitationes octo ad secundam Pandectarum partem*, *Ienæ 1678. 4.* Aliæ *exercitationes octo ad tertiam partem Pandectarum* prodierunt *Ienæ 1680. 4.* Succedunt *sex Exercitationes de rebus Creditis* ad Pandectarum libros XVIII. ad XXII. *Ienæ 1680. 4.* Hinc vnica Exercitatio, continens *Praxin Iuris Romani circa Connubia in foro Germanico, ad Librum XXIII. XXIV. XXV. Pandectarum*, *Ienæ 1680. 4.* Exercitatio XXXVII. comprehendit *Praxin circa Tutelas & Curas* ad libr. XXVI. & XXVII. Pandectarum, *Ienæ 1681. 4.* Exercit. XXXVIII. comprehendit *Praxin circa Successiones in foro Germanico, Ienæ 1681. 4.* Huius pars posterior *de legatis, fideicommissis, bonorum possessione & successione ab intestato* prodiit *Ienæ 1682. 4.* tribus Exercitationibus. *Prima pars ad Digestum Nouum*, continens Pandectarum librum XXXIX. XL. XLI. XLII. *Ienæ 1683.* prodiit, *altera* continens reliquos libros, *Ienæ 1684. 4.* Magno apud Germanos non solum, sed etiam exteros potissi-

potissimum adplausu hoc opus recipiebatur, eo, quod non ex Commentatorum saltim farragine concinnatum, prout solet, sed ex ipsis, iisdemque genuinis fontibus erutum. Quippe non ex Iure antiquo Romano solum Ius Iustinianeum illustrat, verum etiam ex Iuris Naturæ & Gentium ciuilisque prudentiæ regulis, & quod potissimum est, Ius Romanum cum Iure Germanico antiquo & hodierno confert, Leges insigniores illustrat, & singula monitis atque obseruationibus practicis declarat. Cum vero eximiæ raritatis fieret Opus, Noua Editio, curante Georgio Schubarto facta *Ienæ 1698. f.* Huic, præter supplementa ad primam editionem accesserunt variæ Obseruationes. Subnectuntur Tomo primo Auctoris tractationes: *de foro priuilegiato*, *de iure reconueniendi priuilegiatum & illustrem*, *de Iure Landsassiorum*, *Amtsassiorum & Schriftsassiorum.* Alias inseruntur locis conuenientibus Tractationes *de Iure formulario Romanorum & Francorum*, *de Iure Obsidum*, *de Iure peregrinorum*, *de Secretariis.* Accessit etiam novæ editioni Index quadripartitus, quorum primus est rerum & verborum, alter dissensus Iureconsultorum, in quo CXI. obseruationes reperiuntur, in quibus Iureconsulti inter se, præsertim vero Electorales a Ducalibus, dissentiunt. Tertius est monitorum practicorum: quartus auctorum & legum explicatarum. Ex quibus satis patet, quam solidus, quamque eruditus ad vsum Iuris Romani æque ac Germanici accommodatus sit hic Commentarius. Noua Editio prodiit *Francofurti & Lipsiæ 1713. f.* cum Præfatione CHRISTIANI THOMASII minutiori typo, locupletori tamen Indice, iterumque *1733. f.* In vltima vero Editione Dedicatio SCHILTERI ad *Vitum Ludov. a Seckendorf* lectu sane dignissima, item Epistola eius ad cupidam Legum iuuentutem exarata *Argentorati 1686.* pessimo consilio est omissa. ANTONII MORNACII *Obseruationes ad XXIV. priores libros Pandectarum, & Libros IV. Codicis, Parisiis 1616. & 1620. 4. 1654. f.* cura FRANCISCI PINSSONII *Tomis II.* & inter doctissimi ICti OPERA iunctim edita, ex gentium anti-

 tiqui-

tiquitatibus leges egregie explicant. Accessit ab Eodem in *XXVI. posteriores Pandectarum Libros Synopsis*, *ibid. 1660.* & in *posteriores Octo Libros Codicis Synopsis*, *ibid. eod.* in f. Sed vtrumque est Opus postumum. Idem olim quoque egerat in *Adnotationibus* suis *ad π.* cum *Prioribus* tum *Posterioribus* GVILIELMVS BVDAEVS, *Parisiis 1538. f. ibidemque 1556. f.* ex typographia *Mich. Vascosan*, quae optima est Editio, prodiit quoque *Lugduni 1541. 1546. 1551. 8.* & *1563. 8.* ANTONIVS FABER *Rationalia* scripsit, quorum Tomus primus *Geruasii 1604. f.* secundus *Geneuae 1619.* tertius & quartus *Coloniae Allobrogum f. Geneuae 1624.* quintus *Aureliae f. Gen. 1616. f.* prodiere. Accesserunt postmodum fragmenta quaedam in nonnullos titulos quartae & quintae partis Rationalium, quae etiam iteratae editioni *Lugduni 1663. f.* fuerunt adiecta. Quae tamen secunda Editio non satis emendate typis impressa fuit. His autem priores Pandectarum partes subtili ratione examinat, atque rationes Iuris vel dubitandi vel decidendi ad singulares Leges erudite docet. Licet & singulares, quas fouet opiniones, ad theoriam potius faciant, quam ad praxin. Inter recentiores commendari meretur IO. VOETII ICti & Antecessoris in Academia Lugduno-Bataua *Commentarius ad Pandectas.* In hoc noua primum methodo incedere constituerat Auctor, verum mutata postmodum sententia vulgatam Pandectarum seriem fuit secutus. In hoc tamen praecipue aestimandus est, quod antiqui Iuris Romani habeat rationem, itemque cum hodierni Iuris tractatione iungat. Prior pars duos & viginti libros priores continens, prodiit *Lugduni Batauorum 1698. f.* altera continens libros posteriores, *Hagae Comitum 1704. f. ibid.* ex Edit. *Sexta 1731. f.* 2 Tomis & *1734. f.* Vtilia in foris vsuque Germaniae argumenta legentibus suppeditat SAMVELIS STRYCKII *Vsus modernus Pandectarum*, in quo plene elaborando adiutrices manus adhibuerunt celeberrimi Viri IVSTVS HENNINGIVS BOEHMERVS atque IACOBVS FRIDERICVS LVDOVICI. Prodierunt autem huius Partes *Wit-*

Wittebergæ 1690. 92. Halæ 1730. Contin. I. ibid. 1729. Contin. II. 1728. Contin. III. IV. V. 1729. 4. non vna vice recusæ. Quæ ab illustri ICto AVGVSTINO de LEYSER ICtorum Vitembergensium olim principe in lucem productæ fuere *Meditationes ad Pandectas*, quarum *Tomus I.* comparuit *Lipsiæ ac Guelpherbyti 1717. Tom. II. ibid. 1723. Tom. III. & IV. ibid. 1725. Tom. V. & VI. ibid. 1727. Tom. VII. ibid. 1732. Tom. VIII. ibid. 1735. 4. Tom. IX. ibid. 1740. 4. Tomus X. ibid. 1747. Tomus XI.* isque *Vltimus*, *ibid. 1748. 4.* cum locupletissimis *Indicibus* a Celeberrimo IENICHENIO confectis, singulares & pereruditas, nec vbiuis obuias ingeniosissimasque promunt doctrinas, rerum iudicatarum exemplis egregiis illustratas, atque theoriam & praxin rerum ciuilium ac criminalium præclarissime instruentes. Res critica multum debet B. IOA. GVILIELMO HOFFMANNO *Meletematibus ad Pandectas*, *Francof. ad Viadrum anno 1735. in 4.* duobus *Semestribus* editis, quæ cum aliis elegantissimi Hoffmanniani ingenii monumentis mox recudentur in Belgio, cura amplissimi Viri GERARDI MEERMANNI. *Commentarii* LYNCKERIANI nondum integri prodierunt: sed tantum in lib. I. & lib. III. tit. I. lib. V. & VI. lib. XII. tit. I. II. III. quibus, vti titulus præfert, necessarii quam maxime, & doctrinis forensibus refertissimi articuli solide ac fructuose pertractantur. Prodierunt *Ienæ 1698. 4.* Aliquot eosdemque memorabiles Pandectarum titulos, eruditissimi quidam Iurisconsulti solide eleganterque vel commentando illustrarunt, vel apta concinnitate complexos exhibuerunt. Sic quosdam *Titulos Pandectarum & Codicis Recitationibus suis quotidianis* explicauit, more suo, id est erudite ANTONIVS DADINVS ALTESERRA, *Tolosæ 1684. 4.* Breues sunt FRANCISCI MODII *Notæ perpetuæ in Pandectas & Codicem*, quæ prodierunt *Francofurti 1587. f.* et quæ auctuarii loco additæ sunt cum DIONYSII GOTHOFREDI, tum aliis recentioribus Editionibus Corporis Iuris. Accesserunt varia quæ ad seriem atque synopsin vniuersi Iuris atque

Antinomias faciunt. GERARDVS NOODT summus ICtus, iustum accuratissimumque in π. Commentarium adgressus, *Partemque Primam in Quatuor Libros* distributam, peculiari volumine exposuit *Lugduni Batauorum 1716.* 4. præmisit de ciuili prudentia & caussis corruptæ Iurisprudentiæ Dissertationes perelegantes, quas Præfationis loco haberi desiderat, in commentatione ipsa non vulgaria exhibet, sed obseruationes ex solidioris Iuris Romani fontibus petitas, & cum primis id magna cura egit, vt textus ex prisci alicuius ICti libro sumtos, sed distantibus titulis dispersos, colligeret, suisque Auctoribus restitueret. Huic socium addimus ANTONIVM SCHVLTINGIVM, qui *Enarrationem Partis Primæ* s. Librorum IV. *Digestorum* seu *Pandectarum*, *Lugduni Batauorum 1720. 8.* edidit, eandem omnino eruditam. CHRISTIANI THOMASII *Notæ ad π Halæ 1713. 4.* breuiter, cum quæ Iuris Romani sint, tum quam exiguus in foris Germaniæ huius sit vsus, ostendunt. IOA. GEORGII WAGNERI *Resolutiones Pandectarum Methodo demonstratiua* adornatæ Liber I. & II. *Lignitii 1743. 4.* prodiit.

Scriptores ad Titulum primum Pandectarum de Iustitia & Iure.

§. IX. Ad *certos* Pandectarum TITVLOS LEGESque *singulares* commentati fuere permulti, quos singulos hic adducere nimis longum foret, potiores indicasse sufficiet. Ad titulum primum de *Iustitia & Iure* commentati fuerunt varii. Inprimis annotandi ex his IOANNES CORASIVS, *Lugduni 1588. f.* IACOBVS CVIACIVS, *Spiræ 1596. 4.* CONSTANTIVS LANDVS *ad Tit. Digest. de Iustitia & Iure* extat in EVERARDI OTTONIS *Thesauro Iuris Romani T. III. p. 1305. 1307*

Scriptores Morales de Iustitia & Iure.

§. X. Alii vero integra volumina *de Iustitia & Iure* partim ex doctrina morum philosophica, partim ex Iure petita, ediderunt. In pretio est ALBERTVS BOLOGNETVS, qui *de æquitate, iure & Legibus disputationes* scripsit, *Romæ 1571. f. Witteberga 1549. 8.* Addatur MARQVARDI FREHERI *Sulpitius, siue de Aequitate Commentarius*, *Francofurti 1608. 4.* Decem libros de

de Iustitia & Iure edidit DOMINICVS SOTO, *Antwerpiæ 1567. f.* IOANNES de DICASTILLO libros duos *de Iustitia & Iure*, *Antwerpiæ 1641. f.* & IOANNES de LVGO tomos II. *Lugduni 1652. f.* qui scholasticos potius fuit secutus quam iurisprudentiæ fontes, nisi quod ad Conciliorum Canones & capitula Iuris Canonici sæpius prouocet. Præcipui in hoc argumento sunt LVDOVICVS MOLINA, qui de *Iustitia & Iure* dedit Tomos VI. *Coloniæ 16:4. f. & Moguntiæ 1659. f. Colon. Allobrog. 1733. f.* ex Scholasticis omnia compilauit, quæ huc faciunt, ita tamen, vt Iurisprudentiæ potissimum habeat rationem, de Maioratibus quoque multa Hispaniæ singularia expromit, & LEONARDVS LESSIVS, qui *de Iustitia & Iure* libros VI. scripsit *Antwerpiæ 1609. f.* atque ex editione vltima, *Lugduni 1653. f.* maiore reliquis vtitur iudicio. De his ita iudicat GROTIVS prolegomenis de *I. B. & P.* §. LII. *Scholastici quantum ingenio valeant sæpe ostendunt: sed in infelicia & artium bonarum ignara secula inciderunt: quo minus mirum, si inter multa laudanda, aliqua & condonanda sunt. Tamen vbi in re morum consentiunt, vix est, vt errent: quippe perspicaces admodum ad ea videnda, quæ in aliorum dictis reprehendi possunt: in quo ipso tamen diuersa tuendi studio laudabile præbent modestiæ exemplum, rationibus inter se certantes, non, qui mos nuper adeo literas inquinare cœpit, conuitiis, turpi fœtu impotentis animi.* Scilicet, in illa secula inciderunt, quibus omnis eruditio in Quæstionum moralium conducenda farragine collocabatur. Hanc autem vt ostentarent, omne ingenium ad easdem adplicarunt, inde prioribus Scholasticorum vastis libris excussis, in suos retulerunt, quidquid ad genium seculi spectare videbatur. Hinc factum, vt argutæ sæpe, subtilissimæ, sed parum vtiles quæstiones intermiscerentur, & plus argumentorum numero quam eorundem grauitate occuparentur. Non diffitemur tamen, multa intermixta esse bona, multa argumentorum pondera, verum hæc ita comparata, vt nonnunquam plures excutiendæ sint paginæ, antequam ad neruum perueniatur. Inter nouiores scriptores huc perti-

 net

net FLORENTINVS de COCO de *iure, iustitia & annexis Tractatus quatuor Theologo-Canonice expositi Bruxellis 1687. 4.* vbi principia Theologiæ ac Iurisprudentiæ tam canonicæ quam ciuilis autoritate vbiuis confirmat. Pertinere huc etiam videntur VINCENTII TVRTVRETI *Collationes moralis doctrinæ cum ICtorum decretis, Parisiis 1634. 4.* Lectu digna illustris CHRISTIANI WOLFFII *Explicatio Definitionis Iustitiæ Vlpiani in l. 10. de iust. & iure,* atque eius cum notionibus Aristotelicis consensu extat in EI. *Horis subcisiuis Marburg. Trimestri Vernali a. 1729. N II.* Adde ceteras Obseruationes, quibus Ius philosophice illustrauit in *Hællischen Beytræegen zu der Iuristischen gelebrten Historie, p. 240. 241.* Elegantissima est dissertatio de *Iustitia & Iure* illustris viri GEORGII CHRISTIANI GEBAVERI, *Göttingæ 1738. 4.* De *vi & potestate Legum humanarum* egit CLAVDIVS CARNINI, *Duaci 1608. 4.*

Scriptores qui Iurisprudentiam cum lege Mosaica vel Christianorum conferunt.

§. XI. Alia ratione vtuntur, qui Iurisprudentiam cum Lege vel *Mosaica*, vel *Christianorum* conferunt. Huc facit FRANCISCVS RAGVELLVS, qui *Leges Politicas ex Sacræ Iurisprudentiæ fontibus haustas*, ad formam Iustinianei Codicis per Titulos Edictique perpetui seriem digessit *Francofurti 1577. 1586. 8.* Huic LAVRENTIVS BOCHELLVS adiecit interpretamenta, *Parisiis 1665. 4.* NICOLAVS MONGEORGIVS *Codicem* edidit *de Mosaico & Veteri Iure enucleando, Bononiæ 1573. f.* CONRADVS HERESBACHIVS in *Iurisprudentiæ Christianæ epitome, Neostadii 1586. 8.* edita, leges Decalogi cum legibus N. Testamenti & ciuilibus confert. *Collationem Legum Mosaicarum, Forensium & Romanarum, Canonici & Saxonici Iuris* dedit OTTO PHILIPPVS ZEPPERVS, *Halæ 1632. 8.* Huc pertinet iam supra laudata *Mosaicarum & Romanarum Legum collatio*, quam cum notis ex bibliotheca sua edidit PETRVS PITHOEVS *Basileæ 1574. 4.* & *Heidelbergæ 1656.* Addimus HENRICI GIESEBERTI *Deuteronomium Harmonicum; Lubecæ 1670. 4.* quo etiam Iustiniani

niani Iura cum Mosis legibus confert, verum, prout ipsius reliqua, opere tumultuario.

§. XII. Huc potissimum faciunt SCRIPTORES IVRIS PRVDENTIAE VNIVERSALIS, s. NATVRALIS, qui talem vel meditati fuerunt vel adgressi, de quibus eleganter MORHOFIVS *Polyhistoris libro VI. sect. I. §. 2.* quem sequimur. FRANCISCVS BACONVS de VERVLAMIO in suo de augmentis Scientiarum opere, inter desiderata ponebat *Iustitiae vniuersalis* doctrinam, quam libro VIII. eiusdem Operis quibusdam aphorismis proponit. Sed in iis nihil inuenimus, quam cogitata quaedam de Legibus ad certas Reipublicae formas attemperandis, non quidem illa contemnenda, sed quae tam vastum obiectum non exhauriunt. Pertinent illa tantum ad prudentiam nomotheticam, quae particula tantum Iurisprudentiae Vniuersalis dici potest ac debet; Iurisprudentia autem Vniuersalis ea est, quae aequitatem Statui ciuili iungit; ita, vt eadem principia ad specialia obiecta, quae in Republica occurrunt, accommodentur. Tale forsan in animo habuit ADOARDVS GVALANDVS, Caesenas, Episcopus Pisanus, qui Librum scripsit, cui titulus: *Moralis Philosophia, ac totius facultatis ciuilis vera & absoluta methodus, Romae 1604. f.* Latius autem, Morhofio iudice, sua extendit obiecta, quam fit vulgo ab iis, qui disciplinas has seorsim tractant. Diffusus est in illis, quae ad Iustitiam pertinent, seque ad quaestiones ac theses dimittit Iurisprudentiae, quae practicae disciplinae sunt propiores. Libri eius octauus & nonus de Iustitia, Iure & Legibus agunt, in quibus confusiora paululum videntur esse nonnulla & μικρόλογα. VINCENTIVS TVRTVRETVS in *collationibus doctrinae moralis cum decretis ICtorum, Parisiis 1634. 4.* inter Locorum communium Scriptores potius est referendus, quam vt iusta vtatur methodo. Cum igitur nec Grotius nec alii opus hoc absoluissent, illustri Baroni BOINEBVRGIO in votis erat, vt *Vniuersale totius Iurisprudentiae perpetuae & naturalis Corpus* conficeretur, idque secundum disciplinam Christianorum. Boineburgius permultis etiam au-

Scriptores Iurisprudentiae vniuersalis Iuris Naturae & Gentium

ctor erat suasorque, vt tantae vtilitatis Opus adgrederentur. Inuitabatur literis anno 1662. scriptis CHRISTOPHORVS FORSTNERVS, qui ob aetatis atque aduersae valetudinis rationes laborem declinabat, alias se minime alienum esse proponebat. Inde anno 1663. negotium demandabatur SAMVELI PVFENDORFIO, qui Iuris Naturae atque Gentium Professionem Heidelbergae gerebat. Adprobabat Pufendorfius consilium, atque duabus partibus laborem absoluendum esse putabat. In priori agendum esse de fundamentis Iuris Naturalis, ibique considerandam esse naturam entium moralium in genere, immortalitatem animarum, impositionem, imputationem, qualitates & quantitates personarum & rerum, obligationem, imperium, legem, meritum, poenam & similia: Inde Systema aliquod componendum, in quo specialia Iuris capita ex dictis fundamentis demonstrentur; cui insignia ornamenta posse accedere ex testimoniis autorum, variorum populorum institutis & controuersiarum illustrium exemplis. Tale autem Opus requirere ingenium acre, iudicium rectum & praeconceptis opinionibus nec quidquam obnoxium, supellectilem literariam copiosam, altum otium, commercium cum eruditis, fauorem magnatum & totam hominis vitam, aut tantum annos florentiores. Neque tamen se parem operi iudicabat, licet non omnem plane spem abiiciebat. Debemus haec Ioanni Groeningio, qui in historia Iuris Naturalis p. 33. ista proponit. Non leuia inde praestitit Pufendorfius, edendo *VIII. Libros de Iure Naturae & Gentium*, licet non omnem rem, prout requirebatur, plane exhauserit. DAVID etiam MEVIVS Iurisprudentiam Gentium fuit meditatus, cuius *Prodromus Iurisprudentiae Gentium & Ciuilis* post obitum ipsius prodiit recusus sub titulo: *Nuclei Iuris Naturalis & Gentium, principia eius & fundamenta exhibentis, Sundii 1671. 8.* & *1686. 8.* Verum, affectum saltim opus fuit, & licet ad Gentium Iura facere videatur, agit tamen etiam de Iustitia & Iurisprudentia, potestate Imperantium circa Leges.

§. XIII.

§. XIII. Huius tamen Iurisprudentiæ Vniuersalis potissimam partem absoluit HVGO GROTIVS. Hic enim a *Peirescio*, forsan etiam *Bacone Verulamio* motus, hoc opus adgressus est & digne satis fuit persecutus. Certe, nemo Grotio aptior. Iudicium ipsi erat pragmaticum, profunda meditatio, eruditio vniuersalis, lectio prodigiosa, multa rerum experientia. Prima vice Opus prodibat *Parisiis 1625. 4.* Ludouico XIII. Gallorum Regi inscriptum, dum ex patria exul esset Grotius. Animus ipsi erat de Iure Naturæ & Gentium illud inscribere, sed mutato consilio, *de Iure Belli & Pacis* titulum dedit, ne quid cum nugis Scholasticorum haberet commune. Magno statim applausu liber recipiebatur, nisi quod Belgæ putarent, potiores ipsorum artes politicas hoc scripto fuisse detectas. Inter præcipuas Libri virtutes referendum, quod Ius diuinum, naturale, positiuum & gentium probe ab inuicem distinxerit, scholasticorum næuos repurgauerit & pleraque exemplis demonstrauerit. Verum, prout illis, qui primi viam aperiunt, accidere solet, multos æque defectus in vtilissimo alias opere reperiemus. Multa sunt, quæ leuiter saltim tangit, multa, quæ plane prætermittit. Farraginem sæpe adlegatorum coaceruat, atque inter hæc in poetarum adlegatis est nimius, nec scholasticos plane relinquit. In rationibus nonnunquam est prolixior; in exemplis vix vnum atque alterum ex recentiori historia est petitum, pleraque vel Græca sunt vel Romana. Digna ideo & hæc essent emendatione. Sæpius hoc Opus fuit editum. In communi vsu esse solet editio, quæ *cum Notis* ad eruendum maxime textus sensum accommodatis IO. FRIDERICI GRONOVII prodiit *Amstelodami 1680. & 1712. 8.* quæ tamen plerumque sunt extemporaneæ, post mortem Gronouii conquisitæ. Hanc Gronouianam editionem ad præstantissimas summo studio recognouit textumque Grotianum emendatis & ad recentiores editiones conformatis adlegatis, adiectis præter ea notulis accurate edidit IOANNES BARBEYRACIVS *Amstelodami 1720. 8.* & cum Accessione Grotianæ Diss. de *Mari*

Hugo Grotius de Iure Belli & Pacis.

in *Opusculis* Viri egregii *Lugd. Batauor.* studio consultissimi IENICHENII editis. Pertinent huc etiam GEORGII CASPARIS KIRCHMAIERI *Amœnitates & Vindiciæ Philologicæ ad Librum I. Institut.* duabus Dissertationibus *exhibitæ Vitembergæ 1689. 1691. 4.* Materias in expositione Institutionum vtiliter ex iure patrio cum primis addendas apte collegit Illustris vir DIETERICVS HERMANNVS KEMMERICH *Accessionibus Institutionum, Witteberga 1726. 8.*

Compendia & Paraphrases ad Instituta.

§. V. COMPENDIA doctrinæ legalis in *Institutionibus* traditæ, multi, cumprimis vero doctores Academici composuerunt quorum amplissimus est numerus. Annotabimus heic saltim ex recentioribus præstantiora. Quondam, nam pro genio doctorum & sæpe *Machiauellismo* Academico fiunt mutationes Compendiorum, vt vocant, placebat IOANNIS POMERESCHII *Tyrocinium ad Institutiones Iuris, Ienæ 1672. 8. Lipsiæ 1699. 8.* vel PAVLI FVCHSII Regis Borussiæ post modum Status Administri *Paraphrasis ad Institutiones, Duisburgi 1671. 4.* cui Tabulæ Iuridicæ castigatiores elegantioresque singulis libris subiectæ. Recusa ea & aucta curis ANDR. MYLII *Lipsiæ 1684. 8.* GEORG. SCHVLTZII *Synopsis, Lipsiæ 1655. 8.* atque GEORG. DAVID. LOCAMERI *Quæstiones, Argentorati 1656. 8.* Miræ est elegantiæ & multis aliis huius generis scriptis anteponendum FRANCISCI BALDVINI Compendium *Catechesis Iuris Ante Iustinianei atque Iustinianei* insignitum, quod prodiit *Basileæ* per *Oporinum in 8 mai.* & post LVDEWIGII nouam Editionem *Halæ Magd. 1723. 8.* iterum *Erfordiæ 1747.* ead. forma prodiit, cum Præfatione ICti celeberrimi RVDOLPHI CHR. HENNE *de caussis iuris incerti.* Præclarum pariter, multique viuo auctore vsus fuit IOANNIS FRIDERICI BOEKELMANNI *Compendium Institutionum Cæsaris Iustiniani, siue Elementa Iuris Ciuilis in breuem & facilem ordinem redacta*, quod primum est editum *Lugd. Batau. 1679.* recusumque *ibid. 1681. 12. Vltraiecti 1708. & Amstelod. 1726.* cum Præfatione HEINECCII. ANDREAE MYLII ICti Lipsiensis, *Nucleus Institutionum*, quo Definitiones,

nes, Diuisiones & Titulorum Connexiones exhibentur, *Lipsiæ* ex tertia Editione *1719. 12.* IO. SAM. STRYKII *Fundamenta Iuris Iustinianei* ex Editione Tertia *Halæ 1704. 8.* Mire placuit IOACHIMI HOPPII *Examen Institutionum Imperalium*, quod *Francofurti ad V.* primum *1684.* in 12. editum, postea ibidem est sæpius recusum *1718. 12.* in quo præcipuas ex Institutionibus quæstiones scitu necessarias proponit. In hoc Examen, IOANNES WOLFFGANGVS TRIBR, Vir Amplissimus, breues dedit *Animaduersiones*, *Lipsiæ 1715. 12.* iisdem sententias quasdam Hoppii, ac ICtorum communes ab eodem approbatas inque Examen hob relatas expendit & refutat, sæpe etiam Ius Ciuile & Canonicum naturæ & moribus Germaniæ aduersari adeoque in his casibus non esse sequendum contendit. Conferri quoque possunt Collegæ honoratissimi IOA. FRIDERICI HERTELII *Meditationes accessoriæ*, *Ienæ 1715. 12.* Ad normam & rationes Compendii Lauterbachiano-Schuziani ad π. *Examen Institutionum Theoretico-Practicum* conscripsit ALBERTVS FRIDERICVS BERNEGGER, Consiliarius Aulicus Hohenloico-Bartensteinensis, *Francofurti 1714. 8.* eodemque omnes descriptiones & diuisiones, quæ ad Institutiones pertinent ex Lauterbachiano Compendio ipsissimis Lauterbachio-Schüzianis verbis retentis refert, vt hac ratione studiosos Iuuenes in hocce Compendium introduceret, interrogationes quoque ad sensum facilius eruendum addidit, hacque ratione vtilem nauauit operam, quandoque tamen neruum accurationemque desideres. Solidioris doctrinæ dapibus adsuetis insigniter commendandæ VLRICI HVBERI *Prælectiones Iuris Ciuilis*, secundum Institutiones, sæpius cum Prælectionibus ad π. editæ *Franequeræ 1686. 1699.* ex editione CHRISTIANI THOMASII *Lipsiæ 1708.* & cum notis LVDERI MENCKENII, G. A. SCHVBERTHI ac GEORGII CHRISTANI GEBAVERI *Lipsiæ 1725. 4.* demum cura ANDREAE FLORENTIS RIVINI *Lipsiæ 1733. 4.* Ordine, concinnitate, elegantia expositionis mire se commendarunt IOANNIS GOTTLIEB HEINECCII *Ele-*

Elementa Iuris Ciuilis secundum ordinem Institutionum, *Amstelodami 1725. ibid. 1728.* & *1731. 1738. 8.* atque *Lipsiæ 1740.* & *1748. 8.* Recusa quoque *Giessæ 1727.* cum *Animadversionibus* Dn. IOA. GEORGII ESTORIS, quas singillatim recudendas curauit *Berolini 1740. 8.* IOA. LVDOVICVS VHLIVS. Noua methodo recentioris philosophiæ scripta Dn. IOANNIS IVSTINI SCHIERSCHMIDII *Elementa iuris ciuilis ad ductum Institutionum*, *Halæ 1735. 8.* Egregiæ sunt ALEXANDRI CHASSANAEI *Paratitla Institutionum Iuris ciuilis;* accedunt ANONYMI *pro-theoria Institutionum;* ALEX. CHASSANAEI *Index & epitome obligationum & actionum;* ANONYMI *flores sententiarum iuris*, quæ vtiliter coniuncta edidit ABRAHAMVS WIELINGIVS, *Franequeræ 1731. 8.* Ex limpidis legum fontibus sine farragine aliorum, quæ turbare solent animos iuuenum primas doctrinas legales appetentium, scripta sunt: IOANNIS VOET *Elementa Iuris secundum Institutiones Iustiniani*, *Lugduni Batauor.* ex Editione quarta *1737. 8.* atque IOANNIS ORTVINI WESTENBERGII *Principia Iuris secundum Ordinem Institutionum Imp. Iustiniani*, *Amstelodami 1699. 8.* & ex Editione *Secunda* auctiore, *Franequeræ 1619. 8.* item in *Operibus* eius *Tomo I. Hanoueræ 1746. 4.*

Controuersiæ ex Institutis.

§. VI. CONTROVERSIAS vero *Iuris* ad INSTITVTIONVM seriem tractauit REINERVS BACHOVIVS *Commentario theoretico & practico ad Institutiones*, qui cum notis HVNNII, *Francofurti 1665. 4.* prodiit, & præter controuersias, ad fori quoque vsum ducit. Easdem controuersias tractant IOAN. IACOBVS WISSENBACH in *Disputationibus ad Instituta*, *Franekeræ 1666. 4.* & præ cæteris IOANNES STRAVCHIVS in *Dissertationibus Iustinianeis*, quibus Adnotationes theoretico-practicas addidit CHRISTIANVS THOMASIVS, *Lipsiæ 1683. 4.* separatim editas, in iisque vsum fori Saxonici docuit. Hæ Dissertationes Strauchianæ subiectis textui Adnotationibus Thomasianis Sexta Editione, sub nomine EPHRAIMI GERHAR-

HARDI *Ienæ 1718. 4.* sunt recusæ. Ex recentioribus non sine fructu legi possunt MATTHIAE STEIN *Disputationes VIII. continentes selectiores Iuris controuersias, Rostochii 1708. 4.*

§. VII. Nec minor *Commentatorum* in PANDECTAS numerus. Ex antiquioribus videmus variorum ICtorum veterum Commentarios in DIGESTA collectos in *Variarum Repetitionum, seu Commentariorum Iuris Ciuilis Voluminibus VIII. Lugduni 1553 f.* His plures ducentis Scriptores, qui ad singulares Leges Pandectarum fuerunt commentati, videmus collectos. Licet non vbique necessarius selectus fuerit seruatus. Separatim extant BARTOLI, BALDI, IASONIS, FRANCISCI ARETINI de ACCOLTIS, GOFFREDI SALIGNIACI, ANDREAE ALCIATI, RAPHAELIS CVMANI, VDALRICI ZASII, IACOBI BVTRIGARII, atque aliorum Commentarii, qui pro genio sui temporis egerunt, quod valuerunt: hodienum vero paruam habent vtilitatem, excepto Commentario BARTOLI, qui cum subtilius textus examinet, occasionem dedit multis, eiusdem labore vtendi, ex eodemque varia describendi. Prolixe satis Leges præcipuas explicant, nullo alias seruato ordine. Interim multa comprehendunt, quæ vel nunquam recepta, vel hodie antiquata atque obsoleta. Ex antiquioribus tamen aliquam laudem adhuc merentur HVGONIS DONELLI *Commentariorum Iuris Ciuilis Libri XXVIII. Francofurti 1596. f.* editi *Partibus V.* curante SCIPIONE GENTILI, qui & posteriores Libros suppleuit. Repetita editio *Hanouiæ 1612. f.* ALBERTI BOLOGNETI *Commentarius ad π. & Codicem, Venetiis 1573. f.* editus V. Tomis, subtilis est atque accuratus. Ex recentioribus eminet HENRICI ZOESII *Commentarius ad Pandectas, Louanii 1675. f. & Coloniæ 1689. 4.* qui plerasque Iuris quæstiones ex legibus solide decidit. Cui iungendus GEORGII FRANTZKII *Commentarius ad priores XXI. Libros, Argentorati 1644. 7.* si modo ad posteriores etiam continuatus esset, extremo huius Commentarii Libro vtilis Euictionum ma-

Commentarii ad Pandectas.

teria resoluitur. IOANNIS BRVNNEMANNI Commentarius, *Witteberg.æ 1714. & 1731. f.* licet non omnem rem exhauriat, ex eo tamen, quod ad singulas leges sit directus, (quod ante eum nemo præstitit) & quæstiones ex iisdem præcipuas formet, atque ad scriptores alios remittat, est commendandus. IOANNIS OTTONIS TABORIS *perpetuos Commentarios in leges singulas* inter heredum manus adhuc latere testatur MORHOFIVS *Polyhistoris Tomo III. Lib. IV. Sect. VIII. §. 3.*

Commentatores recentiores, qui noua Methodo vtuntur.

§. VIII. Ad pleniorem ex Iure Romano textus illustrationem, eiusdemque cum Iuribus mediæ ætatis collationem facit IOANNIS SCHILTERI Commentarius, siue *Praxis Iuris Romani in Foro Germanico iuxta ordinem Edicti Perpetui & Pandectarum Iustiniani.* Hoc opus primum per Quinquaginta Exercitationes in Ienensi Academia publice ventilatas, fuit publicatum. Post, Dissertationes istæ in diuersas classes diuisæ coniunctim edi cœperunt. Priores tredecim *Exercitationes ad primam Pandectarum partem* prodierunt, *Ienæ 1675. 4.* Sequuntur *Exercitationes octo ad secundam Pandectarum partem, Ienæ 1678. 4.* Aliæ *exercitationes octo ad tertiam partem Pandectarum* prodierunt *Ienæ 1680. 4.* Succedunt *sex Exercitationes de rebus Creditis* ad Pandectarum libros XVIII. ad XXII. *Ienæ 1680. 4.* Hinc vnica Exercitatio, continens *Praxin Iuris Romani circa Connubia in foro Germanico, ad Librum XXIII. XXIV. XXV. Pandectarum, Ienæ 1680. 4.* Exercitatio XXXVII. comprehendit *Praxin circa Tutelas & Curas* ad libr. XXVI. & XXVII. Pandectarum, *Ienæ 1681. 4.* Exercit. XXXVIII. comprehendit *Praxin circa Successiones in foro Germanico, Ienæ 1681. 4.* Huius pars posterior *de legatis, fideicommissis, bonorum possessione & successione ab intestato* prodiit *Ienæ 1682. 4.* tribus Exercitationibus. *Prima pars ad Digestum Nouum,* continens Pandectarum librum XXXIX. XL. XLI. XLII. *Ienæ 1683.* prodiit, *altera* continens reliquos libros, *Ienæ 1684. 4.* Magno apud Germanos non solum, sed etiam exteros potissi-

potissimum adplausu hoc opus recipiebatur, eo, quod non ex Commentatorum saltim farragine concinnatum, prout solet, sed ex ipsis, iisdemque genuinis fontibus erutum. Quippe non ex Iure antiquo Romano solum Ius Iustinianeum illustrat, verum etiam ex Iuris Naturæ & Gentium ciuilisque prudentiæ regulis, & quod potissimum est, Ius Romanum cum Iure Germanico antiquo & hodierno confert, Leges insigniores illustrat, & singula monitis atque obseruationibus practicis declarat. Cum vero eximiæ raritatis fieret Opus, Noua Editio, curante Georgio Schubarto facta *Ienæ 1698. f.* Huic, præter supplementa ad primam editionem accesserunt variæ Obseruationes. Subnectuntur Tomo primo Auctoris tractationes: *de foro priuilegiato, de iure reconueniendi priuilegiatum & illustrem, de Iure Landsassiorum, Amtsassiorum & Schriftsassiorum.* Alias inseruntur locis conuenientibus Tractationes *de Iure formulario Romanorum & Francorum, de Iure Obsidum, de Iure peregrinorum, de Secretariis.* Accessit etiam novæ editioni Index quadripartitus, quorum primus est rerum & verborum, alter dissensus Iureconsultorum, in quo CXI. obseruationes reperiuntur, in quibus Iureconsulti inter se, præsertim vero Electorales a Ducalibus dissentiunt. Tertius est monitorum practicorum: quartus auctorum & legum explicatarum. Ex quibus satis patet, quam solidus, quamque eruditus ad vsum Iuris Romani æque ac Germanici accommodatus sit hic Commentarius. Noua Editio prodiit *Francofurti & Lipsiæ 1713. f.* cum Præfatione CHRISTIANI THOMASII minutiori typo, locupletori tamen Indice, iterumque *1733. f.* In vltima vero Editione Dedicatio SCHILTERI ad *Vitum Ludov. a Seckendorf* lectu sane dignissima, item Epistola eius ad cupidam Legum iuuentutem exarata *Argentorati 1686.* pessimo consilio est omissa. ANTONII MORNACII *Obseruationes ad XXIV. priores libros Pandectarum, & Libros IV. Codicis, Parisiis 1616. & 1620. 4. 1654. f.* cura FRANCISCI PINSSONII *Tomis II.* & inter doctissimi ICti OPERA iunctim edita, ex gentium anti-

tiquitatibus leges egregie explicant. Accessit ab Eodem in *XXVI. posteriores Pandectarum Libros Synopsis*, *ibid.* 1660. & in *posteriores Octo Libros Codicis Synopsis*, *ibid. eod.* in f. Sed vtrumque est Opus postumum. Idem olim quoque egerat in *Adnotationibus* suis *ad* π. cum *Prioribus* tum *Posterioribus* GVILIELMVS BVDAEVS, *Parisiis* 1538. *f. ibidemque* 1556. *f.* ex typographia *Mich. Vascosan*, quæ optima est Editio, prodiit quoque *Lugduni* 1541. 1546. 1551. 8. & 1563. 8. ANTONIVS FABER *Rationalia* scripsit, quorum Tomus primus *Geruasii* 1604. *f.* secundus *Geneuæ* 1619. tertius & quartus *Coloniæ Allobrogum f. Geneuæ* 1624. quintus *Aureliæ f. Gen.* 1616. *f.* prodiere. Accesserunt postmodum fragmenta quædam in nonnullos titulos quartæ & quintæ partis Rationalium, quæ etiam iteratæ editioni *Lugduni* 1663. *f.* fuerunt adiecta. Quæ tamen secunda Editio non satis emendate typis impressa fuit. His autem priores Pandectarum partes subtili ratione examinat, atque rationes Iuris vel dubitandi vel decidendi ad singulares Leges erudite docet. Licet & singulares, quas fouet opiniones, ad theoriam potius faciant, quam ad praxin. Inter recentiores commendari meretur IO. VOETII ICti & Antecessoris in Academia Lugduno-Bataua *Commentarius ad Pandectas*. In hoc noua primum methodo incedere constituerat Auctor, verum mutata postmodum sententia vulgatam Pandectarum seriem fuit secutus. In hoc tamen præcipue æstimandus est, quod antiqui Iuris Romani habeat rationem, itemque cum hodierni Iuris tractatione iungat. Prior pars duos & viginti libros priores continens, prodiit *Lugduni Batauorum* 1698. *f.* altera continens libros posteriores, *Hagæ Comitum* 1704. *f. ibid.* ex Edit. *Sexta* 1731. *f.* 2 Tomis & 1734. *f.* Vtilia in foris vsuque Germaniæ argumenta legentibus suppeditat SAMVELIS STRYCKII *Vsus modernus Pandectarum*, in quo plene elaborando adiutrices manus adhibuerunt celeberrimi Viri IVSTVS HENNINGIVS BOEHMERVS atque IACOBVS FRIDERICVS LVDOVICI. Prodierunt autem huius Partes *Wit-*

Wittebergæ 1690. 92. Halæ 1730. Contin. I. ibid. 1729. Contin. II. 1728. Contin. III. IV. V. 1729. 4. non vna vice recusæ. Quæ ab illustri ICto AVGVSTINO de LEYSER ICtorum Vitembergensium olim principe in lucem productæ fuere *Meditationes ad Pandectas*, quarum *Tomus I.* comparuit *Lipsiæ ac Guelpherbyti 1717. Tom. II. ibid. 1723. Tom. III. & IV. ibid. 1725: Tom. V. & VI. ibid. 1727. Tom. VII. ibid. 1732. Tom. VIII. ibid. 1735. 4. Tom. IX. ibid. 1740. 4. Tomus X. ibid. 1747. Tomus XI.* isque *Vltimus, ibid. 1748. 4.* cum locupletissimis *Indicibus* a Celeberrimo IENICHENIO confectis, singulares & pereruditas, nec vbiuis obuias ingeniosissimasque promunt doctrinas, rerum iudicatarum exemplis egregiis illustratas, atque theoriam & praxin rerum ciuilium ac criminalium præclarissime instruentes. Res critica multum debet B. IOA. GVILIELMO HOFFMANNO *Meletematibus ad Pandectas, Francof. ad Viadrum anno 1735. in 4.* duobus *Semestribus* editis, quæ cum aliis elegantissimi Hoffmanniani ingenii monumentis mox recudentur in Belgio, cura amplissimi Viri GERARDI MEERMANNI. *Commentarii* LYNCKERIANI nondum integri prodierunt: sed tantum in lib. I. & lib. III. tit. I. lib. V. & VI. lib. XII. tit. I. II. III. quibus, vti titulus præfert, necessarii quam maxime, & doctrinis forensibus refertissimi articuli solide ac fructuose pertractantur. Prodierunt *Ienæ 1698. 4.* Aliquot eosdemque memorabiles Pandectarum titulos, eruditissimi quidam Iurisconsulti solide eleganterque vel commentando illustrarunt, vel apta concinnitate complexos exhibuerunt. Sic quosdam *Titulos Pandectarum & Codicis Recitationibus suis quotidianis* explicauit, more suo, id est erudite ANTONIVS DADINVS ALTESERRA, *Tolosæ 1684. 4.* Breues sunt FRANCISCI MODII *Notæ perpetuæ in Pandectas & Codicem*, quæ prodierunt *Francofurti 1587. f.* et quæ auctuarii loco additæ sunt cum DIONYSII GOTHOFREDI, tum aliis recentioribus Editionibus Corporis Iuris. Accesserunt varia quæ ad seriem atque synopsin vniuersi Iuris atque

Antinomias faciunt. GERARDVS NOODT summus ICtus, iustum accuratissimumque in π. Commentarium adgressus, *Partemque Primam in Quatuor Libros* distributam, peculiari volumine exposuit *Lugduni Batauorum 1716.* 4. præmisit de ciuili prudentia & caussis corruptæ Iurisprudentiæ Dissertationes perelegantes, quas Præfationis loco haberi desiderat, in commentatione ipsa non vulgaria exhibet, sed obseruationes ex solidioris Iuris Romani fontibus petitas, & cum primis id magna cura egit, vt textus ex prisci alicuius ICti libro sumtos, sed distantibus titulis dispersos, colligeret, suisque Auctoribus restitueret. Huic socium addimus ANTONIVM SCHVLTINGIVM, qui *Enarrationem Partis Primæ* s. Librorum IV. *Digestorum* seu *Pandectarum*, *Lugduni Batauorum 1720. 8.* edidit, eandem omnino eruditam. CHRISTIANI THOMASII *Notæ ad π Halæ 1713. 4.* breuiter, cum quæ Iuris Romani sint, tum quam exiguus in foris Germaniæ huius sit vsus, ostendunt. IOA. GEORGII WAGNERI *Resolutiones Pandectarum Methodo demonstratiua* adornatæ Liber I. & II. *Lignitii 1743. 4.* prodiit.

Scriptores ad Titulum primum Pandectarum de Iustitia & Iure.

§. IX. Ad *certos* Pandectarum TITVLOS LEGESque *singulares* commentati fuere permulti, quos singulos hic adducere nimis longum foret, potiores indicasse sufficiet. Ad titulum primum de *Iustitia & Iure* commentati fuerunt varii. Inprimis annotandi ex his IOANNES CORASIVS, *Lugduni 1588. f.* IACOBVS CVIACIVS, *Spiræ 1596. 4.* CONSTANTIVS LANDVS *ad Tit. Digest. de Iustitia & Iure* extat in EVERARDI OTTONIS *Thesauro Iuris Romani T. III. p. 1305. 1307*

Scriptores Morales de Iustitia & Iure.

§. X. Alii vero integra volumina *de Iustitia & Iure* partim ex doctrina morum philosophica, partim ex Iure petita, ediderunt. In pretio est ALBERTVS BOLOGNETVS, qui *de æquitate, Iure & Legibus disputationes* scripsit, *Romæ 1571. f. Witteberga 1549. 8.* Addatur MARQVARDI FREHERI *Sulpitius, siue de Aequitate Commentarius*, *Francofurti 1608. 4.* Decem libros de

de Iustitia & Iure edidit DOMINICVS SOTO, *Antwerpiæ 1567. f.* IOANNES de DICASTILLO libros duos *de Iustitia & Iure*, *Antwerpiæ 1641. f.* & IOANNES de LVGO tomos II. *Lugduni 1652. f.* qui scholasticos potius fuit secutus quam iurisprudentiæ fontes, nisi quod ad Conciliorum Canones & capitula Iuris Canonici sæpius prouocet. Præcipui in hoc argumento sunt LVDOVICVS MOLINA, qui de *Iustitia & Iure* dedit Tomos VI. *Coloniæ 1614. f.* & *Moguntiæ 1659. f. Colon. Allobrog. 1733. f.* ex Scholasticis omnia compilauit, quæ huc faciunt, ita tamen, vt Iurisprudentiæ potissimum habeat rationem, de Maioratibus quoque multa Hispaniæ singularia expromit, & LEONARDVS LESSIVS, qui *de Iustitia & Iure* libros VI. scripsit *Antwerpiæ 1609. f.* atque ex editione vltima, *Lugduni 1653. f.* maiore reliquis vtitur iudicio. De his ita iudicat GROTIVS prolegomenis de *I. B. & P.* §. LII. *Scholastici quantum ingenio valeant sæpe ostendunt: sed in infelicia & artium bonarum ignara secula inciderunt: quo minus mirum, si inter multa laudanda, aliqua & condonanda sunt. Tamen vbi in re morum consentiunt, vix est, vt errent: quippe perspicaces admodum ad ea videnda, quæ in aliorum dictis reprehendi possunt: in quo ipso tamen diuersa tuendi studio laudabile præbent modestiæ exemplum, rationibus inter se certantes, non, qui mos nuper adeo literas inquinare cœpit, conuitiis, turpi fœtu impotentis animi.* Scilicet, in illa secula inciderunt, quibus omnis eruditio in Quæstionum moralium conducenda farragine collocabatur. Hanc autem vt ostentarent, omne ingenium ad easdem adplicarunt, inde prioribus Scholasticorum vastis libris excussis, in suos retulerunt, quidquid ad genium seculi spectare videbatur. Hinc factum, vt argutæ sæpe, subtilissimæ, sed parum vtiles quæstiones intermiscerentur, & plus argumentorum numero quam eorundem grauitate occuparentur. Non diffitemur tamen, multa intermixta esse bona, multa argumentorum pondera, verum hæc ita comparata, vt nonnunquam plures excutiendæ sint paginæ, antequam ad neruum perueniatur. Inter nouiores scriptores huc pertinet

net FLORENTINVS de COCO de *iure, iustitia & annexis Tractatus quatuor Theologo-Canonice expositi Bruxellis 1687. 4.* vbi principia Theologiae ac Iurisprudentiae tam canonicae quam ciuilis autoritate vbiuis confirmat. Pertinere huc etiam videntur VINCENTII TVRTVRETI *Collationes moralis doctrinae cum ICtorum decretis, Parisiis 1634. 4.* Lectu digna illustris CHRISTIANI WOLFFII *Explicatio Definitionis Iustitiae Vlpiani in l. 10. de iust. & iure*, atque eius cum notionibus Aristotelicis consensu extat in EI. *Horis subcisiuis Marburg. Trimestri Vernali a. 1729. N II.* Adde ceteras Obseruationes, quibus Ius philosophice illustrauit in *Hællischen Beytraegen zu der Iuristischen gelehrten Historie, p. 240. 241.* Elegantissima est dissertatio de *Iustitia & Iure* illustris viri GEORGII CHRISTIANI GEBAVERI, *Göttingae 1738. 4.* De *vi & potestate Legum humanarum* egit CLAVDIVS CARNINI, *Duaci 1608. 4.*

Scriptores qui Iurisprudentiam cum lege Mosaica vel Christianorum conferunt.

§. XI. Alia ratione vtuntur, qui Iurisprudentiam cum Lege vel *Mosaica*, vel *Christianorum* conferunt. Huc facit FRANCISCVS RAGVELLVS, qui *Leges Politicas ex Sacrae Iurisprudentiae fontibus haustas*, ad formam Iustinianei Codicis per Titulos Edictique perpetui seriem digessit *Francofurti 1577. 1586. 8.* Huic LAVRENTIVS BOCHELLVS adiecit interpretamenta, *Parisiis 1665. 4.* NICOLAVS MONGEORGIVS *Codicem* edidit *de Mosaico & Veteri Iure enucleando, Bononiae 1573. f.* CONRADVS HERESBACHIVS in *Iurisprudentiae Christianae epitome, Neostadii 1586. 8.* edita, leges Decalogi cum legibus N. Testamenti & ciuilibus confert. *Collationem Legum Mosaicarum, Forensium & Romanarum, Canonici & Saxonici Iuris* dedit OTTO PHILIPPVS ZEPPERVS, *Halae 1632. 8.* Huc pertinet iam supra laudata *Mosaicarum & Romanarum Legum collatio*, quam cum notis ex bibliotheca sua edidit PETRVS PITHOEVS *Basileae 1574. 4.* & *Heidelbergae 1656.* Addimus HENRICI GIESEBERTI *Deuteronomium Harmonicum, Lubecae 1670. 4.* quo etiam Iustiniani

niani Iura cum Mosis legibus confert, verum, prout ipsius reliqua, opere tumultuario.

§. XII. Huc potissimum faciunt SCRIPTORES IVRIS PRVDENTIAE VNIVERSALIS, s. NATVRALIS, qui talem vel meditati fuerunt vel adgressi, de quibus eleganter MORHOFIVS *Polyhistoris libro VI. sect. I. §. 2.* quem sequimur. FRANCISCVS BACONVS de VERVLAMIO in suo de augmentis Scientiarum opere, inter desiderata ponebat *Iustitiæ vniuersalis* doctrinam, quam libro VIII. eiusdem Operis quibusdam aphorismis proponit. Sed in iis nihil inuenimus, quam cogitata quædam de Legibus ad certas Reipublicæ formas attemperandis, non quidem illa contemnenda, sed quæ tam vastum obiectum non exhauriunt. Pertinent illa tantum ad prudentiam nomotheticam, quæ particula tantum Iurisprudentiæ Vniuersalis dici potest ac debet; Iurisprudentia autem Vniuersalis ea est, quæ æquitatem Statui ciuili iungit, ita, vt eadem principia ad specialia obiecta, quæ in Republica occurrunt, accommodentur. Tale forsan in animo habuit ADOARDVS GVALANDVS, Cæsenas, Episcopus Pisanus, qui Librum scripsit, cui titulus: *Moralis Philosophia, ac totius facultatis ciuilis vera & absoluta methodus, Romæ 1604. f.* Latius autem, Morhofio iudice, sua extendit obiecta, quam fit vulgo ab iis, qui disciplinas has seorsim tractant. Diffusus est in illis, quæ ad Iustitiam pertinent, seque ad quæstiones ac theses dimittit Iurisprudentiæ, quæ practicæ disciplinæ sunt propiores. Libri eius octauus & nonus de Iustitia, Iure & Legibus agunt, in quibus confusiora paululum videntur esse nonnulla & μικρόλογα. VINCENTIVS TVRTVRETVS in *collationibus doctrinæ moralis cum decretis ICtorum, Parisiis 1634. 4.* inter Locorum communium Scriptores potius est referendus, quam vt iusta vtatur methodo. Cum igitur nec Grotius nec alii opus hoc absoluissent, illustri Baroni BOINEBVRGIO in votis erat, vt *Vniuersale totius Iurisprudentiæ perpetuæ & naturalis Corpus* conficeretur, idque secundum disciplinam Christianorum. Boineburgius permultis etiam au-

Scriptores Iurisprudentiæ vniuersalis Iuris Naturæ & Gentium

ctor erat suasorque, vt tantae vtilitatis Opus adgrederentur. Inuitabatur literis anno 1662. scriptis CHRISTOPHORVS FORSTNERVS, qui ob aetatis atque aduersae valetudinis rationes laborem declinabat, alias se minime alienum esse proponebat. Inde anno 1663. negotium demandabatur SAMVELI PVFENDORFIO, qui Iuris Naturae atque Gentium Professionem Heidelbergae gerebat. Adprobabat Pufendorfius consilium, atque duabus partibus laborem absoluendum esse putabat. In priori agendum esse de fundamentis Iuris Naturalis, ibique considerandam esse naturam entium moralium in genere, immortalitatem animarum, impositionem, imputationem, qualitates & quantitates personarum & rerum, obligationem, imperium, legem, meritum, poenam & similia: Inde Systema aliquod componendum, in quo specialia Iuris capita ex dictis fundamentis demonstrentur; cui insignia ornamenta posse accedere ex testimoniis autorum, variorum populorum institutis & controuersiarum illustrium exemplis. Tale autem Opus requirere ingenium acre, iudicium rectum & praeconceptis opinionibus nec quidquam obnoxium, supellectilem literariam copiosam, altum otium, commercium cum eruditis, fauorem magnatum & totam hominis vitam, aut tantum annos florentiores. Neque tamen se parem operi iudicabat, licet non omnem plane spem abiiciebat. Debemus haec Ioanni Groeningio, qui in historia Iuris Naturalis p. 33. ista proponit. Non leuia inde praestitit Pufendorfius, edendo *VIII. Libros de Iure Naturae & Gentium*, licet non omnem rem, prout requirebatur, plane exhauserit. DAVID etiam MEVIVS Iurisprudentiam Gentium fuit meditatus, cuius *Prodromus Iurisprudentiae Gentium & Ciuilis* post obitum ipsius prodiit recusus sub titulo: *Nuclei Iuris Naturalis & Gentium, principia eius & fundamenta exhibentis, Sundii 1671. 8.* & *1686. 8.* Verum, affectum saltim opus fuit, & licet ad Gentium Iura facere videatur, agit tamen etiam de Iustitia & Iurisprudentia, potestate Imperantium circa Leges.

§. XIII.

Hugo Grotius de Iure Belli & Pacis.

§. XIII. Huius tamen Iurisprudentiæ Vniuersalis potissimam partem absoluit HVGO GROTIVS. Hic enim a *Peirescio*, forsan etiam *Bacone Verulamio* motus, hoc opus adgressus est & digne satis fuit persecutus. Certe, nemo Grotio aptior. Iudicium ipsi erat pragmaticum, profunda meditatio, eruditio vniuersalis, lectio prodigiosa, multa rerum experientia. Prima vice Opus prodibat *Parisiis 1625. 4.* Ludouico XIII. Gallorum Regi inscriptum, dum ex patria exul esset Grotius. Animus ipsi erat de Iure Naturæ & Gentium illud inscribere, sed mutato consilio, *de Iure Belli & Pacis* titulum dedit, ne quid cum nugis Scholasticorum haberet commune. Magno statim applausu liber recipiebatur, nisi quod Belgæ putarent, potiores ipsorum artes politicas hoc scripto fuisse detectas. Inter præcipuas Libri virtutes referendum, quod Ius diuinum, naturale, positiuum & gentium probe ab inuicem distinxerit, scholasticorum næuos repurgauerit & pleraque exemplis demonstrauerit. Verum, prout illis, qui primi viam aperiunt, accidere solet, multos æque defectus in vtilissimo alias opere reperiemus. Multa sunt, quæ leuiter saltim tangit, multa, quæ plane prætermittit. Farraginem sæpe adlegatorum coaceruat, atque inter hæc in poetarum adlegatis est nimius, nec scholasticos plane relinquit. In rationibus nonnunquam est prolixior; in exemplis vix vnum atque alterum ex recentiori historia est petitum, pleraque vel Græca sunt vel Romana. Digna ideo & hæc essent emendatione. Sæpius hoc Opus fuit editum. In communi vsu esse solet editio, quæ *cum Notis* ad eruendum maxime textus sensum accommodatis IO. FRIDERICI GRONOVII prodiit *Amstelodami 1680. & 1712. 8.* quæ tamen plerumque sunt extemporaneæ, post mortem Gronouii conquisitæ. Hanc Gronouianam editionem ad præstantissimas summo studio recognouit textumque Grotianum emendatis & ad recentiores editiones conformatis adlegatis, adiectis præter ea notulis accurate edidit IOANNES BARBEYRACIVS *Amstelodami 1720. 8.* & cum Accessione Grotianæ Diss. de *Mari*

Mari Libero & libelli de *Aequitate*, *Indulgentia & facilitate* Notisque vberioribus *Barbeyracii*, *Amstelodami* 1735. 8. 2. *Tomis*, quae editio inter minores hodie est optima. Ad eius lectionem viam parat IOANNES GEORGIVS KVLPISIVS, in *Collegio Grotiano*, quod in Academia Giessensi XV. exercitationibus An. MDCLXXXII. instituit, *Francofurti ad Mœnum* 1682. 4. & ex Editione IV. *Stutgardiæ* 1701. 4. nec non *Halæ* 1709. 4. In hoc autem ea, quæ obscura videbantur apud Grotium, explicauit vberius, quæ autem prolixius dicta, excerpsit, vt veram inde habeamus Introductionem Grotianam. Inter meliores Commentatores numerandi IOANNES TESMARVS & VLRICVS OBRECHTVS, quorum Annotata cum Auctoris ipsius & Gronouii *Francofurti* 1696. *f.* prodiere. Testatus in hisce notis textui subiunctis est Tesmarus ingenii acumen & styli elegantiam, multa quoque illustrauit ex antiquitatibus: adiectis sæpissime ex recentiori Historia pluribus exemplis, quod maximam hisce notis præbet commendationem. Subiunctæ etiam selectiores aliorum notæ. Obrechtus vero multa ex moralis doctrinæ argumentis, solide decidit. Recentior est editio GERHARDI van der MVELEN, cuius Pars I. *Vltraiecti* 1696. *f.* Pars II. 1700. *f.* & III. *Amstelodami* 1704. *f.* prodiit. In qua præter Gronouii notas, propria adnotata adiecit. Verum, diffusa ista nimis sunt, quæ in verbis, speculationibus, multo argumentorum numero consistunt, parum in se continent pragmatici & vbi exempla quæras, plane deficiunt. Aliam IOANNES CHRISTOPH. BECMANNVS cum propriis & aliorum notis excerptis fecit *Francofurti ad Viadrum* 1691. 4. Hic autem in contrahendis excerpendisue variorum Notis haut firmum vbiuis iudicium exhibuit. Prodiit postea alia editio cura GOTHOFREDI SPINAEI, *Lugduni Batauorum* 1696. 4. in qua continentur ZIEGLERI, OSIANDRI, atque GRONOVII notæ, sæpe tamen illæ ipsæ, quas excerpsit BECMANNVS: illud studium vero per mortem auctoris tantum vsque ad libr. II. Cap. IV. fuit perductum. IOAN. GEORG. SI-

SIMON in hac Academia Grotium cum notis edidit, *1674. & 1680. 4.* quæ tamen potius ex Scholaſticis & Moraliſtis fuerunt conſarcinatæ ac raro ad rem faciunt. Editio noua *Grotiani* Operis edita cum Annotationibus Auctoris & noua Præfatione CHRISTIANI WOLFII, *Marburgi 1734. 8.* IOANNES HENRICVS BOECLERVS in integrum librum primum & ſeptem capita libri ſecundi fuit commentatus, *Argentorati 1664. & 1704. 8.* ſatis tamen adhuc imperfecte. Maioris momenti HENRICI de COCCEII *Grotius illuſtratus*, quo in Commentario præcipue agitur, vt Grotius ex Grotio illuſtretur, defectus circa principia Grotiana notentur, & vera Iuris Naturæ principia in primis quatenus ad interpretationem Iuris N. pertinent proponantur. Accedunt Obſeruat. illuſtriſſimi L. B. SAM. de COCCEII F. qui & Præf. præmiſit, qua de Commentatoribus Grotii accurate iudicat, *Tomus Primus Wratiſlauiæ 1744. f.* Succeſſit Tomus *Secundus, ibid. 1746. f.* eadem ſummi Viri SAMVELIS L. B. de COCCEII Magni Regis Poruſſorum Cancellarii prouida cura, qui in id cum Patre ſtudioſe elaborauit hiſce in Commentatiis, vt Iuris Romani principia generaliora Iuri Naturæ conuenientia demonſtrentur. Recuſum opus præſtantiſſimum *Geneuæ 1755. f.* ſatis ſplendide. IOA. MICHAELIS LANGGVTHII *Annotationum in Hugonem Grotium de Iure belli & pacis Specimen ad Prolegomena & Cap. I.* Libri *I. Ienæ 1741. 8.* & quæ ſecutæ ad Libri I. Cap. V. *Ienæ 1742. 8.* breues quidem, ſed ſucci plenæ & ad interpretandum ex Grotio Grotium apprime comparatæ. IO. GOTTLIEB HEINECCII *Prælectiones Academicæ in Hug. Grotii de Iure B. & Pacis Libros III. Berolini 1744. 8.* ex ſchedis poſt mortem Viri editæ. Taceamus ZIEGLERI, HENNINGES, FELDEN, GRASWINCKELII, OSIANDRI, VELTHEMII, IAEGERI, aliorumque vel notas vel ſtricturas in Grotium, de quibus in *Bibliotheca Philoſophica*, capite octauo §. III. *Gallica* GROTII verſio, eademque elegans & perſpicua per ANTONIVM CVRTINVM in vſum hominum aulicorum facta prodiit *Pariſiis 1687. 4.*

4. Hagæ Comitum 1688. 12. recusa *1703. 12.* Meliorem vero longe elegantioremque Notis doctissimis fructuosissimisque instructam ornatamque, post longam eruditorum expectationem dedit Celeberrimus Vir IOANNES BARBEYRACIVS, quæ prodiit sub Titulo: *Le Droit de la Guerre & de la Paix par* HVGVES GROTIVS, *Nouvelle Traduction par* IEAN BARBEYRAC, *avec les Notes de l' Auteur même, qui n' avoint point encore paru en François & des Nouvelles Notes du Traducteur, à Amsterdam 1724. 4.* Recusa *Parisiis*, adscripto tamen *Amstelodami* loco *1729. 4.* Secuta curante Dn. BARBEYRACIO altera vere *Amstelodamensis 1736. 4.* & quæ *Basileæ 1732. 4.* typis excusa. Prostant & *Anglicæ* Versiones, quarum vnam dedit CVL. EVATS *Londini 1682. f.* Altera ab alio profecta typis excusa *Londini 1715. & ibid. 1718. f.* cui vita *Grotii* ex *Baylii* Dictonario præmissa. Habemus quoque binas *versiones Germanicas.* Prior interpretem agnoscit B. SINOLDVM, dictum SCHÜTZ, Comitum tum Ruthenorum Consiliarium, Rerum Feudalium Directorem & Ephorum *Lipsiæ 1707. 4.* Præfationem præmisit CHRISTIANVS THOMASIVS, in qua de Statu Iuris Naturalis vsque ad Grotium, de Grotii dotibus & Germanicæ versionis vtilitate prolixe satis edisserit, altera stilo IOA. NICOLAI SERLINI facta & *Francofurti 1709. f.* edita.

Pufendorfii Thomasii & Wolfii scripta.

§. XIV. GROTIVM plures fuerunt secuti, inter quos potiorem partem facit SAMVEL PVFENDORFIVS. Hic enim *Elementà* primum *Iurisprudentiæ* conscripsit, & quidem eo tempore, cum Hafniæ tum a Suecis obsidione clausæ, per aliquot menses a Danis in custodia detineretur, illo saltim fine, vt otii illius ingrati molestias discuteret. Has postea *Hagæ Comitum* edidit *1660. 8.* & cum appendice de Sphæra morali *Ienæ 1669. 8.* iisdemque monstrat satis dilucide, qua ratione Iurisprudentia ex naturalis æquitatis principiis possit declarari. Licet Pufendorfius adhuc iuuenis non omnia plane exhauserit. Inde maiori

cura

cura hoc opus fuit adgressus, dum *de Iure Naturæ & Gentium Libros VIII.* conscriberet, qui primum *Londini Scanorum* prodierunt *1672. 4. Amstelodami 1688. Francofurti ad Mœnum 1684. 4.* post aliquoties fuerunt recusi, demum cum notis IOA. NICOLAI HERTII, *Francofurti 1706. 1717. 4. Amstelodami 1715. 4.* & cum Commentar. *Ioa. Nic. Hertii* & *Ioa. Barbeyraci*, ex recensione & cum Animaduersionibus GOTTFRIDI MASCOVII, *Francofurti* & *Lipsiæ 1744. 2. Tomis.* In his enim Grotium & explanat & supplet, atque vbiuis egregium se præstat. Plures quidem nactus fuit aduersarios, qui tamen omnes fuerunt inferiores. Fuerunt etiam, qui ipsum Hobbesium plus æquo sequi, & heterodoxum reprehenderent. Hoc Opus in Gallicam liguam translatum prodiit hoc Titulo: *Le Droit de la Nature & des Gens, ou Systeme general des Principes les plus importans de la Morale, de la Iurisprudence, & de la Politique. Traduit du latin de Mr. le Baron de Pufendorf, par* IEAN BARBEYRAC. *Avec des notes du Traducteur, ou il supplée, explique, defend & critique les pensees de l' Auteur, & une preface, qui sert d' introduction à tout l' Ouvrage, à Amsterdam 1706. 4.* Elegans est translatio, in cuius præfatione occupatus est translator, vt demonstret, moralis disciplinæ tradita certis niti fundamentis, atque eiusdem doctrinæ Historiam exponat. In ipsa translatione fidelem se præbet atque accuratum, ita, vt ipsa quoque auctorum loca a Pufendorfio adlegata plerumque inferantur. In notis Pufendorfium vel supplet, vel illustrat. Inde quoque electa aliorum Scriptorum loca insperguntur, idque multo cum selectu. Nonnunquam ex Pufendorfii textu quædam, quæ eundem turbare videbantur, in notas fuerunt reiecta. Vt exinde hæc editio maximam habeat commendationem. Enimuero vix elapso sexennio, prioris versionis huius exemplaribus distractis, desiderata eiusdem altera editio quæ *Amstelodami 1712. 4.* prodiit, stylo politiori & ad mentem Pufendorfii magis accommodato, eruditissimisque notis aucta. Ipsi etiam præfationi, præterquam

quam quod limatior iam appareat, nouus additus conspicitur §. X. tandem & huic editioni adiecta est Oratio inauguralis *de dignitate & vtilitate Iuris ac Historiarum & vtriusque disciplinæ amica coniunctione*, qua auctor Iuris & Historiarum professionem in Academia Lausanensi auspicatus fuerat. De quibus singulis vid. ipsum Auctorem *dans l' Avertissement sur cette nouvelle edition.* Recusa hæc versio & commentaria *Basileæ 1732. 4.* Recentior & locupletior Editio præclari huius Operis prodiit *Amstelodami 1734. 4.* Manum admouente IMMANVELE WEBERO libri duo, ceteri interprete DANIELE SCHNEIDERO in *germanicam* linguam translati cum notis IOANNIS NICOLAI HERTII, IOANNIS BARBEYRACII, cuius tamen non omnes sunt adiectæ, & aliorum, editi, sub titulo: *des Herrn von* PVFENDORF *acht Bücher von Natur- und Völcker-Recht, Francofurti ad Mœnum 1711. 4.* Maioris huius Operis PVFENDORFIANI Compendium præbet elegantissimus *de Officiis Hominis & Ciuis* liber, qui sæpius sine Notis e. gr. *Londini 1673. 8. Holmiæ 1693. Cantabrigiæ 1701. 8.* inde præmissa IOANNIS GRÖNINGII *Historia Iuris Naturæ & Gentium*, *Hamburgi 1706. 12.* prodiit. Plures autem in huncce libellum dederunt Notas. Quos inter eminet quem laudauimus IOANNES BARBEYRAC, qui eundem in Gallicum sermonem transtulit, vtilissimisque obseruationibus illustrauit, *Amstelodami 1707. 8. 1715. 8.* & *ex Quarta Editione*, Notis amplioribus Editoris & Iudicio G. G. Leibnitii de Libello, notulis Barbeyracianis illustrato, aliisque accessionibus auctior. *Amstelodami 1718. 8.* ALEXANDER ERNESTVS PAGENSTECHER opusculum hoc cum lemmatibus, supplementis & indicibus produxit *Groningæ 1712.* obseruationesque præmisit. BARBEYRACII Notas ex *gallico* in *latinum* sermonem transtulit, ediditque SEBASTIANVS MASSON, *Giessæ 1731. 8.* V. C. EVERARDI OTTONIS *Notæ*, *Traiecti ad Rhenum 1728. 8. med.* & *Trai.* ad *Rhenum 1737. 12.* & additis *Titianis* lucem adspexerunt. Eosdem

dem libellos *supplementis* & *obseruationibus* in vsum Academicæ iuuentutis auxit & illustrauit GERSCHOMVS CARMICHAEL Philosophiæ in Academia Glasguensi in Scotia Professor, prodiere *Edimburgi 1724. 12.* recusæ *Basileæ 1740. 8.* quibus obligationem Legis Naturæ, huius regulas fundamentales ex diuini numinis essentia, perfectione atque prouidentia deduxit. Textum ex prima libelli editione repetiit, indices vero copiosos ex editione *Pagenstecheriana* adiecit. THOMAE vero IOHNSON prodiit *Cantabrigiæ 1736. 8.* & ex *Editione II.* longe auctior & emendatior, *Londini 1737.* GOTTLIEB GERHARDI TITII *Obseruationes*, quæ cum libelli textu prodiere *Lipsiæ 1703. 1715. & 1721. 8.* inter meliores omnino collocandæ. IMMANVELIS WEBERI, *Adnotationes* ad vsum præcipue iuridicum directæ, cum Monitis Apologeticis ad Epistolam, qua G. G. Leibnitius Principia Pufendorfiana obelo notare voluit, editæ sunt *Giessæ 1702. 8.* & *Francofurti ad Mœnum 1719. 8.* GOTTLIEB SAMVELIS TREVERI *Annotationibus*, *Lipsiæ & Guelpherbyti 1717. 8.* Principia Iusti ab Honesti & Decori Regulis solicite distinguuntur, & recentiorum circa hanc disciplinam placita expenduntur, additis variis obseruationibus bonæ frugis. Nostra in Academia doctissimus Vir IOANNES IACOBVS LEHMANNVS Adnotationibus selectis libellum hunc ornauit *Ienæ 1720. 8.* editis. In vsum auditorum dictatæ, iam vero vt omnia fere B. Viri annotata in lucem typis productæ IOANNIS GOTTLIEB HEINECCII *Prælectiones Academicæ in Sam. Pufendorfii de Officio hominis & ciuis Libros II. Berolini 1742. 8.* præmissæ his vtiles disquisitiones de existentia & essentia, vsu porro & fatis Iuris Naturæ huiusque doctrinæ. Germanico quoque idiomate prodiit hoc titulo: *Einleitung zur Staats- und Sitten-Lehre, oder Vorstellung der schuldigen Gebühr aller Menschen, und insonderheit der Bürgerlichen Staats-Verwandten, Leipzig 1691. & ibid. 1702. 12.* *Anglice* libellus hic prodiit *Londini 1715.* Commentarii amplioris instar esse poterit ANDREAE

ADAMI HOCHSTETTERI *Collegium Pufendorfianum* in Academia Tubingensi XII. Exercitationibus Anno MDCC. institutum, *Tubingæ 1710. 4.* & ex *Editione* reuisa ac aucta *Stutgardiæ 1726. 4.* Accessit Eiusdem Liber singularis *de Iure Pœnarum.* Multam industriam curamque in hoc Libro adhibuit Auctor & recentiorum doctrinas secutus, eundem variis hinc inde exemplis illustrauit. Addatur DIETERICI HERMANNI KEMMERICHII *Pufendorfius illustratus, Lipsiæ 1716. 8.* Quantum vero ad intelligendum melius Grotium Pufendorfius, tantum ad hunc rectius explicandum CHRISTIANVS THOMASIVS Vir illustris facit. Huius enim *Institutiones Iurisprudentiæ diuinæ Libri III.* prodierunt *Halæ 1702.* ex noua, eademque auctiori editione *1710. 4. Halæ*, alias *1688. 1694. 1702.* & ex *Sexta Editione ibid. 1717. 4.* quæ in multis a prioribus fuit immutata. Subsecuta fuerunt: *Fundamenta Iuris Naturæ & Gentium ex sensu communi deducta, in quibus vbique secernuntur principia honesti, iusti ac decori, cum adiuncta emendatione ad ista fundamenta Institutionum Iurisprudentiæ diuinæ, in vsum Auditorii Thomasiani, Halæ 1705. 4.* In hisce noua plane incedit methodo, ita, vt omnem doctrinam breuibus thesibus exponat, ab omnibus adlegatis abstineat, hominem saltim in naturali statu consideret, relinquat terminos logicos & metaphysicos & verbis vtatur magis perspicuis, sæpius etiam hinc inde a Pufendorfio, immo se ipso recedat. Sed, vti titulus etiam præfert, in vsum saltim Auditorii Thomasiani fuerunt conscripta, cum alias theses sint breues, quæ fidum requirant explicatorem. Altera vice prodierunt *Halæ 1708. 4.* & ex *Quarta Editione* additis variis obseruationibus auctiora, *Halæ 1718. 4.* Vtrumque scriptum interprete IOANNE GOTTFR. ZEIDLERO in germanicam linguam translatum. Primum cum Præfatione EPHR. GERHARDI prodiit *Halæ 1708. 4.* His Triumuiris Grotio, Pufendorfio, Thomasio, accessit magni nominis Philosophus illustris CHRISTIANVS WOLFIVS, qui produxit *Ius Naturæ*

turæ methodo scientifica pertractatum, cuius *Parte Prima*, quæ *Francofurti & Lipsiæ s. Halæ 1740. 4.* edita, obligationes & iura connata, ex ipsa hominis essentia atque natura, a priori demonstrantur, totiusque Philosophiæ moralis & omnis Iuris reliqui fundamenta solida iaciuntur; *Parte* vero *Secunda*, *Halæ Magdeb. 1742. 4.* agitur de Dominio ac inde resultantibus iuribus cumque iis connexis obligationibus. *Pars Tertia*, edita *Halæ 1743. 4.* agit de modo deriuatiuo acquirendi dominium & ius quodcunque præsertim in re alterius, vbi & agitur de officiis circa sermonem, iuramentis ac votis, nec non vsucapione & præscriptione. *Pars Quarta*, *Halæ 1744.* de actibus ad aliorum vtilitatem tendentibus in specie, vbi agitur de donationibus & de contractibus tam beneficis quam onerosis præcipuis. *Pars Quinta*, *ibid. 1745.* de contractibus onerosis reliquis, quasi contractibus, modis tollendi obligationem ex contractu & de iure in re sua alteri constituto, veluti pignore, hypotheca & seruitutibus. *Pars Sexta*, *ibid 1746.* de dominio vtili in specie de Feudo, accedit doctrina de interpretatione, de iure ex communione primæua residuo, de officiis erga mortuos, nondum natos & posteros, nec non eruditorum. *Pars Septima 1747. ibid. 4.* de Imperio priuato, in qua tam de imperio ac societate in genere, quam de officiis ac iure in societatibus coniugali, paterna, herili atque Domo agitur, seu Ius omne personarum demonstratur. *Pars Octaua* siue *Vltima ibid. 1748. 4.* de Imperio publico seu iure ciuitatis, in qua omne ius publicum vniuersale demonstratur & verioris politiæ inconcussa fundamenta ponuntur. Merita summi Viri circa Ius Naturæ & positiuum quoque prædicauit discipulus & amicus ill. DANIEL NETTELBLADT ICtus Halensis, in *Hallischen Beyträgen zu der Iuristischen* gelehrten Historie *p. 227.* vbi & doctrinarum Wolfianarum oppugnatores breuiter refutat, inter hos P. ANSELMVM DESING Benedictinum Episcopi & Principis Passauiensis Consiliarium, cuius *Iuris naturalis larua detracta cum plurimis libris sub titulis Iuris Na-*

Naturæ prodeuntibus, *vt Pufendorfianis*, *Heineccianis*, WOLFIANIS *&c. Monachii* 1753. f. prodiit nec non Italum Dominicani Ordinis DANIELEM CONCINAM in *Theologia Christiana*; atque ill. IOA. IAC. SCHMAVSSIVM in *nouo Systemate Iuris Naturæ*. Doctrinas I. N. & G. vtilissimas apte proposuit, scriptorumque optimorum suffragiis & exemplorum illustrium praxi illustrauit B. ADAMVS FRIDERICVS GLAFEY, cuius *Vernunfft- und Völcker-Recht*, *nebst einer Historie des vernünfftigen Rechtes und Bibliotheca iuris Naturalis & Gentium*, prodiit *Francof. & Lipsiæ 1723. 4.* & ex auctiore editione *ibid. 1746. 4.* Ante aliquot annos doctissimus Anonymus *Dubia Iuris Naturæ ad Generosissimum Dominum *** Duaci* siue potius *Halæ Magdeburgicæ 1719. 4.* & *Francofurti 1724. 4.* proposuit, meditamentis egregiis instructa. De *Iure & Iudicio feciali* inter gentes extat elegans & doctus Libellus RICH. ZOVCHAEI *Oxonii 1650. 4. Lugd. Batau. 1651. 12. & Hagæ Com. 1659. 12. Moguntiæ 1661. 12.* Germanice Libellus hic prodiit sub titulo: *Allgemeines Völcker-Recht*, *wie auch allgemeines Urtheil und Aussprüche aller Völcker*, *Francof. 1666. 12.* additis tamen quibusdam & omissis etiam.

Compendia Iuris Naturæ & Gentium.

§. XV. Ex quo ergo Virorum summorum GROTII, PVFENDORFII, THOMASII, WOLFII aliorumque præstanti ingenio & solertia virorum *Iuris Naturæ & Gentium* doctrina purgata inque ordinem Systematicum redacta fuit, nostro tempore in studiosæ iuuentutis gratiam Compendia diuersa fuerunt concinnata, quorum e copioso numero quædam & forte præstantiora memorabimus. IOA. BALTHASARIS WERNHERI ICti Vitembergensis *Elementa Iuris Naturæ & Gentium*, *Viterbergæ 1704. & 1720. 8.* ex vniuersali Principio sunt deducta ad vsum quoque Iuris Ciuilis accommodata. IMMANVEL inde PROELEVS, lingua germanica *Theses* conscripsit *Fundamentales Iuris Naturalis*, quæ ex Editione Secunda prodiere *Lipsiæ 1709. & 1719. 8.* Illustris viri CAROLI OTTONIS RECHEN-

RECHENBERGII *Institutiones Iurisprudentiæ naturalis*, *Lipsiæ 1714. 4.* qui rationabilem sui amorem adæquatum iuris naturalis principium ponit. EPHRAIMI GERHARDI ICti Altorffini præmatura morte extincti eximia *Delineatio Iuris Naturalis*, *Ienæ 1712. 8.* Principia Iusti, breuibus thesibus, ordine positis, & ad mentem potissimum illustris Viri Christiani Thomasii efformatis sistit, cui & Fundamenta Generalia Doctrinæ de *Decoro* accesserunt. Aliam *Delineationem* Iuris Diuini Naturalis & positiui Vniuersalis dedit B. GEORGIVS BEYERVS, quæ vti omnia Viri docti & cordati scripta facili stylo & ordine accurato, composita est, ex editione Secunda *Lipsiæ 1716. 4.* prodiit. Perelegantes sunt MICHAELIS HENRICI GRIBNERI, *Principiorum Iurisprudentiæ Naturalis Libri IV. Vitembergæ 1710. 4. 1715. 1718. 1727. & 1732. 8.* quibus Iuris Naturæ & Gentium, Publici & Priuati Vniuersalis summa capita distincte & ordinate, nitido facilique scribendi genere, laudatis præstantissimis auctoribus, exhibentur. His adiungimus IACOBI GABRIELIS WOLFII, Professoris Halensis, *Institutiones Iurisprudentiæ Naturalis*, *tum priuatæ*, *tum publicæ*, *Halæ 1720. 8.* quibus Regulæ Iusti, Honesti, Decori & Prudentiæ distincte explicantur & applicantur. In eadem Academia IO. GEORGIVS WAGNER *Iuris Naturalis*, *& Gentium Libro Elementario 1719. 8.* edito, vtili sane instituto, ex Iure Naturæ præcipua Iuris Ciuilis priuati, potissimum Romani, Principia deducta fuisse, demonstrauit. IOA. LAVRENTII FLEISCHERI *Institutio Iuris Naturæ & Gentium*, *Halæ Magd. 1730. 8.* Multo plausu exceptæ CHRISTIANI WOLFII *Institutiones Iuris Naturæ & Gentium*, *Halæ 1754. 8.* in vsum Studiosorum Iuris, in quibus ex ipsa hominis natura continuo nexu omnes obligationes & iura omnia deducuntur, cum Appendice omnes theses maioris Operis de I. N. & G. & Definitiones terminorum complexo. Comto suauique stilo scripta & plena bonæ frugis B. IOANNIS GOTTLIEB HEINECCII *Elementa Iuris Naturæ ac Gentium*, *Ha-*

læ 1730. & *1738. 8.* quorum verſio *Anglica* edita *Londini 1742. 8.* cum notis G. TVRNBVLL LL. D. qui Commentationem de natura & origine legum moralium & ciuilium, item theſes de morum doctrina, chriſtianaque philoſophia addidit. Non ſine adplauſu exceptæ B. HENRICI KOEHLERI *Exercitationes Iuris Naturalis eiusque in primis externi, methodo ſyſtematica propoſiti, Ienæ 1729. 4.* auctiores editæ *Ienæ 1733. 4. 1738. 8. 1741. 4* & *Francofurti 1738 8.* his iungendæ EI. *Iuris Socialis & gentium ad ius naturæ reuocati Specimina VII. Ienæ 1736. 4* atque *Francofurti 1738. 8.* Porro in hac noſtra Academia edita fuere Dn. IOANNIS IVSTINI SCHIERSCHMIDII *Elementa Iuris Naturalis Socialis & Gentium, methodo ſcientifica conſcripta, Ienæ 1742. 8.* atque ill. IOACHIMI GEORGII DARIES *Inſtitutiones Iurisprudentiæ vniuerſalis, Ienæ 1740. 8.* & ex *Editione Quarta, Ienæ 1751. 8. mai.* SAM. CHR. HOLLMANNI *Iurisprudentiæ naturalis primæ Lineæ, Gottingæ 1751. 8.* ill. IOA. IACOBI SCHMAVSSII *neues Syſtema des Rechts der Natur, Gottingen 1754. 8.* quo verum Ius naturale eſſe, quod natura omnia animalia docuit, & quod ſtimulos quos naturales vocamus complectitur, aſſeruit, cui adſerto multi dubia opponunt hosque inter ill. DARIESIVS *Præf.* recentiſſimæ Edit. Iuris Naturalis. In Italia quoque ex principiis pſychologicis & metaphyſicis ius naturæ exponendi ratio placuit, vti teſtatur NICOLAI CONCINAE *Iuris Naturalis & Gentium doctrina metaphyſice aſſerta, Venetiis 1736. 8.* Præſtantiſſima lectuque digniſſima ſunt illuſtris Viri IOANNIS ADAMI ab ICKSTATT *Elementa Iuris Gentium, Herbipoli 1740. 4.* edita.

Scripta reliqua, quæ faciunt ad Iurisprudentiam Moralem.

§. XVI. Præter hosce, non deſunt, qui æquitatem naturalem cum Iurisprudentia iungendam eſſe ſcriptis ſuis demonſtrarunt. Huc ſpectat MARQVARDI FREHERI *Sulpicius*, ſiue de *Aequitate ad L. I. C. de Legibus, Francofurti 1608 4.* atque GVILIELMI MARANI *Commentarii II. de Aequitate* additi Viri eru-

eruditi *Paratitlis Tolosæ 1622. 4 & 1684. 4. f.* Tale institutum tenuerunt: LAVRENTIVS ARNOLDI in *collatione Philosophiæ Moralis cum Iure scripto, Francofurti 1606. 4.* IO. BRANDES *de vera & simulata ICtorum Philosophia, Francofurti 1668. 12.* LVDOVICVS MALQVYTIVS *de vera, non simulata ICtorum Philosophia, Parisiis 1626. 4.* recusus vtilis libellus in *Triga libellorum rarissimorum*, cura N. H. GVNDLINGII *Halæ 1727. 4.* IOACHIMI HOPPERI *Seduardus* ex parte huc facit, cura *Hermanni Conringii* editus *Brunsuigæ 1656. 4.* licet artem Iuris potissimum pro scopo habeat. Præcipui vero, qui huc pertinent, sunt DIODORI TVLDENI de *principiis Iurisprudentiæ Libri IV. Louanii 1655. 8.* in iisdem enim generalia de Iustitia, Iurisprudentia, antiquitate, summo Iure, proponit, ita tamen, vt multa quoque de Legibus XII. Tabb. aliisque Iuris Romani speciebus addat. GEORGII DAVVON'S *Origo Legum s. de vi earum obligandi & varietate magna*, anglicè *Londini 1694. f.* Egregius est liber & prudentiæ Legislatoriæ inseruit, inscriptus *de l'Esprit des Loix, ou du Rapport que les Loix doivent avoir avec la Constitution de chaque Gouvernement, les Mœurs, le Climat, la Religion, le Commerce,* &c. *par Sr. de* MONTESQVIOU *Nouvelle Edition revüe* & corrigée, *a Geneve 1749. 8. 3. Voll.* & *germanice* interprete V. Celeb. ABRAHAMO GOTTHELF KAESTNERO, *Lipsiæ 1753. 8. 3. Voll.* Addimus FRANCISCI IVLII CHOPPII *Philosophiam Iuris veram, Lipsiæ 1650. 4.* Potissimum auctoris est institutum, vt vniuersum Iuris systema ad duo capita, potestatem atque obligationem referat, idque exemplis ex Iure Romano petitis, demonstret. Subiungimus demum IOANNEM SCHILTERVM in *Manuductione sua ad Philosophiam moralem, Ienæ 1676. 8.* qui, licet methodo Aristotelica incedat, præcipuus tamen in hac habendus materia.

§. XVII. Ad Iurisprudentiam Moralem spectant etiam isti, qui Casus & Iura *Conscientiæ* indagarunt. Quorsum (nam R. Catholici de *Conscientia* Scriptores magnam

Scriptores de Casibus Conscientiæ.

magnam partem ad Ius Canonico-Pontificium pertinent,) ex recentioribus annotandæ ELIAE SAVRINI *Considerationes Iurium Conscientiæ*, *Vltraiecti 1697. 8.* cuius institutum tamen maxime in eo versatur, vt disquirat, quatenus dissentientes in religione in Rep. tolerandi sint, nec ne. Varias eo pertinentes materias explicat IOANNES de la PLACETTE *Divers Traités sur les matieres de Conscience*, *Amstel. 1698. 12.*

Commentatores ad III. & IV. Titulum de Legibus, Statutis & Constitutionibus Principum.

§. XVIII. De iis, qui ad Titulum Secundum de ORIGINE IVRIS fuere commentati, dicemus infra, vbi de *Historia Iuris* sermo erit. Ad tertium & quartum Titulum de LEGIBVS, CONSTITVTIONIBVS PRINCIPVM, STATVTIS & CONSVETVDINE multi faciunt, vt PETRVS de ALLIACO, *Venetiis 1508. 8.* CHRISTOPHORVS de ANGVIANO, *Granatæ 1620. f.* SEBASTIANVS MEDICES, *Florentiæ 1574. 8.* & ROCHVS CVRTIVS; qui tres vltimi coniunctim prodierunt *Coloniæ 1571. 8.* Curtius quoque singulatim *Coloniæ 1574. 8.* Optimus vero est FRANCISCVS SVAREZ *de Legibus ac Deo Legislatore*, *Antwerpiæ 1613. f.* vbi de potestate legislatoria agit. Fontes Legum & ordinem earum naturalem sibi demonstrandum sumsit DOMAT Aduocatus Regius in libro eximiæ vtilitatis, qui hoc elogio prodiit: *Lex Loix Civiles dans leur Ordre naturel*, *siue Leges Ciuiles ad natiuum, quem inter se habent ordinem redactæ*, *Paris 1689. 4.* & ex noua emendatiorique Editione *Parisiis 1713. f.* Tractatum moralem de *Legibus*, *tum in genere*, *tum in specie* edidit IOAN. WOLFGANGVS IAEGERVS, *Tubingæ 1688. 8.* Ad vsum Imperii magis spectat GEORGII CHRISTOPHORI STIRNII *Nomothesia Romano-Germanica s. de Constitutionibus Principum*, *Argentorati 1665. 4.* Vbi præmissis generalibus, quæ ad doctrinam politicam de Constitutionibus spectant, inde a Iulii Cæsaris vsque ad Leopoldi Imp. ætatem elegantem recensionem Constitutionum, tum Principum Romanorum, tum Imperatorum Germanorum, ex Codice, Pandectis aliisque scriptoribus Historicis exhibet, & iuxta seriem seculorum enumerat. De *Rescriptis Impera-*

peratorum Romanorum singulari eademque erudita Dissertatione egit ANTONIVS SCHVLTINGIVS, quæ cum aliis ipsius Dissertationibus prodiit *Franequeræ 1708. 4.* & de *Constitutionibus Impp. antiquis* doctus Liber B. IOA. GODOFREDI SCHAVMBVRGII *Lemgouiæ 1735. 4.* Huc porro referri potest DAVIDIS SCHEINEMANNI *Dissertatio de Autoritate Legum Ciuilium extra territorium Legislatoris, Tubingæ 1696. 4.* cum qua vtiliter coniungenda IOANN. NICOL. HERTII Diss. *de Collisione Legum*, quæ habetur inter eius Opuscula edita *Francofurti 1716. 4.*

§ XIX. *De Statutis* horumque efficacia habemus ALBERTI de ROSATE, BARTOLI, NATTAE, BALDI, ALBERTI BRVNI, IOANNIS CAMPEGII aliorumque Tractatus editos *Francofurti 1655. f.* & in alia *Collectione*, quæ *Coloniæ 1574. 8.* lucem vidit. PAVLVS VOETIVS *de statutis eorumque concursu, Amstelodami 1661. 12.* ad Iura Belgii potissimum facit. Optima vero sunt, quæ de Statutorum vigore MEVIVS præmisit *in Prolegomenis ad Ius Lubecense.* Dissertatio NIC. CHRIST. LYNKERI, *de statutis ciuitatum prouincialium, Ienæ 1699. 4.* erudita est & subtilis. Egregia quoque CHRISTIANI THOMASII de *Iure Consuetudinis & Obseruantiæ,* Dissertatio, *Halæ 1709. 4.* cum qua coniungendæ IVSTI HENNINGII BOEHMERI Diss. de *natura Statutorum, quæ in ciuitatibus prouincialibus conduntur eorumque obligandi principiis, Halæ 1721. 4.* CASPARIS HENRICI HORNII *de confirmatione Statutorum municipalium per Superiorem, Vitebergæ 1694. 4.* LVDERI MENCKENII Diss. de *Statutorum non confirmatorum effectu, Lipsiæ 1697. 4.* atque HERMANNI ZOLLII Dissert. *de præferentia Statutorum discrepantium, Rintelii 1711. 4.* HENRICVS GISEBERTVS, de quo supra diximus, in *Iustiniano Harmonico*, Statuta quædam Prouinciarum Germaniæ & regnorum vicinorum excerpsit. De his vero multa eruditæ diligentiæ laude elaborauit celeberrimus CHRISTIANVS GOTTLIEB RICCIVS im *Zuverlæssigen Entwurff von Stadt-Gesetzen, oder Statutis vornehmlich*

Scriptores de Statutis, vsu & consuetudine.

der Land-Stædte, Francofurti & Lipsiæ 1740. 4. quo præclaro Commentario non solum Historia Statutorum Ciuitatum multarum immediatarum ac mediatarum Germaniæ, sed & de Scriptis huc pertinentibus præclaræ Notitiæ deque natura, indole ac interpretatione eorundem fructuosæ obseruationes leguntur. PETRVS SALAZAR egit *de vsu & consuetudine, Francofurti 1600. 8.* Quantum vero inter legem & consuetudinem intersit, optime demonstrauit LVDOVICVS CARBO *de bello legali inter Legem & Consuetudines, Bononiæ 1592. 4.* RENATI CHOPPINI, HORATII LVCII, ANDREAE TIRAQVELLI, CORNELII BENINCASII Tractatus *de Priuilegiis* coniunctim extant *Coloniæ 1582.* quorum prior *de Priuilegiis Rusticorum;* alter *de Priuilegiis Scholarium ac Studentium;* tertius *de Priuilegiis piæ causæ;* quartus *de Priuilegiis Paupertatis* agit. Notabiles GEORGII ACACII ENENCKEL L. B. de HOHENECK *de priuilegiis* Libri tres, *Francofurti 1606. 4.* & *Ratisbonæ 1720. 4.* qui, vt reliqua summi Viri humaniorum literarum ornamentis superbiunt. Præter hunc librum dignissima lectu sunt illustris Viri GEORGII CHRISTIANI GEBAVERI *Singularia de Priuilegiis* Dissertatione academica exposita *Gottingæ 1749. 4.* in Mantissa præclare agitur de fatis laudati ENENCKELII L. B. de HOHENECK. CHOPPINI Liber extat quoque singillatim *Parisiis 1590. 4. Francofurti 1608. 8.* LVCII insertus Tract. Tractat. Tom. XVIII. vbi & CHOPPINVS legitur, porro *Francofurti 1624. 8.* TIRAQVELLI editus inter *opera* Viri *Lugd. 1566. 1574. f.* BENINCASII in Tr. Tr. Tomo laudato. De *Priuilegiis Iurisconsultorum* legendus IACOBVS BENIVS *Romæ 1585. 4. Heidelbergæ 1611. 8. Venetiis 1602. 4. Francofurti 1648. 12.* *De honore, priuilegiis, iuribus singularibus Medicorum,* HENRICI LAMPE, Antecessoris quondam in Athenæo Bremensi copiosa & elegans Diss. excusa *Græningæ 1736. 4. mai.* *Studiosorum Priuilegia* ample exposuerunt præter *Lucium* PETRVS REBVFFVS *de Priuilegiis Scholarium, Vniuersitatum, Doctorum, Magistrorum, Studiosorum, Antwerpiæ 1583. Francofur-*

De Priuilegiis.

cofurti 1575. & 1621. 8. sed ita, vt inter Priuilegia referat, quæ bonis moribus sunt aduersa, hunc illustrauit IACOBVS FRIDERICVS LVDOVICI *Halæ 1705. 4.* addatur IOA. VOLCKMARVS BECHMANNVS de *Priuilegiis Studiosorum* Dissertatione *Ienæ 1666. 4.* IDEM de *Priuilegiis Mulierum* simili commentandi ratione scripsit *Ienæ 1667. 4.* IVLIVS porro PACIVS libellum ad *Constitutionem Friderici* de *Priuilegiis Studiosorum* composuit, editum *Spiræ 1596. 8.* Nec omittenda heic OTTONIS PHILIPPI ZAVNSCHLIFFERI Diss. de *Priuilegiis Professorum, Marburgi 1685. 4.* *De mandatis Principum, seu de officio eorum, qui in prouincias cum Imperio mittuntur*, optime egit CAROLVS EMANVEL VIZZANIVS, *Amstelodami 1651. 4.* Hic enim omnem materiam ex ipsis antiquitatum & Iuris Romani fontibus probe hausit.

Scriptores ad tit. V. de Statu hominum.

§. XX. De Statu & Iuribus *Hominis* Tractatum habemus FRIDERICI PRÜCKMANNI, *Francofurti ad Viadrum 1586. 4.* ANDREAS DALNERVS Tractatu *de iure Hominis*, præcipua vtriusque sexus Hominum Iura, breuiter exponit *Francofurti 1614. 4.* Collectanea varia congesta legas in PETRI FRANCISCI PASSERINI, *de hominum statibus & officiis* Tomis Tribus, *Romæ 1663. f.* Rarus est Tractatus ILDEFONSI PEREZ de LARA, hoc titulo: *Compendium vitæ hominis in foro, in Iure fori & poli vsque ad perfectam ætatem & senectam, Pinciæ 1629. f. & Lugduni 1672. 4.* quo omnes humanas actiones secundum diuersas ætates harumque Iura examinat. Casus rariores memorat HENRICI CONRADI KOENIG Schediasma *de hominum inter feras educatorum statu naturali solitario, Hanouerae 1730. 4.* Ad vsum Germaniæ tamen & praxin forensem melius faciunt THEODORVS SCHOEPFER *Gerontologia s.* de *Iure Senum, Quedlinburgi 1705. 4.* GEORGIVS item SCHVBARTVS *de Statu Liberorum dubio & illegitimo, Ienæ 1693. 4.* Elegantissimus est Liber EZECHIELIS SPANHEMII Liberi Baronis & Legati Regis Porussiæ apud Anglos *de Orbe Romano*, quo L. XVII. π. de statu hominum duabus

duabus exercitationibus explicat, & quid Orbis Romanus, quinam Ciues Romani dicantur, exponit. Prima vice editus prostat in Tomo vndecimo Thesauri Antiquitatum Græuiani, sed altera parte auctior ab illustri Auctore recensitus prodiit *Londini 1703. 4. tertium* cum obseruationibus B. IOA. GOTTLIEB HEINECCII *Halæ & Lipsiæ 1728. 4.* quæ Præfatio & in Collectione *Opusculorum* minorum *Heineccianorum p. 163.* vsque *199.* legitur. De *Partu naturali & legitimo* egit ALPHONSVS a CARANZA, *Coloniæ 1629. 4. Geneuæ 1611. 1630. 1668. & 1677. Francofurti 1614. 4.* qui Iura hæc bene deducit. Faciunt huc etiam CAROLI ANNIBALIS FABROTTI *Disquisitiones duæ, Prior de partus humani tempore. Altera de iusto partu & numero puerperii, Lutetiæ Parisiorum 1651. 4.* & cum CARANZA *Geneuæ 1677. 4.* breues quidem, ast eruditæ. FEDERICI BONAVENTVRAE de *Partus octimestris natura* Libri XII. editi *Vrbini 1601. f. Francofurti 1601. 1612. f.* Plenius vero hæc atque adfinia deducuntur in PAVLI ZACHIAE *Quæstionum Medico-Legalium* Tomis tribus a IOANN. DAN. HORSTIO olim auctis post a GEORGIO FRANCO emendatius & locupletius editis, *Romæ 1621. 1628. 4. Francofurti ad Mœnum 1666. & 1688. f.* qui singula per Quæstiones atque Decisiones late pertractauit. Quibus iungi merentur MICHAELIS BERNHARDI VALENTINI *Pandectæ Medico-Legales, seu Responsa Medico-Forensia ex Archiuis Academiarum celebriorum scriptisque probatissimorum Medicorum deprompta & latinitate donata, Francofurti 1701. 4.* quæ iam cum aliis huius argumenti extant in ipsius *Corpore Iuris Medico-Legalis,* quod *Francofurti ad Mœnum 1731. f.* edidit diligentissimus Vir. HERMANNI FRIDERICI TEICHMEIERI Physici & Medici quondam florentissimi *Institutiones Medicinæ Legalis vel Forensis, Ienæ 1723. & 1753. 4.* editæ varias nouas, singulares, curiosas quæstiones exhibent ex recentiorum doctrinis illustratas. Plures Scriptores Medicinæ Legalis enumerauit ANDREAS OTTO GOELICKE singulari Schediasmate *Francofurti ad Viadrum*
1723.

1723. 4. etito. Ad *Iura Parentum in Partum* facit GERHARDI NOODT *Iulius Paulus*, siue *de partus expositione & nece apud Veteres, Lugduni Batauorum 1700. 4.* qui etiam inter Opera ICti eruditissimi iunctim edita, reperitur. Hoc sibi potissimum proponit, vt diuersas Leges illustret & doceat, multa in Pandectis proponi, quæ priuatæ saltim sint ICtorum opiniones. Doctrinas sententiasque amplissimi NOODTII hoc in argumento examinauit CORNELIVS van BYNKERSHOEK *de Iure occidendi, vendendi, exponendi liberos apud Romanos* Dissertatione, inter summi Viri Opuscula varii argumenti edita: Cui NOODTIVS *Amicam Responsionem* opposuit: Senator vero Iurisconsultissimus reposuit: *Curas seundas de Iure occidendi & exponendi liberos apud veteres Romanos ad Virum Clarissimum* GERARDVM NOODT *Iurisconsultum & Antecessorem in Academia Lugduno-Bataua, Lugduni Batauorum 1723. 4.* Quæ *opuscula* inueniuntur etiam in BYNCKERSHOEKIANIS *Opusculis* cura FRANCISCI CAROLI CONRADI *Halæ 1729. 4.* editis. De *partu supposito & custodia corporis feminarum illustrium* eruditus extat libellus B. BVRCARDI GOTTHELFII STRVVII, *Ienæ 1732. 4.* Huc quoque spectat LVDOVICI CHRISTIANI CRELLII *Iudicium Salomonis s. Controuersia de Liberorum proprietate, Lipsiæ 1706. 4.* vbi modos probandi filiationem occasione Iudicii Salomonis, ex causis tum naturalibus, tum moralibus deducit, cum quo vtiliter coniungi potest FERDINANDI CHRISTOPHORI HARPRECHTI Disquisitio *de Probatione Filiationis ex concubitu sponsorum, Tubingæ 1696. 4.* quamuis potissimum ad Ducatum Würtenbergicum faciat. De *partu legitimo* & de *Iuribus Postumorum* exponit CHRISTIANVS WILDVOGELIVS duabus Dissertationibus, *Ienæ 1700. & 1710. 4.* editis. IOSEPHI FINESTRES & de *Monsaluo* ICti Barcinonensis, extant *Prælectiones Ceruarienses*, siue *Comment. Acad.* ad Tit. π. de *Liberis & Postumis, Ceruariæ Lacetanorum 1750. 4.*

De Fœminarum Iure.

§. XX. De *Iuribus Fœminarum singularibus* centuriam *Positionum* Iuridicarum dedit BENEDICTVS

CARP-

CARPZOVIVS, *Lipsiæ 1651. 4.* Dissertationibus ipsius quandoque adiectam, & MARTINVS BENCKENDORFF de *Iure Mulierum*, *Francofurti ad Viadrum 1607. 8.* Melior vero est Tractatus HENRICI HAHNII, *de Iure Sexus Fœminini singulari*, *Helmstadii 1664. 4.* & IOACHIMVS WIBELIVS, *de contractibus Mulierum*, *Studtgardiæ 1656. 4.* De *Priuilegiis Mulierum*, in ciuilibus & criminalibus caussis tractatum dedit IOH. VOLCKMARVS BECHMANNVS ICtus Ienensis, *Lipsiæ* ex Editione Tertia *1712. 4.* De *negotiis fœminarum forensibus* præclara est Dissertatio V. C. CHR. HANACCII, *Vitembergæ 1739. 4.* De *iure singulari odioso Imp. Iustiniani circa feminas* legenda Diss. IOA. FRIDERICI GEIGER *Argentorati 1729. 4.* V. C. THEODORI GEORGII GVLIEL. EMMINGHAVS Commentatio *de præcipuis Feminarum in Germania iuribus*, ex patriis legibus deducta, *Ienæ 1751. 4.* De *Iure Fœminarum illustrium* ex instituto commentatus est B. GEORGIVS MELCHIOR de LVDOLFF *Ienæ 1711. 4.* atque ex noua insigniter aucta adparatu cum primis egregio Actorum variorum editione *Ienæ 1734. f.* qui ad vsum maxime Iuris Feudalis & Publici spectat. De *Virginibus* habemus Dissertationem IOA. FRIDERICI RHETII, quæ proposita *Francofurti ad Viadr. 1674. 4.* & in Volum. II. Diss. iunctim editarum, extat. De *Virginum* porro *Iure* extat ampla Dissertatio IOA. CHRISTOPHORI DONAT *Altdorfii 1690. 4.* Vulgaria & ad argumentum vix pertinentia mixta bonis leguntur in HENRICI KORNMANNI libello *de Virginitate & Virginum iure & statu*, *Francofurti 1610. 1629. 12. Ienæ 1621. 8. Noribergæ 1706. 12.* addatur ALEXANDRI ARNOLDI PAGENSTECHERI libellus festiuus de *Iure Virginum, Bremæ 12.* De *Gerada* singulari in Saxonia Fœminarum iure ex antiquioribus annotamus ANDREAE GOLDBECK Tr. de *Gerada*, *Berolini 1622. 4.* cura PETRI FRITZII, qui summaria indicemque verborum & rerum adiecit, recusus liber *Ienæ 1607. 4.* De *eadem* aliisque adfinibus multa

cura

cura & ex ipsis rerum argumentis egit GODOFREDVS BARTHIVS *im ausführlichen Bericht von der Gerade, als auch insonderheit von Fürstlicher, Gräflicher auch anderer Herren Standes, und derer von Ritters-Art Wittwen, Fräulichen Gerechtigkeiten, als nehmlich von der Adelichen Gerade, Leibgedinge, Morgengabe und Mußtheil, dann auch ferner vom Heer-Geräthe, Lipsiæ 1721. 4.* cui adiungendus vtilissimus in Saxonia præsertim Electorali liber GOTTFRIDI AVGVSTI HOFFMANNI sub indice: *ausführliche Beschreibung der Gerade und des Heer-Geräths in Ober- und Nieder-Sachsen, Franckfurt und Leipzig 1733. 4.* in quo Statuta localia magno labore congesta videas.

§. XXII. In Materia *Seruorum* habemus varios Tractatus. Quis Status fuerit Seruorum apud *Romanos* optime docuit LAVRENTIVS PIGNORIVS elegantissimo Tractatu *de Seruis*, & horum apud Veteres ministeriis, *Augustæ Vindelicorum 1614. 4. Patauii 1656. 4.* quæ editio reliquis est præstantior. De *Manumissione* Seruorum apud *Romanos* egit WILHELMVS a LOON, *Vltraiecti 1685. 12.* GE. de ARNAVD Dissertationes duæ de *Iure Seruorum, Leowardiæ 1744. 4. Coniecturarum variarum* Libris sunt subiectæ; Ac de *Nundinatione Servorum apud veteres* generatim eruditissime commentatus IOA. FRIDERICVS IVGLERVS, *Lipsiæ 1741. 8.* accessit EI. *Medicus Romanus Seruus LX. Solidis æstimatus.* Ad Iura porro *Seruorum* facit IOANN. HERMANN. STAMM, *de Seruitute personali*, cuius Tractatus tertia Editio prodiit *Francofurti 1699. 4.* Adiecti HIPPOLYTVS BONACOSSA *de Seruis*, FRIDERICVS HVSANVS, IOA. EVCHAR. ERHARDVS, *de Seruis, hominibus propriis & famulis Tractatus*, qui alias cum Præfationn IO. OTTONIS TABORIS prodierunt *Giessæ 1663. 8.* HVSANVS quoque editus *Coloniæ 1590. & 1620. 8. De Operis Servorum* scripsit TITVS a POPMA, *Coloniæ 1608.* & CASPAR MANZIVS *Ingolstadii 1658. 8.* Nec defuerunt qui de Seruitute personali argumentum ad statum *Germanorum* adplicare fuerunt conati. MELCHIOR

De Seruis.

CHIOR GOLDASTVS, *de Seruitute Germanorum antiqua & noua* Libros promisit in Notis ad Burchardi Casus *cap. VII. p. 131.* de quibus optima quæque speranda, ni morte fuisset præuentus. Idem dicendum de VDALRICI ZASII Libello *de Germanorum Seruis*. Hoc tamen præstitit CHRISTIANI THOMASII dissertatio *de Hominibus propriis & liberis Germanorum, Halæ 1701. 4.* qua argumentum ex antiquitate eruit, & quæ ratio ab antiquo fuerit apud Germanos hominum propriorum accurate demonstrat. Licet ob solidiorem ex antiquitatibus Germanicis deductionem, præferendam omnino esse eruditissimam IOAN. NICOL. HERTII *de Hominibus propriis* dissertationem putemus, quæ inter ipsius Opuscula continetur. Præ cæteris vero commendandi IOACHIMI POTGIESERI Cohortis Pedestris Sub Centurionis, *de Conditione & Statu Seruorum apud Germanos tam veteri quam nouo, Libri Tres, Coloniæ 1707. 8.* atque ex *Editione secunda* insigniter aucti & locupletati *Lemgouiæ 1736. 4.* quibus omnem Statum Seruorum cum primis Germanorum ex antiquitatibus docte & perspicue declarat, cui adiungimus IVSTI HENNINGII BOEHMERI eruditam Dissertationem: *De Iure & Statu Hominum propriorum a Seruis Germaniæ, non Romanis, deriuando & de vsu huius doctrinæ, Halæ 1716. 4.* addatur B. huius viri alia: *de imperfecta libertate Rusticorum in Germania, Halæ 1733. 4.* Ill. IOA. GEORGIVS ESTOR Commentationem dedit de *Præsumtione contra Rusticos in Caussis Operarum harumque redemtione licita, Ienæ 1742. 4.* vbi & GEORGII ENGELBRECHT Commentatio de *Operis Rusticorum 1741. 4.* recusa. De *Operis Burgensium* sub Præsidio CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI *Ienæ 1748. 4.* Diss. proposita. DN. IACOBVS REINECCIVS Commentationem *de Rustico quondam seruo*, IOA. LEONHARDO HAVSCHILDIO assertori libertatis naturalis in caussis Rusticorum, qui *Estorianas* doctrinas oppugnauerat, opposuit *Ienæ 1745. 4.* Idem REINECCIVS exhibuit *Specimen Meditationum legalium in rem rusticam & fabrilem, quo Operas rusticas*

sticas & maxime aedilitias, considerauit, *Hamburgi 1744. 4.* IVSTVS quoque FONTANINI eruditissimus Italus, Discursu Epistolari, idiomate Italico *delle Masnade ed' altri servi secundo l'uso de Longobardi Ragionamento*, siue de *Masnadis aliisque Seruis, qui apud Longobardos fuerunt, Venetiis 1698. 4.* commentans, quaedam ex antiquitatis cum primis Longobardicae thesauro, ad hoc argumentum spectantia, protulit, quae apud alios frustra quaesiueris. In germanicum sermonem translatus in ill. *Ioa. Georgii Estor kleinen Schrifften P. II. p. 294. 419.* extat. Eruditae sunt Dissertationes LVDOVICI ANTONII MVRATORII, quae in ipsius *Antiquitatum Italicarum medii aeui Tomo I.* prostant, quarum quarta decima exponit de *Seruis & Hominibus de Masnada*; quinta decima de *Manumissionibus Seruorum, & de Libertis, Aldiis & Aldianis.* De *Hominibus* vero *Propriis Hassiacis* elegantem scripsit Dissertationem IOAN. WILHELMVS WALDSCHMIDT, *Marp. 1716. 4.* Culta est obseruatio IOANNIS ADAMI KOPP inscripta: *Nachricht von denen Armen Mannen, genannt die Peterling in Hessen, in der Wetterau und auf dem Vogelsberg* in IOA. PHILIPPI KVCHENBECKERI *Analectis Hassiacis Coll. IX. p. 65. 106.* add. IOANNIS GEORGII ESTOR Specimen Iuris Germanici de *Hominibus propriis Germaniae in Westphalia praesertim superstitibus*, quod extat in EI. *kleinen Schrifften P. V. p. 114. 184.* Egregiae sunt Dissertationes tres *de origine & conditione hominum propriorum in Pomerania* amplissimi Viri AVGVSTINI BALTHASARIS, *Gryphiswaldiae 1735. 1737. & 1740. 4.* Viciniae iura Seruitutis personalis tractat ERNESTI IOANNIS FRIDERICI MANZELII Diss. *de eo quod praecipue iuris est circa homines proprios in Megapoli, Rostochii 1738. 4.* IOA. CHRISTOPHORI SCHACHERI extat Dissertatio de *Hominibus glebae adscriptis Lusatiae superioris, Lipsiae 1715. 4.* Ad statum quoque *Hominum Propriorum* hodiernum cognoscendum facit IOAN. PETRI LVDEWIG *Dissertatio* erudita *de Colonis adscriptitiis, Halae 1710. 4.*

 atque

atque HERMANNI ADOLPHI MEINDERS Dissertationes *de origine, natura & conditione hominum propriorum & emphyteuticorum*; nec non *de manumissionibus & redemtionibus hominum propriorum* additæ EIVS Commentationi *de iurisdictione colonaria, Lemgouiæ 1713. 4.* editæ.

Scriptores de Wildfangiatu.

§. XXIII. Eandem de Seruitute personali doctrinam illustrauit nobilis illa controuersia, quæ sub medium superioris seculi *in Caussa Wildfangiatus* inter *Palatinum* Electorem & vicinos fuit mota. Prodierunt in hac caussa variæ Deductiones, ab vna & altera parte. *Vindicias secundum libertatem quorundam Electorum, Principum & Statuum, nec non Immediatæ Nobilitatis S. R. I. contra Palatinum Wildfangiatum, Mancipatum aliasque violentias* dedit IOAN. HENRICVS BOECLERVS *1665. f. & 4.* oppositum his præter alia eruditissimum scriptum IOANNIS FRIDERICI BOECKELMANNI, qui *Iustitiam caussæ Palatinæ, seu defensionem Iuris Regalis Palatini in homines proprios 4. & f.* publicauit, nec non effrenatam conuitiandi audaciam scriptoris Vindiciarum contra Wildfangiatum redarguit, atque hanc materiam optime deduxit. In primo statim capite materia de Hominum propriorum origine & conditione per Germaniam & pleraque Europæ loca tractatur. Contra eam tamen idem BOECLERVS *Vindicias* dedit, *a Fœderatis Electoribus, Principibus, Statibus & immediato equestri ordine Palatino Wildfangiatui pridem oppositas, adsertas & a conuitiis scriptoris, qui defensionem Iuris regalis in homines proprios emisit, vindicatas, Moguntiæ 1666. f.* Aduersus hasce prodiit: *Prodromus solidæ & copiosæ confutationis mox secuturi Scripti, nuper contra Palatinum Wildfangiatum*, & plura alia Scripta, vsque dum tota controuersia per Laudum Compromissoriale per Galliæ & Sueciæ Regum legatos anno 1667, sopiretur. Hæc & reliqua Scripta inserta videmus Tomo XII. XIII. XIV. *Diarii Europæi.* Aliquot etiam Epistolas in hac controuersia scripsisse ERICVM LINDEMANNVM & SAMVE-

SAMVELEM PVFENDORFIVM testatur Placcius Thesauro Anonymorum *p. 239.* Addatur HENRICI HILDEBRANDI ICti Altorffini clarissimi, Dissertatio de *Iure Wildfangiatus Serenissimo Electori Palatino proprio, Altdorffii 1717. 4.* Singularia multa legas in erudita Dissertatione IOANNIS PETRI de LVDEWIG inscripta: *Differentiae Iuris Romani, Germanici, Gallici in peregrinitate, albinagio atque Wildfangiatu, Halae 1735. 8.*

Commentatores ad titulum VI. de his, qui sui vel alieni Iuris.

§. XXIV. Ad Titulum Sextum de his, qui *sui vel alieni Iuris*, spectant Scriptores de *Iure Familiae*, de quo per considerationes politicas egit CHRISTOPHORVS BESOLDVS, *Argentorati 1641. 4.* *De Familiarum vero illustrium & nobilium Statutis, pactis & consuetudinibus* NICOLAVS BETSIVS, *Francofurti 1611. 8.* & *cum Praefatione, notis & indice* IOANNIS SCHILTERI, *Argentorati 1699. 4.* Tractatus est egregius, in quo pacta familiaria, quae circa haereditatem, matrimonia, ius primogeniturae, renuntiationes & eiusmodi oriri solent, probe explicantur, ita vt Iuris publici ratio vbique habeatur, vt infra pluribus. Notabilis SAMVELIS STRYCKII Diss. *de iure successoris in reuocandis bonis Familiae, Halae 1708. 4.* & *Vol. II. Diss.* Addi quoque debet M. VETRANII MAVRI Tractatus *de Iure Liberorum, Lugduni 1558. 4.*

De Patria Potestate.

§. XXV. De *Patria potestate* egit IOAN. ANGELVS BOSSIVS, *Lugduni 1667. f.* Praecipui vero sunt PETRVS AERODIVS *de Iure Patrio*, quem libellum contra filium proprium Pseudo-Iesuitam scripsit *Parisiis 1597. 8. Argentorati 1610. 12.* item *Vltraiecti 1671. 12.* & qui latius hoc deduxit PHILIPPVS PASCHALIS, Patricius Cosentinus, *de viribus Patriae potestatis, Venetiis 1655. f.* & *Vratislauiae 1672. f.* demum *Francofurti & Lipsiae 1717. f.* additis Adnotationibus & memorabilibus ad singula capita FRANCISCI MARIAE PRATI, Patricii Lyciensis, Aduocati Neapolitani, qui in hac parte primas fert, suaque ex Legibus Romanis, Neapolitanis & Hispanicis collegit.

Aestimandæ quoque sunt FRIDERICI LVDOVICI HÜNEFELDI Meditationes *de Iuribus & potestate Parentum; eorumque auctoritate & officio circa religionem Liberorum*, *Ienæ 1701. 4.* HIERONYMI ANDREAE Discussio Quæstionis: *An Filiafamilias a nexu patriæ potestatis, etiam aduersante Iure Communi Iustinianeo, in omnibus Prouinciis Germanicis indistincte, præsertim autem in Ducatu Brunsuico-Lüneburgensi Wolferbytanæ Partis, per Nuptias ita liberetur, vt statim in solius Mariti potestatem transeat*, negatiue facta, *Helmstadii 1689. 4.* Elegans est ABRAHAMI a KERCKRAAD Dissertatio Iuridica *de Iure Patrio*, *Vltraiecti 1708. 8.* qua simul agit de matrimoniis, polygamia, diuortiis, concubinatu, legitimatione, adoptione, exhæredatione. Insigni eruditionis selectissimæ adparatu hoc argumentum pertractauit illustris GEO. CHR. GEBAVERVS in Dissertationibus binis de *Patria potestate*, quarum *prior* 1750. *posterior 1751. Gottingæ* in 4. prodiit. Partem patriæ potestatis apud Romanos complectebatur *Venditio liberorum*, de qua habemus vtilem IOA. PHILIPPI DATTII Diatriben editam *Vlmæ 1700. 8.* recusamque in *Tomo II. Thesauri Iuris Mermanniani.* De *Mixtura Iuris Romani & Germanici in materia patriæ potestatis conspicua* scite exposuit GVNTHERVS ALBERTVS RENZ *Tubingæ 1735. 4.* De *patria potestate Principum Imperii* extat Dissertatio IOANNIS HENRICI BOECLERI, iunioris *Argentorati 1709. 4.* de quo argumento quoque GE. ADOLPHVS SCHVBERTH Programmate exposuit *Lipsiæ 1719. 4.* In primis huc pertinet IOANNIS CAROLI NAEVII *Ius Patrum*, *Chemniz 1710. 8.* vbi Germanico idiomate praxin fori tum communis, tum præsertim Saxonici illustrat. Ad *Legitimationis* Liberorum caussam spectat IACOBI OTTONIS *Hypotyposis Legitimationis illegitimorum*, *Augustæ Vindel. 1673. 4.* vbi hanc materiam ex fontibus iuris Ciuilis potissimum deducit, accessit auctuarium *Restitutionis famæ infamium* cum Diplomate quodam Leopoldino. Egregia

gia sunt, quæ CHRISTIANVS THOMASIVS Dissertatione de Vsu Practico Titulo Institutionum de *Adoptionibus. Halæ 1714. 4.* proposuit. De *Adoptionibus per andelangum* ex iure veteri Germanico quædam obseruauit POLYCARPVS LEYSER, *Helmstadii 1727. 4.* De *Emancipationibus Liberorum & Potestate Patria* extat tractatus ANONYMI *Venetiis 1571. 8.* Sed hoc longe sunt præstantiores binæ GERLACI SCHELTINGAE Dissertationes *de Emancipationibus*, quarum altera Præside WIBLINGIO, *Franequeræ 1730.* altera inauguralis Auctoris doctissimi *ibid. 1731. 4.* defensa est. De *vnione prolium*, præter dissertationes IOANNIS EICHELII, *Helmstadii 1655. 4.* CASPARIS ACHATII BECKII *de vnione prolium patriæ potestatis caussa, Ienæ 1720. 4.* habitam, & BARTHOLOMAEI MVSCVLI Tractatum *de vnione seu pariatione prolium diuersi matrimonii ad successionem*, qui Membrum III. Classis Primæ constituit Tractatus huius Auctoris de *Successione Conuentionali & Anomala, Ienæ 1607. 4.* editi. Egregius porro est IACOBI RIKII ab ARWEILER de *Vnione prolium* tractatus, *Coloniæ 1580.* inde ex Auctoris recognitione *1598. 8. 1660. & 1700. 4.* Cui iungenda est GEORGII ADAMI STRVVII Dissertatio *de vnione prolium, Ienæ 1679. 8.*

Commentarii ad tit. VII. de adoptionibus & emancipationibus.

§. XXVI. De *Iure Rerum* varios cum generales, tum speciales habemus tractatus. Politice illud argumentum pertractauit CHRISTOPHORVS BESOLDVS, *Argentorati 1641. 4.* Iuridice *de Rerum diuisione* scripserunt THOMAS GRAMMATICVS, *Venetiis 1570. 8* MARCVS MANTVA, *Tubingæ 1589. 4.* LEONHARDVS LVDOLFVS SCHRADERVS, *Lipsiæ 1606. 4.* & præcipue HERMANNVS WERNERVS, de *diuisione ac qualitate rerum & earum dominio ex Iure gentium adquirendo, Helmstadii 1676. 4.* De Iure Rerum diuiduarum atque indiuiduarum plures egerunt, EGVINARIVS BARO, cuius Tractatus extat in Tractatu Tractatuum, *Venetiis 1576. f.* POLYDORVS RIPA Tractatu *de diuiduis, & indiuiduis Venetiis 1610. 4.* CAROLVS MOLINAEVS, in *exercitatione labyrin-*

De Iure Rerum

thi diuidui & indiuidui, Lugduni 1562. f. qui reliquis est accuratior, alias sub nomine CASPARIS CABBALINI *Venetiis 1576. 4.* editus. AVGVSTVS BENEDICTVS CARPZOV Disputatione de *Iure diuidui & indiuidui circa personas, res & actiones, Lipsiae 1670. 4.* Reliquis vero praestantior est AVGVSTI HOFMANNI de *Iure Rerum indiuiduarum* Tractatio methodica, *Halae 1701. 4.* ex tertia editione auctiori, *Francofurti 1710. 4.* qua intricatissimam indiuidui materiam ex imis Iuris principiis neruose atque dilucide declarat. De *Rerum Sufficientia in Republica* elegans est Tractatus IACOBI BORNITII, *Francofurti 1625. 4.* editus, in quo varia illustrat, quae ad culturam agrorum & metallorum, opificia, mercaturam & ministeria varia spectant, *Francofurti 1625. 4.* De *congrua Rerum portione* habemus scriptum IOANNIS BAPTISTAE COSTAE, *Francofurti 1606. 4.* Egregius Tractatus HENRICI HAHNII, de *Iure Rerum & Iuris in Re speciebus, Helmstadii 1643. 4.* qui recusus cum contradicentium scriptis & apologeticis Dissertationibus *ibid. 1664. 4.* HAHNIO enim opposita IACOBI BORNII Diss. *de iure in re actiones reales producente, Lipsiae 1662. 4.* Secutae GEORGII ADAMI STRVVII *Vindiciae pro Dissertatione* HAHNIANA *de Iure rerum, Ienae 1663. 4.* comparent quoque ibidem ENOCH GLAESERI Diss. de *Iure in Re* IACOBO BORNIO opposita *Helmstadii 1663. 4.* & BARTHOLOMAEI LEONHARDI SCHWENDENDOERFERI *de vera diuisione iuris in re, Lipsiae 1663. 4.* Idem argumentum exposuit GERHARDVS FELTMANNVS *Arnhemii 1666. 12.* sed opiniones fouet singulares. Adiungenda VLRICI HVBERI Digressio *de Iure in Re & ad Rem*, quae est inserta ipsius *Digressionibus Iustinianeis*, Editione Tertia, *Franequerae 1696. 4. p. 269.* Addatur CHRISTIANI FRIDERICI WAECHTLERI Diss. *de iure in re, Vitebergae 1682. 12.* & FERDINANDI AVGVSTI HOMMELII Disquisitio, qua probare voluit *quinque iuris in re species, quas vulgo tradunt, nec semper tales esse,*

esse, nec solas, *Lipsiæ 1736. 4.* De *rebus religiosis* CAROLVS TAPIA egit *Neapoli 1594. 4.* & qui huc facit proxime IOANNES BAPTISTA ASINIVS *ad Tit. π. de religiosis & sumtibus funerum*, *Lugduni 1593. f.* Alii speciales quasdam res fuerunt adgressi. Huc spectat STEPHANI FORCATVLI *Auiarium Iuris Ciuilis*, *Lugduni 1550. 4.* quod ad explicationem §. 12. & *seqq.* Institutionum facit, eodemque præcipua Iura & Textus ciuiles de Auibus explicantur. PHILIPPVS HELFRICVS KREBS, de *Ligno & Lapide* egregie fuit commentatus, & iura quæ in Germania circa has materias obtinent & sæpe controuersa sunt, illustrauit, *Augustæ Vindelicorum 1700. 4.*

Commentatores ad tit. IX. & sequentes de Senatu & Magistratibus Romanis.

§. XXVII. Ad Titulum Nonum Pandectarum & sequentes de *Magistratibus* faciunt varii. De *Senatu* quidem *Romano* elegans extat tractatus PAVLI MANVTII, *Venetiis 1581. 4.* Accuratiores tamen sunt & prolixiores IOANNIS SARII ZAMOSCII de *Senatu Romano*, *Libri duo*, qui prodierunt *Venetiis 1563. 4. Argentorati 1608. 8.* quorum librorum verus auctor CAROLVS SIGONIVS habetur, in horum primo ipsam Senatorum lectionem, munus & priuilegia deducit, altero rationem & modum habendi Senatus, rogandarumue sententiarum illustrat, maxime commendando labore. Vterque extat THESAVRI *Antiquitatum Romanarum* GRAEVIANI *T. I.* MARCI ANTONII MAIORAGII, de *Senatu Romano* Liber, *Mediolani 1561. 4.* editus, circa Senatores maxime occupatus est & FRANCISCI HOTTOMANNI, de *Senatu & insignibus aliquot Senatus Consultis* Obseruationes in IGti eruditissimi *Operibus* reperitur *T. III.* atque *T. II. Thes. Antiq.* GRAEVIANI. *Magistratuum Romanorum* officia atque iura alii illustrarunt. Extat primum PETRI SCRIVERII *Respublica Romana*, quæ ex officina *Elzeuiriana Lugduni Batauorum* prodiit *1629. 16.* & ANDREAE DOMINICI FLOCCI de *potestatibus Romanorum* libros duos, POMPONII LAETI, RAPHAELIS VOLATERRANI, ANDREAE ALCIATI, IVSTI LIPSII, IANI GVILIELMI libellos

bellos de *Magistratibus Romanorum* continet, cum Caroli Antiquitatibus alias, & separatim quoque impressos, sed ob breuitatem minus proficuos. His addimus CLAVDII PRAEVOTII, Vxellodunensis de *Magistratibus Populi Romani* libellum, *Francofurti 1612. 8.* VOLATERRANI GVILIELMI & PRAEVOTII libelli, quorum alter singillatim *Rostochii 1577. 8.* tertius *Lausannæ 1578. 8.* editi, vna cum GEORGII VAVSCHOPII, Scoti, *de Magistratibus veteris Populi Rom.* Tractatu, *Romæ* alias *1595.* & *Cadomi 1595. 8.* edito, *vt &* HENRICI BEBELII de *Magistratibus Romanorum* libello ex editione *Argentoratensi 1513. 4.* extant quoque *Tomo III. Antiq. Rom.* Dn. de SALLENGRE, cuius *T. I.* ANDREAE ALCIATI *de Magistratibus Ciuilibusque & Militaribus officiis Romanorum* Dissertatio legi potest ex editione *a. 1528.* & CHRISTIANI OHEMII liber de *Consulibus* aliisque magistratibus, *Mülhusæ 1606. 8.* editus. Non inelegans est & modo adductis præferendus FRANCISCI HOTTOMANNI de *Magistratibus Romanorum, eorumque institutione* tractatus, *Basileæ 1557. 8.* & *Tomo II.* Thes. A. R. GRAEVIANI, nec tamen omnia adimplens. IOANNES PYRRHVS in Tractatu suo *de Magistratibus Romanis*, qui in Tomo XVI. Tractatus Tractatuum *Venetiis 1584. f.* edito extat, quam maxime agit de Magistratibus Romanorum palatinis, quæstoriis & militaribus. Ad Historiam & Iura Magistratuum, qui fuerunt sub Imperatoribus, optime conducit *Notitia dignitatum cum Orientis tum Occidentis, vltra Arcadii Honoriique tempora*, quæ sola prodiit cura PHILIPPI LABBAEI, *Parisiis 1661. 12.* cum eruditissimo autem Commentario GVIDONIS PANCIROLLI *Venetiis 1593 f. Lugduni 1608. f. Geneuæ 1623. f.* qui etiam in Tomo *VII.* Thesauri Antiquitatum Græuiani, extat. Accessit eiusdem Tractatus *de Magistratibus municipalibus*, qui separatim alias non prodiit. Extat *T. III. Thes.* A. R. GRAEVIANI. Elegans est Opus, idemque ad explicandas leges de magistratibus vtilissimum, ita, vt vel solum hac in parte possit suffi-

sufficere, licet in Geographicis sæpius auctor labatur. Eodem spectat IVLII CAESARIS BVLENGERI Opus *de Imperatore & Imperio Romano*, *Lugduni 1618. f.* Integrum quasi Romani Imperii Ius publicum hoc Opere comprehenditur. Quicquid enim ad Imperii administrationem, insignia facit atque officia, eodem videmus explicatum. Agit enim Libro primo de Nomine & Titulo Imperatorum. Quid Cæsar, Augustus, Diuus, Maximus, & quæ sunt alia. Secundo de creatione & Insignibus Imperii, strenis & fortuna aurea loquitur. Tertius de decennio regiminis, edictis, principibus iuuentutis. Reliqui de officiis agunt & dignitatibus sub Impp. vtriusque Imperii, prouincialibus etiam & municipalibus. Duodecimus demum vectigalibus & reditibus populi Romani est destinatus. Addita est appendix de Officiis ecclesiasticis Constantinopolitanis. Hoc tamen in ipso desiderandum esse videtur, quod non diligentius veterum marmora excusserit. Ad officia autem tantum Palatina faciunt IACOBI GVTHERII de *Officiis Domus Augustæ publicæ & priuatæ* Libri Tres, qui prodierunt *Parisiis 1628. 4.* & *Lipsiæ 1672. 8.* atque in THESAVRO NOVO *Antiquit. Rom.* Dn. ALBERTI HENR. de SALLENGRE *T. III.* Quadripartitum Opus sibi proposuerat GVTHERIVS, cuius prima pars hæc est. In eadem præter generalia de Magistratibus, agit de Prouinciarum præsidibus, Consulibus & Consularibus, Consistorianis Comitibus, Consiliariis principum, Præfectis prætorio, officiis scriniorum, libellorum magistris & quæcunque sunt aulæ officia alia, atque hæc ex antiquis marmoribus illustrantur, multæ leges explicantur. Alterum volumen, quod in præfatione prioris, expolire se dicit, Vrbis Romæ Magistratibus Ciuilibus: Tertium Prouinciarum potestatibus: quartum rei militaris Magistratibus erat destinatum. Verum, hæc tria posteriora cum ipsius morte interciderunt, edita eruditionem & in hisce rebus cognitionem plane singularem præ se ferunt. Consulum & Prætorum statum explicat PETRI FABRI elegantissimus Commentarius *de Magistratibus Romanorum*, qui prodiit cum primo *Se-*

mestrium Libro, *Lugduni 1590. 4.* & *T. III. A.* R. Dn. de SALLENGRE. Insignem vsum praestant THEODORI IANSONII ab ALMELOVEEN *Fastorum Consularium Libri Duo, quorum prior iuxta seriem annorum, posterior secundum ordinem alphabeticum digestus continet plurimas veterum Scriptorum, maxime Historicorum, Legum veterum atque Inscriptionum, vt & Pandectarum, omniumque Codicum Theodosiani, Iustinianei, Gregoriani & Hermogeniani emendationes. Accedunt Praefecti Vrbis Romae & Constantinopolis. Prima* Editio publicata *Amstelaedami 1705. 8. Secunda* quae insigniter aucta & emendata prodiit eruditis curis V. C. IOANNIS LVDOVICI VHLII, *Amstelodami 1740. 8. mai.* additis Fastis Consularibus Graecis ex Codice MSCto Bibliothecae Mediceae; Fastis Consularibus latinis ex MSCto Bibliothecae Oxoniensis, quae Collegii Corporis Christi est; HENRICI BRENCMANNI Epistola de Consulibus, quorum in Pandectis fit mentio, nec non castigationibus in errata typographica inscriptionum & subscriptionum Libri primi Codicis Iustinianei. Ad *Consulatus Caesarum* tantum facit ANTONII PAGI *Dissertatio hypatica, Lugduni 1682. 4.* edita, qua fastos restituit, & multa in Consulatibus tum ordinariis, tum suffectis illustrat historiaeque ac chronologiae magnam lucem adfert. (*) De *Praetoris Officio* Tractatus CONRADI LANCELLOTTI tantum ad ciuiles caussas spectat, prodiit *Coloniae 1578. 8.* adnexus est eiusdem de Decurionibus liber. Elegantiorem doctrinam ostendunt sequentes Dissertationes *Lipsienses* GOTTLIEBII KORTE *Vindiciae Praetoris & Iuris honorarii, Lipsiae 1730. 4.* IOANNIS HENRICI MYLII de *Praetore peregrino, Lipsiae 1732. 4.* atque CAROLI LVDOVICI VOLLHART de *Praetore tutelari, ibid. 1735. 4.* Add. CAROLI GOTTLOB KNORR Diss. de *vsu practico doctrinae Iuris Romani de Praetore & iudice pedaneo, Halae 1725. 4.* De *Praefecto Praetorio* & aliis quibusdam commentatus est MARCVS ANTONIVS SVRGENS, *Neapoli 1602. f.* Id

(*) *Compara* Historiam Iuris STRVVIANAM *Cap. I. §. XIX. p. 62. 63.*

Id quod etiam egit IOANNES FERGIUS *Francofurti 1611. 4.* Erudita est Diss. ARNOLDI DRACKENBORCHII de *Officio Praefectorum Praetorio, Lugduni Batau. 1707.* proposita, & alia EIVSD. de *Praefectis Vrbi*, sub Praesidio *Petri Burmanni*, *Vltraiecti 1704.* habita, quae *altera Editione*, cum Vita Auctoris, curante, vt videtur Celeberrimo VHLIO prodiit *Traiecti ad Viadrum 1752. 8.* Praxin hodiernam de Statu & Officio Magistratuum & Officialium optime exposuit NICOL. MYLERVS ab EHRENBACH in *Hyparchologia, seu de Officialibus, Magistratibus & Administris, Stutgardiae 1678. 4.* iungi potest B. IOANNIS PAVLLI KRESSII Dissert. *de Iure Officiorum & officialium, Helmstadii 1732. 4.*

§. XXVIII. In Libro secundo Pandectarum primus occurrit Titulus de *Iurisdictione.* Habemus de eadem scriptores varios. Antiquiores quidam scriptores de *Iurisdictione & Imperio mixto* iunctim editi *Coloniae 1574. 8.* IACOBI MENOCHII *de Imperio & Iurisdictione libri duo postumi*, in quibus, vti rubrum promittit, summorum Iurisconsultorum hoc in argumento errores disceptantur, *Francofurti 1621. 8.* Elegantiora ex Iure Romano tradunt: GVILIELMI MARANI *de Iurisdictione in genere* tractatus grauiter ac neruose ex principiis Iuris Ciuilis scriptus, cum variis ipsius Iuris Ciuilis commentariis, Paratitlis ipsius adiectus, cura IACOBI MARANI, Nepotis prodiit *Tolosae 1684. f.* nec non cultissima ill. GEORGII CHRISTIANI GEBAVERI Dissertatio de *iurisdictione, Lipsiae 1729. 4.* & auctior *ibid. 1733. 4.* & LVDOVICVS CHARONDAS de *Iurisdictione & Imperio, Parisiis 1554. 8.* atque in *Thesauro* Iur. Rom. EVER. OTTONIS *T. I. p. 369. 383.* cuius *T. IV. p. 207. 216.* MARCI ANTONII MVRETI *Commentarii* in IV. Titulos Libri I. π. quibus & doctrina de *iurisdictione* culte illustratur. Sed communes pragmaticorum doctrinas habent: HELFRICI VLRICI HVNNII *de Iurisdictione Tractatus, Giessae 1616. 12.* BERNARDI SVTHOLTI *de Iurisdictione exercitatio, Giessae 1664. 4.* Meliores ARNOLDI VINNII *de Iurisdictione & Imperio Liber*

Scriptores ad Librum II. tit. I. de Iurisdictione.

Liber, Lugd. Bat. 1644. 1651. Amstelodami 1651. 1672. 12. FRANCISCI ZYPAEI *de Iurisdictione ecclesiastica & ciuili, Leodii 1649. f.* & qui praecipuus est GERHARDVS NOODT, qui *Probabilium* scripsit *libros quatuor*, quibus accedunt *de Iurisdictione & Imperio Libri II. & ad L. Aquiliam liber singularis, Lugduni Batauorum 1691. & 1705. 4.* D. MARTA *de Iurisdictione* scripsit *inter Iudicem ecclesiasticum & secularem exercenda, Geneuae 1669. f.* Ad statum *Germaniae* nostrae accommodatus ex parte est tractatus MATTHIAE STEPHANI *de Iurisdictione, Francofurti 1611. 1623. 4. Gryphiswaldiae 1609. 8.* & praecipue TOBIAE PAVRMEISTERI, cuius editio est optima, quae *Francofurti 1616. 4.* facta. Licet Stephani, & Paurmeisterus hoc Titulo generalia tradant Iuris publici Romano-Germanici fundamenta. Non contemnenda ERNESTI GOCKELII *methodica Tractatio de Iurisdictione suprema, Vlmae 1682. 4.* quae in primis ad stylum & praxin Tribunalium summorum Germaniae est directa. Iurisdictionem criminalem & pertinentes huc Antiquitates illustrare poterit ANTONII MATTHAEI Tractatus *de Iure Gladii & Toparchis, qui exercent illud in dioecesi Vltraiectina, Lugduni Batauor. 1689. 4.* Quaestionibus forensibus decidendis inseruit ANTONII WILHELMI ERTELS *Praxis Aurea de Iurisdictione inferiore, ciuili & bassa, Noribergae 1694. 4.* vbi germanico idiomate potissimum Quaestiones practicas & differentias Iurisdictionis adducit. Editio Secunda quae *Augustae Vindelicorum 1715. 4.* duabus prodiit Partibus insigniter aucta est. Egregiam iis, qui controuersias de Iurisdictione inter Superiores & Inferiores, Dominos & Subditos, Condominos Iurisdictionales cum primis in Franconia, tractant, operam nauauit CHRISTIANVS LEONHARDVS LEVCHTIVS Consiliarius Reipublicae Noribergensis, dum minores de hoc vtilissimo argumento scriptiones in vnum volumen collegit & sub titulo: *Selecti Tractatus Academici de Iurisdictione, Noribergae 1700. 4.* luci restituit, quo sequentes Tractationes continentur: GEORGII LVDOVICI LINDENSPVR *de Successionibus ac Mutationibus Im-*

Imperiorum & Familiarum, nec non de moderna Imperii Iurisdictione, vt & *de Alta & Bassa*; CHRISTOPHORI MINGII *de Superioritate Territoriali & eiusdem Iuribus affinibus*; HENRICI LINCKII *de Centena*, nec non de *Vogteia*; CASPARIS LEOPOLDI *de Concurrentia Iurisdictionis Moderna*; GEORGII HERPFERI *de Controuersiis Iurisdictionalibus*; PETRI MVLICHI *de Nobilium Immediatorum Exemtione a Territoriali Iurisdictione*; IOAN. MARTINI IOBIN *de Turbatione Iurisdictionis*. Indicem praeterea breuem Editor adiecit. Insigniter commendandus est studiosis iuuenibus HENRICI HILDEBRANDI ICti Altorffensis breuis libellus, quem inscripsit: *Iurisdictio vniuersa, secundum mores hodiernos perquam compendiose considerata, Altorffii 1714. 4.* quo omnes fere Iurisdictionis species neruose exposuit. Vtile scriptum est IOANNIS CAROLI NAEVII *Ius Iustitiariorum, das Gerichts-Recht in den Staedten, Aembtern, und auf dem Lande, Witteberga 1733. 8.* Superiori & nostro seculo argumentum hoc quotidianum & maxime practicum egregiis Dissertationibus academicis in maiore luce fuit collocatum, ex quarum copia selectiores annotamus nimirum: HENRICI COCCEII binas, vnam *de fundata in Territorio plurium locorum concurrente potestate, Heidelbergae 1684.* & aliam *de concursu plurium Iurisdictionum in eodem loco* ibid. atque Volumine I. Diss. iunctim editarum *n. 54.* & *55.* SAMVELIS STRYCKII Diss. *de Iurisdictione circumsepta* edita *Francofurti 1670. 4.* & in Vol. I. Diss. *n. 22.* CHRISTIANI THOMASII egregia habetur Diss. *de Iurisdictionis & Magistratuum differentia secundum mores Germanorum, Halae 1703. 4.* B. IOANNIS GOTTLIEB HEINECCII Diss. *de origine atque indole Iurisdictionis patrimonialis, Halae 1716. 4.* atque in *Opusculor. varior. Sylloge, p. 238. 265.* De ipsa vero Iurisdictione patrimoniali accurate commentatus perillustris Dn. SIGISMVNDVS EHRENFRIEDVS ab OPPEL, *Vitembergae 1711. 4.* De *praecipuis & singularibus iuribus Iurisdictionis patrimonialis* egit CAROLVS RVDOLPHVS GRAEFE, *Lipsiae*

1730.

1730. 4. De *origine iurisdictionis voluntariae ex principiis Iurisprudentiae Romanae & vsu Germaniae* praeclare disseruit B. CHRISTIANVS GOTTFRIDVS HOFFMANNVS, *Francofurti ad Viad. 1727. 4.* De *Iurisdictione Academiarum priuilegiata* proposita LVDOVICI CONRADI SMALKALDERI Dissertatio *Tubingae 1734. 4.* De *Iurisdictione colonaria & Curiis Dominicalibus veterum Francorum & Saxonum* pererudita est HERMANNI ADOLPHI MEINDERS disquisitio, *Lemgouiae 1713. 4.* qua docuit, nobiles & reliquos Dominos iurisdictionem quandam inferiorem & colonariam in homines proprios habuisse & priuata auctoritate exercuisse. De *Iurisdictione, quam Personae Illustres & Nobiles per Officiales exercere solent* extat Dissertatio GOTHOFREDI BARTHII *Lipsiae 1698. 4.* inde recusa. De *Iurisdictione communi von gesammten Gerichten* egit GVILIELMVS HIERONYMVS BRVCKNERVS *Ienae 1697. 4.* De *modo & iure taxandi Iurisdictionem, von Art, Weise und Recht die Iurisdiction oder Bottmaeßigkeit, hohe und niedere Gerichte in Tax und Anschlag zu bringen* dedit Tractatum MICHAEL GRASSVS, *Tubingae 1724. 4.* Qui ad reliquos Titulos faciunt Scriptores, hos infra inter *Practicos* adducemus.

Scriptores ad tit. IV. de in Ius vocando.

§. XXIX. Ad vsum fori faciunt PEREGRINI IANNINII *de citatione reali Libri III. Patauii 1598. 8. Francofurti 1600. 8.* FRIDEMANNI POSNERI *Decisiones de citatione reali, Lipsiae 1704. 4.* Antiquam & solidam eruditionem sapit eruditissimi Viri IOA. FRIDERICI CHRISTII Obseruatio *de in ius vocando, quae obtorto collo fiebat*, quae extat in EIVS *Noctium Acad. Spec. IV. p. 280.* THOMAS METZGER, *de Citatione, Friburgi. 1609. 4.* GRATIANI VBERTI *Tractatus de Citationibus, Coloniae 1702. f.* Quibus addimus IOAN. PHILIPPI SLEVOGTII tres Dissertationes primam de *in ius vocatione antiqua & noua, Ienae 1705. 4.* alteram de *Extraordinaria Citatione, Ienae 1704. 4.* tertiam *de Citationis Requisitis & Efficacia, Ienae 1708. 8.* GOTTFRIDI LVDOVICI MENCKENII De *citatione* *Prin-*

Principis Commissarii immediata, *Vitembergæ 1726. 4.* CHRISTIANI WILDVOGELII Dissertationes binæ vna de *citatione ad Processum non necessaria*, *Ienæ 1713. 4.* altera de *formula citationi inseri solita: iusto tempore matutino*, *ibid. 1715. 4.*

§. XXX. Succedunt Scriptores, qui de *Feriis*, *dilationibus & diuersis temporibus* scripserunt. Ad antiquitates juridicas de feriis BARNABAS BRISSONIVS, cuius Commentarius de *Spectaculis & Feriis* editus inter *Opuscula*, singillatimque *Goudæ 1697. 4.* Fructuosa lectio quoque erit WOLFFGANGI ADAMI LAVTERBACHII Diss. de *Feriis*, *Tubingæ 1661. 4.* & Vol. II. Diss. *n. 81.* De *Antiquitatibus temporum* elegantem habemus tractatum AYMONIS CRAVETTAE, *Francofurti 1572. Lugduni 1581. f. Spiræ Nemetum 1595. 8.* in quo antiquum quid sit, probat. *De tempore vero, eiusque partibus, generibus & actionibus* egit CONRADVS FRIEDLIEB, *Sedini 1670. 8.* *De ciuili & naturali temporis computatione in Iure* erudita est Diss. IOA CONRADI RÜCKERI edita *Lugduni Batauor. 1749. 8. mai.* *De temporalibus* interuallis a momento vsque ad centum annos extat EVSTATHIVS, scriptor græcus, interprete IOANNE LEVNCLAVIO, primum a SIMONE SCHARDIO editus, post recusus *Rostochii 1671. 4.* & *in Tomo I. Operum Cuiacii*, *editionis Fabrotti*, qui omnia temporis momenta ex Iure Ciuili & Græco accurate decidit. Quem postea in *γραμματεία de diuersis temporum præscriptionibus & terminis* secutus fuit CVIACIVS, quæ inter opera eius extat. MARCVS ANTONIVS BARDVS *de tempore vtili & continuo*, *Venetiis 1563. 8. Coloniæ 1581. 8.* De *legali* vero *tempore* optime egit IOANNES CAROLVS ANTONELLVS, *Romæ 1660. f.* & *Ienæ 1670. f.* LAZARVS FOENVTIVS *momentanei temporis in Iure Decisiones* dedit *Venetiis 1586. 4.* & *1603. 4.* Elegans est IOA. FRANCISCI RIPAE Tractatus *de tempore nocturno & iis, quæ nocte committuntur*, *Francofurti 1602. 8.* De *diuersis temporum adpellationibus* egregius libellus ALBERICI GENTILIS, *Witte-*

Ad titulum XII. de feriis dilationibus & diuersis temporibus.

Witteberga 1546. 4. & *Londini* 1585. 4. *Casus annales* proposuit atque decidit QVINTILIANVS MANDOSIVS, *Venetiis* 1585. *f. Francofurti* 1694 8. Varia vero lectione referta CHRISTIANI WILDVOGELII, *Chronoscopia legalis, Ienæ* 1700. 4. recusa, in qua, quidquid circa præcipua anni tempora & festa iustum est, solide examinat. FRIDERICI GOTTLIEB STRVVII Tractatus *de eo quod iustum est circa Horam, vom Stunden-Recht Lipsiæ* 1752. 4. practicis obseruationibus illustratus. GEORGIVS *von* DASSEL singulari dissertatione egit *de Iure temporis Quadragesimalis; Argentorati* 1651. 4. De *Iure XI. Dierum Calendario* (nouo) *subtractorum* egregia extat Dissertatio IACOBI BRVNNEMANNI, *Halæ Magdeburgicæ* 1700. 4.

Scriptores ad tit. XIII. de edendo.

Ad Titulum decimum tertium de *edendo* IMMANVELIS SVTORII Tractatus *de edendo, & recognoscendo vel iurato diffitendo, Ienæ* 1695. 4. extat, & Scriptores Practici, ii præsertim, qui de Actionibus scripserunt, & scripta Suendendœrferiana, de quibus infra.

Scriptores ad Titulum XIV. de Pactis.

§. XXXI. Qui de *Pactis* egerunt ICti, varii sunt. Nolumus iam omnes, qui de hac materia scripserunt, hic coaceruare, sed præcipuos saltim delibare. De *contrahenda & committenda stipulatione* solidum habemus tractatum IOANNIS GOEDDEI, *Sigenæ & Herbornæ* 1596. & 1609. 8. HENRICVS BOCERVS de *Contractibus & Pactis* exposuit. De *conuentionibus ambiguis & tacitis* extant Lucubrationes Vaticanæ FRANCISCI MANTICAE, *Romæ* 1610. *f.* quæ editio est optima, & *Geneuæ* 1692. *f.* 1723 *f.* quod Opus ad praxin est vtilissimum. Præter hunc in Pactorum materia optimi sunt: ARNOLDVS VINNIVS *de Pactis, Lugduni Batauorum* 1643 1646. 12. *Vltraiecti* 1697. 4. qui ad Ius Ciuile, & CHRISTOPHORVS PHILIPPVS RICHTERVS, qui ad Ius Saxonicum facit, *Ienæ* 1660. 4. & pro more multis sententiis iuridicis est refertus. De *Pactis nudis* elegans extat Obseruatio in IOAN. CAROLI van WACHENDORFF *Dissertationum Triade, Traiecti ad Rhenum* 1730. 8. p. 383. seqq. De *Pactis iuris stricti Contractibus in continenti adiectis* erudite egit CORNELIVS

LIVS *van* BYNCKERSHOECK, extat in *Opusculis* a *F. C. Conradi* editis *Halæ 1729. 4.* De *Pactis Renunciatiuis* egit IOANN. DAVTH, *Lipsiæ 1611. 8.* Meliores tamen sunt *Tractatus præcipui de Renunciationibus*, vtpote HVBERTI GIPHANII, ANDREAE DALNERI, HENRICI BREVLAEI, & BARTHOLOMAEI KELLENBENZII, qui *cura ac Notis, itemque Præfatione* IOAN. SCHILTERI prodierunt *Argentorati 1701. 4.* Quibus postea accessit *alter Tomus*, eiusdem *Schilleri cura, Argentorati 1702. 4.* editus, qui CHRISTOPHORI LEONHARDI LEVCHTII *additiones ad Andr. Dalneri Tractatum de variorum Iurium Renunciationibus* continet, quæ ad vsum Germaniæ potissimum sunt accommodatæ, Statuta quoque Nobilium Imperii immediatorum; Accessit IOANNIS ANDREAE FROMMANNI *Dissertatio Iuridica de existentia conditionis pacti renunciatæ hereditatis reseruati*, *Tubingæ 1684. 4.* solide elaborata. De *Successione Filiarum Nobilium renunciatarum ex Testamento*, eximiam habemus Dissertationem FERDINANDI CHRISTOPHORI HARPPRECHTI, *Tubingæ 1688. 4.* De *pactis, quæ instrumentis inseri solent*, egit MATTHAEVS ENTZLINVS, *Tubingæ 1592. 4.* In hoc de Pactis argumento lectu dignissimus CHRISTOPHORI REMERI tractatus de *vero ex Iure Romano statui Germaniæ attemperato Obligationum valore*, *Hamburgi 1714. 4.* qui doctrinam hanc ex limpidis Iuris Naturæ & Gentium ac Germanici fontibus deduxit.

Scriptores de Contractibus & Transactionibus

§. XXXII. De *Contractibus* habemus subsequentes. Ex multis antiquorum scriptorum annotandus mihi visus PETRVS NICOLAVS MOZZIVS de *Contractibus*, *Venetiis 1585. f. Coloniæ 1604. 4. 1633. 1664. 8. Moguntiæ 1596. 8.* De *Contractibus in genere* erudita est dissertatio WOLFGANGI ADAMI LAVTERBACHII, *Tubingæ 1649. 4.* cui socium iungimus CASPAREM MANZIVM de *Contractibus & obligationibus*, *Ingolstadii 1640. 4.* Referri huc quoque potest CONRADI RITTERSHVSII *Commentarius in celeberrimum L. Contractus 23. π. de R. I. Argen-*

gentorati 1659. 4. habent enim hanc Legem quidam ICti quasi clauem ad omne Ius Contractuum. De *duobus reis stipulandi* Tractatio synoptica est THEODORI MOHR, *Helmstadii 1687. 4.* solide deducta. De *Contractibus simulatis* BARTHOLOMAEI CAEPOLLAE extat in Tr. Tr. T. VII. Ad praxin vtiles GEORGII ADAMI STRVVII *Decisiones Sabbathinae Canonicae & practicae de conuentionibus & contractibus, Ienae 1677. 4.* quibus coniungendae EI. Dissertationes de *Contractibus Principum, Ienae 1688.* & de *simulatis Contractibus, ibid. 1667. 4.* SAMVELIS STRYCKII praeclarus est liber de *Cautelis Contractuum necessariis, Francofurti* & *Lipsiae 1694. 1698. 4. Witteberga 1717. 4.* & cum IOA. GOTTLIEB HEINECCII Praef. de Iurisprudentia eurematica, siue cauente, *Berolini 1736. 4.* & *1741. 4.* atque ex versione Germanica, sub titulo: *von vorsichtiger Schließung der Contracten, Franckfurt 1700. 4.* iungatur DAVID MEVIVS egregio libello: *von wucherlichen Contracten,* qua Constitutionem Ducatus Bremensis illustrauit, editus primum *Stadae 1673. 4.* & *1710. 4.* De *symbolicis* vero *Contractibus* plenissimus est Tractatus ALBERTI ALDERISII, *Neapoli 1675. f.* & cum Praefatione *Philippi Andreae Oldenburgeri, Geneuae 1678. f.* De *interpretatione contractuum & conuentionum* extat ANDREAE DINNERI Liber, *Stuttgardiae 1661. 4.* De *Transactionibus* variorum ICtorum iunctim editi libri prodierunt *Francofurti 1588.* 4. Eruditi laboris est HVGO DONELLVS de *Pactis & Transactionibus, Coloniae 1574. 8.* atque FRANCISCVS HOTTOMANNVS de *Pactis & Transactionibus, Geneuae 1575. 8.* De *Transactionibus* IO. BORCHOLTEN vulgaria habet, *Helmstadii 1593.* & *1598. 8.* M. ANTONII DELRIO extat *repetitio ad l. transigere C. de transactionibus, Lugduni 1589. 8. & Geneuae 1606. 8.* Vtilia conduxit CHRISTOPHORVS PHILIPPVS RICHTER *ad Titulum de Transactionibus & errore calculi, Ienae 1662. 4.* addimus Commentationem NICOLAI CHRISTOPHORI L. B. de LYNCKER *de Pactis & Transactionibus, Ienae 1702.*

1702. 4. De *Transactionum* vero *Stabilitate & Instabilitate singularia Capita* eleganti Dissertatione exposuit NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS *Halæ 1719. 4.* De *Transactione* super *Controuersiis*, quæ ex *vltimis voluntatibus* proficiscuntur, etiam non inspectis vel cognitis illarum verbis, recte ineunda, erudite commentatus fuit singulari Dissertatione ANTONIVS SCHVLTINGIVS, quæ cum aliis ipsius Dissertationibus editæ *Franequeræ 1708. 4.* De *Transactione Criminum* extat GERARDI NOODT *Diocletianus & Maximianus, siue de Transactione & pactione criminum Liber singularis, Lugduni Batauor. 1700. 4.* ex humaniore Iuris prudentia illustratus.

§. XXXIII. In Libro tertio primus occurrit de *Postulando*, & tertius de *Procuratoribus & Defensoribus*, ad quos materia spectat de *Aduocatis*, horumque officio. De *Officio Aduocati variorum Tractatus* iunctim typis impressi *Coloniæ 1589. 8.* hodie parum vtilitatis habent, quod & pronunciandum de libro, quem de *Officio Aduocati* dedit IOAN. BAPTISTA CACCIALVPVS, *Coloniæ 1589. 8.* MARTINVS HVSSON de *Aduocato*, *Parisiis 1666. 4.* In primis huc pertinet Liber IOANNIS MAZIENZI de *Referendariorum, Aduocatorum & Iudicum officio, requisitis, dignitate & eminentia, Francofurti 1618. 4.* vbi autor per formam Dialogismi sub persona Relatoris & Aduocati ex antiquitate Romana & Ethices principiis officium Aduocati & Iudicis exponit. CASPAR MANZIVS de *Aduocatis, procuratoribus & defensoribus* scripsit *Ingolstadii 1659. 8.* IOA. BAPTISTA MAGONIVS *cynosuram Aduocatorum, seu de ratione recte aduocandi & patrocinandi in Iure, Francofurti 1639. 8.* dedit, & qui ad Ius Ciuile accommodatus est IACOBI BOVRICII libellus elegantissimus inscriptus: *Aduocatus, de Aduocati munere & officio, Leouardiæ 1650. 12.* editus, & inter Scripta eius alia, *Franckeræ 1700. 4.* Aduocatis nouis IOA. DAVIDIS THOENNICKERI commendamus *Aduocatum prudentem in Foro Ciuili, Chemnitii & Lipsiæ 1703. 1706. 1717. 4.* & ex *quarta Editione* cum Præfatione

Commentatores ad librum III. tit. I. de postulando.

ne V. C. FRANCISCI CAROLI CONRADI, *1719. 4.* quo breuem Aduocati institutionem sistit, & facili docet methodo, quibus rationibus Aduocatus, clientis in formatione & prosecutione Processus obtinere scopum, aduersarii machinationes & cautelas elidere, conatusque Iudicis caussæ contrarii interrumpere possit. Eadem forma *Aduocatum prudentem in Appellationis Instantia* dedit *Chemnitii 1718. 4.* Vitia vero *Aduocatorum* tangit CASPAR ZIEGLERVS in *Rabulistica* sua, *siue de Artibus Rabulariis* Dissertatione, quæ *Dresdæ 1685. 4.* prodiit & perelegans est. Eodem pertinet AHASVERI FRITSCHII *Aduocatus peccans*, *Vratislauiæ 1678. 8.* Addatur V. C. GOTTLOB AVGVSTI IENICHEN Diss. de *spuriis Aduocatorum priuilegiis*, *Lipsiæ 1733. 4.* & alia ARNOLDI MAVRITII HOLTERMANN de *nequitia Aduocatorum*, *Marpurgi 1679. & 1712. 4.*

Ad libr. III tit. II. de his, qui notantur infamia.

§. XXXIV. Ad Titulum Secundum de his, qui notantur *Infamia*, optimus est Tractatus MARQVARDI FREHERI *de fama & infamia*, *Francofurti 1558. f.* & alius de *existimatione acquirenda, conseruanda & amittenda*, *Basileæ 1591. 8.* MARTINI AZPILCVETAE de *detractatione famæ, eiusque restitutione* Liber, *Romæ 1585.* & *Venetiis 1595. 4.* editus, & qui de eadem scripsit ANTONIVS CORDVBENSIS, *Compluti 1553. 4.* De *nothis spuriisque filiis* scripsit GABRIEL PALAEOTTVS, *Francofurti 1587. 1612. Lugduni 1570.* & *Hagæ Comitum 1655. 8.*

Ad lib. III. tit. IV. quod cuiuscunque Vniuersitatis nomine.

§. XXXV. De *Iure Vniuersitatis* Tractatus CHRISTOPHORI BESOLDI *Argentorati 1641. 4.* in Opere eius politico extat. Magis tamen ex iure suum deduxit NICOLVS LOSSAEVS, *Venetiis 1601. 4. Coloniæ 1693. 8.* Optimus est HENRICVS BRVNINGIVS de *variis vniuersitatum speciebus*, *earumque iuribus*, *præsenti statui Germaniæ accommodatis*, *Marpurgi 1609. Giessæ 1621. 4.* De *vniuersitate delinquente eiusque bonis* egregia Dissertatione commentatus NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS *Halæ 1724. 4.* De *Iure* vero *Scholasticorum & vniuersitatis seu academico* plenissimus est Tractatus ANDREAE MEN-

MENDO *Salmanticæ 1655. f.* & ex secunda editione, *Lugduni 1668. f.* De *Iure municipali* habemus PETRVM PONCETVM, *Lugduni 1595. 8.* & quæ præstat, BALTHASARIS CONRADI ZAHNII *Ichnographiam municipalem*, *Francofurti 1657.* Hæc postmodum sub Titulo: *Politia municipalis, siue de Iure & Iurisdictione Ciuitatum Municipalium ac Superiorem recognoscentium earundemque Magistratuum ac Ciuium officiis*, locupletior longe, curante filio THEODORO ERNESTO ZAHNIO prodiit *Lipsiæ 1713. 4.* & hancce materiam probe exhaurit. Solidissima vero est dissertatio DAVIDIS SCHEINEMANNI, quam occasione huius Tituli, præside WOLFGANGO ADAMO LAVTERBACHIO habuit *Tubingæ 1656. 4.* Plena bonæ quoque est frugis IOANNIS GVILIELMI WALDSCHMIDT *de differentiis Municipiorum Romanorum & Vrbium Germaniæ mediatarum*, *Marpurgi 1729. 4.*

Scriptores ad Libri IV. titulos priores de restitutione in integrum.

§. XXXVI. De *Restitutione in integrum* coniunctim Tomi Quatuor editi extant *Francofurti 1586. f.* Continentur in iisdem MARCI ANTONII CAIMI, FRANCISCI de CALDAS PEREIRA, GVILIELMI CASSADORI, DIDACI COVARRVVIAE, IACOBI CVIACII, IO. de FERRARIIS, ANTONII GOMEZII, ROBERTI LANCELOTTI, GABRIELIS MVDAEI, IOACHIMI MYNSINGERI, PETRI REBVFFI, VDALRICI ZASII, aliorumque Scripta. Vtilis est IOANNIS MAVRITII Tractatus, *Parisiis 1548. 4. Francofurti 1514. & 1589. f.* & qui melior adhuc SFORTIAS ODDVS, cuius tractatus alias separatim quoque extat *Venetiis 1584. f. Francofurti 1586. 1672. 1677. f.* De eadem scripsit CASPAR MANZIVS, *Augustæ 1662. 8.* Ad Ius Canonicum & praxin Curiæ Romanæ facit DOMINICVS GALESIVS *de restitutionibus in integrum concedendis vel denegandis ex edicto minorum & ex generali clausula edicti Prætorii, cum Commentariis ad omnes sanctiones ecclesiasticas*, *Romæ 1675. f.* De *processu* vero *instantiæ restitutionis in integrum* erudite egit IOANNES

EISENHARTVS, *Helmstadii 1086. 12.* *De eo, quod metus caussa,* IVLIVS PACIVS, *Heidelbergæ 1590. 4.* De *dolo malo* erudite fuit commentatus CELSVS BARGALIVS, *Francofurti 1604. f. Noribergæ 1700. f.* De *forma emendandi doli mali apud veteres* pereruditum opusculum GERARDI NOODT editum *Lugduni Batauorum 1709. 4.* & inter *Opera.* Addatur BVRCHARDI CHR. BEHR elegans Diss. de *actione de dolo malo malitiarum Romanarum euerriculo, supellectile, nostro foro minus necessaria, Göttingæ 1738. 4.* Est etiam dissertatio PETRI ab ENDHOVEN *de inani actione propter inopiam ad l. 6. π. de dolo malo, Traiecti 1688. 8.* De *ætate minorum* scripsit QVINTILIANVS MANDOSIVS, *Spiræ 1599. 4.* & qui de *decretis cæterisque solennitatibus in contractibus minorum aliorumue his similium adhibendis* egit OCTAVIVS SIMONCELLVS, *Venetiis 1574. 4. Coloniæ 1584. 8. Lipsiæ 1674. 4.* NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI Diss. de *Iuribus & priuilegiis minorum, Ienæ 1693. 4.* Hunc denuo edidit ANTONIVS KAPELLIVS *Coloniæ 1698. 4.* eundemque nouis ICtorum auctoritatibus, inserto etiam Iure Saxonico adauxit. De Iure concedendi veniam ætatis egit NICOLAVS MYLERVS ab EHRENBACH *Etologia, Stutgardiæ 1664. 4.*

Scriptores ad titul. VIII. de receptis, qui arbitrium receperint.

§. XXXVII. Ad Titulum octauum spectat materia de *Compromissis* & *Arbitris.* De hac egit LANFRANCVS de ORIANO *Coloniæ 1590 8.* & Tr. Tr. *T. III.* & qui eidem præferendus NICOLAVS BELLONVS de *officio Iudicis ordinarii & delegati arbitri, arbitratoris, Basileæ 1544. f. Coloniæ 1609. 4.* Et cum sæpe arbitri dentur a magistratu, quos Commissarios vocant, de illis quoque hic agendum. Scripsit autem *de Commissariis* IACOBVS de ARENA, *Venetiis 1584. f.* PETRVS REBVFFVS, *Lugduni 1650. f.* NICOLAVS RVCKER, *Francofurti 1596. 8.* & qui horum curas superat RVTGERI RVLANDI Tractatus *de Commissariis & Commissionibus Cameræ Imperialis, Francofurti ad Mœnum 1596. 4.* & ex Editione secun-

Scriptores de Commissariis.

secunda *1604. 4.. Tertia, ibid. 1618. 4. Francofurti 1664. f.* & *ibidem 1723. f.* qui liber licet secundum Ordinationem Cameralem materiam hanc tractet, tamen cum & alia Germaniæ Iudicia eandem seruent, eiusdem vsus est maximus. Breuiores sunt Tractatus QVINTILIANI MANDOSII *Venetiis 1585. f.* & BAPTISTAE MARCHESANI, quorum illius *Praxis & Theoria Commissionum Spiræ 1669. 4.* huius *Venetiis 1604. f.* prodiit. De *Commissario Imperiali ad negotia Status* extat NICOLAI CHRISTOPHORI LYNKERI erudita Dissertatio, *Ienæ 1678. 4.* Respondente IOA. CHRISTOPHORO PVRCKHEL, cuius Dissertatio Inauguralis agit de *Commissario Imperiali in Caussis Iustitiæ*, Præside IOA. VOLCKMARO BECHMANNO *Ienæ 1685. 4.* iunctim postea *Lipsiæ 4.* editæ, vtræque multa industria fuerunt auctore Lynckero conscriptæ & sunt vtilissimæ. De iis, qui ad Titulum nonum, *nautæ, caupones, stabularii,* faciunt, infra dicemus ad librum XIV. tit. III.

Scriptores ad Titulum primum libri quinti de Iudiciis.

§. XXXVIII. Ad Titulum primum Libri quinti de *Iudiciis* quam plures fuerunt commentati. De Iudiciorum apud Romanos ordine & dispositione infra dicemus, vbi de Scriptoribus Historiæ Iuris sermo erit, nunc saltim exponemus eos, qui speciatim hoc egerint. Quales sunt PETRVS BARBOSA *ad Titulum de Iudiciis, Lugduni 1622. Francofurti 1615. 1650. 1724. f.* LVDOVICVS BVRGESIVS, *Lugduni 1553. f.* & præcipuus MARTINVS AZPILCVETA, *Romæ 1569. & 1585. 4.* Alii hanc materiam singularibus Tractatibus illustrarunt, de quibus infra *C. X. §. VII.* De *Origine* quidem *atque Auctoritate Iudiciorum* elegans extat liber PETRI AERODII, qui cum eiusdem Pandectis Rerum Iudicatarum prodiit *Geneuæ 1677. f.* Sic etiam *de Iudiciis* scripsit NICOLAVS CISNERVS, *Basileæ 1588. 8.* SIGISMVNDVS SCACCIAS, *Francofurti 1617. & 1669. f.* HERMANNVS VVLTEIVS, accurata expositione, *Cassellis 1654. 4.* ANDREAE DINNERI *Areopagus*; seu Dissertatio in tit. Dig. de *Iudiciis* excusa cum EI. Tractatu *de rerum pretio, Noribergæ*

 1622.

1622. 4. IOAN. BAPTISTA COSTA, *Venetiis 1630. f.* IOANNIS WOLFGANGI TEXTORIS *Tractatus Synopticus de Iudiciis, Francofurti 1693. 4.* Optimus vero est Tractatus ANTONII MATTHAEI *de Iudiciis*, qui antea *Amstelodami 1666.* & *Vltraiecti 1645. 12.* prodiit, postea cum Notis theoreticis, canonicis, & practicis G. A. STRVVII, *Ienæ 1678. 4.* cui editioni etiam CHRISTOPHORI PHILIPPI RICHTERI *Commentatio* accessit *ad Titulum Decretalium de Iudiciis.* Scriptum hoc ad praxin fori ciuilis multum conducit, cui hinc inde in Notis consuetudines Germaniæ adiecit Struuius senior. De *iudiciis & foro competente* egit NICOLAVS RODRIQVEZ FERMOSINVS, *Lugduni 1657. f.* De *priuilegiis vero variandi & eligendi forum* MARCELLVS CALA, *Venetiis 1597. 4. & Francofurti 1646. 8.* & qui hanc materiam prolixius illustrauit IOANNES BAPTISTA NOVARIVS, *Neapoli 1634. f.* De *renunciatione fori* conferri meretur ELIAE AVGVSTI STRYKII *Disquisitio forensis de efficacia Renunciationis fori hodierna, Francofurti ad Viadrum 1688. 4.*

Ad Titulum II. de inofficioso Testamento.

§. XXXIX. De *inofficioso Testamento* HENRICI HAHNII extat Disputatio & IOANNIS ANTONII RVBEI Tractatus singularis de *querela inofficiosi testamenti, Spiræ 1583. 8.* De *legitima*, quæ huc etiam facit, *Variorum* sunt *tractatus, Neostadii 1594. 8.* editi, inter quos est CLAVDIVS de BATTANDIER alias & *Francofurti 1581. 8. Lugduni 1594. 8.* excusus. Pleniores vero sunt CASPAR MANZIVS, cuius Tractatus *Ingolstadii 1648. 8.* prodiit, & præcipue MERCVRIALIS MERLINVS, *Geneuæ 1634. 1652. 1664. 1688. f.* Licet etiam CLAVDII CHIFLETI tractatus *de portionibus legitimis, Lugduni 1584. 8.* cum aliis EIVS editis, in *Tomo V. Thesauri Iuris* OTTONIANI recusus, suam laudem habeat, cum admodum accurate hanc materiam illustret. Ad *hæreditatis petitionem* faciunt ANTONIVS CONTIVS, *Parisiis 1616. 4.* ACHILLES PERSONALIS, *Venetiis 1652. 4.* & GABRIEL MVDAEVS, *Francofurti 1585. 4.*

§. XL.

Ad lib. VI. tit. I. de Rei Vindicatione.

§. XL. De *Rei vindicatione* scripsit GEORGIVS OBRECHTVS, *Argentorati 1600. 8.* & qui etiam Tractatui de Transactionibus alium adnexuit de hac materia CHRISTOPHORVS PHILIPPVS RICHTERVS *Ienæ 1662. 4.* Minoris vsus sunt MARCVS ANTONIVS CVCCHVS *ad l. fin. ff. de rei vindicatione, Papiæ 1574. 4.* MARTINVS GARATVS *de rei vindicatione*, qui in Tomo primo Repetitionum extat, HIERON. MARILIANVS in *repetitione l. quoties 15. C. de rei vindicatione, Geneuæ 1586. 4. & Coloniæ 1599. 8.* De Iure Emphyteutico plures extant. Socios ducat AVRELIVS CORBVLVS de *Iure Emphyteutico, Coloniæ 1588. 8.* De *Emphyteusis nominatione, extinctione & reuocatione* scripsit FRANCISCVS de CALDAS PEREIRA & CASTRO, *Noribergæ 1650. f.* BARTHOLOMAEVS CAEPOLLA, *Argentorati 1593. f.* ANDREAS KNOPPERVS, *Hafniæ 1573. 4.* THOMAS MAVLIVS, *Francofurti 1633. 4.* IVLIVS CLARVS, *Coloniæ 1575. 8. & cum notis* IOANNIS HARPRECHTI, *Tubingæ 1609. 8. Thesaurum Iuris Emphyteutici* edidit RVTGERVS RVLANDVS, *Francofurti 1618. & 1623. 8. Quæstiones Iuris Emphyteuticarii* ALVARVS VALASCVS, *Francofurti 1599. 8.* IOANNES VMEAV de *Iure Emphyteutico quæstiones legales & forenses, Pictauii 1679. 4.* Elegans est libellus CHRISTOPHORI ANDREAE BLVMBLACHERI *de Iure Emphyteutico, Iure vitalitio & Iure precariæ, vulgo von Erbrecht, Leibgeding, und Freystifftrecht, Salisburgi 1661. 12.* IOANNIS LEONINI *prælectiones de Iure Emphytico, Francofurti 1606. 1618. 8.* atque T. V. *Thes.* Iur. Ro. EVER. OTTONIS *p. 655.* editæ ad explicationem textuum Iuris multum conducunt, atque plurimum præ se ferunt eruditionis. Omnium vero plenissime hanc materiam pertractauit FRANCISCVS FVLGINEVS in tractatu suo de *Iure Emphyteutico, Geneuæ 1555. f.* Ad Iura Germaniæ magis facit IOANNIS IODOCI BECKII Tr. de *Iure Emphyteutico s. Erb-Zinß-Rechte, Noribergæ 1727. 4.* & ex secunda & auctiore editione

Scriptores ad libr. VI. tit. III. de Iure Emphyteutico

tione, *ibid. 1739. 4.* Ingeniosa est ANONYMI Exercitatio mathematico-iuridica de *vera dominii directi in emphyteuticis prædiis æstimatione*, quæ inserta *Nouis Actis eruditorum latinis An. 1736. p. 174.* De *Laudemiis* extant *Tractatus Variorum* coniunctim editi, *Augustæ Taurinorum 1629. f.* ANDREAE CAMPANI Tr. de *iure releuii seu Laudemii*, *Neapoli 1650. f.* nec non AMADAEI de PONTE *Quæstiones laudemiales* in *Tr. Tr. T. X.* singillatim *A. Taurinor. 1580.* & cum notis FOERSTERI *Vitebergæ 1619. 8.* Præter has sunt ANTONII FABRI *Quæstiones laudemiales, Lugduni 1658. f.* ANDREAE CAMPANI Tr. de *Iure Releuii s. Laudemii, Neapoli 1650. f.* GEORGII FRANZKII nouus & plenus Tractatus de *Laudemiis, Ienæ 1628. 4. & 1664. 4.* & *Coloniæ 4.* Hunc supplet IOA. IODOCI BECKII perutilis tractatus de iure detractionis, emigrationis & laudemii, Germanice scriptus, *von Abschoß, Nachsteuer und Handlohn, Noribergæ 1725. 4.* iungenda Dn. IO. GEORGII ESTORIS Obseruatio in EI. *kleinen Schrifften P. IX. p. 170.*

Scriptores ad librum septimum Pandectarum.

§. XLI. De *Vsufructu* commentatus fuit ELBERTVS LEONINVS, *Lichæ Solmeiorum 1600. 8.* IOANNES del CASTILLO scripsit *controuersias quotidianas de Vsufructu, Francofurti 1604.* & *1619. 4. Venetiis 1645. f. Lugduni 1558. f.* præ cæteris M. AVRELIVS GALVANVS *Dissertationibus de Vsufructu, Patauii 1650. f.* & *Geneuæ 1676. 4.* elegantissimus est, cum omnem hanc materiam ex Iure Romano, & antiquitatibus illustret egregie. De *Vsufructu, vsu & habitatione* egit MARTINVS LVDENIVS, *Altdorffi 1590. 4.* De *Vsufructu mulieri relicto* BORGNINVS CAMVALCANVS, *Francofurti 1572. 4.* & *1625. 8.* De *Vsufructu, quem parentes consequuntur in bonis liberorum aduentitiis* VALENTINVS FORSTERVS, *Basileæ 1566. f.* Laboriosum est opus MATTHIAE LAGVNEZII de *Fructibus*, in quo selectiora Iura ad rem fructuariam pertinentia expenduntur, quod recusum *Lugduni 1702. f.* Conferri potest RVTGERI RVLANT *Thesaurus Fructuum & Interesse, Hamburgi 1608. 8.* Et cum vsusfructus materia sæpius

sæpius *Expensæ ac Meliorationes* sint connexæ, de iisdem habemus eruditum IOANNIS GARSIAE Tractatum *Compluti 1578. Marpurgi 1601. 1610. 4. ibidem 1614. 4. Amstelodami 1656. 8. Coloniæ A. 1711. 4.* recusum.

§. XLII. De *Seruitutibus Realibus variorum* habemus *Tractatus.* CHRISTOPH. ANDREAE BLVMBACHERI librum *de seruitutibus prædialibus & realibus, Salisburgi 1673. 4.* IOAN. CORASIVM *de seruitutibus prædiorum, Marpurgi 1592. 8.* CASP. MANZIVM de *seruitutibus prædiorum, Augustæ 1657. 8.* IVLIVM PACIVM de *Seruitutibus personalibus & realibus, Heidelbergæ 1590. 4.* & qui germanico idiomate argumentum tractauit MARTINVM PEGIVM *von Dienstbarkeiten stadlicher und baurischer Güter, Ingolstadii 1558. 1567. Francofurti 1725. 4.* & præ cæteris BARTHOLOMAEVM CAEPOLLAM, de *Seruitutibus prædiorum rusticorum & vrbanorum,* qui extat in *Tr. Tr. Tomo VI. Coloniæ 1529. 8. 1610. 1666. 4.* Hic vero Tractatus postea recusus fuit, cui accesserunt MARTINI LAVDENSIS & IOA. SVPERIORIS commentarii ad Leges singulas cum ANTONII MATTHAEI disputationibus septem de *Seruitutibus,* quæ alias *Amstelodami 1680. 12.* prodiere. Ad seruitutes prædiorum vrbanorum facit etiam b. Parentis GEORGII ADAMI STRVVII dissertatio de *ædificiis priuatis, Ienæ 1670. 4.* Ad praxin vtilis liber, qui auctore SVESERO editus lingua vernacula inscriptusque: *Theatrum Seruitutum, Norimbergæ 1709. 4.*

Scriptores ad librum octauum de seruitutibus.

§. XLIII. Ad Titulum primum libri noni si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, sufficit eruditus Tractatus IOANNIS THOMAE *de noxia animalium, Ienæ 1653. 4. Ad legem Aquiliam* Commentarium habemus eruditum FRANCISCI BALDVINI, *Basileæ 1559. 8.* cum aliis commentationibus ad eiusmodi Leges antiquas directis, editum & IOANNEM SVAREZIVM de MENDOZA, *Salmanticæ 1640. 4. Halæ 1730. 8.* priorem cum N. H. GVNDLINGII Præfatione, nec non *Iurisprudentiæ Rom. & Att. T. I. p. 170.* GERARDI NOODT *ad Legem Aquiliam liber singularis, Lugd. Bat. 1691. 4.* & *1705. 4.* editus. *Ad caput secundum* istius *Legis* tantum

Scriptores ad Lib. IX. si quadrupes.

tum fuit commentatus CLAVDIVS CHIFFLETVS, *Lugduni 1584. 8.* & in EVER. OTTONIS *Thes. Iur. Rom. T. V. p. 873.* Præ cæteris vero æstimandæ CHRISTIANI THOMASII *Larua Legis Aquiliæ detracta Actioni de damno dato, receptæ in foris Germanorum, Halæ 1703. 4.* Totus in eo est illustris Thomasius, vt demonstret actionem de damno dato, quæ obtinet hodie, differre penitus ab actione legis Aquiliæ, & quid hodie circa dictam actionem in foris Germaniæ obtineat. Addatur perelegans Diss. ANTONII SCHVLTINGII de *Lege Aquilia, Lugd. Batauor. 1718. 4.* Erudita est EVERARDI OTTONIS *Dissertatio Philologico-Iuridica ad L. si seruus XXVII. §. 28. π. ad L. Aquiliam,* qua varia Iuris Diuini, Ciuilis & Canonicis capita, nec non veterum Auctorum loca illustrantur, *Steinuordiæ 1710. 4.*

ad L. Aquiliam.

Scriptores ad Titul. decimum Finium regundorum.

§. XLIV. *Finium regundorum* rationes insigniter illustrant *Auctores legesque rei Agrariæ siue Finium regundorum,* qui primum editi sub hac inscriptione: *Auctores legesque rei agrariæ siue Finium regundorum* IOANNIS TILII, Meldensis Episcopi hortatu primum editi & ad Palatinum Codicem castigati mutua opera PETRI GALLANDII, PETRI CASTELLANI, AEMARI RANCONETI & ADRIANI TVRNEBI, *Parisiis 1554. 4.* & auctiores ac emendatiores cum Obseruationibus & Notis NICOLAI RIGALTII, *Glossisque Agrimensoriis* prodiere *Parisiis 1614. 4.* Hos inter præter Fragmenta antiquarum LEGVM AGRARIARVM & Excerpta varia de conditionibus Agrorum & Constitutionibus Limitum deque Terminorum inscriptionibus & formis, diuersi Auctores vel horum fragmenta comparent, qui ad antiquum *Ius Finium regundorum,* prout apud Romanos obtinebat, faciunt. Pleniores sunt *Rei Agrariæ Auctores Legesque variæ,* quas WILHELMVS GOESIVS partim primum, partim ex Rigaltianis emendatiores, additis suo Antiquitatum Agrariarum Libro singulari, Notis, Nicolai quoque Rigaltii Notis & Obseruationibus nec non Glossario eiusdem, edidit *Amstelodami 1674. 4.* qua collectione sequentes Auctores veteres continentur: SICVLVS nempe FLACCVS, IVLIVS

LIVS FRONTINVS, AGGENVS VRBICVS, SIMPLICIVS, HYGINIVS, INNOCENTIVS, MARCVS BARO, VITALIS, ARCADIVS, THEODOSIVS, LATINVS, MYSONTRIVS, MAGO, VEGOIA, FAVSTVS, VALERIVS, DOLABELLA, ISIDORVS, Incerti aliquot, variæ quoque antiquæ LEGES AGRARIAE. Ex recentioribus huc pertinent ANDREAE ALCIATI *Tractatus finium regundorum, siue de quinque pedum præscriptione, Coloniæ 1590. 8.* IOACHIMI de CVRTE *allegationes de finibus regundis, Venetiis 1574. 4. Coloniæ 1590. 8.* ANTONIVS LOPEZIVS *de Iudicio finium regundorum, Olyssiponæ 1654. 4.* HIERONYMVS de MONTE, *de finibus regundis ciuitatum, castrorum, prædiorum, Coloniæ Agrippinæ 1590. 8. Heidelbergæ 1614. 4.* & *Noribergæ 1710. 8.* addita est ANDREAE ALCIATI Disquisitio *de Quinque Pedum Præscriptione.* CHRISTIANI HENRICI TROZ ICti literatissimi Libri de *Iure Agrario Romanorum, vno Volumine,* & binis de *Iure Agrario Belgico* editis, quorum *prior Franequeræ 1754. 4.* prodiit. Præcipui vero sunt HENRICVS LINCK *de Iuribus Finium, Ienæ 1677. 4.* & qui præferendus est IOANNES OETINGERVS *de Iure & controuersiis limitum & finium regundorum, Vlmæ 1667. 4. Augustæ V. 1670. 8. ibid. 1689. 8. Hanoueræ 1711. 8.* qui in hac materia præcipuus est. Cui tamen addimus AHASVERVM FRITSCHIVM *de Iure Vniuersitatis agrorum, vom Fluhr-Recht, Ienæ 1670. 4. De Finium Prouincialium & publicorum visitatione* egregie egit HENRICVS HILDEBRANDVS Dissertatione *Altorffii 1716. 4.* add. CHRISTIANI AVGVSTI MENII de *finibus Territorii, Lipsiæ 1740. 4.* proposita. De *Familia erciscunda* habemus Tractatum IO. VOETII, *Vltraiecti 1672. 8.* ANTONII MATTHAEI Obseruationes rerum iudicatarum *de Familia erciscunda* edita cum aliis viri libellis, *Leodii 1702. 8. De communione & diuisione bonorum in societate conuentionali, coniugali,* PETRVM SAENTZ a MORQVECHO, *Francofurti 1607. 4.* Optimæ vero sunt ANTONII MAT-

MATTHAEI *Obseruationes rerum Iudicatarum de communione bonorum*, *Leodii* 1703. 8.

Scriptores ad libri vndecimi tit. IV. de fugitiuis. Ad Titulum V. de aleatoribus.

§. XLV. De *fugitiuis Seruis* scripsit RAPHAEL VILLOSA *Mediolani* 1651. 8. & *Neapoli* 1674. *f.* cui adiungenda singularis *de Fuga* dissertatio PETRI MVLLERI *Ienae* 1678. & HENRICI COCCEII alia *de Fuga*, *Francofurti* 1706. 4. & *Voll. II. Diss. n.* 39. Quo etiam Scriptores de Seruis, quos ad libri primi titulum quintum adduximus, referri possunt. De *Alea veterum* Tractatus extat postumus ANDREAE SEFFTLEBII *Lipsiae* 1667. 8. in quo de ipso ludo, qui fuit apud veteres, agit. Idem argumentum erudite proposuit IOANNES CORNELIVS PAVW *de alea veterum*, *Vltraiecti* 1726. 8. De *Alearum ludo vetito* ANGELVS ROCHA, *Romae* 1606. *&* 1662. 4. *De aleatoribus*, seu *de ludorum vniuersa antiquitate*, PARIS de PVTEO & IOANNES BAPTISTA CACCIALVPVS *de ludo & Aleae Lusu*, quorum Scripta in Tomo septimo continentur Tractatus Tractatuum. HENRICVS KNAVSTINVS *de ludo Aleae & chartarum*, *Effurti* 1574. 8. Occasione huius tituli tractant ICti materiam *Assecurationis* & *Sponsionis*. *Selecti* Tractatus doctrinae de *Assecurationibus* iunctim typis expressi *Venetiis* 1571. *Francofurti* 1580. 1586. *Coloniae* 1569. *f.* De *Assecurationibus* quidem *& sponsionibus mercatorum* egit PETRVS SANTERNA, *Colon.* 1598. 8. *Antwerpiae* 1554. *&* 1584. 8. & qui melior adhuc est BENVEVNTI STRACCHAE Tractatus *de Assecurationibus*, *Venetiis* 1569. 8. *Bruxellis* 1667. 4. *& Amstelodami* 1658. 1669. 8. Licet ad vsum hodiernum & Consuetudines Germaniae magis faciat REINOLDI KVRIKE *Diatribe de Assecurationibus, quae extat in Iure maritimo Hanseatico, Hamburgi* 1667. 4. & HENRICI COCCEII dissertatio *de Assecuratione*, *Francofurti ad Viadrum* 1690. nec non MARTINI MEIERI Diss. de *Assecurationibus Mercatorum*, *Basileae* 1668. 4. & iterum *Bremae* 1739. 4. IOANNIS WERLHOFII Diss. de *instrumento Assecurationis vulgo Polizza*, *Helmstadii* 1707. 4. & *Lipsiae* 1736. 4. cui editioni accesserunt, instrumenta varia Assecurationum germanico

nico idiomate, HERMANNI *von der* HARDT, Epistola de germanica Pollizæ origine, atque MICHAELIS RICHEY in Hardtianam Epistolam animaduersiones. Optimus in hoc argumento IOANNIS ADOLPHI CRONII de *iure Assecurationum* Liber, *Rostochii 1725. 8.* Addi possunt reliqui Scriptores Iuris *Mercatorii*, de quibus infra §. L. Ad Titulum sextum, si mensor falsum modum dixerit, facit dissertatio GEORGII ADAMI STRVVII *de eo, quod iustum circa mensuras & pondera, Ienæ 1676. 4.* & quæ plenior est NICOLAI MYLERI ab EHRENBACH *Metrologia, siue Tractatus de Iure Mensurarum, Tubingæ 1668. 4.* Scriptores ad tit. VI.

§. XLVI. Ad Titulum Pandectarum de *religiosis & sumtibus Funerum* faciunt Scriptores, qui de funeribus Romanorum egerunt. Inter hos LILIVS GREGORIVS GYRALDVS *de sepultura & vario sepeliendi ritu* egit *Basileæ 1539. 8.* qui & inter Opera Viri comparet, quem dein variis animaduersionibus locupletauit atque illustrauit IOANNES FAES, *Helmstadii 1664. 4.* CLAVDIVS etiam GVICHARDVS in Tractatu, gallico idiomate edito, diuersos sepeliendi ritus, Romanorum maxime & Græcorum declarat, prodiit *Lugduni 1581. 4.* Commendanda quoque est industria IOANNIS MEVRSII, quam in Tractatu de *funere Romanorum, Hagæ Comitum 1604. 8.* edito, & in *Tomo XI. Thesauri Gronouiani*, recuso, exhibuit. His tamen præstat IOANNES KIRCHMANNVS, cuius *de funeribus Romanorum* libri quatuor extant *Lubecæ 1636. 8.* quibus funerum originem, pompam, aliaque iusta funebria, & quæ circa monumenta & sepulcra Iuris sunt, speciatim persequitur. Iungendi tamen sunt IACOBI GVTHERII *de Iure Manium*, siue de *ritu, more & legibus prisci Funeris* libri tres, primum *Lutetiæ 1615. 4.* dein *Lipsiæ 1671. 8.* editi, quibus, quæ a KIRCHMANNO omissa supplet, reliqua ex nummis atque marmoribus pro more illustrat & leges monumentorum atque funebres egregie explicat. Alii vel ad ipsum Titulum, vel Iura hodierna fuerunt commentati. Inter hos primus est IO. BAPTISTA ASINIVS, qui *de religiosis & sumti-* Scriptores ad tit. XI. de religiosis & sumtibus funerum.

sumtibus funerum commentatus est, *Lugduni 1553. f.* *De sepulturis* SEBASTIANVS MEDICES, *Florentiæ 1580. 8.* & ANDREAS MOLFESIVS, *Neapoli 1522. f.* Melior vero est Dissertatio IOAN. REBHANI *de Iure Sepulcrorum*, *Argentorati 1665. 4.* Addimus FLORIANVM DVLPHVSIVM *de Sepulturis, epitaphiis & defunctorum monumentis*, *Bononiæ 1641. 4.* rarum nostris in oris Tractatum, Cum autem Sepulturæ Iura hodierno tempore ad Consistoria spectent, huc referri debent Scriptores, qui de Iure Consistoriorum egerunt. Speciatim conducit ad mores hodiernos CHRISTIANI THOMASII dissertatio *de Iure Principis Euangelici circa solennia sepulturæ*, *Halæ 1702. 4.* qua potissimum demonstratur, Principis potestatem tantam esse, vt circa solennia sepulturæ inuitis licet personis ecclesiasticis possit disponere. De *Iure Funerum in Ducatu Brunsuicensi* docta extat Commentatio RVDOLPHI AVGVSTI NOLTENII *Brunsuigæ 1737. 4.* Addimus IO. HENRICI HEVNISCHII *Dissertationem Inauguralem de sepultura gratis concedenda*, sub præsidio GVILIELMI HIERONYMI BRVCKNERI *Ienæ 1708. 4.* habitam, quæ multum irritauit Clericos nimium adpetentes. De *Sumptibus Funerum* extat porro Dissertatio FRIDERICI PHILIPPI, *Lipsiæ 1684. 4.*

Scriptores ad libri XII. tit. I. de rebus creditis.

§. XLVII. De *rebus creditis* scripsit IOANNES GOEDDAEVS *de rebus creditis & mutuo*, *Goslariæ 1618. & 1701. 8.* qui melior est PHILIPPO MATTHAEI, *Marpurgi 1609. 8.* CHRISTOPHORO BESOLDO *de mutuo & SCto Macedoniano*, *Tubingæ 1627. 4.* IO. BORCHOLTEN *de rebus creditis*, *Helmstadii 1596. 8.* THOMA LINDEMANNO *de contractu mutui*, *Rostochii 1624. 4.* Politæ elegantesque sunt EDMVNDI MERILLII *Obseruationes in Leges XXXI. priores tituli π. de rebus creditis*, quas ex MSto in lucem produxit V. C. EVERARDVS OTTO *Thesaur. Iuris Ro. T. III. p. 613.* Erudita & acris controuersia inter doctos criticique ingenii viros fuit orta *an mutuum sit alienatio.* Auctor illius controuersiæ erat CLAVDIVS SALMASIVS, qui primum id negauit in *Libro*

de

de Vsuris Cap. VIII. p. 216. seq. Postea sub nomine ALEXII a MESSALIA *diatribam* scripsit, *de mutuo non esse alienationem, Leidæ 1640. 8.* cui assentitur BARTHOL. LECTIVS, qui singulari dissertatione demonstrare conatus fuit *in mutuo non dari alienationem, Leidæ 1550. 8.* Sed contradixerunt longe plures. Contra hos autem cum SALMASIVS se defenderet in *disquisitione de mutuo, qua probatur non esse alienationem, Lugduni 1645. 8.* & in *Epistola ad Menagium, vbi de mutuo tractatur aduersus Carolum Annibalem* FABROTVM, cuius etiam præmissa Epistola est, *Lugduni Batauor. 1645. 8.* refutationem scripsit idem FABROTVS, *Parisiis 1647. 4.* Hanc porro SALMASII opinionem refutarunt WILHELMVS GOESIVS, (qui etiam sub *Lucii Veri*, nomine & persona latuit) *de mutui alienatione, Lugduni Batauorum 1648. 8.* & *in animaduersionibus in speciminis Salmasiani cap. I. & II. Hagæ Comitum 1657. 8.* atque IOANNES IACOBVS WISSENBACH in *Diatriba, mutuum esse alienationem, Franekeræ 1642. 12.* & in *Vindiciis huius Diatribæ ibid. 1646. 8.* SALMASII editæ sunt iunctim *Miscellaneæ Defensiones pro se ipso circa suam sententiam de mutuo, Lugduni Batau. 1648, 8.* Addatur EI. *confutatio diatribæ de mutuo tribus Disputationibus ventilatæ, Lugduni Batau. 1645. 8.* Multo doctrinæ elegantioris adparatu *de mutuo & veteri litterarum obligatione* S. H. ab IDSINGA egit singulari Dissertatione, cuius Pars I. *Franequeræ 1736.* adscripto Præsidis WIELINGII nomine in 4. excusa. Ad *l. 40. ff. de Reb. Cred.* libro singulari commentatus est CORNELIVS van BYNKERSHOEK, *Hagæ Comitum 1697. 4.* De *vsuris vera circa contractum mutui* scripsit ALPHONSVS VILLAGVT, *Venetiis 1589. f.* De *censu constitutiuo, seu Mutuo palliato,* Commentatione erudite egit Vir celeb. IOANNES IACOBVS SORBER ICtus iam Marpurgensis, *Ienæ 1746. 4.* Adpendicemque Documentorum ineditorum, argumentum illustrantium, adiecit, De *exceptione non numeratæ pecuniæ* egit

EMANVEL a COSTA, *ad l. si ex cautione C. de non numer. pecun. scil. aduersus defendentem se hac exceptione, probandam actori numeratam pecuniam, Conimbriæ 1549. 4.* & qui præcipuus est GEORGIVS FRIDERICVS FABER, *de non numerata pecunia, Argentorati 1670. 4.* Addimus HERMANNI ZOLLII Discursum iuridicum de *Exceptione non numeratæ pecuniæ* eundemque eximium, *Rinthelii 1708. 4.* Ad materiam de rebus Creditis sæpius refertur causa *Rationum* tam *publicarum*, quam *priuatarum*. Ad hanc vero illustrandam faciunt FRANCISCI MVNNOZ de ESCOBAR *de Ratiociniis & Computationibus Administratorum, Francofurti 1606. 1618. 4. Noribergæ 1664. 4. Roterodami 1662. 8.* IOHANNIS HEESER *Loci Communes de Rationibus reddendis earumque Reuisione, Darmstadii 1665. Coloniæ 1691. 4. 1708. 4.* & præcipue IACOBI DOEPLERI *getreuer Rechnungs Beamte, Francofurti ad Mœnum 1697. 4.* qui sua ex præstantioribus Scriptis ICtorum & Politicorum collegit, & variis documentis, principum edictis & rationum formulis illustrauit.

Scriptores de Moneta, eiusdemque mutatione.

§. XLVIII. Ad *Mutui* materiam spectat illa de *mutatione Monetæ*, de qua RENERI BVDELII *libri II. de Monetis* extant *& re numaria, vna cum Tractatibus variorum, Coloniæ 1574. 4.* & *Ibid. 1591. 4.* Præter BVDELII libros II. quorum primus artem cudendæ Monetæ; secundus vero Quæstionum Monetariarum Decisiones refert, in hac Collectione sequentes continentur Auctores: ALBERTVS BRVNVS, de *augmento & diminutione monetarum*, IO. AQVILA *de potestate & vtilitate monetarum*, BILIBALDVS PIRKHEYMERVS *de priscorum nummorum æstimatione*, MARTINVS GARRATVS *de monetis*, FRANCISCVS CVRTIVS *de monetis*, IO. REGNAVDVS *de monetis*, CAROLVS MOLINAEVS *de mutatione monetarum*, DIDACI COVARRVVIAE *veterum numismatum collatio*, MAMERANI, *priscæ Monetæ ad huius nostri temporis diuersas aliquot Nationum monetas supputatio*; HENRICI HORNMANNI *Disputa-*

ſputatio Monetarum in diſcuſſione contentionum crediti & ſolutionis, IO. BODINVS *de augmento & decremento auri & argenti* cum diuerſis diuerſorum conſiliis. Similem collectionem auctorum variorum de *Monetis* conquiſiuit edidítque MATTHAEVS BOYSSIVS, *Coloniæ* 1574. 8. in qua comparet IOA. AQVILA de *poteſtate & vtilitate Monetæ*, ſingillatim *Noribergæ* 1542. 4. impreſſus. IO. GVILIELMI PFENNIGK *de rei numariæ mutatione & augmento*, editus *Lipſiæ* 1662. 8. *De mutatione monetarum* habemus NICOLAVM ORESMIVM, *Helmſtadii* 1616. 4. CAROLVM MOLINAEVM *Coloniæ* 1574. 8. VLRICVM VOLRATHVM *Erffurti* 1626. 4. CASPAREM ANTONIVM THESSAVRVM *de augmento & variatione monetarum*, *Francof.* 1610. 4. Ad *rem monetariam Græcorum & Romanorum* præter GVILIELMVM BVDAEVM, cuius *de Aſſe & partibus eius* Libri Quinque, ab ipſo Auctore recogniti & locupletati, optima editione prodiere *Pariſiis* apud *Michael. Vaſcoſan* 1541. *f.* & ab auctore recogniti & locupletati, *Lugduni apud Gryphium* 1551. 8. conferri merentur IOANNIS FRIDERICI GRONOVII de *Seſtertiis ſiue Subſeciuorum Pecuniæ veteris Græcæ & Romanæ libri IV. Amſtelodami* 1656. 8. & *Lugduni Batauorum* 1691. 4. adiecit Gronouius *L. Voluſium Mæcianum* IC. & *Balbum Menſorem* de Aſſe; *item Paſcaſi* Groſippi Tabulas Nummarias. Iungendi: MARQVARDVS FREHERVS de *re monetaria veterum Romanorum & hodierna Imperii* Libri Duo, *Heidelbergæ* 1605. 4. IACOBVS GOTHOFREDVS Diſſert. de *monetæ aureæ mutatione Geneuæ* 1654. 4. & erudita FRANCISCI HOTOMANNI Diſputatio de *Aureo Iuſtinianico*, *Baſileæ* 1584. 8. aduerſus quandam Obſeruationem de Iuſtiniana aurei æſtimatione. IOANNIS CHRISTOPHORI WAGENSEILII *de Re Monetali Veterum Romanorum Diſſertatio*, *Altorfii* 1691. 4. BARTHOLDI BALTZERS Tractatio iuridica, de *Numiſmatibus* partim ex antiquitatibus, partim ex Iure declarata *Argentorati* 1679. 4. Præterea extant

BENIAMINIS LEVBERI *Quæstiones de reductione monetali, Noribergæ 1629. 4.* HENNINGI RENNEMANNI *decisio controuersiæ monetariæ, circa valoris vulgo recepti incrementum & decrementum, creditoris an debitoris lucro veniat, Erfurti 1610. 4. &* IOANNIS RVDOLPHI WERNERI *quæstiones, an in solutionibus tempus debiti vel solutionis sit inspiciendum, Erfurti 1625. 4.* Præcipuæ tamen sunt Disputationes ANDREAE DINNERI *de mutatione quoad solutionem, Noribergæ 1622. 4.* & IACOBI ALEMANNI *palæstra Consultationum Iuris illustrium, Magdeburgi 1613. 8. & 1621. 8.*

Scriptores ad lib. XII. tit. de Iureiurando.

§. XLIX. Ad argumentum *Iuramentorum* faciunt *Constitutiones de Iureiurando ex R. Maimonidis Opere latine redditæ variisque notis illustratæ* a IVSTO CHRISTOPHORO DITHMARO, *Lugduni Batauorum 1707. 4.* qua leges Hebræorum de Iureiurando explicantur. Ad Romanorum Leges illustrandas faciunt præcipue IO. BAPTISTAE HANSENII Liber de *Iure Iurando veterum Romanorum*, qui *Tolosæ* primum prodiit *1614. 4.* & ipsos iurandi ritus atque antiquitates erudite deducit. Hunc excipit STEPHANVS TRELIERIVS, cuius *de Iureiurando* Liber, Iuramenta prout Iure Romano obtinebant, considerat. ERYCII PVTEANI schediasma *de Iureiurando antiquorum Iudicum* in specie de eo agit, quod ad Libonis Puteal præstari dicebatur, idem quid sit explicat, prodiit alias *Mediolani 1606. 8.* Tres isti Tractatus extant in Tomo quinto *Thesauri Antiquitatum Romanarum* GRAEVIANI. Addatur THEODORVS REGNERVS de BASSEN de *iureiurando Veterum, in primis Romanorum, Vltraiecti 1728. 8.* Varia *de ritu tangendi SS. Euangelia in iure iurando* diligenter collegit & pereruditè illustrauit, singulari Dissertatione exhibuit laudatissimus IOANNES FRIDERICVS IVGLERVS, *Lüneburgi 1748. 4.* Ad ipsam *Iuramentorum* naturam & casus circa eadem in *Foro* facit IOACHIMVS a BEVST in *Lectura* sua in hunc Titulum *Wittebergæ 1576. f. 1608. 4.* & denuo *Ibid. 1651. f.* THOMAS DELBENE *de Iuramen-*

ramento, Lugduni 1669. f. ANTONIVS CORSETTVS, *de Iuramento & eius priuilegiis* in Tomo quarto Tractatus Tractatuum & IO. GVTIERREZ in Tractatu tripartito *de Iuramento confirmatorio circa contractus, vltimas voluntates, iudicia, Francofurti 1606. f.* IOANNES CAROLVS NAEVIVS Tractatum dedit vtilem *de Iuramentis & quidem illicitis, inofficiosis, temerariis, nec non licitis, promissoriis, confirmatoriis & Assertoriis iisdemque Extraiudicialibus & Iudicialibus, Vitembergae 1710. 4.* accessit Dissertatio: *De Iuramento delato super facto famoso.* Singula variis casibus & Formulis vsu fori accommodatis, illustrauit. De *Iuramento, periurio, adiuratione* scripsit IOANNES de DICASTILLO, *Antwerpiae 1662. f.* Plenissimus est Tractatus SERAPHINI de SERAPHINIS, *de priuilegiis Iuramentorum, cum commentariis* MARTINI BENCKENDORFII, *Francofurti 1652. f. 1679. f.* & qui ad vsum Germaniae potissimum facit IEREMIAS SETSERVS, *Magdeburgi 1608.* & *Lipsiae 1673. 4. Coloniae 1707. 4.* In L. *admonendi π. de Iureiurando* commentatus fuit CASPAR VALLASCO, *Lugduni 1553. f.* De *Iure iurando in alterius animam* IVSTVS OLDECOP, *1662. 4.* aduersus quem tamen scripsit GERARDVS FELTMANNVS, *Duisburgi 1667. 8.* Egregiam Dissertationem scripsit illustrissimus HENRICVS Comes & Dominus RVTHENVS de *Iureiurando per Procuratorem, Ienae 1729. 4.* De *Iuramento calumniae* habemus ANTONIVM DELRE, *Coloniae 1599. 8.* & *1614. 8.* demum *Osnabrugae 1677. 4.* FRANCISCVM CVRTIVM *Coloniae 1597. 8.* & Tractatu Tractatuum *Vol. 1. f. 1* GEORGIVM OBRECHTVM, *Argentorati 1604. 4.* & praecipue GEORGIVM WERNERVM, *Helmstadii 1662. 4.* atque illustrissimum ROCHVM FRIDERICVM *Comitem* LVNARIAE, iam Gubernatorem Comitatus Oldenburgici eminentissimum Diss. praeclara de *Iurisiurandi calumniae moralitate, historia, principumque Imperii ab illo immunitate, Ienae 1729. 4.* De *in litem iurando* scripsit IO. BORCHOLTEN, *Helmstadii 1598. 8.* HVGO DONELLVS,

Antwerpiae 1582. f. & praecipue IO. BAPTISTA PLOTVS de *in litem iurando, Coloniae 1584. 4.* De *Iuramento litis decisorio* VINCENTIVS CAROCIVS, *Coloniae 1596. 8.* & *Osnabrugae 1676. 4.* De *Iuramento perhorrescentiae* GERHARDVS FELTMANNVS, *Gröningae 1669.* cuius editio *secunda* cura ALEXANDRI ARNOLDI PAGENSTECHERI prodiit *Coloniae 1702. 4.* accessit eiusdem obseruatio de *Responsis Prudentum* aduersario non edendis. Fructuosa erit lectio IOANNIS TOBIAE CARRACH V. C. Diss. *de exiguo vsu iuramenti perhorrescentiae aduersus iudicem, Halae 1729. 4.* cuius sententias quum oppugnasset D. HENRICVS BROKES Diss. de *Iuramento perhorrescentiae, eiusdemque vsu practico, Vitembergae 1740. 4.* Dn. CARRACHIVS suae Dissertationis vindicias scripsit. De *Periurio per Genium Principis* ad L. X. §. 6. π. de Iureiurando edita est Dissertatio EVERARDI OTTONIS, quae inter ceteras *Traiecti ad Rhenum 1723. 4.* editas, comparet. Addatur elegans programma ERHARDI REVSCHII de *iureiurando per genium Principis, Helmstadii 1735. 4.* Vsum & abusum Iuramentorum in foro morali & practico exhibent IOANNIS SAMVELIS STRYKII *Meletemata de Iuramentis, Halae 1707. iterumque 1740. 4.* & maiori solidae eruditionis legalis adparatu celeberrimi viri GEORGII HENRICI AYRERI *Specimen Iurisprudentiae consultatoriae de Abusu Iuramentorum e Republica proscribendo, Göttingae 1741. 4:* quo praeclara & cordata monita leguntur. Quibus addimus de *Cautelis Iuramentorum* Tractatum Praeside SAMVELE STRYKIO ab Auctore GEORGIO CERBET praepositum, cuius Editio *Secunda Halae 1710. 4. Tertia* vera auctior *Ibidem 1719. 4.* prodiit.

Scriptores ad libr. XII. tit. IV. & seqq. de condictione.

§. L. Ad materiam *Condictionum* faciunt primum scripta ANDREAE CLVDII de *condictione caussa data, caussa non secuta, Moguntiae 1610. 4. de condictione indebiti, Francof. 1605. 4. de condictione furtiua, Lipsiae 1659. 4. de condictione certi, Helmstadii 1598. 8.* Sic etiam IO. KIZELIVS, *de condictione* scripsit *Giessae 1609. 8.* & praecipue

pue IVLIVS PACIVS *de condictione caussa data, caussa non secuta, Heidelbergæ 1586. 8.* Idem quoque *de condictione indebiti, in L. frater a fratre* fuit commentatus, *Geneuæ 1578. 8.* In eandem IOANNES MERCERIVS, *Hanoueræ 1584. 8.* & ANTONIVS LESCVRIVS ad Gilbertum Mallocium, *Lugduni 1575. 4.* De *Condictione triticiaria* pererudite egit in *Dissertationum Triade* IOA. CAROLVS van WACHENDORFF *p. 201. seqq.* De *Condictione mulieri intercedenti competente* Diss. eleganti egit collega honoratissimus Dn. IOANNES CASPAR HEIMBVRGIVS, *Ienæ 1739. 4.* MARCVS LYCLAMA *Operas gratuitas* scripsit *de condictione furtiua, Lugduni Batauorum 1616. 8.* & qui de eadem pro Iacobo Cuiacio contra Antonium Fabrum egit ANTONIVS MERCATOR, *Lugduni Batauorum 1616. 8.* De *condictione indebiti* editus quoque Tractatus IACOBI MAESTERTII *Lugduni 1639. 8.* Ad Iura antiqua, in primis quoad formulas circa præstationem doli olim contractibus adiici solitas, spectat GERARD. NOODT de *forma emendandi doli mali in contrahendis negotiis admissi apud veteres, Lugduni Batauorum 1709. 4.*

§. LI. De *Commodato* FRIDERICI ALBERTI MAVLII extat Tractatus in eiusdem Thesauro, *Moguntiæ 1666. f.* Refertur communiter a Dd. in hunc titulum materia *Culparum*, quæ tamen non in hoc solum, sed reliquis etiam Contractibus obuenit. BVRCHARDVS autem EDENVS, de *præstatione damnorum culpa casuque factorum itemque infectorum* egit *Argentorati 1640. 4.* Sic etiam IVSTI MEIERI extat Tractatio de *culpa in contractibus præstanda*, quam nouis adnotationibus illustrauit FRIDERICVS SCHRAGIVS, *Argentorati 1696. 8.* M. ANTONIVS del RIO *Exercitatione ad L. Contractus 23. de diuers. Reg. Iuris* quoque hanc culpæ præstandæ materiam attigit, quæ adiecta est ipsius Repetitioni ad L. Transigere C. de Transactionibus, *Lugduni 1606. 8.* Plenior vero est Tractatus NICOLAI BVRGVNDI *de periculis & culpa in Contractibus, Bruxellis 1674. 4.*

Scriptores ad libr. XIII. tit. VI. Commodati.

De *præstatione Casuum solitorum, insolitorum, & insolentissimorum ad L. LXXVIII. §. f. D. de contr. emt. & L. XV. §. 2. D. Locati* habemus doctam EVERARDI OTTONIS Dissertationem, quæ inter eius Dissertationes *Traiecti ad Rhenum 1723. 4.* editas comparet. Huc etiam pertinet alia ipsius Dissertatio *de Dolo Malo ad L. I. §. 3. π. de Dolo Malo.* Optime hanc *de variis Culparum generibus* doctrinam illustrat controuersia, quæ fuit inter GEORGIVM ADAMVM STRVVIVM atque HENRICVM COCCEIVM, acutissimi alias iudicii Iureconsultum. Inauguralis erat dissertatio STRVVII, quam sub præsidio HENRICI HAHNII *Helmstadii 1642.* habuit *de damnis, præcipue vero illis, quæ ex dolo, culpa aut casu prouenuunt, horumque correctionibus & præstationibus.* Sed cum in quibusdam sententiam suam mutasset illustris Iurisconsultus in *Syntagmatis Iuris Ciuilis Exerc. XIX. XLI. & seqq.* HENRICVS COCCEIVS eundem refutare adgressus est & nouam proponere sententiam. Scripsit hunc in finem Tractatum *de doli, culpæ & negligentiæ præstationibus in quolibet negotio, Heidelbergæ 1672. 4.* Tres iste continet Dissertationes, quarum prima receptam Doctorum sententiam, & præcipue STRVVII de præstatione doli & culpæ in contractibus continet. Altera, nouam suam sententiam proponit COCCEIVS: Tertia ad negotia singula, suam quam fouet opinionem adplicat. Potiora argumenta controuersiæ exhibet COCCEIVS in Disputatione prima *Sectione III.* Tota res, vt alia minora mittamus, eo redit: Adseruerat B. STRVVIVS, in societate ac rerum communione leuis vt culpa præstetur, sufficere, in cæteris contractibus, in quibus vel solius accipientis, vel vtriusque contrahentis, vel etiam aliquando solius dantis vtilitas versetur, etiam leuissimam culpam esse præstandam. Contra hoc adsertum insurgit COCCEIVS, notans, contractus, ratione culpae æquiparari non debere, sed in quibusdam contractibus culpam, in aliis diligentiam præstari, idemque ex Commodato per *l. 5. §. 2. π. Commodati, l. 3. π. de periculo & commodo rei venditæ,*

ditæ, *l. 47. §. pen. π. legat. 1.* aliasque Leges probare nititur. Hisce tamen a COCCEIO oppositis sufficienter responsum fuit a B. STRVVIO, in decisionibus suis Sabbathinis, præcipue *cap. XI. decis. XXXIV.* vbi probatur, quod diligentia in legibus eadem dicatur, quæ alias culpa leuissima, nisi quod in commodato solito maior præstetur diligentia, eo quod solius accipientis versetur vtilitas. Mittimus alias controuersias, vtpote de actione mala, licet quis male non agat, cui responsum *Decisionibus Sabbathinis cap. V. dec. VII.* Faciunt istæ *Decisiones Sabbathinæ*, quæ *Ienæ 1677. 4.* prodierunt, *ibidemque* cura FRIDERICI GOTTLIEB STRVVII filii, Viri amplissimi, auctiores *1717. 4.* recusæ sunt, ad hanc materiam de conuentionibus & contractibus egregie. Quippe selectiores Quæstiones atque casus solide decidunt. De pignoratitia actione infra ad librum vigesimum de pignoribus dicetur.

§. LII. Ad *Legem Rhodiam* & actionem quæ de *Negotiatione maritima* præstatur exercitoriam, faciunt varii. Ipsæ quidem *Leges Rhodiorum Nauales græce & latine*, separatim prodierunt *Lugduni 1647. 8.* SIMON quoque SCHARDIVS eas *cum Georgicis & militaribus Iustiniani* edidit *Basileæ 1561. 8.* IACOBVS ANDREAS CRVSIVS, in *L. ἀξίωσις IX. π. de L. Rhodia de iactu* fuit commentatus in Opusculis variis, *Mindæ 1668. 4.* Optimus vero est CORNELIVS van BYNKERSHOEK, cuius ad eandem Legem liber singularis & de *dominio maris* dissertatio prodiere *Hagæ Comitum 1703. 8.* qua ipsa legis verba multo acumine explicauit. Recentior, nec tamen ea soliditate scripta PETRI van der SCHELLING Diatribe *de Lege Rhodia de Iactu*, *Lugduni Batauorum 1722. 8. mai.* Breuem ast accuratam *Iuris Maritimi* Bibliothecam dedit Auctor *Breuis introductionis in Notitiam Legum Nauticarum & Scriptorum Iuris Reique Maritimæ*, *quem* ANDREAM LANGIVM Doctorem Lubecensem, præmaturo fato functum, esse, amicorum cognoui indicio, prodiit libellus *Lubecæ 1713. 8.* Hos inter Scriptores etiam referendus IACOBVS GOTHOFREDVS de *dominio*

Scriptores ad libr. XIV. tit. II. ad leg. Rhodiam de Iactu.

Scriptores de Iure maritimo.

minio maris ad L. IX. h. t. Francofurti 1663. 4. & qui hunc atque IVLII PACII, HVGONIS GROTII, MARTINI SCHOCKII de hac materia libellos coniunxit IOACHIMVS HAGEMEIERVS, *Francofurti 1663.* & *1669. 12.* Addatur IOANNES PALATIVS de *Dominio Maris Adriatici, Venetiis 1663. 12.* de quo & laudatus PACIVS fuit commentatus, cuius libellus singillatim editus *Lugduni 1619. 8.* Alios Scriptores, qui de controuersia ista, an mare possit haberi in dominio, egerunt, indicauimus in BIBLIOTHECA PHILOSOPHICA cap. VIII. §. X. Sigillatim de eo egit MARTINVS SCHOOCKIVS in *Imperio maritimo* quod *Amstelodami 1669. 12.* editum, IOANNES LOCCENIVS, de *Iure maritimo, Holmiæ 1652. Amstelodami 1669. 12.* & IOANNES STRAVCHIVS, in Dissertatione de eadem materia *Brunsuigæ 1662. 4.* atque inter *Dissertationes* iunctim *Ienæ 1674. 4.* edita, vt & in Collectione *Opusculorum Strauchianorum.* PETRI PECKII Tractatus *de re nautica,* quem cum Notis edidit ARNOLDVS VINNIVS, *Lugduni Batauorum 1647. 8.* eruditus est, atque ipsa quoque Legis *Rhodiæ* capita optime illustrat. Præclara sunt FRANCISCI ROCCI de *Nauibus & Naulo, item de Assecurationibus Notabilia,* quibus accessere ipsius Selecta responsa, recusa *Vltraiecti 1708. 8.* *De eo quod iustum est circa Excursiones Maritimas vom Recht der Caperey* Tractatum dedit SAMVEL FRIDERICVS WILLENBERG, *Gedani 1711.* 4. quo de Statu & expeditione bellica Excursorum maritimorum ex constitutionibus Gentium mari dominantium agit. De *nauibus ob mercium illicitarum vecturam commissis* erudite disseruit B. IOANNES GOTTLIEB HEINECCIVS, *Halæ 1721.* 4. Plures quoque Articulos *Ius maritimum* concernentes Tractatui suo *de Iure Mercatorum* subiecit IOANNES MARQVARDVS, qui *Francofurti 1662. f.* prodiit. Alias *Ius maritimum Hanseaticum* illustrauit REINOLDVS KVRIKE *Hamburgi 1667.* 4. Qui de *Iure Maritimo & Nautico* optimus est IO. FRANCISCVS STYPMANNVS, *Gryphiswaldiæ* prodiit 1552. 4. Hunc, atque BAPTISTAM

TISTAM AYMVM de *Alluuionum Iure*, SIGISMVNDVM BVCHNERVM, *de Re & Iure aquatili*, IOANNEM GRYPHIANDRVM *de Insulis*, & NOE MEVRERI *Wasserrecht*, quod alias *Marpurgi 1604. f.* prodiit, GEORGII ADAMI STRVVII Dissertationem de *Aquæductibus*, aliosque de hoc argumento Tractatus & diuersorum Principum Constitutiones in suo *Iure Fluuiatico* congessit AHASVERVS FRITSCHIVS, *Ienæ 1672.* 4. *Cuinam Insularum in Fluminibus* publicis natarum competat Dominium? Diss. exposuit B. IOA. RVDOLPHVS ENGAV, *Ienæ 1751. 4.* De *Dominio Rheni* diuersis scriptis publicis disceptatum extat quoque hoc argumento Dissertatio singularis *Giessæ*, 4. proposita. FRANCISCI MARIAE PECCHII Tr. *de Aquæ ductu* prodiit *Ticini 1670. f.* STYPMANNI Librum & R. KVRIKE de *Assecurationibus* Diatribam, atque IOANNIS LOCCENII *Ius Maritimum*, sub titulo: de *Iure Nautico & Maritimo Fasciculi*, iunctim quoque in eruditorum manus reduxit, præmissa erudita Præfatione, de *Iurisprudentia diuinarum humanarumque rerum notitia*, B. IOANNES GOTTLIEB HEINECCIVS, *Halæ 1739.* 4. De *Auaria* extat QVINTILIANI WITSENI Tractatus, *Lugduni Batauorum 1617. 4.* qui postea cum Obseruationibus SIMONIS a LEVWEN & MATTHAEI de VICO prodiit *Amstelodami 1672. 8.* Eiusdem SIMONIS van LEVWEN Tractatum *von Avereyen* edidit non nemo, *mit einigen nöthigen Obseruationen*, *Ordinantien*, *Assecurantien und Auereyen Ordnungen etzlicher See-Stædte vermehret*, *Lubecæ* in 8. Præter hos extat: LVCAE ANDREAE *von* BOSTEL Diss. de *Contributione propter iactum marinum*, *vulgo Auaria*, *Argentorati 1735.* 4. atque PAVLI GERCKEN Delibata quædam ad Tit. XVI. Partis II. Statutorum Hamburgensium, vbi agitur de *Hauaria*, *Groningæ 1721. 4.* Ad ius quoque *Fluuiaticum* pertinet IODOCI HACKMANNI de *Iure Aggerum* Tractatus *Stadæ 1690. 4.* cum variis Ordinationibus editus.

§. LIII. Alia est *Actio institoria*, quæ ratione Negotiationis terrestris datur. Faciunt huc Scriptores, qui Scriptores ad libr. XVI.

tit: III. de institoria actio ne.

qui Iurisprudentiam *Mercatoriam* illustrarunt. Olim quidem æstimabatur BENEVENVTI STRACCHAE *de Mercatura* liber, *Coloniæ 1576. 1585. 8. Lugduni 1556. 8.* & CAROLVS MOLINAEVS, in *Tractatu commerciorum & contractuum, Parisiis 1605.* 4. Selectæ eruditionis est academica expositio B. IOANNIS GOTTLIEB HEINECCII *de iure Principis circa commerciorum libertatem tuendam, Halæ 1738.* 4. Sic etiam de *ratione constituendi libros mercatorios* egit PASQVERIVS GOESEN, *Magdeburgi 1601.* 4. *De Banco-ruptoribus*, LAVRENTIVS BANCK, *Franekeræ 1650. 4.* DANIEL SAVTERIVS *in Mastige Fallitorum, Lugduni Batauorum 1619.* 4. quo Cæsarum, Regum, Principum, Magistratuum variorum Edicta & Senatusconsulta de pœnis Mercatorum foro nequiter cedentium collegit eademque Exemplis, & Obseruationibus variis quandoque eruditis illustrauit. IACOBVS MOLLERVS, *von Banquerotirern, Francofurti 1693. 4.* prodiit. Plenior est Tractatus SIGISMVNDI SCACCIAE de *commerciis & Cambio, Geneuæ 1664. f.* & qui reliquis est accuratior IOANNES MARQVARDVS, in Tractatu de *Iure Mercatorum & commerciorum singulari, Francofurti 1662. f.* Hic enim quidquid ad Commerciorum facit rationem, Iura, priuilegia, commoda & onera singularibus capitibus fuit persecutus. Accesserunt diuersa priuilegia commerciorum ciuitatibus Hanseaticis vel aliis concessa, Statuta, Tractatus Commerciorum, atque inter hæc *Argonautica Gustauiana*, quæ integra inseruntur, vt præcipuum merito opus haberi debeat Iuris Mercatorii. Inter recentiores sunt IOANNIS TOVBEAV *Instituta Iuris consularis seu Iurisprudentiæ Mercatorum, Les instituts du Droit Consulaire, ou la Iurisprudence des Marchands, à Paris 1682. 4.* GERARDI MALYNES *consuetudo vel lex mercatoria*, anglice scripta, *Londini 1686. f.* & ANSALDVS de ANSALDIS de *commercio & mercatura, Romæ 1689. f.* Principium L. 4. C. de Commerc. & Mercator. exposuit Diss. IOACHIMVS NERGER, *Vitemb. 1671.* recusa *1726. 4.* Ad praxin fori mercatorii hodiernam optime

optime faciunt ANDREAS CHRISTOPHORVS ROESENERVS in Tractatu de *libris mercatorum*, *Lipsiae 1690. 1694.* 4. atque ANDREAE MYLII Diss. de *libris Mercatorum*, *Lipsiae 1681. 4.* IOANNIS GOTTLIEB HEINECCII Diss. de *Mercatorum, qui foro cesserunt, rationibus & codicibus*, *Francofurti 1728.* 4. & IACOBVS SAVARY, qui *consilia & responsa* edidit *de praecipuis ac maxime arduis commerciorum caussis*, variis tribunalium decisionibus munita, *Parisiis 1688.* 4. Ad Titulum quartum de actione tributoria faciunt quoque Scriptores, qui de decoctoribus egerunt, vtpote BENEVENVTVS STRACCHA *de decoctoribus*, *Venetiis 1584.* 4. & FRIDERICVS GERDESIVS, *de decoctoribus atque aduersus hos cautionibus & poenis*, *Gryphiswaldi 1668.* 4.

Ad titulum IV. de actione Tributoria.

§. LIV. De *Senatusconsulto Macedoniano* singularem habemus Tractatum GOTHOFREDI de IENA, *Francofurti ad Viadrum 1663. 12.* atque FEL. IOAN. IAIME ICti Taurinensis Tr. *de Senatus consulto Macedoniano* XXII. Capitibus comprehensum, *Taurini 1755. 8.* & qui huc etiam spectat GEORGIVS ACACIVS ENENCKEL Baro ab HOHENEGG, *de priuilegiis Parentum & Liberorum*, *Tubingae 1618.* 4. qui etiam ad materiam de peculio facit. EMANVELIS vero MENDOZAE de CASTRO *Repetitio* extat *de Peculio profectitio, aduentitio, castrensi*, *Augustae 1615. 8.* De *Senatusconsulto Velleiano* scripsit ANDREAS LAVBMEYER, *1585.* 4. & FRANCISCVS DVARENVS, cuius Tractatus inter opera extat *Francofurti 1598. f.* Nec spernendus IACOBI MAESTERTII breuis Tractatus de *SCto Velleiano*, qui in variis eius Operibus extat, sub titulo: *Sedes atque Tractatus illustrium Iuris materiarum Lugdun. Bat. 1664. 4.* editis, *p. 367. seq.* Eruditae sunt IOANNIS PETRI a LVDEWIG Diss. binae de *Differentiis Iuris Romani & Germanici in Senatusconsulto Velleiano atque Mulierum obligationibus aliis Halae 1720.* 4. & de *Differentiis in SCto Velleiano exule*, *ibid. eodem anno.* Huc etiam spectat IOACHIMVS WIBELIVS de *Contractibus Mulierum*

Scriptores ad libr. XIV. tit. XI. de SCto Macedoniano.

Scriptores ad libr. XVI. tit. I. de SCto Velleiano.

lierum, *Stutgardiæ 1656.* 4. & præcipue B. IVSTI HENNINGII BOEHMERI Diſſ. *de efficaci Mulierum interceſſione*, *Halæ Magdeb. 1718.* 4. cuius Caput I. de *Hiſtoria & ratione Senatus C. Velleiani*, inſcriptus eſt.

Scriptores ad libr. XVI. tit. II. de Compenſationibus.

§. LV. De *Compenſationibus* egit SEBASTIANVS MEDICES, *Francofurti 1585. 8.* IOANNES BORCHOLTEN, *Helmſtadii 1596. 8.* SCIPIO GENTILIS, *Altdorfii 1592.* 4. TYNDARVS, *Francofurti 1574. 8.* & qui præcipuus eſt IACOBVS MÆSTERTIVS, de *lege commiſſoria*, *compenſatione & ſecundis nuptiis*, *Lugduni Batauorum 1639. 8.* Materiam *de Depoſito* tractarunt FRIDERICVS ALBERTVS MAVLIVS in ipſius *Theſauro*, *Moguntiæ 1666. f.* NICOLAVS MOZZIVS, de *contractibus mutuo*, *depoſito*, *Coloniæ 1594. 8.* præcipue VINCENTIVS CAROCCIVS, de *depoſito*, *obligationibus & ſequeſtro*, *Coloniæ 1594. 8.* & *1604. 8.* De *ſequeſtratione poſſeſſionum & fructuum* habemus IOANNEM GOEDDEVM, *Herbonæ 1599. 8.* & *1620. 8.* *Francofurti 1607. 1623. 8.* & qui præferendus adhuc eſt, ANDREAM CLVDIVM, de *Iure Sequeſtrationis*, *Helmſtadii 1594. 8.* & *1596. 8.* Nouæ editioni acceſſerunt Tractatus IACOBI de ARENA & FRANCISCI CVRTII de eadem materia, *Coburgi 1700. 8.* CVRTIVS autem ſingillatim editus *Coloniæ 1596. 1622.* & *Lugduni 1563.*

Scriptores ad libr. XVI. tit. III. Depoſiti

Scriptores ad libr. XVII. tit. I. mandati.

§. LVI. Ad Titulum *Mandati* ſpeciatim extat HENRICI CANISII Tractatus de *contractu mandati*, *Ingolſtadii 1572. 4.* De *ſocietate*, *lucro & quæſtu* HECTOR FELICIVS, *Gorichemi 1666. 4.* & *Geneuæ 1667. 4.* præter Maulium & Mozzium, qui cum aliis Contractibus eadem ſimul explicarunt. De *Societate Leonina ad L. 29. §. 1. D. pro Socio*, perelegans agit Diſſ. B. CHRISTIANI HENRICI ECKHARDI, Præſide Viro illuſtri IOA. GEORGIO ESTOR, *Ienæ 1738. 4.* De *diuiſione* vero *Bonorum*, quæ in hoc contractu ſæpius obuenit, ſcripſit PETRVS SANTZ MORQVECHO, *Francofurti 1607. 4.* Ad hanc materiam porro ſpectat *Ratihabitio*, quam penitus excuſſit IOANNES CHRISTOPHOR. HEROLDT, de *Iure Ratificationis*, *Lipſiæ 1687.*

1687. 4. & quæ lectu digna IOANNIS GODOFREDI MEIERI Commentatio de *Iure Ratihabitionis 1724. 4.*

§. LVII. De *Emtione & Venditione* aliquot Tractatus habemus editos *Coloniæ 1574. 4.* THOMAM MAVLIVM, de *emtione & venditione*, *Francofurti 1661. 4.* GABRIELEM MVDAEVM, de *contrahenda emtione & venditione*, *Francofurti 1586. f.* & qui præcipuus est IACOBVM MAESTERTIVM, cuius Tractatus de *emtione & venditione* inter alios editus extat *Lugduni Batauorum 1639. 8.* De *contrahenda & dissoluenda emtione* scripsit ARNOLDVS RATH, *Ingolstadii 1657. 4.* De *Iure protimiseos* egit BALTHASAR BENEDELLVS, *Venetiis 1591. 8. Francofurti 1600. 8.* De *vtroque retractu municipali & conuentionali* libros duos scripsit ANDREAS TIRAQVELLVS, inter opera eius, *Francofurti 1616. f.* & qui ad eosdem methodum duplicem dedit NICOLAVS VIGELIVS *Francofurti 1586. 8.* Ad Iura Germaniæ atque vsum hodiernum melius accommodatus est IMMANVELIS SVTORII Tractatus de *Retractuum Iure*, *Ienæ 1659. 4.* CHRISTOPHORI BLVMBLACHER libellus de *Retractu gentilitio & conuentionali* editus *Salisburgi 1673. 8.* De *retractus gentilitii Iure* egit IOANNES PHILIPPVS STOL, *Altorfi 1662. 4.* IOANNES POMERESCHIVS *Gryphiswaldæ 1671. 4.* & præcipue THEODORVS REINKING, de *retractu consanguinitatis*, *Marpurgi 1631. Giessæ 1662.* & *Francofurti 1670. 4. Coloniæ 1708. 4.* De *Prædiis principaliter diuisis iure congrui non retrahendis* egit CHRISTIANVS HANACCIVS Differt. *Witteb. 1736. 4.* De *addictione* vero *in diem* habemus IO. HENRICVM SCHÜTZIVM, *Giessæ 1654. 12.* De *Lege Commissoria* præter MAESTERTIVM in *Tractatibus tribus*, *Lugd. Bat. 1639. 8.* extat quoque GOTHOFREDVS de IENA *de Lege Commissoria*, *Francofurti ad Viadrum 1661. 12.*, De *Arrhis Emptionum Differentias Iuris Romani & Germanici* Diss. doctissime scripta egit IOA. CAROL. HENR. DREYER *Kiliæ 1747. 4.* De *Hastarum & Auctionum origine*, *ratione & solemnibus* breuem, ast eruditum dedit Tractatum IVNIVS RABIRIVS, *Parisiis*

Scriptores ad lib. XVIII. tit. I. de contrahenda emtione & sequentes.

fiis 1554. 4. quo morem Iuris Romani in Subhastationibus persequitur, eundem Græuius Thesauro suo Antiquitatum Romanarum *T. III.* inseruit. De *Auctionibus* vero Bonorum, maxime creditoris obærati, egit ANTONIVS MATTHAEI, *Traiecti 1653.* 4. Inter pleniores extant LVDOVICVS POSTIVS, de *subhastatione, Geneu 1671. f. Coloniæ 1733. f.* qui melior est IOANNE ANTONIO MANGILIO, de *euictionibus & subhastationibus, Geneuæ 1668. f.* Ad vsum Germaniæ facit IOANNIS OTTONIS TABORIS dissertatio inauguralis *de fide & Iure Hastæ, Argentorati 1631.* 4. De *Vsu Hastæ iuridico* vtilis Dissertatio IOANNIS HARTMVTHI RAYS, *Giessæ 1739.* 4. In Terris Saxonicis autem præualet IOANNIS PHILIPPI Tractatus de *Subhastationibus, Lipsiæ 1667. 1688.* 4. Quantum ad actiones emti venditi, legendus est FRIDERICI a SANDE de *effestucatione* Tractatus, *Arnhemii 1638.* & *cum notis* LAMBERTI GORISII, *Arnhemii 1651.* 4. & inter Opera *Coloniæ Agrippinæ* iunctim *1698. f.* edita, in quo de resignatione iudiciali rei venditæ agitur. De *Monopoliis* scripsit AHASVERVS FRITSCHIVS *ad L. vn. C. de Monopoliis*, quæ Tractatio habetur inter eius Opuscula edita *Norimb. 1690. f.*

Scriptores ad libr. XIX. tit. II. Locati Conducti.

§. LVIII. Ad *Locationem Conductionem* præter Maulium, Mozzium, Mudæum, Alterisium, speciatim facit STEPHANVS FAGVNDEZ *de Iustitia, contractibus, locationibus, Lugdunii 1641. f.* VINCENTIVS CAROCIVS in Tractatu *locati & conducti*, in quo de pensionibus, fructibus, remissionibus egit, *Venetiis 1649. f.* De *Iure Socidæ* extat dissertatio IOANNIS OTTONIS TABORIS, *Argentorati 1646.* 4. Spectat huc non certe inelegans ABRAHAMI à WESEL Tr. de *Remissione Mercedis*, propter bellum maxime, inundationem aquarum, & sterilitatem, *Amstelodami 1679. 8.* qui etiam *de Admodiatione* scripsit, de qua extat quoque dissertatio B. G. A. STRVVII, recusa *1692.* 4. De *rerum permutatione* egit LVDOVICVS GOMEZIVS, *Lugduni 1575.* & THOMAS MAVLIVS, *Francofurti 1633.* 4. Ad Titulum de *præscriptis*

ptis verbis commentatus fuit HENRICVS HEYDECCIVS, *Francofurti 1597. 8.* & FRANCISCVS HOTTOMANNVS *Geneuæ 1575. 8.*

§. LIX. Facit ad hanc de præscriptis verbis actionem Actio *de Cambio*, de qua præter istos Scriptores, qui Iurisprudentiam *mercatoriam* illustrarunt, quosque supra indicauimus, alii extant. Exteros inter hanc materiam pertractauit MARTINVS AZPILCVETA, cuius Tractatus *de Cambiis* inter Opera eius extat, *Venetiis 1602. f.* ANTONIVS MERENDA *de cambio nundinali, Papiæ 1645. f.* & præcipue RAPHAEL de TVRRE Tractatu *de Cambiis, Francofurti 1645. 1655.* & *Geneuæ 1641. f.* Inter nostrates habemus IOANNEM MARTINVM VOGTIVM de *Cambio, Giessæ 1658.* & cum additionibus AHASVERI FRITSCHII, *Francofurti 1671. 4.* ac præcipue HENRICVM ZIPPELIVM *in Wechsel-Tractat*, qui *Lipsiæ 1699. 1761. 4. Norimbergæ 1738. 4.* prodiit, IO. AD. BECKII *Tractat vom Wechselrecht*, *Noriberg. 1725. 4.* & ad ipsas literarum cambialium formas atque instituta egregie conducit. *Ciuitatis Lipsiensis Ordinationem Cambialem*, a mercatoribus primum delineatam & ab ICtis Iacobo Bornio, Bartholomæo Leonhardo Schwendendörffero aliisque postmodum elaboratam, vtilibus Obseruationibus illustrauit diuersasque cum Germanicas, tum Exterorum Ordinationes Cambiales adiecit IO. CHRISTIANVS KOENIGKE, *Lipsiæ 1712. 4.* & ex *Secunda Editione, Lipsiæ 1717. 4.* & CHRISTIANI IMMIG *Ius Cambiale harmonicum Lipsiaco-Magdeburgicum*, *Leipzig 1707. 4.* IOA. MAXIMILIANI RAVMBVRGER *Grundveste de H. R. R. und anderer Staaten Rechte und Gewohnheiten in Wechsel-und Commercien-Sachen, Franckfurt am M. 1723. 4.* Processum *Cambialem* neruose docet IACOBI FRIDERICI LVDOVICI *Anleitung zum Wechsel-Proceß, Halle 1712. 4.* & ex Editione *septima, ibid. 1728. 4.* Cautiones vtiles dat Dn. IOANNIS GOTTLIEB SIEGEL *vorsichtiger Wechsel Glæubiger, Leipzig 1726. 8.* & insigniter auctus libellus prodiit *ibid. 1739. 4.* Idem Vir celeberrimus edidit præstantis-

Scriptores de Cambio.

ſtantiſſimum & vtiliſſimum opus hoc in argumento, ſub indice: *Corpus Iuris Cambialis, d. i. vollſtændige Sammlung derer auf den vornehmſten Handels-Plætzen, auch andern Orten in Europa üblichen allerneueſten Wechſel-Ordnungen; welchen Herrn* D. *Königs ſel. über die Leipziger Wechſel-Ordnung verfertigte Anmerckungen in vielen Stücken geændert und verbeſsert, auch mit einer großen Anzahl neuer Præiudiciorum vermehret;* inſertæ, addita concinna editoris doctiſſimi ad hanc Iurisprudentiæ partem *Introductione*, prodiit *Lipſiæ 1742. f.* duabus Partibus. *Iuris Cambialis Inſtitutiones* accuratas ex optimis cum Germaniæ tum exterorum Ordinationibus concinnatas dedit IOANNES CHRISTOPH. FRANCK, *Halæ 1721. 8.* & *Ienæ 1737.* & *Lipſiæ 1741. 8.* ſed ſine acceſſionibus quæ neceſſariæ erant. De *vitiis negotiationis collybiſticæ vel cambialis* lectu digna Diſſ. IO. DIETERICI LOCHAV, *Franequeræ 1726.* 4. & in *Opuſculorum* HEINECCIANORVM *Sylloge p. 452.* Heineccii ductu elaborata. Ad fidem in conuentionibus contractibusque ſeruandam apud Germanos æui medii & ſuperioris obtinuit *Ius Obſtagii*, quod quidem per Leges Imperii ob abuſus ſublatum, in Holſatia tamen & Ducatu Slesuicenſi adhuc ſeruatur, de quo inter alios ſcripſit IOA. LVDOVICVS HEVBEL *Verſuch, von Einlager-Recht, ſoviel voritzo betrifft deßen Abſchaffung und Verbot, Hamburg 1747.* 4. & IOANNIS BALTHASAR DANZMANNI *Verſuch einer kurzen Abhandlung von dem in Holſtein beybehaltenem auch im Sleswigſchen gebræuchlichen Einlager und deſſen Rechte, Kiel 1754.* 4.

Scriptores ad libr. XX. tit. I. de pignoribus & hypothecis & ſeqq.

§. LX. De *Pignoribus* atque *Hypothecis* antiquiores Tractatus coniunctim editi extant *in Corpore ſelectorum tractatuum* de hac materia, *Francofurti 1586. f.* Separatim extat MERCVRIALIS MERLINI Tractatus, *Venetiis 1649. f. Geneuæ 1650. 1661. f.* FRANCISCI BALDVINI, *Baſileæ* per Io. Oporinum cum aliis Scriptis Balduini in *8.* & *Lugduni 1589. f.* IOANNIS BAPTISTÆ SCHWARZENTHALERI, *Francofurti 1594.* 4. IOANNIS HALBRITTERI, *Tubingæ 1589.* 4. IV-

LII

LII PACII, *Heidelbergæ 1589.* 4. Præcipui vero sunt HVGO DONELLVS, *Francofurti 1589.* 4. IVLIVS a BEYMA, *Leouardiæ 1545.* 4. ANTONIVS NEGVSANTIVS de *pignoribus & hypothecis*, *Coloniæ 1618. 1653. 8. 1683. 1700. 4.* quique admodum accuratus est, REINHARDVS BACHOVIVS, *Francofurti 1656.* 4. & præ cæteris HENRICI HAHNII *Dissertationes aliquot selectæ* prodierunt de *possessione*, *pignoribus & hypothecis*, *Helmstadii 1660.* 4. De *Indole & natura Pignoris*, quoad Ius Gentium, Iuraque maxime & Consuetudines Germaniæ *ac* de *Obstagio, siue Pignore Personali* eiusque antiquo in Germania vsu pereruditam Commentationem edidit IOACHIMVS POTGIESER *Marpurgi 1722.* 4. Differentias Iuris Communis & Bohemici in argumento de *Pignoribus & Hypothecis* Dissertationibus Octo commonstrauit WENCESL. XAVERIVS NEVMANN a PVCHOLZ ICtus Pragensis, *Vetero-Pragæ 1714.* 4. De *possessione* vero *creditoris in pignore* egit FRIDERICVS DECKHERRVS, *Argentorati 1670.* 4. qui Tractatus postumus *Analysin continet l. res pignoris 37. π. de adquir. vel amitt. possess.* Sic & CHRISTIANVS THOMASIVS Dissertatione *de Vsu practico accuratæ Distinctionis inter Emtionem cum Pacto de retrouendendo & contractum Pignoratitium*, varia, quæ bonæ in hac materia sunt frugis, habet *Halæ 1707.* 4. Iungendæ aliæ eiusdem viri, nempe de *remissione pignoris tacita per consensum in nouam oppignorationem*, *ibid. 1715.* 4. EI. de *remissione pignoris tacita per acceptionem pignoris noui*, *ibid. 1716.* 4. it. EI. de *remissione pignoris vel hypothecæ per remissionem debiti, & consensum in alienationem rei*, *ibid. 1713.* 4. De *retentione Pignoris etiam ob debitum chirographarium* extat Dissertatio SIMONIS KVCHENBECKER *Marpurgi 1697.* 4. De *Oppignorationibus Iurium* Tractatum Academico-Forensem dedit FELIX SPIZIVS *Ienæ 1677.* De *Oppignorationibus Imperii* infra in Iuris Publici Bibliotheca. De Iure autem *Prælationis* dicemus ad Lib. XLII. tit. V.

Scriptores ad libr. XXI. tit. I. de Aedilitio edicto.

§. LXI. De *Edicto Aedilitio* primum legenda elegans & erudita B. IOANN. CHRISTIANI GOTTLIEB HEINECCII *ad Aedilitium edictum florum sparsio*, seu Dissertatio, qua & Aedilitii Edicti historia, & ipsum quod superest Edictum passim illustratur, *Halæ 1738. 4.* Addantur merito IOANNIS STRAVCHII Dissertationes binæ de *Aedilitio Edicto, Ienæ 1671.* & in *opusculis* Eius *Halæ* editis, P. V. *p. 649.* seq. Magnam lucem quoque adferet scrutantibus ipsas Leges, eruditissimi Viri EVERARDI OTTONIS politus Liber de *Aedilibus Coloniarum & Muncipiorum, Francofurti 1713. 8.* & auctior *Traiecti ad Rh. 1732. 8.* Vulgaria habent BARTHOLOMÆVS CÆPOLLA, de *Edicto ædilitio*, *Lugduni 1505. 8. Venetiis 1550. 4.* HVGO DONELLVS *de vsuris, fructibus, ædilitio edicto, Francofurti 1589. 4.* & qui præcipuus est CASPAR CABALLINVS, *Francofurti 1588. 8.* & in Tractatu Tractatuum extans. Ad *consuetudines* vero *Germaniæ* magis faciunt IOANN. WILHELMI RÖVENSTRVNCKII *meditationes ædilitiæ* de *Iudicio equestri tum redhibitorio, tum æstimatorio ad tit. D. de ædilitio edicto, Giessæ 1623. 4.* & ex altera *Editione 1653. 4.* ac *Augustæ Vind. 1704.* IOAN. FERDINANDVS BEHAMB scripsit *Roßtæuscher-Recht, Francofurti 1707. 4.* quo casus potiores huc facientes decidit. Huc pertinet consultissimi IOANNIS FRIDERICI IVNII Dissertatio auspicalis Præside CHRISTIANO GOTTLIEB BVDERO proposita de *vitiis Pecorum venalium, Ienæ 1740. 4.* De *euictionibus* habemus FRANCISCVM BALDVINVM *ad Papinianum de euictione & duplo, Basileæ 1557. 8.* CASPAREM CABALLINVM *de euictionibus*, *Coloniæ 1615. 8.* HVGONEM DONELLVM, *Francofurti 1589. 4.* & qui optimi sunt NICOLAVM BVRGVNDVM, *Coloniæ 1662. 8.* atque hoc pleniorem IOANNEM ANTONIVM MANGILIVM, *Geneuæ 1608. f.*

Scriptores ad libr. XXII. & seqq.

§. LXII. Ad librum vigesimum secundum faciunt varii AVCTORES *de Vsuris* coniunctim editi *Francofurti 1598. 8.* HONORATI LEOTARDI tractatus

de

de *vsuris & contractibus vsurariis coërcendis*, *Lugduni 1643. 1649. 1683. f.* MARQVARDVS de SVSANNIS *de Iudæis & vsuris*, *Francofurti 1613. 8.* IACOBI GAITTE *Tractatus de Vsura & fœnore itemque de vsuraria trium contractuum prauitate*, *Parisiis 1688. 4.* CAROLVS MOLINÆVS de *commerciis & vsuris*, *Coloniæ 1577. 1606. 1626. 8.* LÆLIVS ZECHIVS *de Vsuris*, *Venetiis 1594. Francofurti 1598. 8.* MARTINVS AZPILCVETA, *Romæ 1585. 4. Venetiis 1595. 4. Antwerpiæ 1600. 8.* PETRVS BINSFELD, *Augustæ 1611. Treuiris 1611. 8.* CASPAR CABALLINVS, *Coloniæ 1566. 1577. & 1596. 8.* HVGO DONELLVS *de Vsuris, fructibus & mora*, *Francofurti 1589. 4.* De Vsuris quæstionem in Italia vexatissimam secundum doctrinam Ecclesiæ Romanæ a Benedicto Papa XIV. approbatam acrius defendit F. DANIEL CONCINA Ordinis Prædicatorum, in *Dissertationibus de Vsura Contractus Trini* aduersus mollioris Ethices Casuistas, *Romæ 1746. 4.* & PETRVS BALLARINIVS Presbyter Veronensis de *Iure diuino & naturali circa Vsuras Libris VI. Bononiæ 1747.* duobus Tomis in *4. mai.* quibus doctrinas variorum auctorum de *Vsuris* sub examen mittit, & NICOLAI BROEDERSEN Pastoris Romano-Catholici Delphis in Hollandia Libros XII. *de Vsuris licitis & illicitis 1743. f.* editos sine loci indicio, confutare voluit; & præcipue HENRICI HAHNII *Lex imperii de Sorte & Vsuris*, *Helmstadii 1665. 4.* GABRIEL SCHWEDERVS singulari dissertatione egit *de Vsuris pretii tardius soluti*, *Tubingæ 1689. 4.* Erudita de *Vsuris* eorundemque modo fuit controuersia: Scripserat *de Vsuris* Librum CLAVDIVS SALMASIVS *Lugd. Bat. 1638. 8.* ac *de Modo Vsurarum*, *ibid. 1639. 8.* In his multas controuersias criticas contra DANIELEM HEINSIVM, docto, sed aculeato sermone attingit. Eiusdem est Tractatus alius de *Fœnore Trapezitico*, *Lugd. Batau. 1640. 8.* Contra quem tamen scripsit MARTINVS SCHOOCKIVS *de Vsura Trapezitica*, quæ inter Exercitationes eius extat coniunctim editas *Vltraiecti 1663. 4.* & IOANNES CLOPPENBVRG *de Fœnore &*

de Vsuris.

Vsuris, Lugduni 1640. 8. Ad hunc censum referendus quoque GERARDVS NOODT *de Fœnore & Vsuris, Lugduni Batauorum 1698. 4.* De *Vsuris centesimis & Fœnore Vnciario* habemus IOANNIS FRIDERICI GRONOVII Disquisitionem aduersus Theologistoricophilosophologum, *Lugduni Batauorum 1661. 8.* quam subsecuta altera *Lugduni Batauorum 1664. 8.* Binæ hæ Gronouianæ scriptiones aduersus MARTINVM SCHOOCKIVM factæ, quæ inde *Vindicias serias suæ & aliorum virorum doctorum sententiæ de Fœnore Vnciario* aduersus *Ioannem Fridericum Gronouium, Groningæ 1661. 8.* edidit. AEGIDIVM BETSBVRGIVM *de Vsuris centesimis, triente, semisse, Parisiis 1524. 4.* & præcipue quam sub præsidio IOANNIS STRAVCHII Dissertationem egregiam *de centesimis vsuris Ienæ 1672.* habuit IOANNES PHILIPPVS SLEVOGTIVS in hac Salana antecessor quondam celeberrimus, quæ inter *Strauchiana Opuscula* a REINHARDO *Halæ Magd. 1727. 4.* iunctim edita *Parte III. p. 415. seq.* nunc extat. De *vsu vsurarum* scripsit CHRISTOPHORVS *von* HAGEN, *Wittebergæ 1664. 4.* De *proportione vsurarum* ad sortem habenda erudite agit GVILIELMI GOTHOFREDI LEIBNITII *Meditatio Iuridico-Mathematica de interusurio simplici*, quod scriptum inseritur *Actis eruditorum Anni LXXXVIII. p. 425.* De *Vsuris in Imperii R. Germanici prouinciis*, licitis nobile argumentum solide eruditeque tractatum legas in sequentibus eristicis scriptionibus, editis sub his inscriptionibus, nimirum in IOANNIS GOTTFRIED de MEIERN *Gedancken von der Rechtmæßigkeit des Sechsten Zinß-Thalers in Teutschland, Hanover 1732. 4.* quibus opposita: *Refutation der Meierischen Gedancken* in *f.* & *4.* & huic *Antwort auf die so genannte Refutation, Hanover 1734. 4.* iunctim quoque *Conclusa Iudicii Aulici* in hac caussa facta, edita *Lipsiæ 1737. 4.* Erudita est Repetitio HIERONYMI GROSLOTII in *L. Lecta π. si certum pet.* primum edita *Lugduni 1553.* atque illata EVERARDI OTTONIS *Thesauro Iuris Romani T. V. p. 31.* Vtile in foro argumentum: *An*

is qui iure prælutionis quoad ſortem in concurſu creditorum eſt munitus eodem quoad vſuras gaudeat tractauit Diſſertatione luculenta Dn. IOA. CASPAR HEIMBVRG, *Ienæ 1730. 4.* De *Mora* extat Tractatus PETRI BARBOSAE, qui cum eius opere ſoluto matrimonio proſtat *Francofurti 1625. f.* STEPHANVS FORCATVLVS, *Hanouiæ 1599. 8.* cui addita FRANCISCI HOTOMANNI de *Mora* Tractatio; adhæret quandoque AEMILIVS FERRETVS, alias *Erfurti 1586. 8.* atque ex recentiori editione, *Oſnabrugæ 1675. 8.* impreſſus, cui acceſſit eiusdem Tractatus de intereſſe atque obſeruationes & remiſſiones potiſſimum practicæ. DOMINICVS ARVMAEVS impreſſus cum IO. SAPORTAE compendio, *Ienæ 1608. 12. Leodii 1701. 8. Dauentriæ 1647. 8.* & qui præcipuus eſt TACO a GLINS *de mora*, *Amſtelodami 1649. 8.* Cum etiam per diuturnum illud Germaniæ bellum tricennale multi debitores ad incitas redigerentur, diuerſi fuere, qui hanc quæſtionem, durante adhuc bello examinarunt, qua ratione obæratis debitoribus leuamen aliquod adferri poſſit. Præcipuus qui in hac materia occupatus, fuit CASPAR MANZIVS, qui *patrocinium* ſcripſit *debitorum depauperatorum*, *Noribergæ 1640. 8.* Qui etiam alium Tractatum Germanicum ſcripſit ſub Titulo: *Zinß - Scharmützel zwiſchen den Gläubiger und Schuldner*, *Ingolſtadii 1645. 4.* Prodiit quoque tractatus, cui titulus IO. ACATII SETAW in BRENWEIR de *præludio belli ciuilis inter rigoroſos creditores & calamitoſos debitores ſuper cenſibus præteritorum annorum*, *Noribergæ 1642. 12.* cuius æque hunc MANZIVM faciunt autorem, prodiit enim poſtea ſub indice: *Disquiſitionis de ſolutione debitoris cenſum*, *Ingolſtadii 1588. 8.* addatur: EI. *Diſſertatio an defectus fructuum præſtet debitori excuſationem*, *Auguſtæ Vindel. 1657. 8.* Sic etiam DAVID MEVIVS *diſcuſſionem* ſcripſit *leuaminum inopiæ debitorum*, *Lipſiæ 1630. 4.* IO. OTTO TABOR *de debitorum per calamitates bellicas ad incitas redactorum præſidiis*, *Argentorati 1646. 4.* WOLFGANGVS SIGISMVN-

DVS a VORBVRG *Asylum adflictorum & spoliatorum debitorum* edidit *Francofurti 1634. 4.* BENEDICTVS CARPZOVIVS *Asylum debitorum ad incitas redactorum, Lipsiæ 1651. 4.* extat quoque *Vol. Dispp. Lipsiæ 1651. 4.* Postquam autem per Articulum VIII. *de indaganda*, Instrumenti Pacis, debitoribus esset prospectum, atque sic sanctione pragmatica constitutum, quid circa Vsuras debitorum per belli calamitates ad incitas redactorum Iuris sit, HENRICVS HAHNIVS elegantem edidit commentarium *ad dictum paragraphum & constitutionem Ratisbonensem de anno 1654. von Schuldsachen, Capital und Zinsen,* quem curæ IO. EICHELII debemus, *Helmstadii 1683. 4.* Extat etiam de hac re consilium BIDENBACHII apud Londorpium. Ad materiam *Vsurarum* spectant etiam suo modo *Annui Reditus*, de quibus extat PAVLVS BVSIVS *de Annuis Reditibus, Coloniæ 1601. 4. Leodii 1700. 8.* CASPAR RODERICVS de *annuis & menstruis Reditibus, Coloniæ 1624. Moguntiæ 1605. Lugduni 1605. 4.* FRIDERICVS MARTINI *de Iure censuum & Annuorum Redituum, Friburgi 1604. 4.* De *Probatione & reprobatione Bonorum censiticorum*, Diss. extat ERNESTI TENZELII, *Erfordiæ 1712. 4.* Et qui plenius hanc materiam exequitur GEORGIVS FRANZKIVS *Libro I. Variarum Resolutionum, Ienæ 1656. 4.*

Scriptores de Annuis Reditibus.

Scriptores ad libr. XXII. tit. III. de probationibus & præsumtionibus.

§. LXIII. De *Præsumtionibus* scripsit ANDREAS ALCIATVS, qui *cum additionibus* IO. NICOLAI ARELATANI editus extat *Coloniæ 1576. 8.* HIPPOLYTVS BONACOSSA, *Venetiis 1580. 4.* IO. OLDENDORP, *Francofurti 1508. 8.* & qui instar omnium est IACOBVS MENOCHIVS *de præsumtionibus, Venetiis 1590. f. Coloniæ 1595. 1615. 4. Geneuæ 1676. 1686. f.* De *Fictionibus Iuris* habemus BARTHOLOMAEVM PHILIPPI, *Salmanticæ 1536.* & præcipue ANTONIVM DADINVM ALTESERRAM, *Parisiis 1659. 4.* Ingeniosa GOTTLIEB GERHARDI TITII Diss. de *natura fictionum Romanarum, Lipsiæ 1694. 4.* De *Proba-*

Probationibus & Testibus egit IO. OLDENDORPIVS, *Coloniae 1567. 8.* LANFRANCVS de ORIANO, *cum additionibus* Vadii & Hugonis, *Coloniae 1592. 8.* IOACHIMVS MYNSINGERVS *in Titulum Decretalium de probationibus, Francofurti 1542. 8. Helmstadii 1582. f.* Optimi tamen sunt FVLVIVS PACIANVS libris duobus, *cui competat onus probandi*, siue *de Probationibus, Francofurti 1595. 1631. f.* & ex Tertia Germanica Editione cum FRANCISCI CALLETI Additionibus, adiectis Indice locupletissimo & Tractationibus variis ac Dissertationibus hoc de argumento sparsim editis, cum Praefatione SAMVELIS STRYKII *Francofurti & Lipsiae 1703. f.* NICOLAVS RODRIQVEZ *de probationibus, Lugduni 1662. f.* IOANNIS ANDREAE DORNSBERGERI *Syntagma de probationibus & exceptionibus, Basileae 1606. 8.* auctius *Lipsiae 1676. 4.* & qui omnium labores superat IOSEPHVS MASCARDVS, is enim ad singula, prout probari possit, descendit, prodiit *Venetiis & Francofurti 1588. 1593. f. 1607. & 1661. f. III. Vol..* De *modo articulandi & probandi* egit MARCELLVS CALA, *Francofurti & Spirae 1598. 8.* De *probanda* vero *negatiua* NICOLAVS de PASSERIBVS *Francofurti 1629. 8.* & *Venetiis 1650. f.* & FRANCISCVS HERCVLANVS *Coloniae 1578. 8.* postea quoque Strykianae Paciani Editioni iam indicatae, adiectus. De *Probatione per Stemmata Genealogica* breuem dedit Dissertationem FELIX HENRICVS HILDEBRAND *Altdorffii 1719. 4.* & aliam de *Probatione* per *Insignia & Arma Gentilitia* IACOBVS THEOPHILVS LINCK *Altdorffii 1716. 4.* De *Archiuis* & *fide* illorum AHASVERVS FRITSCHIVS, *de Iure Archiui & Cancellariae, Ienae 1664. 4.* Insignis est sylloge inscripta: IACOBI WENCKERI *Apparatus & Instructus Archiuorum ex vsu nostri temporis, Argentorati 1713. 4.* Varia in hac collectione reperiuntur, vtpote GEORGII AEBDILINS *Tractatio de Archiuis atque Registraturis, Repraesentatio Historica Registraturae laudatissimi Archiui Argentoratensis; Forma Registraturae*

generalis Ciuitatum Imperialium; Succincta narratio caussarum, quare Instructus & Apparatus Archiuorum superioribus seculis rudius factus, & quo modo in melius magis magisque cœperit ordinari concinnarique; MARCI OTTONIS de *Registratura Schedium; Anonymi Consilium de Registrandis, & quo modo Actorum iudicialium Registratura commode instituenda;* IACOBI BERNHARDI MVLZII *Ordinatio Archiui. Rerum Germanicarum Præsidia, partim ad prædictarum obseruationum & memorabilium probationem ac confirmationem, maxime vero ad Historiæ & Status publici per aliquot Secula illustrationem, ordine chronologico disposita; Anonymi Methodus Processus renouandi; Vngefæhrliche Verzeichniß etlicher Titul, so zu einem Ambts-Buch gebraucht werden mögen;* PARIDIS a PVTEO *Praxis & Forma Renouationis seu Redintegrationis.* FRIDERICI WIEGERI *dissertatio de Renouationibus Bannorum.* In Præsidiis potissimum multa Diplomata ex Archiuo Argentoratensi deprompta, fuerunt edita. Idem diligentissimus Vir WENCKERVS aliam huc pertinentem edidit Syllogen, qua *Iura Archiui & Cancellariæ* collecta videmus, *Argentorati 1715. 4.* Scripta quæ de Archi-Cancellariis in hoc Opere sunt collecta huc non pertinent, illa saltim, quæ ad Archiua faciunt designabimus. Deprehendes: BALTHASARIS BONIFACII Librum de *Archiuis;* IVSTI FONTANINI *Loca & Argumenta ex antiquitate petita de Archiuis & Tabulariis Ecclesiarum & Monasteriorum earumque diligenti custodia;* IO. MABILLONII de eadem Materia, AHASVERI FRITSCHII *Tr. de Iure Archiui & Cancellariæ;* IO. SCHILTERI *de Probatione per Archiuum;* FRANCISCI MICHAELIS NEVEU de Windschlée Diss. *de Archiuis;* IO. CHRISTOPHORI WAGENSEILII de *Imperii Archiuo* alias *Altorfii 1673. 4.* & NICOLAI CHRISTOPHORI L. B. de LYNCKER Diss. eodem de argumento, sigillatim *Ienæ 1686. 4.* IACOBI BERNHARDI de *Iure Archiui & Cancellariæ.* Multi quidem sunt hisce

hisce in Scriptis, quæ vel ad artem criticam, Historiam & variam spectant eruditionem, reperies tamen etiam plura, quæ eximiæ in materia de Probationibus sunt vtilitatis. GEORGII ENGELBRECHT Diss. de *Iure Archiuorum*, *Helmstadii 1688. 4.* proposita. Reliqua quæ hac in Sylloge reperiuntur Scripta de Cancellariis & Iure Cancellariæ agunt.

Scriptores ad libr. XXII. tit. IV. de fide instrumentorum & amissione eorum.

LXIV. De *fide Instrumentorum & testibus* diuersorum auctorum scriptiones iunctim editæ *Coloniæ 1596. 4.* De *Syntaxi & Fide Instrumentorum* libros tres scripsit NICOLAVS HONTHEMIVS, *Moguntiæ 1607. 4.* & qui melior est IOACHIMI MYNSINGERI *commentarius in Titulum de fide Instrumentorum libri II. Decretalium*, *Marpurgi 1602. 8. Helmstadii 1582. f.* MARINVS FRECCIA *de præsentatione Instrumentorum* egit, *Venetiis 1596. 4.* De *Instrumentorum* vero *reassumptione*, *confectione*, & *extensione* PARIS de PVTEO, *Lipsiæ 1619. 8.* Fidem Instrumentis inter alia conciliat *Sigillorum* genuina integritas, de quorum *prisco & nouo Iure* insignem Tractatum practicum dedit THEODOR. HOEPINGK *Noribergæ 1642. 4.* Insignem quoque argumento de instrumentis horumque fide lucem adfundunt de Re Diplomatica Fideque Diplomatum Scriptores, quorum post IO. MABILLONIVM principem, præstantiores sunt BARTHOLOMAEVS GERMONIVS, IVSTVS FONTANINI, SCIPIO MARANTA, qui scriptis suis contrariis de fide, quæ adhibenda est vetustis Diplomatibus, Chartis, Instrumentis, egregie egerunt. Addimus binas Dissertationes elegantissimas, primam IO. NICOLAI HERTII *de Fide Diplomatum*, quæ inter Opuscula ICti Summi Volumine Primo comparet; alteram IO. EISENHARTI ICti Helmstadiensis doctissimi de *Iure Diplomatum*, *Helmstadii 1703. 4.* expositam. Erudita, elegans & vtilis est consultissimi CHRISTIANI HENRICI ECKHARDI *Introductio in Rem Diplomaticam præcipue Germanicam*, *Ienæ 1742. 4.* & ex noua eademque auctiore & emendatiore Editione *Ienæ 1753. 4.* in qua regulæ idoneæ vera diplomata a falsis

falsis secernendi apte exponuntur, & luculentis exemplis illustrantur. Coniungenda, quae multo studio adornata Dn. DANIELIS EBERHARDI BARINGII *Clauis Diplomatica*, *Hanouerae 1737. 4.* & iterum multis accessionibus aucta *Hanouerae 1754. 4.* tradens specimina veterum scripturarum, nimirum Alphabeta varia, compendia scribendi medii aeui, notariorum veterum signa, nonnulla curiosa, vna cum Alphabeto instrumentis & abbreuiaturis. Qui bini libelli Iuris cultori ad studii diplomatici cultum progredienti multum adiumenti adferre possunt. Optimum quoque res forenses tractantibus est scriptum NICOLAI EVERHARDI a MITTELBVRG *de testibus & fide Instrumentorum*, *Francofurti 1618. f.* addatur elegans Dissertatio V. C. CHRISTOPHORI LVDOVICI CRELLII de *fide Instrumentorum in primis publicorum*, *Vitebergae 1738. 4.*

Ad libr. XXII. tit. V. de Testibus.

De *Testibus Tractatus diuersorum* coniunctim editi extant *Coloniae 1575. f. 1596. 4.* Separatim reperiuntur IACOBVS AEGIDIVS de Viterbio *de Testibus & eorum reprobatione*, *cum additionibus* ANGELI de PERVSIO *Coloniae 1599. 8.* & qui de eadem materia scripsit STEPHANVS AVFRERIVS, *Coloniae 1596. 4.* & in Tractatu Tractatuum *Vol. IX. fol. 183.* atque IOAN. BAPTISTA ZILLETVS, qui primus de Testibus Scriptores iunctim edidit *Venetiis 1568. 4.* NELLVS a S. GEMINIANO *de Testibus*, *Basileae 1589. f.* IOA. CAMPEGIVS, qui extat in Tomo quarto Tractatus Tractatuum. HORTENSIVS CAVALCANVS, *Coloniae 1597. 8. Marpurgi 1619. 4. Lipsiae 1589. 4.* IVSTVS REVBERVS, *Heidelbergae 1584. 8.* FRIDERICVS SCHENCK, *Coloniae 1577.* atque alii. Elegans Tractatus NICOLAI de LESCVT *de examinatione Testium*, *illustratus per* RVIGERVM RVLANDVM, *Francofurti 1604. 8.* Vtilissimus vero est praeter Euerhardum, PROSPER FARINACIVS *de Testibus*, *Francofurti 1598. f. Lugduni 1606. f.* & *Norimbergae 1677.* & *1713.* qui in Opere eius Criminali extat. De *Testimonio Testamentario Fideicommissarii* extant Dissertatio FERDINANDI CHRISTOPHO-

RI

RI HARPPRECHTI, *Tubingæ 1688. 4.* & alia eiusdem de *Testimonio Testamentario Hæredi interdicto* ad illustrationem L. 20. pr. ff. qui T. facere possunt & §. 10. Inst. de Testam. ordin. *Tubingæ 1688. 4.* De *cespitalitatis requisito in testibus*, i. e. *die mit unbeweglichen Güthern angesessen seyn müssen*, Commentatio laboriosa est Iuris Priuati Dn. IO. CAROL. HENRICI DREYER, *Kilonii 1749. 4.* HECTOR AEMILIVS Tractatum de *Testibus* per Locos communes secundum seriem Alphabeti collegit, *Francofurti ad Mœnum 1588. f. Coloniæ 1596. 4.* sed vltra Litteras A. B. laborem hunc non produxit. De *Iuris & facti ignorantia* habemus IOA. MALCOTVM, *Louanii 1652. 8.* & IOANN. BAPTISTAM COSTAM *de facti scientia & ignorantia*, *Papiæ 1603. f.* & *Francofurti 1605. Venetiis 1630. f.* Extat etiam Tractatus moralis IOAN. CHRYSOSTOMI PHILIPPINI *de Priuilegiis ignorantiæ*, *Venetiis 1688. f.*

Scriptores ad lib. XXIII. tit. I. de Sponsalibus & II. de ritu nuptiarum.

§. LXV. De *Sponsalibus* & *Nuptiarum ritu* alii Scriptores secundum Ius Ciuile procedunt, alii secundum Ius Canonicum, vel Praxin Consistoriorum. De his infra inter Scriptores Iuris Canonici erit dicendum, de illis vero hic nobis sermo erit. De *Sponsalibus* quidem varii egerunt, IOAN. ANDREAE, IOAN. BRVNELLVS & ALEXANDER CARERIVS de *sponsalibus & matrimonio*, in Tomo IX. Tractatus Tractatuum, THADEVS PISO, *Soaccius* dictus *Coloniæ 1591. 1599. 8.* LEONHARDVS METZNERIVS, *Hafniæ 1607. 4.* PETRVS SCAVENIVS, *Hafniæ 1656. 4.* & qui præcipuus est ANTONIVS MATTHAEI *de sponsalibus*, *Vltraiecti 1652. 12.* De *conditionibus sponsalium* optimus est IO. BECHSTADIVS *Coburgi 1660. 8.* De *sponsalibus* vero *clandestinis* habemus BASILIVM MONNERVM, *Erfurti 1598. 8.* & ex *Editione secunda* per Partes atque Capita cum Summariis distincta addito Tractatu de *Matrimonio*, *Ienæ 1603. 4.* Plerique sponsalia & matrimonium coniunxerunt, vti extat SAMVELIS NEANDRI *tractatio iuridica de sponsalibus & nuptiis*, *Stetti-*

Stettini 1649. 12. quæ tamen nullius est momenti. Præferendus omnino est IOACHIMI a BEVST *de iure connubiorum & sponsalibus* Tractatus, *Francofurti 1591. 4.* DIDACVS COVARRVVIAS *de sponsalibus & matrimonio, Antwerpiæ 1538. f.* Ritus & Leges connubiales veterum Romanorum erudite explicarunt BARNABAS BRISSONIVS & ANTONIVS atque FRANCISCVS HOTTOMANNI, quorum Tractatus *de veteri ritu nuptiarum & Iure connubiorum* coniunctim prodierunt *Amstelodami 1662. 12.* inserti etiam Tomo octauo Thesauri Antiquitatum Romanarum Græuii. Singillatim vero editus prior *Francofurti 1564. Amstelodami 1658.* & alibi; alter *Geneuæ 1585. Lugduni 1595. 8.* Quod alias quoque, non tamen eadem cura egerat ANTONIVS GVIBERTVS COSTANVS in suo Tractatu *de sponsalibus, matrimoniis & dotibus, Marpurgi 1567. 8. Lugduni 1578. 8.* Multam variamque lectionem ostendit V. C. GOTTLOB AVGVSTI IENICHEN *Specimen Iuris Germanici de necessario tutorum seu curatorum in sponsalibus minorum consensu, Lipsiæ 1740. 4.* Ex antiquioribus, qui de *Nuptiis* secundum Ius Ciuile scripserunt PETRVS BARBOSA *de sponsalibus, matrimonio, dote, adulteriis, Francofurti 1625. f.* ALBERICVS GENTILIS, *Hanouiæ 1614. 8.* IOAN. NEVIZANVS *in syluæ nuptialis libris VI. Lugduni 1556. 1592. 8. Francofurti 1647. 8.* Ex Protestantibus varii de eadem materia egerunt. CONRADVS MAVSERVS *Lipsiæ 1617. 4.* & cura ac studio *Casparis Quæstelii Ienæ 1682. 4.* IOAN. KITZELIVS *in synopsi matrimoniali, Giessæ 1605, 1620. 4.* & qui præcipui sunt PAVLVS CYPRAEVS de Iure Connubiorum, *Francofurti 1672. 4.* Optimus est HENRICVS BROVWER *de Iure Connubiorum, Amstelodami 1665. 4.* qui cum rarus esset plurimis locis emendatus & insigniter auctus prodiit *Delphis 1714. 4.* Hic licet ad Belgii statum maxime fuerit directus, Nuptiarum tamen materiam atque diuortiorum ex Iure Naturæ, Diuino, Ciuili & Canonico solide explicauit. Addimus SAMVELIS STRYKII Dissertationem eruditam,

tam, *de Iuribus singularibus Connubiorum in Germania*, *Halæ 1709*. 4. Lingua vernacula prodiit IOAN. CAROLI NAEVII *Ius coniugum*, *das Ehe-Recht*, *Chemnitii 1716*. 8. quo Iura Mariti in vxorem, Dotium, Dotalitii, Geradæ & alia in gratiam eorum, qui latina haut callent & auxilio Iuris peritorum destituuntur, exposuit. *De nuptiis sine parentum consensu non contrahendis* erudite scripsit ADRIANVS PVLVAEVS, *Parisiis 1597*. 8. & cum aliis Puluæi Opusculis cura *Valentini Guilielmi Försteri Witteberga 1610*. 8. quod antea quoque egerat GENTIANVS HERVETVS *Aurelianis 1564*. 4. *De Nuptiis Consobrinorum* FRANCISCVS FLORENS, *Francofurti 1643*. 8. & erudita Dissertatio Historico-Iuridica EVERARDI OTTONIS, quæ secunda est Dissertationum Iuris Publici & Priuati *Traiecti ad Rhenum 1723*. 4. iunctim editarum. *Gamologiam Personarum Imperii Illustrium* optime illustrauit NICOLAVS MYLERVS ab EHRENBACH, *Stutgardiæ 1664*. 4. *& 1724*. 4. De *Matrimonio Conscientiæ* infra sub Scriptoribus Iuris Canonici pluribus agemus. De præstatione singulari Domi facta ob concessa secunda vota agit Diss. singularis CHRISTOPHORI DONDORFII, de *Lege Hiddæ s. de Sacco sine Sutura*, *Lipsiæ 1719*. 4. De *Nuptiis secundis* præter antiquiores, ea de re coniunctim editos *Coloniæ 1600*. 8. vtpote IOANN. a RIPA, IOAN. de GARRONIBVS, STEPHANVM BERTRANDVM, MATTHAEVM BOYS, ANTONIVM GABRIELIS habemus ARNOLDVM RATH, *Ingolstadii 1658*. 4. SCIPIONEM GENTILEM, *Hanouiæ 1569*. 4. & IACOBVM MAESTERTIVM in Tractatibus tribus *Lugduni Batauorum 1639*. 8. qui in hac materia est præcipuus.

de Nuptis secundis.

§. LXVI. De *Dote* congestos habemus Tractatus variorum antiquorum, BALDI de BARTHOLINIS, NOVELLII, IACOBI BVTRIGARII, PARDVLPHI PRATEI, IO. CAMPEGII, ROLANDI a VALLE, aliorumque iunctim editos *Francofurti 1586*. *f*. PETRI BARBOSAE Tractatus *de dote eiusque priuilegiis*, *Francofurti 1625*. *f*. editus, &

Scriptores libr. XXIII. tit. III. de Iure Dotium.

& ANTONII GVIBERTI COSTANI *de Dotibus earumque Iure*, Commentarii *Lugduni 1556. 4. Marpurgi 1597. 8.* prodiere. Quæ iuris sunt Germanici solerter & erudite obseruata legas in NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII cultissimo libro *de emtione Vxorum, dote & Morgengaba, Halæ 1722. 4.* & cum Præfatione doctissimi viri H. G. FRANCKII *Lipsiæ 1731. 4.* iungendæ perill. IOAN. PETRI *a* LVDEWIG *Differentiæ Iuris Romani & Germanici in Dote & donatione propter nuptias, Halæ 1721. 4.* & EI. Dissert. de *Dote Mariti, Halæ eod an. 4.* GOTTFRIDI MASCOVII *Electa Dotalia* Dissertatione explicata, *Gottingæ 1739. 4.* De *Apparatu & instructu Nuptiarum præter Dotem, in pactis Dotalibus promisso, eiusque iure, quum maritus foro cessit* Diss. IOANNIS GEORG ESTORIS edita *Marburgi 1744. 4.* De *Vaderphio*, siue eo quod marito adferebant sponsæ Germ. extat Diss. CHRISTIANI HENRICI BREVNING *Lipsiæ 1752. 4.* De *Dono Matutinali vulgo Morgengab* Diss. IOANNIS STVHLEN, *Argentorati 1703. 4.* De *Pactis* vero *Nuptialibus* plenior est tractatus IO. PETRI FONTANELLAE *Geneuæ 1627. f. 1641. f.* qui omnem hanc materiam examinat. ANDREAS KOHL vero ex recentioribus *de Pactis dotalibus & successione coniugum* Tractatum scripsit *Lipsiæ 1650. 1671, 4* editum, cuius hodie vsus est præcipue. Licet etiam CORNELII NEOSTADII Tractatus egregius *de pactis antenuptialibus & Feudi Hollandici successione*, qui primum *Lugduni Batauorum 1614. 4.* inde *Arnhemii 1658. 4.* prodiit, suam commendationem habeat. Inter Belgas ABRAHAM a WESEL *de connubiali bonorum societate* egit & *pactis dotalibus, Amstelodami 1674. 4. De fundo dotali* CAESAR OTTINELLVS, *Romæ 1589. 8.* PARDALPHVS PRATEIVS in T. IX. Tractatus Tractatuum, FERDINANDI CHRISTOPHORI HARPPRECHTI Tractatus de *Renunciatione Acquæstus coniugalis von Verzicht der ehlichen Errungenschafft, in quo tum illa renunciatio, qua coniux Acquæstui in commodum alterius coniugis renunciat, tum & illa, qua coniux*

iux ab ære alieno sociali se liberat, *operose discutitur*, *Tubingæ 1699. 4.* editus, vtiles fori tractat quæstiones, cui PETRI MÜLLERI dissertationem *de Dote nuptiali*, iungimus, *Ienæ 1688. 4.* editam. *Iuris Romani distinctionem inter Dotem & Parapherna Foris Germaniæ non esse accommodandam* contendit Diss. CAROLVS GVILIELMVS GAERTNER, *Lipsiæ 1719. 4.*

§. LXVII. De *Donationibus inter virum & vxorem* habemus IOAN. PYRRHVM, Anglebermæum, de *donatione mutua inter virum & vxorem* in Tomo IX. Tractatus Tractatuum; CAROLI MOLINAEI Tractatus duos de *donationibus factis vel confirmatis in matrimonio*, *item de inofficiosis testamentis*, *donationibus & dotibus*, *Lugduni 1551. f.* & *Hanouiæ 1598. 8.* cum aliis aliorum Opusculis & NICOLAI SVTORII Tractatus quatuor de *donationibus matrimonialibus*, *inofficiosis testamentis*, *donatione mutua coniugum*, *pœnis & remediis nubentium*, *Hanouiæ 1598. 8.* & qui præcipui sunt SCIPIONIS GENTILIS libri quatuor de *donationibus inter virum & vxorem*, *Hanouiæ 1604. 4.* Historia iuris circa dogma ecclesiæ Christianæ de *dissolutione matrimonii* quoad vinculum IOANNIS SCHILTERI subiuncta est infelicis huius mariti *Herennio Modestino*, *Argentorati 1687. 4.*

Scriptores ad librum XXIV. tit. de donationibus inter virum & vxorem.

Ad *Iura Diuortiorum* præter Brouwerum superius adlegatum facit THEODORI BEZAE Tractatio de *repudiis & diuortiis*, *Geneuæ 1561. 8. Lugduni Batauorum 1651. 12.* ex prælectionibus in priorem ad Corinthios Epistolam, desumta, qua Iuris Ciuilis Romanorum & veteris Ecclesiæ de his Canones ex verbo DEI examinat, & contra Ochinum polygamiam defendentem, Montanistas, qui repetitas nuptias arguebant, disputat. Alias diuortiorum rationes ex Iure Naturæ atque Ebræorum deducit IOA. SELDENVS in *Vxore Ebraica*, *seu de Nuptiis & Diuortiis ex Iure diuino & Talmudico veterum Ebræorum*, *Londini 1646. 4.* *Francofurti ad Viadrum 1673.* & *Witteбergæ 1712. 4.* De *Iure Diuortii* quoque egit LIBORIVS a BODENSTEIN, *Francofurti 1601. 8.* idque ex adulterii caus-

Scriptores de Diuortiis.

ſa probat, quod etiam confirmat EDMVNDVS BVNNIVS, de *diuortiis ob adulterium*, *Oxonii 1610. 4.* De eodem quoque egit PETRVS BARBOSA in ſuo de *matrimonio* Tractatu. Sic etiam IO. HOWSON de *Diuortiis* egit, aliasque theſes de vxore dimittenda propter fornicationem cum defenſione edidit *Oxonii 1606. 4.* De iisdem ſcripſit THEODORVS MOHR, *Auguſtæ 1598. 4.* & HIERONYMVS ZANCHIVS de *diuortio, & nouis poſt diuortium nuptiis*, *Geneuæ 1617. 8.* IVLIANVS PELAEVS quæſtionem dedit de *ſolutione matrimonii ex cauſſa frigoris publice iudicata*, *Pariſiis 1602. 8.* Inter diſſertationes ſub Præſidio G. A. STRVVII reperimus inauguralem THEODORI MEERBACHII de *Iure Diuortiorum*, *Ienæ 1678. 4.* diligenter elaboratam. Addimus HENRICI BODINI de *Iure & Erroribus circa Diuortia* Diſſertationem *Halæ 1711. 4.* & aliam SAMVELIS STRYKII de *Diuortio propter inſidias vitæ ſtructas*, *Halæ 1702. 4.* Argumentum hoc in primis magna libertate perueſtigauit vir illuſtris IOANNES FRIDERICVS KAYSER, qui primum propoſuit Diſſ. de *iure Principis euangelici circa diuortia*, *Halæ 1715. 4.* quamque diuerſi Theologi aſſertiones eius oppugnarent edidit: *abgenöthigten Beweiß, daß die Ehe-Scheidungen in dem natürlichen und geoffenbarten Rechte nicht gäntzlich verbothen ſind*, *Halle 4.* Subſecuta eiusdem: *Fundamenta doctrinæ de diuortiis*, *Gieſſæ 1720. 4.* atque Diſſ. de *diuortio totali, ſeu quoad vinculum lege Euangelii licito*, *Gieſſæ 1740. 4.* Ad vſum noſtrorum Conſiſtoriorum præcipue ſpectat IO. GEORGII NICOLAI Tractatus de *Repudiis ac Diuortiis*, *Dresdæ 1685.*

Scriptores ad lib. XXIV. tit. III. ſoluto matrimonio.

In Titulum Pandectarum *ſoluto matrimonio, quemadmodum dos petatur*, habemus commentarium PETRI BARBOSAE, *Madriti 1595. f.* & *Francofurti 1606. f.* D. MARTAM *Florentiæ 1600. f.* FRANCISCVM FERRERIVM, *Ilerdæ 1623. f.* BARTHOLOM. SALICETVM, *Lugduni 1553. f.* atque alios.

Scriptores ad libr. XXV.

§. LXVIII. Ad *Impenſas in res dotales factas* ſpectat IO. GARSIAE Tractatus de *expenſis & meliorationi-*

rationibus, *Marpurgi 1614. 4.* ſupra iam adductus. De *agnoſcendis vel alendis liberis* legi poteſt GEORGIVS ACACIVS ENENCKEL de *priuilegiis parentum & liberorum*, *Tubingæ 1618. 4.* MARTINVS COLERVS, de *alimentis*, *Lipſiæ 1672. 4.* qui in hac materia optimus eſt. Acceſſerunt etiam BARTOLI & IOA. BAPTISTAE PONTANI de eadem re Tractatus. Nec tamen prætereundus adhuc eſt IOA. PETRI SVRDI Tractatus de *Alimentis* non minus eruditus, licet Colero non æquiparandus, prodiit *Coloniæ 1595. 4.* & *Francofurti 1595. f. Geneuæ 1645. f.* Ad Titulum de *ventre inſpiciendo* præter ZACCHIAM in Quæſtionibus medico-legalibus habemus adhuc FRIDERICVM PRÜCKMANNVM *Francofurti ad Viadrum 1586 4.* Et in primis ALEXANDRVM ARNOLDVM PAGENSTECHER, de *Iure Ventris*, *Bremæ 1704. 8.* Ad Titulum de *Concubinis* facit GERARDI GREVENBRVCH Tractatus de *beneficariis*, *concubinariis eorumque concubinis*, *Coloniæ 1571. 8.* Facere huc quoque ex parte poteſt HENRICI KVYCKII *Speculum Concubinariorum*; *Coloniæ 1599. Atrebati 1628. 8.*

tit. I. de impenſis in rem dotalem factis. Ad tit. III. de agnoſcendis vel alendis liberis. Ad tit. IV. de ventre inſpiciendo.

§. LXIX. *Tutelarum* materia prolixior eſt atque plures reperit ſcriptores. Inter antiquos BORGNINVS CAVALCANVS de *Tutore & Curatore* ſcripſit *Florentiæ 1572. 4.* & *1604. 8.* & cum Damhouderio auctior *Francofurti ad Mœnum 1586. f.* & ANTONIVS PIAGGIVS de *Tutore & Curatore*, *Venetiis 1584. 8. Coloniæ 1589. 1602. 8.* MARCVS MANTVA, *Heidelbergæ 1587. 4.* IOA. OLDENDORPIVS, *Coloniæ 1568. 8.* VINCENTIVS MANZINVS, *Coloniæ 1589. & 1602. 8.* IO. GVTTIEREZ, *Francofurti 1606. f.* IODOCVS DAMHOVDERIVS, *Francofurti 1565. f.* Hos ſecutus eſt LEANDER GALGANETTVS in Tractatu de *Tutela & Cura*, *Venetiis 1617. f.* BALTHASAR THOMASIVS, *Patauii 1642. f.* CLAVDIVS PLVMIVS, *Hafniæ 1642. f.* FRIDERICVS ALBERTVS MAVLIVS de *Tutelis*, *tutoribus & curatoribus*, *Moguntiæ 1667. 8.* & CASPAR MANZIVS, *Ingolſtadii 1652. 4.* His tamen plenior longe eſt, immo

Scriptores ad lib. XXVI. & ſeqq. de Tutelis.

mo etiam accuratior PAVLVS MONTANVS in Tractatu nouo, de *Iure Tutelarum & Curationum*, qui cura BALTHASARIS MONTANI, *Lugduni Batauorum 1595. f. Francofurti ad Mœnum 1608. 8.* item *Hagæ 1656. 8.* prodiit, ac singula erudite persequitur. In foris Germaniæ & vsu quotidiano obtinet THOMAS SCHROËRVS *von dem Amt der Vormünder und Pflegevæter, Francofurti 1661. 4. Vratislauiæ 1672. 4.* De iis, quæ ad Tutorum excusationem pertinent, egit CAROLVS CAMVSIVS, *Parisiis 1652. 4. Figmentum Tutelæ Speciei Quartæ Pactitiæ* siue *conuentionalis* discutere conatus fuit CHRISTIANVS HENRICVS HILLER, *Tubingæ 1716. 4.* adde ADAMI FRIDERICI GLAFEY Dissertationem Epistolicam de *Tutela Pactitia oder Vormundschafft so aus Zusagen entstehet, Tübingen 1616. 4.* atque præclara ill. AVGVSTI LEYSERI Diss. de *Tutela pactitia, Helmstadii 1726. 4.* & *Specimine CCCXXVII.* Meditationum ad Pandectas. De *Tutela* vero *Feminea* erudita est dissertatio VDALRICI EYBENII, *Giessæ 1656. 4.* quæ nunc Operibus eius *Argentorati 1708. f.* iunctim editis est inserta. De *perpetua Feminarum Tutela* habemus eruditam Dissertationem EVERARDI OTTONIS inter ceteras ipsius Dissertationes *Traiecti ad Rhenum 1723. 4.* editam. De *Pupillis* eorum priuilegiis ac iuribus opus singulare conscripsit BARTHOLOMAEVS BERSANVS, *Lugduni Batauorum 1705. f.*

Scriptores de Successionibus & Testamentis ad librum XXVIII.

§. LXX. De *Successionis* materia habemus varios coniunctim editos *Coloniæ 1569. 1590. 8.* IOA. SELDENI Liber singularis de *Successione in bona defuncti ad LL. Ebræorum, Londini 1636. 4.* adiectus *Vxori Ebraicæ* Edit. *Francofurti ad Viadrum 1673. 4.* ADAMVM KELLERVM, de *Iure succedendi ab intestato, Basileæ 1618. 4.* BARTHOLOMAEVM MVSCVLVM de *Successione ab intestato*, qui Ius Gallicum cum Romano contulit, prodiit *Francofurti 1601. 12.* Id quod maiori adhuc cum adparatu egit DIONYSIVS le BRVN in Tractatu de *Successionibus Parisiis 1692. f.* Plenius hanc de Successionibus materiam il-

lustra-

lustrauit FERDINANDVS VASQVIVS *Libris IV. de Successionibus, & vltimis voluntatibus, Venetiis 1564.* & *Francofurti 1577. f. 1610. f.* Quo tamen accuratior adhuc est FRANCISCVS de BARRY de *Successionibus testati ac intestati, Francofurti 1653. f.* & *Lugduni 1671. f.* singula enim quae de hac materia dici poterant, solide examinantur & per rationes deducuntur. ANTONIVS MATTHAEI in suis Disputationibus de *Successionibus*, Iura Ciuilia quoque eleganter illustrat, quae primum *Vltraiecti 1652. 12.* prodierunt, postea cum notis G. A. STRVVII, *Ienae 1678. 4.* CHRISTOPHORVS PHILIPPVS RICHTERVS in tractatu methodico de *Successione ab intestato, Ienae 1647. 1663.* & *1673. 4.* edito, Ius Saxonicum persequitur. SAMVELIS STRYKII Tractatus de *Successione ab intestato, Francofurti ad Viadrum 1669. 4. 1679.* & *1687. 4. 1706. 4. Edit. V. Halae 1719. 4.* recusus, per disputationes primum fuit propositus, atque ad consuetudines Germaniae plurimum facit. Elegans Dissertatio GEORGII CHRISTIANI GEBAVERI de *Successione ab intestato ciuili inter ingenuos iure sanguinis, Erfurti 1723. 4.* De *inaequali Masculorum & Feminarum secundum Iura Cimbrica Successione* erudita est Diss. quam Praeside FRANCISCO CAROLO CONRADI proposuit Dn. IOA. CAR. HENRICVS DREYER, *Helmstadii 1744. 4.* De *haeredipetis* elegans est Dissertatio IOA. CHRISTOPHORI BARTENSTEINII *Argentorati 1711. 4.* De Successione ex Testamento egit MARCVS MANTVA *Heidelbergae 1592. 4.* & HERMANNVS MEYERVS de *Successionibus Testamentariis, Francofurti 1608. 4.* De *Successione inter fratres* ALPHONSVS RAMIREZ de PRADO, *Madriti 1624. 4.* ARIVS PINELIVS in suo de *bonis maternis* Tractatu de Successione materna quoque egit, prodiit *Francofurti 1585. 1596. 8.* De Iure *Deuolutionis*, quod in caussis successoriis obtinet praeter PETRI STOCKMANNI egregium tractatum de *Iure Deuolutionis* inter *Opera* viri *Bruxellis 1686. 4.* qui mores Belgii illustrat, praeclare exposuit IOA. GEORGI-

VS ESTOR Specimine Iuris Germanici de *Iure Deuolutionis*, *Ienæ 1738. 4. Exceptiones*, *quæ oriri possunt in Successione tam ab intestato quam in testamento* proposuit PAVLVS AEMILIVS, *Venetiis 1616. f.* De *Renunciatione Successionum* habemus BARTHOLOMAEI KELLENBENZII Tractatum eruditum, *Tubingæ* ex Editione altera priori aliquantum auctiore *1624. 8.* post *Stutgardiæ 1655. 8.* editum & quos supra variorum de Renunciationibus adduximus Tractatus. In materia successionis frequentius quoque obuenit quæstio de *Repræsentatione* & *Transmissione*, hanc proinde accurate & solide exposuit IOANNES CHRISTOPHORVS HEROLD de *Iure Repræsentationis*, *Halæ 1669. 4.*

Scriptores de Pactis Successoriis.

§. LXXI. Ad *Pacta Successoria* facit GEORGIVS NATTA de *pactis circa Successionem*, *cum notis* MATTHAEI BOYS, *Coloniæ 1593. 8.* & ANTONIVS CONTIVS de *pactis futuræ successionis*, *ac præsertim de pactis l[illegible] inter patrem & filios*, *Coloniæ 1598. 8.* De *Pactis Successoriis illustrium Familiarum* habemus GÜTTICHIVM, *Giessæ 1622. 4.* & Commentationem eleganter scriptam amplissimi Viri IOANNIS PHILIPPI RINGLERI *de Pactis Illustrium Successoriis*, *Francofurti & Lipsiæ 1693. 4.* FRANCISCI AVGVSTINI GREINER Dissertationem *de Successione Principum & Illustrium Personarum lege vel pacto obueniente*, *Erfordiæ 1715. 4.* Præstat tamen NICOLAVS BETSIVS in erudito Tractatu de *Statutis*, *Pactis & Consuetudinibus Familiarum illustrium & nobilium*, ex editione IOANNIS SCHILTERI, *Argentorati 1699. 4.* qui ad Germaniæ mores præcipue est directus. Plenæ eruditæ lectionis *Differentiæ Iurium Romani & Germanici in Pactis de Superstitis Heredio*, IOAN. PETRI *de* LVDEWIG, *Halæ 1741. 4.* De *Pacto Hæreditatis inter illustres Fœminas adquisitiuo* extat Dissertatio IOANNIS HENRICI MÜNCH, *Giessæ 1715. 4.* proposita. De *Testamentis* vero egit IVLIVS CLARVS, *Venetiis 1568. f.* IO. DAVTH, *Lipsiæ 1594. f. Francofurti 1670. f.* BOETHIVS EPO, *Dua-*

Duaci 1561. & *1582. 8.* THOMAS MAVLIVS, *Giessæ 1620. 8.* CASPAR MANZIVS, *Augustæ 1661. f.* MARCVS MANTVA, *Tubingæ 1588. 4.* Add. IOA. HENRICI SVMMERMANNI, coniecturarum de *origine & progressu Testamentorum apud Romanos pariter ac Germanicos populos*, Specimen Primum *Duisburgi & Berolini 1735.* 4.

§. LXXII. Alia Successio fit ex Testamento, de cuius Iuribus atque validitate sæpius disceptatur. GEORGIVS BEATVS *Sententias definitiuas* de *Testamentis*, ex præiudiciis ICtorum Saxonicorum & Scabinorum Magdeburgensium schedis collegit *Geræ 1609.* 4. Ex recentioribus PETR. GVDELINVS de *Testamentis* scripsit, *Louanii 1663. 8.* De *vltimarum voluntatum Interpretatione* commentatus SIMON de PRAETIS, *Coloniæ Agrippinæ 1583. f.* & qui melior est IOA. del CASTILLO, *de coniecturis atque Interpretationibus vltimarum voluntatum*, quem edidit VINCENTIVS FVSARIVS, *Geneuæ 1630. f.* DIDACVS RODERICVS ALVARDVS, libros quatuor scripsit de *coniecturamentis defuncti ad methodum redigenda*, *Francofurti 1599. 8.* Sed præcipuus est FRANCISCI MANTICAE tractatus de *coniecturis vltimarum voluntatum* in libros XII. distinctus, *Venetiis 1579. f. Francofurti 1580. f.* quæ editio melior est *Geneuensi 1669. f.* De *erroribus Testamentorum a Testatoribus ipsis commissis* elegans est scriptum SCIPIONIS GENTILIS, *Argentorati 1669. 8.* cum aliis EIVSD. Tractatibus tribus studio IOA. REBHAHNII diuulgatus. De *captatoriis Institutionibus* opusculum CORNELII van BYNKERSHOEK, extat inter Viri illustris opuscula iunctim edita. De *Execrationibus Testamentorum* curiosa extat Diss. IOANNIS SAMVELIS STRYKII, *Halæ 1698.* 4. De *subscribendis & subsignandis Testamentis* eruditum scripsit Tractatum CLAVDIVS SALMASIVS *Lugduni Batauorum 1643. & 1653. 8.* in quo rationem signandi Testamenti ex Iure & antiquitatibus Romanis deducit, de quo ipsi variæ intercesserant controuersiæ cum DESIDERIO HERALDO. De *Testamentis piis* extat liber IOANNIS

Successio ex Testamento.

NIS MOLANI, *Coloniæ 1661. 8.* varia lectione refertus. Add. V. C. GOTTLOB AVGVSTI IENICHEN *Coniecturæ de origine Testamenti ad pias caussas, Lipsiæ 1734. 4.* De *Testamentis priuilegiatis* agit GEORGII ADAMI STRVVII Dissertatio *Ienæ 1658. 4.* De *iniusto, rupto & irrito Testamento* egit IOANNES de IMOLA, *Lugduni 1553.* 4. De *executoribus voluntatum* IOANNES OLDENDORPIVS *Constantiæ 1593. 8.* Sic etiam de *executoribus & commissariis testamentariis* FRANCISCVS del CARPIO scripsit *Vrsaconæ 1638. f.* De *Testamento mariti & vxoris coniunctim vel separatim factis* erudite scripsit PETRVS PECKIVS, *Louanii 1564. 8.* & inter opera eius *Antwerpiæ 1679. f.* De *Testamento principi aut comiti oblato* IOANNIS OTTONIS TABORIS extat tractatio, *Argentorati 1658.* 4. De *Testamento* vero *Principis vel Comitis Roman. Imp.* agit Dissertatio HVLDERICI EYBENII, quæ in volumine secundo Iuris publici FRITSCHII extat, nunc Operibus ipsius iunctim editis est inserta & de eadem materia G. A. STRVVII *dissertatio, Ienæ 1678 4.* Lectu dignissima extat Diatriba illustris Viri IO. ADAMI KOPPII de *Testamentis Germanorum iudicialibus & sub dio conditis, vulgo ungehabt und ungestabt, Francofurti ad Mœnum 1736.* 4. Huc facit quoque elegantissima dissertatio IO. FRANCISCI BVDDEI de *Testamentis summorum imperantium, speciatim Caroli II. Hispaniæ Regis, Halæ 1701.* 4. in qua hæc materia ex iure naturali & gentium accurate deciditur, quæ in *Selectis* Iuris Naturæ & Gentium p. 490. comparet. Quibus addimus IO. DILECTI DVRANTIS *de arte testandi & Cautelis vltimarum voluntatum, Lugduni 1572. 8.* Sed plenior & ad praxin Germaniæ accommodatior SAMVELIS STRYKII Iureconsulti summi, Tractatus de *Cautelis Testamentorum, Halæ 1703. 4. & ex Editione III. ibidem 1716.* 4. in quo pleraque quæ in Testamentis condendis, legatis, fideicommissis caute obseruanda, perspicue exponuntur. Accesserunt variorum illustrium Testamenta, vtpote Caroli M. Caroli II. Regis Hispaniæ, diuersorum Principum Imperii & Lutheri

Lutheri Testamentum minus solenne. Iungi huic tractationi possunt STRYKIANAE Dissertationes de *Testamento in itinere confecto*, *Francofurti 1677. 4.* & alia de *Testamento Principi, siue iudici per procuratorem oblato, ibid. 1684. 4.* vtræque extant Differt. Vol. V. n. 9. 10. & alia de *Testamentis Rusticorum*, *Francofurti 1674.* 4. *& Vol. II. Diss. n. 20.* & Differt. de *Testamentis coniugum reciprocis*, *Halæ 1702.* 4.

§. LXXIII. De *Exhæredatione liberorum* in specie erudite commentatus est LVCAS van de POLL de *Exhæredatione & Præteritione Romana atque hodierna Liber singularis*, *Amstelodami 1700.* 4. & ex Editione Secunda 1712. 4. Add. erudita Disser. CASPARIS a RHEDEN de *exhæredatione absque elogio*, *Bremæ 1714.* 4. nec non: SAMVELIS FRIDERICI WILLENBERGII Disser. de *exhæredatione bona mente facta*, *Gedani 1710.* 4. Scriptores ad librum XXVIII. tit. II. de Exhæredatione.

§. LXXIV. Ad *Substitutionum* tum *vulgarium* tum *pupillarium* materiam facit AEMILIVS FERRETVS, *Lugduni 1553.* 4. LEONARDVS ALLOSINVS, *Pictauii 1540. 8.* PETRVS BARBOSA de *legatis & substitutionibus*, *Lugduni 1662. f.* ANTONIVS FOQVELLINVS de *vulgari & pupillari substitutione*, *Lugduni Batauorum 1677. 12.* IONAS MOSTELLVS de *hæredum substitutionibus*, *Tubingæ 1613.* 4. SFORTIAS ODDVS, de *compendiosa substitutione*, *Francofurti 1600. 8.* ANTONIVS GOVEANVS, *Lugduni 1599. f.* IO. OTTONIS TABORIS *Commentatio Synoptica de Substitutionibus*, *Giessæ 1672.* 4. HELFRICVS VLRICVS HVNNIVS, *Giessæ 1616.* 4. VALENTINVS GVILIELMVS FORSTERVS, *Wittebergæ 1619.* 4. CLAVDIVS CHIFFLETIVS, *Lugduni 1584.* 4. & præcipue VINCENTIVS FVSARIVS, *Geneuæ 1653. f.* qui reliquis est plenior. IACOBVS OTTO vero in *medulla substitutionum hæredum*, quæ *Vlmæ 1694. 8.* prodiit, vsum fori docet, septem species substitutionum decernit, & in multis a communi interpretum sententia recedit. De *Iure deliberandi* scripsit SEBASTIANVS SAPIA & BENEDICTVS de PLVMBINO, qui ambo in Tomo VIII. Repetitionum extant. De *Inuentario* iunctim editi varii scriptores antiquiores Scriptores ad librum XXVIII. de vulgari & pupillari substitutione.

Geneuæ 1673. f. De *aditione cum inuentario* scripsit BALDVS. De *inuentario hæredis* SEBASTIANVS MONTICVLVS, *Francofurti 1673. 8.* GVIDO PAPA, FRANCISCVS de PORCELLINIS, *Coloniæ 1590. 8.* ROLANDVS a VALLE cura CONRADI KESSELII, *Coloniæ 1631. 8.* & præcipue HENRICVS HAHNIVS de *beneficio inuentarii hæredis, Helmstadii 1661. 4.* Notabilis IOAN. FVCHSII Tractatus *de Inuentariis, Kilonii 1672. 4. Francofurti & Lipsiæ 1693. 1710. 4.*

Scriptores ad libr. XXIX. tit. I. de testamento militis.

§. LXXV. Ad *Testamentum militare* facit GEORGIVS ACACIVS ENENKEL, de *priuilegiis militum & militiæ* Libri Duo & de *Priuilegiis Veteranorum* Liber Vnus *Francofurti 1607. 4.* qui eruditus est & IO. GEILKIRCHERVS, de *testamento militari, Ingolstadii 1588. 4.* Præstat IOA. HENRICI BERGERI Dissert. de *iure militum circa Testamenta*, quæ extat inter *Dissertationes Lipsiæ 1707. 4.* editas. Dn. FERDINANDVS AVGVSTVS HOMMELIVS egit Dissertatione academica de *differentia exigua inter testamentum militare & testamentum paganum in hostico conditum, Lipsiæ 1727. 4.*

Scriptores ad libr. XXIX. tit. VII. de Iure Codicillorum.

§. LXXVI. De *Codicillis* ex antiquis scripsit ROLANDVS PASSAGERIVS, *Venetiis 1546. 8. Coloniæ 1590. 8.* & NICOLAVS REVSNERVS, *Lipsiæ 1601. 4.* Recentior est OTTO PHILIPPVS ZEPPERVS de *Codicillis, Bremæ 1659. 4.* Plena quoque bonæ frugis Diss. IVSTI HENNINGII BOEHMERI de *Codicillis absque testibus validis, Halæ 1717. 4.* cui contradicit EMANVEL DVNIVS Libro *de veteri & nouo Iure Codicillorum, Romæ 1752. 8.* add. erudita Dissert. FRIDERICI WIDEBVRGII de *Fideicommissorum ac Codicillorum origine, argumento inclinantis & mutatæ Reip. Romanæ, Halæ 1731. 4.* De *effectibus vero & defectibus clausulæ codicillaris* FABII TVRRETI extat Tractatus *Coloniæ 1620. 8.* & IOA. OTTONIS TABORIS de *clausula codicillari* Dissertatio inter Opera.

Scriptores ad libr. XXX.

§. LXXVII. De *Legatis* extant Scriptores varii. Quæ sub nomine IOANNIS DAVIDIS KIRSTEN edita est *Historia Legatorum, Lipsiæ 1731. 4.* B. IOANNI HEN-

XXXI. & XXXII. de legatis & fideicommissis.

HENRICO MYLIO elegantis doctrinæ viro, tamquam auctori adſcribitur a celeberrimo IENICHENIO in *Bibliotheca Iuridica Lipeniana* p. 328. ANTONIVS quidem PICHARDVS, *Salmanticæ 1625. 4.* IOA. FRANCISCVS a RIPA inter eius Opera. BARTHOLOMÆVS ROMVLÆVS de *legatis & fideicommiſſis*, *Licbæ 1602. 8.* MARCVS ANTONIVS BAVERIVS, *Lugduni 1553. f.* Præcipui vero ſunt PETRVS PECKIVS, in *vniuerſam materiam Legatorum*, *Louanii 1553. 4.* ANGELVS MATTHEACIVS, de *legatis & fideicommiſſis*, *Francofurti 1601. 8. 1647. 8.* Ad L. 40. π. de Legat. l. facit Diſputatio HECTORIS BERENGER, quæ cum *Balthaſaris Branchu* Obſeruationibus ad Ius Romanum prodiit *Lugduni Batau. 1721. 8.* De *Legatis pœnæ nomine* elegans eſt opuſculum illuſtris Viri CORNELII van BYNKERSHOEK, quod inter Opuſcula extat n. VI. *Fideicommiſſorum* materiam plerique pertractarunt, qui vel de legatis, vel ſubſtitutionibus egerunt, vtpote CLAVDIVS CHIFLETIVS *Lugduni 1594.* inſertus porro THESAVRO IVRIS ROMANI V. C EVERARDI OTTONIS *T. V. p. 769.* VINCENTIVS FVSARIVS, IACOBVS OTTO atque alii. Separatim de iisdem ſcripſit FRANCISCVS MARZARIVS, *Florentinæ 1570. f. Coloniæ 1588. 8.* PETRVS ANTONIVS de PETRA, de *fideicommiſſis*, *maxime ex probibita alienatione reſultantibus*, *Venetiis 1579. f. Francofurti 1603. 1661. f.* ANGELI RODVLPHINI *Allegationes* in quibus omnes fere arduæ *Fideicommiſſorum* Quæſtiones tractantur & reſoluuntur opere poſtumo prodierunt *Bononiæ 1693. f.* omnium inſtar eſt MARCVS ANTONIVS PEREGRINVS Tractatu de *Fideicommiſſis*, *Venetiis 1595. f.* & ex Editione Duodecima per Caſparem Lonigium aucta & vtiliter inſtructa *Norimbergæ 1668. f.* additæ ſunt FRANCISCI CENSALII Oſeruationes Singulares ad Peregrini Tractatum *Noribergæ 1669. f. Lugduni 1670. f.* hic enim Peregrinus hanc materiam optime explicauit. De *Fideicommiſſis* porro præclara Diſſertatio legenda Illuſtriſſimi FRIDERICI LVDOVICI Comitis de OETTIN-

TINGEN, *Helmſtadii 1734. 4.* De *Fideicommiſſis Familiæ e manu Hæredum non capiendis* HENRICO COCCEIO Præſide Diſſertatione egit Io. Dietericus Schaukirch, *Francofurti ad Viadrum 1718. 4.* De *Fideicommiſſis, a Nobilibus Familiæ conſeruandæ cauſa factis* egit GEORGIVS CHRISTOPHORVS STIRN, *Stutgardiæ 1664. 4.* extat in docti viri *Pentade Diſſert.* Sed huic longe eſt præferendus vtiliſſimus Tractatus PHILIPPI KNIPSCHILDI de *Fideicommiſſis Familiarum Nobilium von Stamm-Gütern, Argentorati 1626. 4.* & *Vlmæ 1654. 4. Coloniæ 1693.* & *1710. 4.* Cui adiungenda CHRISTIANI WILDVOGELII diſſertatio de *Fideicommiſſis Familiarum Nobilium conuentionalibus, Ienæ 1710. 4.* atque SAMVELIS STRYKII Diſſ. de *Fideicommiſſorum illuſtrium conſtitutione & diſpoſitione, Halæ 1710. 4.* Et cum in Legatorum materia accreſcendi Ius obueniat, de his ſcriptoribus quoque agemus. Alii quidem vbi de ſucceſſione tractant, idem Ius ſimul illuſtrarunt. Separatim autem de eodem ſcripſit FRANCISCVS DVARENVS, *Lugduni 1656. 4.* THOMAS PAPILLONIVS, *Pariſiis 1613. 8.* & *Lugduni Batauorum 1660. 12.* in EVERARDI OTTONIS *Theſ. Iur. Ciu. T. IV. p. 765.* BARTHOLOMÆVS ROMVLÆVS, *Ingolſtadii 1569. 4.* IO. SVEVIVS, *Ienæ 1608. 12.* & qui præcipuus eſt IO. ANTONIVS BELLONVS, *Geneuæ 1628. f.* Sic etiam antiqui Tractatus de hac materia coniunctim prodierunt *Lipſiæ 1657. 12.* vtpote PANCRATIVS KRETSCHMER, NARCISSVS de PALANTIER, VALENTINVS RIEMERVS & CONRADVS SCHWANENBVRG. Hiſce præferendus IO. WILHELMI LVDWELLI *Tractatus poſtumus de Iure accreſcendi, Altorfii 1680. 4. Dresdæ 1686. 4.*

De Iure accreſcendi.

Scriptores ad librum XXXIII. tit. I. de Annuis legatis.

§. LXXVIII. De *Annuis Legatis* extat THESEVS MANTVA, *Patauii 1569. 8.* CASPAR item RODERIGVS de *Annuis & menſtruis reditibus, Moguntiæ 1605. 4.* De rebus, ſeu diſpoſitionibus dubiis egit ALBERTVS BRVNVS, qui extat in Tractatus Tractatuum Tomo XVIII. BARTHOLOMÆVS CALEPIVS, *Lugduni* 1553.

1553. f. EMANVEL de COSTA, *Salmanticae 1569. f.* & qui praecipuus est NICOLAVS VALLA *de rebus dubiis & quaestionibus in Iure controuersis 1596. 8.* & *Arnhemii 1638. 4.* ex Editione *Quinta*. De *conditionibus & demonstrationibus & causis & modis eorum, quae in Testamento scribuntur, commentatus est* MARCVS MANTVA, *Patauii 1588. 8.* ACACIVS ANTONIVS de RIPOLI, *Coloniae 1617. 4.* PAVLVS DVRAN, *Venetiis 1616. f.* EMANVEL de COSTA, *Conimbriae 1548. f.* LEANDER GALGANETTVS, *Venetiis 1609. f.* & praecipue FRANCISCVS BALDVINVS de *conditionibus & demonstrationibus, Basileae 1559. 8.* PHILIBERTI BRVSSELLII Tractatus insignis *de conditionibus Testamentorum, contractuum & pactorum*, qui primùm prodiit *Louanii 1560. 4.* & *Bruxellis 1658. 4.* post, cum PAVLI DVRAN Tractatu de *conditionibus & modis impossibilibus ac Iure probibitis*, recusus *Francofurti 1700. 4.* atque in hac materia est optimus. Scriptores ad librum XXXIV. tit. V. de rebus dubiis. Scriptores ad librum XXXV. tit. I. de Conditionibus & Demonstrationibus.

§. LXXIX. Ad Legem *Falcidiam* & *Voconiam* fuit commentatus FRANCISCVS BALDVINVS, *Basileae 1555. 8.* cum aliis Auctoris ad Leges huiusmodi antiquas Commentariis & *Halae 1730. 8.* cum Praef. NIC. HIER. GVNDLINGII, nec non in *Iurisprudentiae Romanae & Atticae T. II. p. 170-252.* FRANCISCVS DVARENVS, *Lugduni 1578. f.* AEMILIVS FERRETVS, *Lugduni 1553. f.* ANTONIVS GOVEANVS, *Lugduni 1559. f.* IO. FRANCISCVS a RIPA, *Lugduni 1548. f.* inter eius Opera. FRANCISCVS HVSMANNVS *Paradoxa* scripsit *ad L. Falcidiam, Parisiis 1584. 4.* & in EVER. OTTONIS *Thesaur. Iur. Rom. T. IV. p. 1665.* De eadem varias Disputationes scripsit GVILIELMVS CVP, *Franekerae 1649. 4.* nec non IACOBVS VOORDA Commentarium *ad Legem Falcidiam*, accessit EI. Dissertatio de Legato partitionis, *Harlingae 1730. 8.* & ALEXANDRI ARNOLDI PAGENSTECHERI Dissert. de *Lege Falcidia, Groningae 1713. 4.* atque insignis Diss. GEORGII FRIDERICI DEINLINI qua *Legem Falcidiam ad Legata piae caussae pertinere* asseruit *Altorfii 1737. 4.* Ad *Senatusconsultum Trebellianicum* Scriptores ad librum XXXV. tit. II. ad Legem Falcidiam.

anicum vero ANTONIVS CORSETTVS in Tomo VIII. Tractatus Tractatuum, & qui eruditus est Tractatus VLRICI OBRECHTI de *Fideicommissorum restitutione, & imputatione prælegatorum in Quartam Trebellianicam, Argentorati 1667. 4.* Optime tamen ad binos hosce Titulos facit IO. ANTONIVS MANGILIVS de *imputationibus & detractionibus in Legitima, Trebellianica & aliis Quartis, Venetiis 1654. f.* Subiungimus hisce GABRIELIS SCHWEDERI Dissertationem de *conditione ex Lege liberis ad supplementum legitimæ competente, Tubingæ 1696. 4.* & perillustris Dn. IO A. PETRI a LVDEWIG Dissertationem inscriptam: *Trebellianica & Legitima exules in Fideicommissis fructuariis, Halæ 1712. 4.*

Scriptores ad librum XXXVI. tit. I. de bonorum possessionibus.

§. LXXX. De *Bonorum possessione contra tabulas* scripsit FRANCISCVS DVARENVS in Tomo VIII. Repetitionum. ANDREAS BARBATIVS *in rubr. C. qui admittantur ad Bon. Poss. Lugduni 1513. f.* ANTONIVS CONTIVS, *Parisiis 1616. 4.* IOSEPHVS FERNANDEZ de RETES, *Salmanticæ 1663. 4.* CAMILLVS PLAVTIVS, *Lugduni 1533. f.* & qui præcipuus est ANDREAS FACHINÆVS de *bonorum possessione & Iure accrescendi, Ingolstadii 1589. 8.*

Scriptores ad librum XXXVII. tit. V. & seqq. de Collationibus.

§. LXXXI. De *Collationibus* habemus ALVARI VALASCI *Praxin partitionum & collationum inter hæredes, Francofurti 1649. f.* STEPHANVM FORCATVLVM, *Parisiis 1578. 8.* HIERONYMVM a LAVRENTIIS, *Lugduni 1590. f.* & IO. SAPORTAM in Tomo VIII. Tractatus Tractatuum. Præcipui vero sunt GEORGIVS ADAMVS BRVNNERVS de *collatione bonorum, Lipsiæ 1610.* & recusus *1718. 8.* & ARNOLDVS VINNIVS, de *Collationibus*, qui Tractatus sæpius cum aliis editus, e. gr. *Amstelodami 1651. 12.* & in EI. *Iurisprudentia contracta Roterodami 1664. 8. mai. Amstelodami 1654. 8. Lugduni B. 1644. 8. Vltraiecti 1697. 4.* Singularis WENNEMARI REDECKERI Diss. de *collatione sumtuum studiorum Lugduni Batau. 1700. 4.* recusa cum Præfatione AVGVSTI RVDOLPHI IESAIÆ BÜNEMANNI *Halæ 1738. 4.*

§. LXXXII.

§. LXXXII. De *Noui Operis Nunciatione* fuit commentatus NICOLAVS CISNERVS, *Heidelbergæ 1561. 8.* & *Francofurti 1611. 8.* IO. FRANCISCVS a RIPA, *Lugduni 1548. f.* inter alia viri Opera & D. MARTA, *Florentiæ 1600 f.* MATTHIAE STEPHANI Tr. *de noui operis nunciatione*, *Rostochii 1602. 8.* Huc etiam pertinet materia *Protestationis*, quam executus est IO. FERCOTIVS de *Protestationibus*, *Coloniæ 1701. 8.* & MARTINI NIGRINI Tr. de *Protestationibus*, *Hamburgi 1608. 8.* De *damno infecto* FRANCISCVS *a* RIPA inter Opera *Lugduni 1548. f.* edita. Scriptores ad libr. XXXIX. tit. I. de Noui Operis Nunciatione. Ad librum XXXIX. tit. II. de damno infecto.

§. LXXXIII. Ad Titulum de *Publicanis & Vectigalibus & commissis*, præter eos, qui de Iure Fisci egerunt, habemus alios. De *Vectigalibus* quidem *Populi Romani* egit IVLIVS CAESAR BVLENGERVS in tractatu, *Tubingæ 1618. 4.* inter Opera quædam Politica BESOLDIANA, & *Francofurti 1620. 4.* recuso, in quo de Vectigalibus, quæ tum sub libera Republica, tum in statu monarchico erant, erudite agit. Adiectus postmodum est ipsius Operi de Imperatore & Imperio Romano, nunc vero insertus est Tomo octauo Thesauri Antiquitatum Romanarum Græuiani. Præstantior omnino PETRI BVRMANNI de *Vectigalibus Populi Romani* Dissertatio elegantissima, *Traiecti ad Rhenum 1694. 8.* & ex *iterata Editione II.* auctior *Leidæ 1734. 4. mai.* Hic enim materiam Vectigalium Romanorum non solum exhaurit, sed etiam quidquid est materiæ connexæ satis erudite fuit persecutus, ita, vt potiores Leges titulosque Pandectarum & Codicis rite explicet. *Iura* vero *Vectigalium* deducunt IO. BERTACHINVS, in Tomo duodecimo Tractatus Tractatuum, IOACHIMVS CLVTENIVS, *Argentorati 1618. 8.* HENRICVS KLOCKIVS, *Giessæ 1621. 4.* præcipue GEORGIVS CHRISTOPHORVS a GÖLNITZ de *regali Vectigalium Iure*, *Tubingæ 1652. 4.* Scriptores de Vectigalibus

§. LXXXIV. De *Donationibus* scripsit PETRVS BARBOSA, *Francofurti 1625. f.* IVLIVS CLARVS, *Venetiis 1566. 8.* & *Opp. Vol. V. ibid. 1568. f.* VALEN- Scriptores ad libr. XXXIX. tit. V. de donationibus.

LENTINVS GVILIELMVS FÖRSTERVS, *Witteber-gæ 1600. 12.* HIPPOLYTVS RIMINALDVS, *Francofurti 1612. 8.* HENRICVS BOCERVS in suo de *Donationibus* Tractatu methodico omnes Donationum species absoluit, *Tubingæ 1614. 8.* & *1625. 8.* *Differentias Iuris Romani & Germanici in Donationibus, & barbari adnexus Acceptilatione*, erudite commonstrauit IO. PETRVS a LVDEWIG *Halæ 1721. 4.* Quod alias etiam egit IOSEPHVS FERDINANDVS de RETES de *donationibus in genere & particulari, Lugduni 1667. 4.* De *Donatione mortis caussa* scripsit IO. MICHAEL BEVTHERVS, *Argentorati 1615. 4.* & ROLANDVS PASSAGERVS, *Venetiis 1546. 8.* De *Donationibus inter patrem & filium* MARIVS CVTELLVS *Venetiis 1661. f.* De *Donationibus piis, legatis & donationibus stipendiorum* ERNESTVS GOCKELIVS, *Augustæ Vindelicorum 1671. 4.* Sic etiam ADRIANI BEIERI extat Dissertatio de *donationibus Principum Imperii, Ienæ 1704. 4.*

Scriptores ad librum XL. tit. I. de manumissionibus. De Iure Annulorum.

§. LXXXV. De *Manumissionibus Seruorum* apud Romanos elegans extat Tractatus WILHELMI a LOON, *Vltraiecti 1685. 12.* De *Iustiniano Manumissionum fautore* extat Diss. QVIRINI GOTTFRIDI SCHACHERI, *Lipsiæ 1735. 4.* & GOTTFRIDI NICOLAI ITTIGII de *mancipiorum manumissione baptismo implicita, Lipsiæ 1689. 4.* Ad Ius *Annulorum* varii faciunt. De *Annulorum* quidem *origine, vsu, varietate* scripsit HENRICVS KITSCHIVS, *Lipsiæ 1614. 4.* & quæ cum eo extat HVGONIS GROTII Commentatio de *Annulis*. Scripsit præterea de *Annulis horumque antiquitate* IO. KIRCHMANNVS, *Slesuici 1657. Lubecæ 1672. 8.* & qui omnium accuratissime hanc materiam pertractauit FORTVNIVS LICETVS in libro de *Annulis antiquis, Vtini 1645. 4.* edito. Addi ab Antiquitatum cultoribus potest ABRAHAMI GORLAEI *Dactyliotheca* quæ cum erudita Præfatione AELII EVERHARDI VORSTII de *origine Annulorum* & animaduersionibus *Iacobi Gronouii*, nec non multis Annulorum figuris, prodiit *Lugduni Batauorum 1695.*

1695. 4. De *Annulis eorumque usu* collectanea extant EGGEBERTI SCHAVMII, siue qui sub hoc nomine latet CONRADI RITTERSHVSII, *Francofurti ad Viadrum 1620. 4* Addantur pereruditæ Dissertationes, quarum vna PETRI BVRMANNI de *Iure aureorum Annulorum*, *Vltraiecti 1734.* recusa *Lipsiæ 1740. 4.* altera DAN. van ALPHEN, Præside V. C. IOANNE CONRADO RVCKERO ad IVLII PAVLI *Fragmentum*, quod extat in L. 47. de Verb. Signif. siue de *Annulis signatoriis*, *Lugduni Batauor. 1734.*

§. LXXXVI. De *acquirendo rerum Dominio* egit FRIDERICVS HILDERICVS de VAREL *Altdorfii 1609.* 4. & SAMVEL NEANDER de *modis acquirendi dominii*, *Argentorati 1624. 12.* & qui præcipuus est STEPHANVS FAGVNDEZ de *iustitia*, *contractibus*, *adquisitione & translatione dominii*, *Lugduni 1641. f.* Erudita vero est dissertatio GERHARDI FELTMANNI de *accessionibus memorabilibus*, *immani aquarum vi vel terræmotu factis*, *Amstelodami 1691. 8.* & Scriptores de Iure maritimo & aquatili. De *Accessione fluuiatili* extat Diss. NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI *Ienæ 1689.* 4. Naturam & differentias dominii ex principiis moralibus atque ciuilibus excussit CAMILLVS CONTARENVS in *Genealogia dominiorum*, *Amstelodami 1693. f.* De *dominii reditu legali*, siue *vom Rückfalls Recht eigenthümlicher Güter*, binis dissertationibus egit IOA. ANDR. FROMMANNVS, *Tubingæ 1696.* 4. & pleniori Tractatu MICHAEL GRASSVS *de Reditu Dominii legali*, *von dem Rückfalls Recht eigenthümlicher Güter*, *Tubingæ 1724.* 4. Scriptores ad libr. XLI. tit. I. de acquirendo rerum dominio.

§. LXXXVII. Bibliothecam breuem Scriptorum Iuris *Georgici*, auctore V. C. C. L. BILDERBECK videmus præfixam Editioni Quartæ *des neuvermehrten Dorff- und Land-Rechts.* GERHARDI FELTMANNI *Ius Georgicum de inclusione animalium*, *aliisque rei agrariæ argumentis*, prodiit *Lipsiæ 1678.* 4. Præstat tamen GOTHOFREDI CHRISTIANI LEISERI *Ius Georgicum*, siue Tractatus de *Prædiis*, *von Land-Gütern*, *Lipsiæ 1698. f.* & *1713.* & *41. f.* cum Epistola Scriptores Iuris Georgici.

CONRADI SAMVELIS SCHVRTZFLEISCHII. Noua editio eaque optima & aucta lucem vidit *Lipsiae 1741. f.* In hoc Opere autem quidquid de Praediis dici potest, velut in Bibliotheca quadam singulari cum vtilitate congestum videmus. Laudatur iam *Neuvermehrtes Dorff- und Land-Recht*, *Lipsiae 1708. 4.* & ex Editione Quarta auctiori *Francofurti & Lipsiae 1719. 4. 1734.* partes III. exhibet, ex Iure Caesareo, Saxonico, Consuetudinibus, & scriptis ICtorum recentiorum est collectum suamque habet vtilitatem. Praestat IVLII BERNHARDI *von* ROHR Equitis Misnici doctissimi *Haußhaltungs-Recht*, 3 partes *Lipsiae 1716.* & *38. 4.* quo vtilissimo libro, cuncta Iuris argumenta, quae rem rusticam & oeconomicam attingunt, facili expositione referuntur. Huc etiam spectant ex antiquioribus DIDACI COLLANTES de AVELLANEDA *Commentarius Pragmaticus in fauorem rei frumentariae & Agricolarum & rerum, quae Agriculturae destinatae sunt, Madriti 1606. 4.* Nec non DIDACI GVTTIERREZ de SALINAS *Discursus* de *Pane & Vino deque integra re rustica, Compluti 1600. f. Madriti 1620. f.* Item CONRADVS HERESBACHIVS de *Re rustica, Spirae 1594. 8.* Propius vero ad praxin hodiernam facit AHASVERVS FRITSCHIVS de *Iure Vniuersitatis Agrorum, vom Fluhr-Recht, Ienae 1670. 4.* De *Iure Hortorum* extat Diss. FRIDERICI SCHRAGII *Argentor. 1691. 4.* IOA. CAESAR. RVGINELLI *Resolutiones* de *Arboribus controuersis*, recusae *Noribergae 1719. 4.* De *Iure & statu Pagorum Germaniae* commentatus vtiliter AHASVERVS FRITSCHIVS *Ienae 1673. 4.* De Iure *Seminis* Diss. est HENRICI COCCEII, *Francofurti ad Viadr. 1693. 4.* atque PAVLI HENRICI TILEMANNI *de eo, quod iustum est circa Sementum, Ienae 1691. 4.* Adfinia argumenta tractarunt AHASVERVS FRITSCHIVS Tr. *de Messe, Ienae 1674. 4.* IDEM de *Compascuis* exposuit, quae tractatio coniuncta ipsius libello de *Iure Hortorum & Conuenatione, Ienae 1670.* & *1711. 4.* tractauit porro de *Iure congrui, vom Gespild-Recht, Ienae 1678. 4.*

quae

quæ & inter *Opuſcula* iunctim edita, comparent. De *Iure vicinitatis*, *vom Nachbar-Recht* egit Diſſ. ERNESTVS FRIDERICVS SCHROETERVS *Ienæ 1664.* 4. De *Priuilegiis Ruſticorum* in ſpecie egit RENATVS CHOPPINVS, *Pariſiis 1575. 4.* & *Francofurti 1608. 8.* De *Iure & Iudicio Ruſticorum Fori Germanici* præclarus extat Tractatus ill. IOA. WILHELMI de GOEBEL, *Helmſtadii 1723.* 4. atque ex noua & inſigniter aucta editione *ibid 1742.* 4. cum Præfatione de Iuris patrii amœnitate & vtilitate, quo libro cumprimis mores Saxoniæ inferioris circa res ruſticas optime illuſtrantur. Ex Antiquitatibus Germanicis petita IOANNIS PAVLI KRESSII, Diſſertatio erudita de *priuilegiis Agriculturæ apud Germanos*, *Ienæ 1712.* 4. & *ibid.* recuſa *1736. 4.* Facit huc GEORGII ADAMI STRVVII diſſertatio de *Iure Ouium*, *Ienæ 1680.* 4. & *1714.* De *Iure paſcendi* & in primis de *Iure Ouium* tractatus ſelecti, annexis conſiliis, reſolutionibus, deciſionibus, editi *Cellis* 4. De *Iure Columbarum* Diſſ. eſt PETRI MÜLLERI, *Ienæ 1684.* 4. & de *Columbariis* Programma celeberrimi IENICHEN, *Gieſſæ 1551.* 4. Nec omittenda hic IOA. BERNHARDI FRISII Diſſ. de *Iure Fontium*, *Ienæ 1711.* 4. De *Molendinis & in ſpecie Bannaris* Diſſ. PETRI MÜLLERI *Ienæ 1678.* & *1711. 4.* & SAMVELIS STRYKII Diſſ. de *Iure prohibendi exſtructionem Molendini*, *Halæ 1700.* 4. & IO. SAM. STRYKII diſſertatio de *Iure Cratium*, *Halæ 1700. 4.*

§. LXXXVIII. Ad hunc locum ſuo modo etiam referri poteſt *Contractus & Ius Colonarium*, de quo habemus elegantem IOA. OTTONIS TABORIS *Commentationem Synopticam de Contractu & Iure Colonario*, *Gieſſæ 1622. 1662. 4.* Extat inter Opera eius *Vol. I.* Tr. XXIII. *Lipſiæ 1688. f.* edita, quanquam præcipue ad illuſtrationem Conſtitutionis Solmenſis, *vom Land-Siedel-Recht*, ſit directa. His coniungendæ IOANNIS VLRICI CRAMERI *unvorgreiffliche Gedancken von der in Ober-Fürſtenthum Heßen und Solmiſchen üblichen Landſiedeley*, *Marburg* — Scriptores de contractu Colonario

burg 1740. 4. EI. *rechtliches Gutachten die Solmische Land-Siedeley betr. zur Bestætigung seiner Gedancken, ibid.* 1740. 4. & CHRISTOPHORI LVDOVICI HOMBERGK *offenbahrer Vngrund der so genannten Vindiciarum Iuris Landsiedeliæ Hassiaci & Solmensis, welche gegen die von Herrn Hof-Rath* CRAMERN *an das Licht gegebene Gedancken* &c. *von dem Herrn Dr.* WLOEMEN *neuerlich zum Vorschein kommen, Marburgi* 1741. 4. V. C. CHRISTIANI FRIDERICI AYRMANNI *Obseruationes* de hoc argumento extant in Dn. KVCHENBECKERI *Annal. Hass. Coll. III. Sect. IV. p.* 101. Habemus porro IVSTI HAHNII *Conclusiones de iure Colonario, seu Coloniæ perpetuæ, Helmstadii* 1659. 1678. 4. & GEORGII ADAMI STRVVII Dissertatio de *Iure Colonario, seu Coloniæ non perpetuæ, Ienæ* 1666. 4. Addatur ex parte IOA. PETRI a LVDEWIG eruditissimus Tractatus de *Iure Clientelari, Halæ* 1717. 4. editus, quo simul varia Iura Colonaria ex antiquitatibus patriis & vetustis monimentis egregie exponuntur. Quod argumentum tractauerat iam vir summus Diss. de *Colonis adscriptitiis, Halæ* 1709. 4. Add ill. DAVIDIS GEORGII STRVBEN egregia Comment. de *Iure Villicorum, vulgo vom Meyer-Recht*, ex Edit. Sec. *Hildesiæ* 1735. 4. EI. *Accessionum ad hanc Comm. Pars I.* cui subiuncta Diss. de *Bonis Meierdingicis, Hildesiæ* 1739. 4. Add. IOAN. CHRISTOPHORI STRODTMANN libellum de *Iure Curiali Litonico, oder von Hofhörigen Rechten*, cum Præfatione GEORGII LVDOVICI BOEHMERI, *Göttingen* 1754. 8. Ex parte huc spectat: *Entwurff des Leibeigenthums-Rechts überhaupt, und insonderheit wie selbiges in der Graffschafft Hoya, und einigen andern Westphælischen Provintzien herbracht ist, ausgefertiget von* I. C. P. *Hannover* 1747. 4. De *Colono partiario, Halbbauer* extat Diss. IEREMIAE KYBER, *Altorfii* 1677. 4.

Scriptores de

§. LXXXIX. *Bibliothecam Scriptorum Venaticorum continentem* simul *Auctores, qui de Venatione*

ne, *Syluis*, *Aucupio*, *Piscatura & aliis eo spectantibus* commentati sunt diligenter studioseque congessit V. C. GEORGIVS CHRISTOPHORVS KREYSIG, *Altenburgi 1750. 8.* De *Venatione*, *Piscatione & Aucupio* scripsit CONRADVS HERESBACH *Coloniæ 1570. 8.* ALPHON. ISAAC REGIVS *1625. 8.* SEBASTIANVS MEDICES *Coloniæ 1588. 1584. 8. Marpurgi 1698. 8.* HIERONYMVS ANDREAS RATH, *Spiræ 1602. 12.* SEBASTIANI KHRAYSER, *Neoburgi ad Istrum 1651. 8.* FRIDERICVS PRÜCKMANNVS, *Spiræ 1605. 4.* & præcipue GEORGIVS MOHR, *Constantiæ 1601. 4. Spiræ 1602. 1605. 4.* FRANCISCVS ZOANNETTVS de *duplici venatione cum generali tum speciali Germanica*, adiectus NOE MEVRERI Compilationi. Omnium tamen curas superat AHASVERI FRITSCHII *Corpus Iuris Venatorio-Forestalis Romano-Germanici*, *cum præfatione* SAMVELIS STRYKII, *Lipsiæ 1702. f.* Prodierat iam antea hoc opus *Rudolstadii 1675. f.* iterata vero hac Editione præter elegantem Præfationem de *Germanorum circa Venationem libertate* multis consiliis fuit locupletatum. Prima Pars continet MEDICIS, MOHRII, KRAYSSERI Scripta ante adducta, & NOE MEVRERI *Forst-Iagd- und Wasser-Recht.* Quod alias ex Editione iterata & tribus Partibus, Consiliis & Sententiis Cameralibus huius argumenti, Collectaneis adhæc variis, auctiori, prodiit *Francofurti ad Mœnum 1576. f.* Altera Pars continet varia Consilia: CARPZOVII, LYNCKERI, KLOCKII, STRYKII atque aliorum de rebus forestalibus & præcipue IOA. CHRISTOPHORI HEROLDI, obseruationes forestales multas curiosas: Pars Tertia vero varias Ordinationes & Constitutiones forestales continet, quarum plures recenset in *Bibliotheca Venat. p. 21.* laudatus KREYSIGIVS. De *Venatione turbata* Dissert. IOA. TOBIÆ RICHTERI, *Lipsiæ 1746. 4.* De *Venatione tempore fœturæ ferarum habita* REINHOLDI FRIDERICI SAHME *Regiomonti 1743.* De *Ferarum persecutione in Territorio alieno, Iagd-Folge*, IOA. HARTMVTH RAYS, *Giessæ 1738. 4.* FRANCISCVS de LAVNAY,

venatione, piscatione & aucupio.

 Iuris

Iuris Gallicani Professor Tractatum gallicum edidit de *Iure Venationis, du droit de Chasse, Parisiis 1685. 12.* Quo quid olim legibus patriis & ab ipsis Morouingorum temporibus hac de re sancitum, exponit, neutiquam vero ad Iura recentiora facit. Nostro tempore egregie disputata & exculta fuit de *Iure venandi* doctrina. Enim vero de *Regalitate Venationum* disputatum fuit egregiis scriptionibus. Vna, auctore B. BILDERBECKIO Statuum prouincialium Luneburgensium Syndico quondam meritissimo edita sub titulo: *Gründliche Deduction gegen die vermeyntliche Regalitæt derer Jagden und daraus hergeleitete irrige Doctrinen und Folgen anno 1723. f.* primum edita est, recusa iterum *Cellis 1741. f.* cum variis additamentis, adieta discussione quæstionis: an non vsus iurium & priuilegiorum eorum amissionem producere possit. Opposita huic alia hoc indice: *Gründliche Bewæhrung des Sr. Königl. Mai. von Groß-Britannien und Chur-Fürstl. Durchl. zu Braunschweig und Lüneburg in dem Herzogthum Lüneburg zustehenden Jagd-Regals und der Krafft deßen habenden rechtlichen Befugnis*, auctore ANTONIO CHRISTIANO LÜBBE conscripta editaque *1731. f.* De *Venatione Superiori* Diss. extat IOA. IOACHIMI SCHOEPFERI *Rostochii 1702.* & *Vitembergæ 1747. 4.* Pertinet ad hanc controuersiam & quidem pro Statibus scripta SIMON. FRIDERICI HAHNII *historisch-iuridische Ausführung vom Jagd- und Forst-Recht*, in PISTORII *Amœnitatibus Historico-Iuridicis P. VI. p. 459. 1524.* Regalitatem Venationum nec tamen omnimodam agnoscit & tuetur IOANN. PETRVS a LVDEWIG *Differentiis Iuris Romani & Germanici in venatu eiusque Regali, Halæ 1730. 4.* Eandem regalitatem tuetur perillustris IOANNES ADAMVS L. B. de ICKSTADT in *gründlichen Abhandlungen von den Jagd-Rechten*, præmissa præfatione de Venationis iure apud Romanos & Germanos, additis variis de Venatione Ordinationibus & consiliis de noua condenda, *Nürnberg 1749. 4.* Vtilissimas ad hoc argumentum obseruationes insigni selectæ eruditionis laude exposuerunt cum doctissimus vir

CHRI-

CHRISTIANVS GOTTLIEB RICCIVS im *zuverlæssigen Entwurff von der in Teutschland üblichen Jagd-Gerechtigkeit, Nürnberg 1736. 4.* tum B. FRIDERICVS VLRICVS STISSER in egregio libro: *Forst- und Jagd-Historie der Teutschen, Iena 1737. 8.* & auctior *Lipf. 1754. 8.* Præter hæc scripta legenda Dn. IOA. GVILIELMI de GOEBEL erudita de *Iure venandi* Diatriba, Dissertatione primum *Helmstadii 1717. 4.* proposita, inde multis accessionibus aucta, recusa, præmissa est V. C. HENRICI GOTTLIEB FRANCKE docta Disquisitio procemialis de pœnis in ferarum fures & vniuersi apparatus venatorii per veterum Germanorum LL. statutis, *Helmstadii 1740. 4.* accessit *ibid. 1743. Pars altera* cum Rerum Indice. Illustris & eruditissimi Viri DAVIDIS GEORGII STRVBE plenæ egregiarum doctrinarum *Vindiciæ Iuris venandi Nobilitatis Germanicæ, Hildesiæ & Brunsuigæ 1739. 4.* editæ, quibus accessit insignis Collectio Sententiarum, Responsorum & resolutionum venatoriarum vel saltim ad firmandum Ius venandi Nobilitatis Germanicæ facientium, cum Notis; his oppositæ perillustris Dn. IOA. VLRICI CRAMERI aliæ *Vindiciæ Iuris venandi*, *Vindiciis* Cel. Dn. *Strubii* Dissertatione *Marburgi 1740. 4.* propositæ, quibus respondit laudatissimus Dn. STRVBE Obseruatione singulari, quæ legitur in ipsius sic inscriptis: *Neben-Stunden Tomo I. Hildesiæ 1702. 8.* edito, *pag. 182. seq.* Add. *Tomus II. p. 584.* vbi contra V. C. FRIDER. CAROL. BVRI disputat. Perilliustris IOA. ADAMI de ICKSTADT Diss. *de possessione vel quasi regalium & in specie regalis venandi-iuris subditum seu Landsassium aduersus Territorii Dominum parum releuante* prodiit *Wirceburgi 1736. 4.* *An Ius venandi tempore alias consueto contra æqualem præscribere possit subditus* disseruit TRAVGOTT THOMASIVS *Lipf. 1733. 4.* De *Fericidio, siue prohibita Venatione von hoch verbottenem Wildpræt schießen Quæstiones practicas* collegit IOA. ANTONIVS de ZEIDLMAYER, *Aug. Vindel. 1712. 8.* De *Banno ferino in alieno territorio* egregia plane est Diss. IOA. HENR. WOLFARTHI, *Marpurgi 1730. 4.*

proposita. De *Ardearum venatione Reiger Beiße*, HVBERTVS IOSEPHVS HVSS de STEINACH, *Altorfii 1738. 4.* *Forestalis* Iuris Scriptis iam indicatis addendus IOAN. IODOCI BECKII vtilissimus liber de *Iurisdictione forestali* siue *von der Forstlichen Obrigkeit, Forst-Gerechtigkeit, und Wildbann, Noribergæ 1733.* & ex Editione auctiore *ibid. 1737. 4.* nec non cum augmento KLINGNERI *Nürnb. 1748. 4.* Pereruditè in hoc quoque argumento versatus Dn. IOA. IACOBVS REINHARDVS Tractatu præclaro de *Iure Forestali Germanorum* vna cum Explicatione *iuris illius Forestalis in Germania dicti Mærcker-Recht, Francofurti 1738. 4.* De *Iurisdictione forestali* tres non inutiles Dissertationes extant ERNESTI CREGELII *Altorfii 1661. 4.* FELICIS SPITZII *ibid. 1696.* & MELCHIORIS LVDOVICI WESTENHOLZII *1674.* Insigniter quoque hæc argumenta illustrant, quæ in controuersia inter Comites Isenburgicos, aliosque & Ciuitatem Imperialem Francofurtanam ad Mœnum ob Iura varia Forestalia in Foresto quondam regio *Drey-Eich 1724.* edita sunt scripta publica auctoribus maxime KOPPIO & BVRI, quorum titulos recenset Dn. KREYSIG laudata *Bibliotheca Venatoria p. 35.* De *Iudicio Cæsareo Forestali Norico in specie sic dicto* extat Diss. IO. SIGISMVNDI SCHREIBER *Altorf. 1715. 4.* & de *Butigulariis* qui Noribergæ floruerunt C. G. SCHWARZII, *Altorfii 1723. 1743. 4.* IOA. WILHELMI WALDSCHMIDT *Specimen singularium & antiquorum in Hassia Iurium de Bonis zu Waldrecht, Marburgi 1723. 4.* CHRISTOPH. SCHEVRL a DEFERSDORF Diss. de *Iure Mellicidarum, Altorfii 1690. 4.* & IOA. FRIDERICI HERTELII Diss. de *Iure Glandis legendæ, Ienæ 1736. 4.*

Scriptores de Iure Metallico.

§. XC *Corpus Iuris Metallici* edidit IOAN. DEVCERVS, *Lipsiæ 1624. f.* talis *Sylloge & Francofurti 1698. f.* lucem adspexit & GEORGIVS ENGELHARDT LÖHNEYSS *im Bericht vom Bergwerk 1672. f.* Sic etiam variorum prouinciarum Constitutiones speciales de metalli fodinis prodierunt. *Vngarische Berg-Ordnung, Viennæ 1703. f.* prodiit. Egregius est IOANNIS EI-

De

SENHARTI Tractatus *de regali Metallifodinarum Iure & partibus metallicis, Liber singularis, Helmstadii 1681. 4.* De *communione perpetua Metallifodinarum inter Constatus Imperii durante, quamtumuis Venæ omnes in alterius recesserint Territorium* Diss. FRIDERICI VLRICI PESTEL *Rintelii 1737. 4.* De eodem *regali Metallifodinarum iure* notabilis Diss. CASPARIS HENRICI HORNII, *Vitebergæ 1706. 4.* cui adiungenda alia de *Libro metallico antigrapho, Gegen-Buch, ibid. 1703. & 1719. 4.* & qui *Iura Minerarum* egregrie perfecutus est perillustris LYNKERVS, *Ienæ 1695. 4.* Add. Dn. IOANNIS HERMANNI STAVDACHERI libellus de *regali Mineralium mediorum & infimorum iure, der Salpeter- und Stein-Kohlen-Gruben, sodann Marmorbrüchen*, sub Præsidio IOA. NIC. HERTII propositus *Giessæ 1705. 4.* recusus *Ienæ 1738. 4.* De *Iuribus circa Litanthraces Stein-Kohlen* IOA. IACOBI DORNFELDII Diss. *Lipsiæ 1742. 4.* De *Iure regali fodiendi Nitrum*, Diss. HENR. LAVRENTII GOECKEL, *Altorfii 1740. 4.* De *Priuilegio Metallicorum* Diss. inaug. commentatus IOA. GOTTLIEB STOER, *Erfordiæ 1741. 4.* Habemus etiam SEBASTIANI SPANS *Berg-Urtheil, Cygneæ 1636. f.* nec non EI. *Speculum Iuris Metallici, Dresdæ 1698. f.* CHRISTOPHORI HARTWIG *neues Berg-Buch bestehend in vielen und raren Berg-Hændeln und Bergwercks-Gebræuchen, auch noch nicht edirten Berg-Urtheln und Abschieden, Dresdæ & Lipsiæ 1710. f.* & qui circa Leges metallicas optimus est ABRAHAMVS *von* SCHOENBERG *in ausführlicher Berg-Information*, quæ *Lipsiæ 1693. f.* prodiit. Huc etiam referendus PHILIPPI HELFRICI KREBS egregius plane & laudatus iam *Tractatus Politico-Iuridicus de Ligno & Lapide, Augustæ Vindelicorum 1700. 4.*

Scriptores de Occupatione bellica.

§. XCI. De *Occupatione bellica* scripsit REINOLDVS LVBENAV, *Basileæ 1645. f.* & NICOLAVS REVSNERVS, *1595. 4.* De *accessionibus* IOANNES COPVS, *Coloniæ 1583. 8.* & HVGO DONELLVS, *Francofurti 1599. 4.* de cuius tamen Libri editione dubitat DEINLINVS in *Actis eruditis & curiosis Franconiæ*,

coniæ, *Parte XVII. p. 419.* Addimus CHRISTIANI WILDVOGELII Dissertationem *de Iure Pretiosorum*, *Ienæ 1598. 4.* Præ cæteris vero huc faciunt Scriptores de Iustitia & Iure, de Iure Naturæ & Gentium, atque inter hos Grotius & Thomasius.

Scriptores ad libr. XLI. de adquirenda vel amittenda Possessione.

§. XCII. In Titulum *de adquirenda vel amittenda Possessione* commentatus fuit IOAN. BORCHOLTEN, *Helmstadii 1597. 8.* HENRICVS CANISIVS *de Possessione & Remediis possessoriis*, *Ingolstadii 1592. 4.* BARTHOLOMÆVS CÆPOLLA *de adipiscenda & recuperanda Possessione*, *Lugduni 1577. f.* IOAN. FRANCISCVS a RIPA inter Opera eius. SEBASTIANVS MEDICES *Coloniæ 1587. 8.* PETRVS de BELLA PERTICA, *Coloniæ 1587. 8.* CLAVDIVS MARMERIVS, *Lugduni 1557. 8.* CÆSAR ANGELLVS de PALTRONIBVS, *Romæ 1624. f. Venetiis 1655. f.* IO. CORASIVS, *Spiræ 1595. f.* HIERONYMVS MARILIANVS *de Iure Possessionis & Dominii Iure*, *Coloniæ 1599. 8.* His melior est PETRVS FRIDERICVS in Tractatu *de caussa & materia Possessionis*, *Francofurti 1598. 8. 1600. 8.* Omnium tamen curas superat IACOBVS MENOCHIVS *de adipiscenda, retinenda & recuperanda Possessione*, *Coloniæ 1577. f. 1599. f. 1629. f.* & *1687. f.*

Scriptores ad libr. XLI. tit. III. de vsurpationibus & vsucapionibus.

§. XCIII. De *Præscriptionibus* variorum Tractatus, vtpote IOA. OLDENDORPII, HENRICI HOSTIENSIS, iunctim editi *Coloniæ 1568. 8.* Separatim de iisdem egit ANDREAS ALCIATVS, *Spiræ 1598. 8.* IVLIVS PACIVS, *Heidelbergæ 1589. 4.* ARNOLDVS RATH, *Ingolstadii 1651. 4.* CONRADVS SAVR, *Francofurti 1643. 8.* IOAN. FRANCISCVS BALBVS, *Lugduni 1532. 8. ibid. 1567. 8.* & *in Tr. Tractatuum Vol. V. f. 213.* GVILIELMVS DVRANDVS, *Coloniæ 1567. 8.* DYNVS MVGELLANVS, *Francof. 1594. 8.* MARTINVS GARRATVS, GEORGIVS GEIGERVS, *Erfurti 1642. 12.* NICOLAVS CISNERVS *de Iure Vsucapionum*, *Spiræ 1588. 8.* cura & studio *Ieremiæ Reusneri*, ex Bibliotheca *Nicolai Reusneri Francofurti 1611. 8.* IOSEPHVS FERNANDEZ de RETES *ad leges, edicta & constitutiones, quibus probibita vsucapio*, *Salmanti-*

mantica 1663. 8. CAROLVS AVGVSTVS MELLA *de vsucapionibus & præsumtionibus*, *Taurini* 1639. *f.* & qui præcipui sunt HENRICVS GEBHARDVS *de dignitate Iurisprudentiæ & vsurpatione rerum*, *Lipsiæ* 1613. 8. atque PETRVS GILKENIVS *de vsucapionibus & diuersi temporis præscriptionibus*, qui reliquis est præstantior & prodiit *Francofurti* 1602. 4. De *Vsucapione Seruitutum ad L.* 4. §. 29. De de Vsurp. & Vsucap. extat Dissertatio Theoretico-Practica EVERARDI OTTONIS inter reliquas ipsius Dissertationes *Traiecti ad Rhenum* 1723. 4. editas. Præscriptionem quod ad Regalia & ad alia Iura Illustrium, insigniter declarat eruditus ANDREAE OCKELII Tractatus de *Præscriptione immemoriali præsertim rerum Domanialium & Regalium Principum*, *itemque rerum Ecclesiasticarum*, *Mensalium Prælatorum Germaniæ*, *Halæ* 1707. 4. In hoc non solum de præscriptione bonorum tum publicorum tum priuatorum agit, huius effectus & contraria demonstrat, sed etiam multa inspergit erudita, quæ ad Ius publicum, mores antiquitatesque Germaniæ faciunt. Agit enim de Maiestatis, Superioritatis territorialis & Regalium Iuribus ac præscriptione, de Scutis militaribus Germanorum, nobilibus, hominibus propriis, horumque bonis censiticis & similibus, ita, vt eximiam habeat commendationem, postea tamen, quum non ad palatum aulæ scriptus esset, in Terris Borussicis prohibitus. Plenum bonæ frugis & selectæ eruditionis est V. C. CHRISTIANI GOTTLIEB RICCII *Specimen Iuris Germanici*, *quo Præscriptio Germanorum vetus iuxta & hodierna illustratur*, *Francofurti & Lipsiæ* 1738. id quod ex Legibus Germanorum ac Diplomatibus egregie præstitit doctissimus vir. Add. CHRISTOPHORI GVIL. STÜRMERI inaug. Diss. de *annali Rerum immobilium præscriptione & potissimum Noribergensi*, *Altorfii* 1737. 4. De Præscriptionibus Temporalibus, quæ breuiori spatio perficiuntur; in specie a momento temporis incipiens egit CVIACIVS de *diuersis temporum præscriptionibus & terminis*, qui extat inter Opera, *Francofurti* 1595. *f.* edita.

§. XCIV.

Scriptores ad libr. XLII. tit. I. de re iudicata & effectu sententiarum.

§. XCIV. Ad Titulum de *re iudicata* commentati fuerunt IO. ANGELVS a GAMBILIONIBVS, *Venetiis 1569. f.* DIDACVS MILLIANVS, *Ticini 1617. f.* Optimus vero est SIGISMVNDVS SCACCIAS de *sententia & re iudicata*, *Geneuæ 1670. f.* De *rei iudicatæ* solennibus egregie scripsit ANTONIVS NIGER, *Romæ 1647. f.* De *effectibus* vero *rei iudicatæ* DANIEL CLASENIVS, *Helmstadii 1677.* 4. De *Nullitatibus sententiarum* SEBASTIANVS VANTIVS, *Coloniæ 1624. 8.* editio auctior *Coloniæ 1664. 4.* De *sententiis præiudicialibus*, *siue prouisionalibus* egregium est scriptum PETRI REBVFFI, *Coloniæ 1595. 8.* De *remediis aduersus easdem* scripsit VINCENTIVS CAROCIVS, *Geneuæ 1621. 4.* De *confessione iudiciali* extat Tractatus IOA. SAMVELIS BRVNNERI, *Basileæ 1645. 4.* Ad *cessionem bonorum* faciunt illi Scriptores, qui de debitorum leuaminibus agunt, supra adducti. Separatim de hac scripserunt MATTHAEVS BRVNVS, *Coloniæ 1591. 8. Lugduni 1593. 4.* THOMAS MAVLIVS, *Francofurti 1655. 4.* & qui præcipuus est IOAN. CORASIVS, cuius Tractatus inter Opera alia extat *Wittebergæ 1603. f.*

Scriptores de cessione bonorum.

Scriptores ad libr. XLII. tit. de rebus auctoritate iudicis possidendis.

§. XCV. Ad *res*, *quæ auctoritate Iudicis possidentur vel venum dantur*, faciunt Scriptores de *Subhastationibus* supra adducti, & qui de *concursu ac priuilegiis creditorum* scripserunt. Scripsit de *Iure prælationis creditorum* LVCAS MELONIVS, *Noribergæ 1644. 8.* HERMANNVS MEYERVS, *Francofurti 1607. 8.* HENRICVS HABERKORN, *Lipsiæ 1677.* 4. IOA. LEIB *Noribergæ 1647. 12.* OTTO HENRICVS MYLIVS, *Noribergæ 1663.* 4. GEORGIVS HENRICVS SPRINGSFELD, *Erfurti 1638.* 4. PAVLVS VALENTINI, *Francofurti ad Viadrum 1622. 4.* IOAN. MICHAEL BEVTHERVS de *Iure prælationis inter concurrentes creditores*, *Argentorati 1615. 8.* & Germanice *Magdeburgi 1519.* Sic etiam de *Arresto & Priuilegiis creditorum* extat Tractatus Anonymi, *Geræ 1615. 8.* Pleniores sunt AMATVS RODRIQVEZ de *concursu & Priuilegiis creditorum in bona debitoris*, *Madriti 1616. f.* & *Geneuæ 1665.*

1665. f. & qui huic est præferendus FRANCISCVS SALGADO de SOMOZA in *Labyrintho creditorum concurrentium*, *Antwerpiæ 1653.* & *Francofurti 1663. f.* qui hanc materiam ex Iure Ciuili plene examinauit & creditorum classes studiose distinxit. Inter Germanos habemus IO. BRVNNEMANNI *prælectiones publicas de processu concursus Creditorum*, quas notis & accessionibus necessariis illustrauit SAMVEL STRYKIVS; Accessit IOACHIMI CHEMNITII Diss. de *Iure prælationis Creditorum*, *Francofurti 1707. 4.* Ad ius Saxonicum circa hanc materiam illustrandum in primis facit CHRISTOPHORVS PHILIPPVS RICHTERVS de *Iure & priuilegiis Creditorum*, *Coloniæ 1707. 4.* vbi omnia ex Responsis Dicasteriorum deducit. Controuersiam de hac materia, ICtis celeberrimis, immo ipsi Vlpiano mouit ANTONIVS a MARA, siue qui hoc nomine latet ELIAS SCHNEGAS, in suo de *concursu Creditorum* Tractatu, qui *Brunsuigæ 1689. 4.* prodiit. Auctor non solum alios legibus sensus adfingit, sed plane omnes Doctorum auctoritates & sententias in foro receptas, si nulla legum auctoritate nituntur, infirmare conatur. Inde, cum etiam beato parenti aliquoties contradiceret, ipsi olim a me, cum in Academia Francofurtensi degerem, responsum fuit in *Struuio non errante*, qui *Francofurti ad Viadrum* prodiit *1690. 4.* & debitum præreptum, ne oriente concursu creditorum bonis cedere auctor cogeretur. Huic quidem reposuit amarus *Struuium adbuc errantem*, qui tamen tanti æstimatus non fuit, vt aliqua exciperentur, cum Schnegassius semper vna oberret chorda & in prioribus ipsi iam satis fuerit factum.

§. XCVI. De *Interdictis* habemus CHRISTIANVM KREMBERG, *Witteberga 1612. 4.* DAVIDEM MAGIRVM, *Argentorati 1646. 8.* IOANNEM TAVARDVM de *Interdictis & actionibus*, *Francofurti 1600. 8.* MATTHAEVM WESENBECIVM, *Lichæ 1602. 8.* HENRICVS quoque ANDREAS CRANIVS *methodicam tractationem* scripsit de *materia interdictorum*, *Helmstadii 1621. 4.* Optimus vero in hac materia est PE- Scriptores ad libr. XLIII tit. I. de interdictis.

PETRVS FRIDERVS, MINDANVS de *Interdictis, siue extraordinariis actionibus, Francofurti 1616. 4.* De *inderdicto vti possidetis, seu manutentione in possessione* egit VIRGINIVS de BOCCATIIS, *Coloniae 1582. Ibid. 1587. 8.* atque ex Editione Tertia *Francofurti 1696. 4.* Huc facit ANDREAS CLVDIVS de *rebus quotidianis. Francofurti* ex Editione noua *1701. 8.* in quo Tractatu materia de litigiosa posessione & interdicto vti possidetis, pertractatur. De *Remediis possessoriis* HENRICVS CANISIVS, *Ingolstadii 1592. 4.* De *Possessorio summarissimo* egit CHRISTOPHORVS de PAZ, *Lugduni 1671. f.* HENRICVS PETRVS HABERKORN, *Lipsiae 1677. 4.* & qui omnium est plenissimus LVDOVICVS POSTHIVS de *Possessorio summarissimo, siue de manutenendo, Geneuae 1646. 1658. f.* Ipsum vero Processum Possessorii summarissimi optime docet Tractatu breui & succincto ad Ordinat. Cam. Imp. P. 2. T. 21. fin. GEORGIVS PFANKVCH de *summarissimo Possessorio, Coloniae 1665. 4. 1670. 1710. 4.* quem recensuit & auxit GERHARDVS PFANKVCH. De *immissione in feudum* in specie agit ANDREAS KNICHEN occasione Rescripti alicuius a Rudolpho Principe Anhaltino emissi, *Lipsiae 1610.* 4. vbi praesertim de missione Creditorum allodialium in fructus feudi tractat. De *Iure Precario* habemus dissertationem IOANNIS EICHELII, *Helmstadii 1669.* 4. & CHRISTOPHORVM BLVMBLACHERVM, *Salisburgi 1661. 12.*

Scriptores ad libr. XLV. tit. I. de Verborum obligationibus.

§. XCVII. De Scriptoribus ad Titulum de Exceptionibus infra dicemus sub practicis, nec minus de Obligationibus & Actionibus. De *Verborum Obligationibus* plures Scriptores in Tomo sexto Repetitionum videmus congestos, ANDREAM ALCIATVM, BALDVM de BARTHOLINIS, BVLGARINVM de BVLGARINIS, HIERONYMVM BVTIGELLAM & plures alios hodie parum vtiles. Separatim extant ANDREAS BARBATIA, *Venetiis 1593. f.* ALBERTVS BOLOGNETVS, *Romae 1571. f.* & *Witteberga 1595. 8.* MARCVS MANTVA, *Altdorfii 1585.* 4. HECTOR RICHERVS, *Francofurti 1617. 8.* CAMILLVS PLAVTIVS,

TIVS, *Florentiæ 1566. 8.* CAROLVS MOLINAEVS, *Ienæ 1588. 8.* HVBERTVS GIPHANIVS, *Altdorffii 1584. 8.* BARTHOLOMAEVS CAEPOLLA, *Lugduni 1551. f.* & qui in hac materia optimus est HARDEVICVS DASSELIVS, *Hamburgi 1592. 4.* & in *Operibus* eius *Hanoueræ 1746.* 4. *Tom. I. n. 3.* De *vero Obligationum valore* præclare ex iure naturali & ciuili commentatus fuit CHRIST. ANDREAS REMER *Hamburgi 1714.* 4. De *duobus reis* scripsit AEGIDIVS HORTENSIVS, *Francofurti 1607. 8.* & IOANNES RONCHEGALLVS, *Lugduni 1559. 8.* qui licet non male hanc materiam persequatur, ordine tamen non satis iusto vtitur, atque multa admiscet aliena, quare pro præcipuo habendus est THEODORVS MOHR in tractatione synoptica de *duobus reis*, *Helmstadii 1687. 4.*

Scriptores ad libr. XLVI. tit. de fideiussoribus & mandatoribus.

§. XCVIII. De *Fideiussoribus*, *Priuilegiis Creditorum*, *excussione Bonorum* variorum extant Tractatus coniunctim editi *Coloniæ 1601. f.* Separatim de iisdem scripsit CASPAR MANZIVS *Augustæ 1666.* 4. HIPPOLYTVS de MARSILIIS, *Lugduni 1593. 8.* PYRRHVS MAVRVS, *Venetiis 1622.* 4. *Noribergæ 1655. 4.* SEBASTIANI MAYER ICti Oenipontani Assertiones de *Fideiussoribus* ad Mores simul Tyrolenses applicatæ, *Oeniponti 1675.* 4. Optimus vero in argumento Iuris Ciuilis est ANTONIVS HERINGIVS, *Francofurti 1647. 4. ibid. 1606. 4.* & *Coloniæ Aggrippinæ 1724. f.* additis HYPPOLYTI de MARSILIIS, GVILIELMI a CENEO; PETRI SANTERNÆ de eadem materia Tractatibus. Ex Iure Saxonico quoque hanc materiam pertractauit VALENTINVS FRANCVS, *Lipsiæ 1600.* 4. De *fideiussore indemnitatis* Dissertatione egit WOLFGANGVS ADAMVS LAVTERBACH, *Tubingæ 1655.* 4. De *Fideiussore in caussa criminali* RODERICVS SVAREZ, *Duaci 1614. f.* De *excussione Bonorum* habemus IACOBVM de ARENA, *Coloniæ 1591. 8.* & qui præcipuus est VINCENTIVM CAROCIVM de *excussione bonorum in ciuilibus & criminalibus caussis*, *Francofurti 1597. 8.*

§. XCIX.

Scriptores ad libr. XLVI. tit. II. de Nouationibus & delegationibus & tit. III. de solutionibus & liberationibus.

§. XCIX. De *Nouationibus* extat Tractatus SEBASTIANI MEDICES, *Coloniæ 1588. 8.* De *Solutionibus* libros tres scripsit BARNABAS BRISSONIVS, *Francofurti 1587. f.* ANTONII FABRI Tractatus de *variis nummariorum debitorum Solutionibus* eruditus est, prodiit *Lugduni 1598. 8. Noribergæ 1622. 8.* Optimus vero IOANNIS GOTHOFREDI FREYERI Tractatus de *Solutionibus & liberationibus*, *Erffurti 1660. & 1668. 4.* Et cum sæpius ratione soluendæ pecuniæ quæratur, an tempus solutionis, an vero contractus sit attendendum, eandem quoque quæstionem deciderunt EOBALDVS FLORIANVS HINCIVS, *Argentorati 1642. 4.* HENRICVS HORMANNVS, qui cum aliis in RENERI BVDELII *Tractatu monetali*, *Coloniæ 1591. 4.* edito, extat. De quibus supra iam fuit dictum. Optima vero est IACOBI ALEMANNI *Palæstra Consultationum*, *Magdeburgi 1613. 8. 1621. 4.* edita, in qua de Iure, valore, mutatione, reprobatione, solutione & variis Monetæ speciebus, intermixtis passim Germaniæ præiudiciis egregie agit. Addimus MELCHIORIS GOLDASTI *Catholicon rei monetariæ*, *Francofurti 1662. 4.* Continentur eodem singulares Leges publicæ apud Germanos de re monetaria conclusæ. Cum autem Creditores sæpius debitum recusent, debitori libera est *oblatio*, *obsignatio* & *depositio pecuniæ*, præuiis tamen debitis requisitis, de qua egit GEORGIVS SCHVLZIVS, *Wittebergæ 1632. 12.* De *Acceptilationibus* habemus SEBASTIANVM MEDICES, *Coloniæ 1588. 8.*

Scriptores ad lib. XLVII. tit. II. de Collegiis & Corporibus.

§. C. De Scriptoribus ad Librum Quadragesimum septimum & octauum de priuatis & publicis Delictis infra in Bibliotheca Criminali dicemus. Hoc loco potius adducemus eos qui de Collegiis & Corporibus egerunt. De Corporibus Artificum eruditus extat Tractatus GVIDONIS PANCIROLI de *Corporibus Artificum*, qui cum notitia vtriusque Imperii prodiit *Lugduni 1593. & 1608. f.* De *Collegiis Opificum eorumque Statutis* scripsit AHASVERVS FRITSCHIVS, *Rudolphstadii 1669. 4. Francofurti & Lipsiæ 1710. 4.*

Legen-

Legendæ porro eruditæ Dissertationes IOA. STRAVCHII de *Iure Collegiorum Opificum*, *Ienæ 1669. 4.* atque B. IOA. GOTTLIEB HEINECCII de *Collegiis & Corporibus opificum*, *Halæ 1723. 4.* Huc quoque pertinet erudita Dissertatio ill. IOANNIS HEVMANNI de *Sacramento Gildoniæ*; *Altorfiæ 1744. 4.* Vulgaria habet FRIDER. PHILIPPI Diss. de *Collegiis Opificum*, *Lipsiæ 1680. 4.* Nemo tamen Ius Opificiarium melius exposuit, quam ADRIANVS BEIERVS, ICtus in hac Salana celeberrimus, antea Syndicus Ciuitatis, hisce in controuersiis probe versatus, cuius industriam & exactam decidendi rationem prædicant omnes, qui in hoc Iure sunt occupati. Primum quod edidit Scriptum in Iure Opificiario est: *Tyro, prudentiæ Iuris opificiarii præcursorum emissarius, der Lehr-Iung, Ienæ 1683. 4.* recusus insigniterque auctus cura FRIDERICI GOTTLIEB STRVVII Viri amplissimi, *Ienæ 1717. 4.* Alter sequebatur Tractatus de *Iure prohibendi, quod competit Opificibus & in Opifices, von der Zünffte Zwang*, *Ienæ 1683. 4.* & iterum locupletior multo cura laudati STRVVII *Ienæ 1721. 4.* Tertius inscribitur, *Boethus, der Handwercks-Gesell*, *Ienæ 1685.* & *Ienæ 1692. 4.* tandemque cum supplementis STRVVII *Ibid. 1717. 4.* Quartum periculum agit de *Magistro prudentiæ Iuris opificiarii præcursore primario*, *Ienæ 1688. 4.* & *ex Editione secunda*, *Ienæ 1692. 4.* & iterum *Ienæ 1719. 4.* Nec minus æstimandi sunt Tractatus de *speciebus & interpretatione Iuris opificiarii*, *Ienæ 1686. 4.* atque alius de *Collegiis Opificum von Werckstätten und Kramladen der Handwercks-Leute*, *1688 1691. 4.* & cum notis FRIDERICI GOTTLIEB STRVVII, nec non IOANNIS GVILIELMI de GOEBEL Præfatione, qua monita ad rem opificiariam emendandam dedit, *Helmstadii 1727. 4.* Aliud de *varii generis Instrumentis, cum maxime Opificum*, *Ienæ 1691. 4.* De *mercede Opificum*, *ibid. 4.* *Commentatio de Artificibus Palatinis*, *Vratislauiæ 1692. 4.* & *de Domesticis Opificum*, *Ienæ 1695. 4.* De *conuiciis Opificum*, *Ienæ 1619. 4.* Antea prodierat: *Relatio actorum, consul-*

tatio item & digressio ad argumentum de conuitiis Opificum vom Schelten der Handwercker, Ienæ 1689. 4. Accessit his demum Eiusdem *Aduocatus rerum Opificialium peritus, siue Processus Mechanicarum caussarum forensis absolutus, Francofurti & Lipsiæ 1705. 4.* Hoc non casus solum practicos & Mechanicos, sed etiam mores & Iura Mechanicorum, formulas quoque argendi & defendendi exhibet, ac singula sententiis Iureconsultorum atque Responsis illustrat. Propositum fuit celeberrimo Auctori, singula quæ de „hoc Iure dicenda, & quæ recensitis iam Opusculis „scripserat, in Syntagma Iuris Opificiarii, quod duos „Tomos in folio constitueret, redigere quamprimum „Bibliopolam nactus fuisset, qui sumtus ad edendum „erogaret.„ Hoc postumum B. BEIERI opus emtionis iure in manus quem supra laudauimus FRID. GOTTL. STRVVII venit, qui eiusdem editionem sub Titulo: *Corpus Iuris Prudentiæ Mechanicæ,* edito *Ienæ 1723. f.* specimine promisit. Tandem vtilissimam syllogen in lucem produxit celeberrimus STRVVIVS sub titulo: *Systema Iurisprudentiæ Opificiariæ in formam artis redactæ, Lemgouiæ 1738. f.* tribus Tomis, quod exhibet ex scriptis laudatis iam & manuscriptis, quæ collegerat B. BEIERVS, additis tamen a diligentissimo ICto STRVVIO plus quam dimidiam partem Beieriana collectanea superantibus accessionibus, omissis tamen, quæ in his scriptis ad nimis criticas & superuacaneas digressiones referri poterant. Addidit porro doctissimus Editor ex Actis Publicis & Comitiorum, quæ ad emendationem abusuum opificum ibi disposita extant, diligenter excerpta atque collecta, nec non *Recessum Imperii* anni *1731.* de *Abusibus Opificum tollendis;* Ordinationes porro varias Prouinciales & Constitutiones de Opificiis; Excerpta ex Ciuitatum diuersarum in primis *Lubecæ* Statutis; variorum Collegiorum Articulos & Statuta Opificialia; tandem summorum Dicasteriorum Decreta, Iurisconsultorum Responsa, præiudicata & Decisiones caussarum opificialium, vtiliter adiecit. Concinnauit etiam diligentissimus BEIERVS Dictionarium Mecha-

Mechanicum, in quo omnes Termini Mechanici probe illustrantur. Nouis terminorum accessionibus auctum, sub elogio: *Des allgemeinen Handlungs- Kunst- Berg- und Handwercks- Lexici* cura FRID. GOTTL. STRVVII *Ienæ 1722. 4.* prodiit, iis qui caussas contentionesque opificiarias tractant vtile. GEORGII ADAMI STRVVII vtilissimarum *Decisionum Iuris Opificiarii Centum & aliquot* eodem FRID. GOTTL. STRVVIO curante prodierunt *Ienæ 1708. 4.* His enim rariores quidam casus examinantur & per ICtorum sententias deciduntur. Adiectæ sunt binæ Dissertationes G. A. STRVVII eadem de materia & IOANN. WOLFG. TEXTORIS Dissertatio *Heidelbergæ* olim *1654.* habita. Addimus etiam FRIDERICI GOTTL. STRVVII dissertationem de *Balneis ac Balneatoribus*, *Ienæ 1703. 4.* qua hancce materiam ex antiquitatibus & legibus Romanorum explicauit & singula ad mores Germaniæ direxit. Ad argumentum hoc vsu quotidianum porro spectant ii, qui de *abusibus opificum* quædam annotarunt, nempe IVSTVS CHRISTOPHORVS DITHMARVS, de *Collegiis Opificum apud Germanos emendandis*, *Francofurti 1731. 4.* & CHR. HENRICI HILLERI de *abusibus, qui in Germania nostra in Collegiis vigent Opificum, deque medelis contra eosdem adhibendis*, *Tubingæ 1725.* & ex editione locupletiore *ibid. 1731. 4.* De *Opifice exule in pagis* pereruditè disseruit Dn. IOA. PETRVS a LVDEWIG, *Halæ 1724. 4.*

§. CI. De *Appellationibus* qui scripserint, eos infra inter Practicos adducemus. Pergimus potius ad eos, qui de Iuribus *Fisci* fuerunt commentati MATTHAEVS de AFFLICTIS *Enumerationes Priuilegiorum Fisci* exposuit *Basileæ 1550. f.* Præter hunc de *Iure Fisci* commentati ALEXANDER TVRAMINVS, *Venetiis 1623. f.* FRANCISCVS CVRTIVS, *Francofurti 1610. 8.* FRANCISCVS LVCANVS & MARTINVS GARATVS, qui in Tomo XII. Tractatus Tractatuum, ANTONIVS OLIBANVS, *Barcinone 1600. 4.* STEPHANVS GVAZZINVS de *Confiscatione Bonorum, Priuilegiis & Præscriptionibus Fisci*, *Francofurti 1614. 4.* & qui

Scriptores ad libr. XLIX. tit. XIV. de Iure Fisci.

præcipuus eſt MARCVS ANTONIVS PEREGRINVS, de *Iuribus & Priuilegiis Fiſci*, *Coloniæ* 1588. 8. 1693. 4. FABIVS CAPICII GALEOTTA *Reſponſa Fiſcalia ſelectiora* edidit, quæ pro defenſione regii patrimonii reddita ſunt, *Geneuæ* 1686. *f.* Præſtat tamen in hac materia IOA. HENRICI BERGERI *Enarratio Legis X. Pandectarum de Iure Fiſci & Legis II. Cod. qui & aduerſus quos in integrum reſtitui non poſſint*, *Lipſiæ* 1705. 4. Acceſſerunt eiusdem operæ quædam Academicæ, inter quas eſt oratio de Iureconſultis Academiæ Wittebergenſis, qui proxime ſuperiori ſeculo vixerunt. Nec tamen omittendæ ſelectiores Diſſertationes e. gr. WOLFG. ADAMI LAVTERBACHII Diſſ. de *Iure Fiſci*, *Tubingæ* 1659. 4. IOA. CHRISTOPHORI FALCKNERI de *Iure & Priuilegiis Fiſci*, *Ienæ* 1678. GEORG. RICHARDI HAMMERI de *Actibus Fiſcalibus in Corpore Iuris expreſſis*, *Altorf.* 1674. 4. AVG. BENED. CARPZOVII de *Iure Fiſci circa Bona ob defraudatum falſa profeſſione cenſum in Commiſſum cadentia*, *Lipſiæ* 1680. 4. De *Iure Fiſci in Hereditates priuatas*, eſt Diſſ. inaug. HENRICI SCHVLTE, *Lipſiæ* 1740. 4. De *Iure Fiſci Ciuitatibus Municipalibus competente* alia CAROLI FRIDERICI MENSERI, *Lipſiæ* 1742. 4. Huc etiam pertinere videtur Dn. ANTONII LVDOVICI SEIP Diſſ. egregia de *Iure occupandi exuuias defunctorum, ſigillatim ex vtroque Priuilegio Stadenſi*, *Gœttingæ* 1748. 4. De Quæſtione: *An Theſauri Iure Germanico hodierno Regalibus Fiſci annumerandi ſint?* egit CHRISTOPHORVS GODOFREDVS GOLL, *Altorfii* 1754. 4. De *Succeſſione Fiſci* habemus Diſſertationem IOANNIS ERNESTI SPIELMANNI Argentorati propoſitam, *Lipſiæ* vero 1714. 4. recuſam.

Scriptores de Regalibus.

§. CII. Faciunt huc etiam qui de *Regalibus* egerunt, vtpote HENRICVS BOCERVS, *Tubingæ* 1608. 8. MATTHAEVS BORTIVS *de natura Iurium Maieſtatis & Regalium*, *Ienæ* 1614. 4. MATTHAEVS CVNO, *Francofurti ad Viadrum* 1612. 4. FRIDERICVS

RICVS PRÜCKMANNVS, *Lipsiæ 1668. 8.* NIÇOLAVS EBERHARDVS, *Ingolstadii, 1684. 4.* SCIPIO GENTILIS, *Altdorffi 1662. 8.* PAVLVS MONTANVS, *Neapoli 1607. f.* Præ cæteris hanc materiam deduxerunt CONRADVS ab EINSIEDEL de *Regalibus*, *Halæ 1619. 1678. 8.* & qui huic est præferendus REGNERVS SIXTINVS, *Mühlhusæ 1602. 4. Francofurti 1617. 1620. Hanouiæ 1657. 8.* qui & *Noribergæ 1683. 1693. & 1717. 4.* est recusus. Coniungendi his CONR. & BENEDICTI *Carpzouiorum* de eadem materia Tractatus, qui prodierunt iterato ex Bibliotheca *Iohannis Christophori Heroldi*, *Halæ 1678. 8.* Hi tamen omnes ex fundamentis Iuris Ciuilis & Feudalis Longob. sua deduxerunt. Vulgaria argumenta de *Regalibus* ex omni Iure conduxit IOSEPHVS ANTONIVS de WEIGEL Consiliarius Aulicus Episcopi Basileensis, libro magnifice inscripto: *de Augusta Regalium ac Iurisdictionis cum Superioritate Territoriali cohærente materia, & de iuribus practico-possessoriis quæ illam comitantur, nec non de ipsa Regalium corona*, *Friburgi Brisgojæ 1736. 4.* Potiora petuntur ex Scriptoribus Iuris Feudalis & Publici. Ex præstantissimis libris monimentisque conductus ill. CHRISTOPHORI GEORGII IARGOW liber, inscriptus: *Einleitung zu der Lehre von den Regalien, oder Maiestætischen Rechten eines Regenten und sonderlich der Chur- und Fürsten des H. Röm. Reichs*, *Rostock 1726. 8.* Referri huc etiam potest ANDREAE OCKELII Tractatus de *Immemoriali Præscriptione*, supra adductus, quo multa continentur de Regalium præscriptione. Conferri possunt cum CHRISTIANI THOMASII Diss. *de Præscriptione Regalium ad Iura Subditorum non pertinente*, *Halæ 1696. 4.* tum illustris Viri IOANNIS ADAMI ICKSTADT Differt. de *Possessione vel quasi Regalium, & in specie regalis venandi Iuris subditum seu Landsassium aduersus Dominum parum aut nihil releuante*, *Herbipoli 1736. 8.* Egregia quoque sunt MAXIMILIANI FAVST ab ASCHAFFENBVRG *Consilia pro Aerario*, *Franco-*

furti 1641. f. in quibus singula, quæ ad Regalia, vel Iura Fisci spectant, per breues Decisiones accurate videmus examinata. IOA. THEODORI SCHEFFERI Diss. *de Regalibus tum in genere, tum vero in specie Sacri Imperii Romano - Germanici Tubingæ 1719. 4.* exposita, ex recentioribus scriptis potissimum est collecta. Euolutionem Clausulæ: *mit denen Herrlichkeiten, qua regalia concedi solent,* ex Actis Controuersiarum quarundam illustrium instituit Præside FERDINANDO CHRISTOPHORO HARPPRECHTO, *Philippus Christophorus Vischern, Tubingæ 1691. 4.*

Scriptores ad libr. XLIX. tit. XV. de captiuis & postliminio.

§. CIII. Ad Titulum de *captiuis & postliminio* facit PETRI CVNAEI *Responsum de Iure postliminii,* quod Orationibus Viri additum prodiit *Lugduni Batauorum 1640. 8.* IOANNES DVRAN de TORRES hunc Titulum quoque suis illustrauit commentationibus *Romæ 1655. 8.*

Scriptores ad lir. XLIX. tit. XVI. de re militari.

§. CIV. De *Re militari* varii egerunt. De scriptoribus rei & iuris militaris antiquioris legenda Notitia in GABRIELIS NAVDAEI *Syntagmate de studio militari, Romæ 1637. 4.* hanc notitiam singillatim excudendam curauit GEORGIVS SCHVBARTVS sub titulo: *Bibliographiæ militaris Ienæ 1683. 12.* Alii ipsam artem & rationem rei militaris ex ipsis antiquitatibus illustrarunt, vti LIPSIVS, SALMASIVS, VALTRINVS, SCHELIVS & quam plures, quibus coniungenda eruditissima Dissertatio CHRISTIANI GOTTLIEB SCHWARZII *de ætate & statura militari veterum, Altorfii 1731. 4.* alii vero ad *Ius militare* faciunt, qui tantum nostræ sunt considerationis. Scripsit autem de *Re militari* PARIS de PVTEO, *Venetiis 1594. 8.* LAELIVS TAVRELLIVS *de militiis ex casu* Tr. Tract. Tomo XII. & cum ANTONII AVGVSTINI Emendationibus *Lugduni 1591. 8.* & in EVER. OTTONIS *Thesauri Iur. Rom. Tom. IV. p. 1631.* ANDREAS ALCIATVS de *Re militari & militaribus officiis, Parisiis 1651. 8.* BALTHASAR AYALA de *Iure & officiis bellicis; nec non disciplina militari, Antwerpiæ 1597. 8. Louanii 1648. 8.* Aestimandus

præ

præ cæteris eſt GERHARDI SICHTERMANNI de *pœnis militaribus* eruditus Tractatus *Amſtelodami 1708. 12.* quo multæ Leges, variæque antiquitates optime illuſtrantur. Coniungendæ doctiſſimæ Diſſertationes Dn. IOANNIS PETRI a LVDEWIG inſcriptæ: *Differentiæ Iuris Romani & Germanici in re militari, Halæ 1721. 4.* & alia: *in re militari præſertim captiuorum, ibid. 1721. 4. Corpus Iuris militaris* edidit PETRVS PAPPVS, *Francofurti 1657. 8.* in quo varias conſtitutiones militares variorum Principum congeſſit, licet poſtea variis iuribus adhuc fuerit adauctum. Præferendum itaque IOA. FRIDERICI SCHVLZII *Corpus Iuris Militaris, oder vollkommenes Kriegs-Recht hoher Potentaten, Berolini 1693. 4.* editum, quod non ſolum varia Iura militaria Regum & Principum continet, ſed etiam varios caſus deciſos. Has aliasque Legum Militarium Collectiones ſuperat, quod IOANNIS CHRISTIANI LVNIGII, Viri de re publica inſigniter meriti induſtria, lucem adſpexit: *Corpus Iuris Militaris, Lipſiæ 1723. f.* quo Impp. Auguſtorum, Sacrique R. G. Imperii & Circulorum, Electorum quoque & Principum potentiorum Leges militares, cum vniuerſales, tum particulares collectæ referuntur aliaque ad Proceſſum militarem pertinentia exhibentur. Inde eodem loco curis ac ſumtibus *Thomæ Fritſchii 1724. 4. mai.* aliud *Corpus Iuris Militaris* prodiit, quod eadem fere refert & formæ commoditate, ac concinna in Proceſſum Militarem Introductione ſe commendat. De Proceſſu Iudiciorum Militarium alias præclare expoſuit IACOBVS FRIDERICVS LVDOVICI *in der Einleitung zum Kriegs-Proceſs Halæ 1720. 4.* Interpretes alios Iuris Militaris, deque Proceſſu exponentes habemus: IOANNEM VOETIVM de *Iure militari, Vltraiecti 1670. 8. Amſtelodami 1706. 8.* IVLIVM FERRETVM de *re & diſciplina militari, Venetiis 1575. f.* IOA. FERDIN. BEHAMB, *Francofurti 1678. 8.* IOACHIMI BVRGERI *Obſeruationes militares, Coloniæ 1654. 4.* GERHARDI FELTMANNI *reſponſa militaria, Bremæ 1674. 4.* quæ decade

una constant, & qui ex his optima excerpsit atque vberius explanauit CASPAR MATTHIAS SCHWARZ *im Weg-Weiser zum Kriegs-Recht*, *Zelle* 1681. 4. Edidit quidem SEROTINVS *den Kriegs-Auditeur*, qui talem instruere conatur, sed Schwarzio omnino est posthabendus. Ad Militiam *Cæsareo-Austriacam* facit IOANNIS FRANCISCI MALDONERI *Synopsis Militaris*, siue *kurzer Bericht über die Kayserliche Kriegs-Articul*, *Editio III. Norибergæ & Francofurti* 1724. 4. Nec possumus reticere ADRIANI BEIERI binos tractatus de *transitu & receptu*, *Ienæ* 1675. 4. editos, & Eiusdem *Prudentiam Iuris militaris* in artis formam redactam, *Ienæ* 1710. 8. IOANNIS STEPHANI DANCKO *kurzer Entwurff des Kriegs-Rechts*, *Francofurti ad Viadrum* 1725. 4. ex Legibus militaribus Porusso-Brandenburgicis magnam partem est concinnatum. Egregia est V.C. FRIDERICI ANDREAE GOTTLIEB GNÜGII ICti Ienensis, *gründliche Anleitung zum Kriegs-Recht*, ex Legibus militaribus & præstantissimis Scriptoribus deducta, *Ienæ* 1750. 8. Præclarum est *Specimen Iuris Militum Naturalis*, methodo scientifica conscriptum amplissimi Viri REGNERI ENGELHARDI, *Francofurti & Lipsiæ* 1654. 4. Ad militiam vero *Belgicam* facit CAROLI a MANSFELD *magisterium militare*, *siue de Iurisdictione & Iure militiæ Belgicæ*, *Antwerpiæ* 1649. 4. ANONYMI *Schweizerisches Kriegs-Recht*, *Francofurti ad Mœnum* 1704. 12. prodiit. PETRVS PAVLVS BONETVS *Armamentarium* scripsit, cuius pars prior prodiit *Mediolani* 1688. *f.* continentur eodem varia Edicta de Armis, edita a *Mediolani* Regentibus, congrue disposita & commentariis illustrata. Leges Militares *Galliæ* refert Domini de SPARRE *Code Militaire*, *ou Compilation des Reglements & Ordonnances de Louis XIV. Roy de France*, *à Paris* 1708. 12. quo Leges & Diplomata in caussis militaribus ab anno 1651. ad recentiora Regis tempora promulgata ex copiosissima illorum multitudine apte collecta referuntur. *Leges militares Imperii* RVSSICI lingua *Russica* conscriptæ,

scriptæ, in lucem editæ *Petroburgi 1714. 4.* De *Iure militari ad* SVECANAS *Romanasque Leges accommodato* disseruit OLAVS ACKERMANN *Vpsaliæ 1673. 8.*

§. CV. Ad *Ius Municipale* facit CAROLI SIGONII Tractatus eruditissimus de *antiquo Iure Prouinciarum*, *Venetiis 1568. 8.* & *Francofurti 1593. f. ex officina Andr. Wecheli, ibid f.* atque inter *Opera* cura ARGELATI iunctim edita, in GRAEVII *Thesauro Antiquitatum Romanarum* & in Editione Halensi THOMASIO-FRANKIANA in quo Municipiorum atque Prouinciarum, apud Romanos quæ fuerit ratio, & Iura egregie declarauit. De *Iure* vero *municipali* hodierno egit PETRVS PONCETVS, *Lugduni 1595. 8.* BALTHASAR CONRADVS ZAHN in *Ichnographia municipali*, *siue de Iure Municipiorum*, *Francofurti 1657. 8.* & ex recentiori editione sub Titulo *Politiæ Municipalis Lipsiæ 1713. 4.* qui hoc in argumento præcipuas partes facit. De *differentiis Municipiorum Romanorum & Vrbium Germaniæ* mediatarum egregie disseruit IOANNES WILHELMVS WALDSCHMIDT, *Marpurgi 1729. 4.* Add. BERNHARDI BARILIS Tractatus de *potestate legis municipalis in aduenas & indigenas*, *Lugduni 1741. 4.* De *iuribus Indigenarum Germaniæ* Præside B. ENGAVIO Diss. exposuit Dn. IOANNES ANDREAS HOFFMANNVS, *Ienæ 1747. 4.* De *Decurionibus* scripsit CONRADVS LANCILLOTTVS, *Coloniæ 1578. 8.* de *Statu Iudæorum publico ad L. 3. §. f. D. de Decurionibus* elegans Dissertatio edita EVERARDI OTTONIS Viri celeb. *Vltraiecti 1721. 4.* Plures huius argumenti, quas promisit nobis non innotuerunt. De *muneribus* habemus PETRVM ANTIBOLVM, GVILIELMVM de CVNEO, NICOLAVM FESTASIVM AEGIDIVM THOMATVM, qui in Tomo XII. Tractatus Tractatuum extant. Plenus bonæ frugis est GEORGII MVNDII a RODACH Liber de *Muneribus*, *honoribus & oneribus*, *Norimbergæ 1647. 4.* De *Collectis & muneribus* PETRVM de VBALDIS de PERVSIO, *Coloniæ 1586. 8.* HENRICVM BOCERVM, *Tubingæ 1610. 1689. 8.* BENEDICTVM BONIVM de *Collectis*, *censi-*

Scriptores ad librum L. tit. I. ad munipalem & de incolis.

De Decurionibus.

Scriptores ad tit. IV. de Collectis muneribus.

censibus, *aestimo*, *Coloniae* 1588. 8. *Venetiis* 1599. 8. De *Steuris*, *Petitionibus & Seruitiis von Steuren*, *Beden und Diensten* Obseruatio antiquaria CHRISTIANI VLRICI GRVPEN addita ipsius *Disceptationibus forensibus Lipsiae* 1737. 4. editis. De *Iure Maiestatis circa Onera publica* extat Diss. IOA. SCHMIDII, *Lips.* 1680. 4. De *regali Tributorum iure* Diss. CHRISTOPH. PHILIPPI RICHTERI *Ienae* 1669. 4. De *Collectis bellicis* ad vsum maxime Imperii agit HENRICI HAHNII *Dissertatio de Collectis bellicis*, *Helmstadii* 1647. 4. Praecipuus est CASPAR KLOCKIVS de *Contributionibus*, *Francofurti* 1655. 1677. & 1699. f. cum additamento THOMAE MERCKELBACHII. Accessit Fasciculus Consultationum ad argumentum de Contributionibus, pertinentium. Addantur IOANNIS WILHELMI ROEVENSTRVNCK *Rechtliches Bedencken von allerhand Anlagen*, *Contributionen und Schazungen*, *Franckfurt* 1664. 4. *Aerarii* publici Iura declarant CHRISTOPHORVS BESOLDVS de *Aerario publico*, *Tubingae* 1615. 1619. 1621. 4. & in Opere eiusdem Politico, *Argentorati* 1641. 4. plenius vero CASPAR KLOCKIVS de *Aerario*, qui cum *Annotationibus* CHRISTOPHORI PELLERI prodiit *Norimbergae* ex *Editione Secunda* 1651. f. 1671. f. cui iungendae FRIDERICI GERDESII *Disputatio de Collectis & Contributionibus Imperii & Prouinciarum*, *Gryphiswaldi* 1681. 4. atque inter Dissertationes iunctim editas, vbi hanc materiam ex Iuris potissimum ciuilis principiis illustrat & CHRISTIANI WILDVOGELII Dissertatio *de Iure Collectarum von Schoß-und Steuer-Recht*, *Ienae* 1694. 4. nec non ill. DIETERICI HERMANNI KEMMERICHII Diss. de *Iure Collectarum prouincialium*, *Ienae* 1732. 4. De *Iure subcollectandi* Disser. extat IOA. SAMVELIS STRYKII, 1702. 4. De *Immunitate vero a Collectis Conuentionali* singulari dissertatione egit FERDINANDVS CHRISTOPHORVS HARPPRECHTVS, *Tubingae* 1695. 4. Idem quoque summus Iurisconsultus de *Praescriptione Immunitatis a Collectis Tubingae* 1683. 4. Dissertatione egregia exposuit. De *mune-*

munerum largitione regularibus interdicta habemus MARTINUM BONACINAM, *Geneuæ 1624. f.* inter eius Opera. FRANCISCUS de SOSA de *largitione munerum regularibus interdicta*, *Barcinone 1595. f. de excusandis parentibus a publicis muneribus ob numerum liberorum* FERDINANDUM PAEZ in Tomo XII. Tractatus Tractatuum. Optimi vero sunt GEORGIUS CHRISTOPHORUS WALTHERUS in Tractatu de *Iure metationis, von Einquartierung*, *Noribergæ 1647. 4.* & præcipue IOANNES OTTO TABOR, de *metatis & epidemeticis*, *Argentorati 1645. 4.* De *Metatis Palatinis Ablager* Diss. extat HENRICI LINKII *Altorfii 1675. 4.* Huc ex parte facit FRIDERICI BINDERI Tractatus de *Iure Albergariæ*, *Argentorati 1668. 4.*

§. CVI. Ad Titulum de Administratione rerum ad ciuitatem pertinentium, præter ZAHNII Ichnographiam Municipalem & Meuii Ius Lubecense, in primis referri meretur SAMUELIS STRYKII Dissertatio de *Iure Principis circa rationes Ciuitatum*, *Halæ 1699. 4.* vbi præmissa tractatione quadam Historica de vrbium origine, hanc materiam ex moralibus & ciuilibus principiis deducit, & dein ad vsum forensem adplicat.

Scriptores ad tit. VI. de Administrat. rerum ad ciuitatem pertinentium.

§. CVII. Inter illos, qui materiam de *Legationibus* atque *Legatis* pertractarunt, alii sunt, qui ad Antiquitates saltim faciunt, alii vel ad vulgares Politicorum regulas, vel ad Leges ciuiles sunt accommodati. Ad illos faciunt *Eclogæ Legationum ex libris Polybii, accedunt & aliæ ex Dionysii Halicarnassei Diodori Siculi, Dionis Cassii & Appiani scriptis congestæ, cum notis* FULVII URSINI, *Antwerpiæ 1582. 4.* Subsecutæ sunt: *Eclogæ Legationum Dexippi Atheniensis, Eunapii Sardiani, Petri Patricii, Prisci Sophistæ, Malchi Philadelphensis, Menandri Protectoris, cura* DAVIDIS HOESCHELII editæ *Augustæ Vindelicorum 1603. 4.* Reliquiæ sunt Excerptorum, quæ sub Titulo Collectaneorum Historicorum tribus & quinquaginta Titulis congesserat CONSTANTINUS PORPHYROGENITUS, singulis in duos Libros distinctis, ita vt primus semper rerum ab orbe condito memoriam ad Cæsarum tempora;

Scriptores ad librum L. tit. VII. de Legationibus.

ra; alter vero Cæsarum Historiam comprehenderet. Ita priorem de legationibus librum edidit Vrsinus, alterum Hoeschelius, in quibus vltro citroque a Romanis missæ legationes, egregiæ conciones, & variæ de fœderum & pacis conditionibus disceptationes ex veteribus Græcis excerptæ exhibentur. Verum hæc ad antiquitates saltim faciunt, ita tamen vt exempla præbeant ex priorum temporum Historiis petita. Inde CAROLVS PASCHALIVS suum *de Legatis* Tractatum, *Rothomagi 1598. 8. Parisiis 1613. 1642. 4. Amstelodami 1645. 12.* editum, potissimum ex antiquitatibus depromtum. Sic etiam PETRVS AERODIVS in suis Rerum Iudicatarum libris speciatim de Legatis egit, quæ Operi suo Politico inseruit Christophorus Besoldus. Alii vero ad Leges Ciuiles Legationum Iura accommodarunt. Non moramur iam antiquos illos ANDREAM de BARBATIA, NICOLAVM BOERIVM, AENEAM de FALCONIBVS & PETRVM ANDREAM GAMMARVM de CASALI, qui de Legatis a Latere egerunt, & IOAN. BRVNELLVM *de dignitate & potestate Legati*, GONDESALVVM de VILLADIEGO *de Legato*, qui in Tomo XIII. Tractatus Tractatuum continentur. Alii ex regulis Politicis Legatum conantur instruere. Tales sunt CONRADVS BRVNVS de *Legationibus, Moguntiæ 1548. f.* qui etiam ex Antiquitatibus multa inseruit exempla. Elegans est libellus: *de la Charge & dignité de l'Ambassadeur par* IAN HOTMAN Sieur de Villiers, Quatrieme Edition, *avec une Liste des Auteurs qui ont escrit en ce mesme sujet*, sine tempore & loco impressionis 8. forte *Geneuæ*. FRANCISCVS le VAYER *de Legato, siue de Legatione, Legatorumque priuilegiis, officio & iuribus, Parisiis 1580. 4. & Hanouiæ 1596. 8.* OCTAVIVS MAGIVS de *Legationibus & Legatis, Venetiis 1567. 8. Hanouiæ 1596. 8.* IOANNES a CHOCKIER de *Legato, Coloniæ 1624. 4.* & cum Aphorismis politicis, *Leodii 1642. 4.* HERMANNVS KIRCHNERVS de *Legato, Lichæ 1604. 8. Marpurgi 1610. 8.* FRIDERICVS de MARSELAER de *Legato, Antwerpiæ 1618. 8. 1626. 4.*
Vina-

Vinariæ 1663. 12. Amsterodami 1644. 12. & ALBERICVS GENTILIS de *Legationibus, Londini 1585. 4. Hanouiæ 1596. 8. Noribergæ 1607. 8.* qui breuis licet sit, elegans tamen est, & lectu iucundus. IOAN. REBHAN de *Iure Legationis, Argentorati 1672. 4.* Præstantior est reliquis ABRAHAMVS WICQVEFORTIVS. Hic enim primum cum a Belgis captiuus detineretur, an. *1676. in 12.* adscripto ficto loco *à Cologne chez Pierre du Marteau*, edidit: *Memoires touchant les Ambassadeurs & Ministres publics* atque sub initialibus hisce litteris L. M. P. *le Ministre Prisonnier* latere voluit. Huic opposuit GALARDIVS *Reflexions faites* sur ces Memoires & vne response au *Ministre Prisonnier*, in quibus Wicquefortio in multis contradicit, contraria Exempla adfert, quædam etiam Discursibus politicis illustrat. Alteram editionem nomine præfixo edidit Wicquefortius. Tandem vero Tertia Editio prodiit hoc Titulo: *L' Ambassadeur & ses fonctions par Monsieur de* WICQVEFORT, *à la Haye 1681. 4.* inde *à Cologne 1690. 4.* Cui accesserunt GALLARDII *Reflexions sur les Memoires pour les Ambassadeurs & discours de l' Empereur & des Electeurs par le meme auteur.* Nouis editionibus editis *Amsterdam 1730. 4. & 1741.* accessit mox laudandus *Traité du Iuge competent des Ambassadeurs de Mr.* BYNCKERSHOEK. In duas Partes opus suum diuisit WICQVEFORTIVS, in priori agit de Legato in genere, in altera de eiusdem munere & negotiis. Hoc certum, quod singulas fere quæstiones, quæ occurrere soleant, formauerit, & singula per farraginem Exemplorum confirmare studuerit. Verum sine ordine & methodo singula sunt pertractata, Exempla sæpe male adplicata, Iura a factis nunquam distincta, ita vt frequentes occurrant contradictiones. Plus ergo diligentiæ & experientiæ, quam ordinis & iudicii in hoc libro deprehendimus. Iucundus tamen liber est, nec inutilis, si cum selectu adhibeatur. In primis Editionibus multa iniquius Auctor scripserat contra Status Fœderati Belgii & alios, quæ in Tertia Editione, quæ etiam

etiam priuilegio Statuum Fœderatorum confirmata plerumque fuerunt omissa. Germanica versio per IOANNEM LEONHARDVM SAVTERIVM malis auspiciis cœpta prodiit *Lipsiæ 1682. 4.* Plura de Wicquefortii libro videri possunt in CHRISTIANI THOMASII obseruatione XVII. Tomi secundi Obseruationum Halensium & in eiusdem Specimine Iurisprudentiæ Iudicialis Capite Tertio. Post Wicquefortium prodierunt *Memoires & Instructions pour les Ambassadeurs ou Lettres & Negotiations de* WALSINGHAM, quæ ex Anglico in Gallicum sermonem versæ prodierunt *Amstelodami 1700. 4.* à *Amsterdam 1717. 12. 4. Voll.* Epistolæ sunt Walsinghami in aulam Gallicam Legati de diuersis rebus politicis, ipsius negotiationem concernentibus, partim ab ipso, partim ad ipsum perscriptis, quæ tum ad Historiam illorum temporum, tum ad statum politicum noscendum & quid Legato obsernandum, faciunt. His merito adiungendus breuis quidem sed elegans libellus illustris apud Gallos Viri FRANCISCI de CALLIERES, Gallico idiomate perscriptus, hoc elogio: *De la Maniere de negocier avec les Souverains, à Paris 1717. 12.* formis impressus, statimque in Belgio & alibi, recusus, vnoque tempore bis Lipsiæ in vernaculam nostram translatus, e quibus versionibus ea præstat, quæ sub Titulo: *des Staats-Erfahrnen Abgesandten, Lipsiæ 1717. 12.* prodiit, notisque non inutilibus est illustrata. Agit illustris Auctor de vtilitate Legati, qua cautione sit eligendus, quibusque instructus esse dotibus debeat, cumque ipse Regis Galliarum in Pacis Ryswicensis negotiis & alibi Legatum feliciter egerit, multa protulit experientia edoctus, quæ egregia sunt. Huic iungendi recentiores de Legatis, horum virtutibus & officiis libelli, nimirum: SARRAZ de FRANQVESNAY *le Ministre public dans les Cours etrangeres, ses fonctions et ses prerogatives, Paris 1731. 12.* & *Amsterdam 1731. 12.* & *Les Droits des Ambassadeurs & des autres Ministres publiques*, par VHLICH *Lipsiæ 1731. 4.* atque HVGONIS CORNETS de GROOT Diss. de *Legati Legationumque Iure, Lugduni Batauor.* 1731.

1731. 4. Ad specialia facit RICHARDI ZOVCHEI *Solutio quæstionis veteris & nouæ siue de Legati delinquentis Iudice competente Dissertatio*, in qua Hugonis Grotii ea de re sententia explicatur, exponitur & adseritur, quæ primum *Oxoniæ 1657. 12.* post cum notis Christiani Henelii prodiit *Coloniæ ad Spream 1669. 12.* Quem Zouchei libellum IOANNES IACOBVS LEHMANNVS Vir doctissimus, Moralium apud nos quondam Professor, versione Germanica donauit, Præfatione & notis illustrauit *Ienæ 1717. 8.* IMMANVEL WEBERVS dissertatione inaugurali egit de *Vindiciis aduersus Legatum delinquentem & de iudice eius competente*, *Giessæ 1698. 4.* Sed primum saltim Caput & generatim tantum absoluit, quod hæc quæstio ex Iure Gentium sit decidenda. Occasione captiuitatis Legati apud Anglos Suecici Comitis de Gyllenborg, & Baronis de Gœrz apud Batauos, Quæstio hæc de captiuitate & pœna Legati delinquentis diuersis libellis tractata fuit, e quibus mihi innotuerunt: *Disquisitio Iuris Naturalis & Gentium de iusto Gyllenborgii & Gærzii Sueciæ Legatorum in Britannia & Confœderato Belgio Arresto*, latine & germanice *Francofurti & Lipsiæ 1717. 4.* auctore illustri Viro ADAMO FRIDERICO GLAFEY; successit: *Beweiß daß es nicht wider das Völcker-Recht sey bey gewißen Umstænden einen frembden Gesandten zu arretiren*, *Guelferbyti 1717. 4.* scriptore ill. GOTTLIEB SAMVELE TREVERO. Post ea STEPHANVS CASSIVS exhibuit: *De Iure & Iudice Legatorum Diatriben*, *Francofurti ad Mœnum 1717. 4.* qua Legatorum immunitatem & impunitatem, tam ex Iure Naturæ stricte sic dicto, quam ad Gentes adplicato defendit, quid Iuris necessarii, voluntarii & pactitii sit demonstrat, Hugonis etiam Grotii Coniecturas aduersus Dissertationem Lüderizio-Cocceianam & Presbeutam vindicat & Wicquefortium supplet. His adiungimus: *Lettre de Monf. N. N. à une Personne de distinction qui lui demande ses sentiments sur les imprimez qui ont parû au sujet de l'Arrêt du Comte de Gyllenborg &*
du

du Baron de Goerz, Ministres du Roi de Suede, à Ratisbonne, le --- Mai, 1717. 4. reliqua vberiori tractationi referuans. Solide hoc argumentum quoque tractauit illustris CORNELIVS van BYNKERSHOEK de *Fore Legatorum tam in caussa ciuili, quam criminali* Libro singulari *Lugduni Batauorum 1721. 8.* & in *Opusculis* summi Viri a FRANCISCO CAROLO CONRADI *Halae 1729. 4.* editis. Quem in *gallicum* idioma feliciter transtulit, egregiis notis & obseruationibus illustrauit IOANNES BARBEYRACIVS Academiae Groeninganae Ornamentum *Amstelodami 1723. & 1727. 8.* Add. CASPARIS MATTHIAE MÜLLERI Diss. de *Foro legati delinquentis, Rostochii 1704. 4.* Controuersiam celeberrimam de *Franchitia Quarteriorum* illustrat CHRISTIANI THOMASII *Disquisitio de Iure Asyli Legatorum aedibus competente Halae 1689. 4.* & singularis de *Franchitia Quarteriorum seu Iure Asyli apud Legatos* Dissertatio OLAI TÖRNE, praeside IO. VPMARCKIO, *Vpsaliae 1706. 8.* De *Priuatis Legatorum Sacris* occasione iniuriarum Regis Porussiae Residenti, Coloniae ob Sacrorum exercitium illatarum, erudita Dissertatione egit IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER, *Halae 1713. 4.* De *Iurisdictione Legati in Comites suos* praeclara est Dissertatio SAMVELIS FRIDERICI WILLENBERGII *Gedani 1705. 4.* De *Testamento* vero *Legati* CHRISTIANI WILDVOGELII, *Ienae 1711. 4.* & quae praestantior Viri illust. IOANNIS FRIDERICI KAYSERI de *Legato testatore, Giessae 1740. 4.* De Scriptoribus qui ad Legationes Imperii faciunt, infra inter Scriptores Iuris publici dicemus.

Scriptores ad librum L. tit. XI. de nundinis & seqq.

§. CVIII. De *Nundinis* egit HENRICVS PETRVS HABERKORN, *Giessae 1670. 4.* IOA. THOMAE Diss. de *Nundinis, Ienae 1650. 4.* recusa cum IOA. IACOBI de RYSSEL Diss. de eodem argumento, *Halae 1724. 4.* & praecipue AHASVERVS FRITSCHIVS *de regali Nundinarum Iure 1660. 4.* De *Proxenetis* egit BENEVENVTVS STRACHA, *Francofurti 1593. 8.* De *censibus* qui egerint, supra fuerunt adducti ad Titulum quartum.

§. CIX.

§. CIX. Ad Titulum *de Verborum significationibus* varii sunt, qui exposuerunt. ANDREAS ALCIATVS *Lugd. 1531. f. Louanii 1565. 8. Lugduni* iterum *1581. f.* BARNABAS BRISSONIVS de *Verborum Significatione, quæ ad Ius Ciuile pertinent. Parisiis 1596. f. Francofurti 1578. f.* Præstat omnibus editionibus huius Operis ea, quam curis & laboribus B. IOANNIS GOTTLIEB HEINECCII debemus, quæque typis expressa *Halæ 1743. f.* is enim præstantissimum opus in meliorem commodioremque Alphabeticum ordinem redactum, innumeris mendis emaculatum & post aliorum curas, plurimis accessionibus obseruationibusque philologicis, criticis, iuridicis, locupletatum dedit. Præmissa est illustris Viri IVSTI HENNINGII BOEHMERI egregia Præfatio de interpretationis Grammaticæ in iure ciuili fatis & vario vsu. BARTHOLOMAEVS CAEPOLLA, *Lugduni 1551. f.* ARNOLDVS CORVINVS. *Amstelodami 1668. 12.* IACOBVS CVIACIVS ex Bibliotheca Petri Pithoei editus *Francofurti 1595. 8.* GVILIELMVS FORNERIVS, *Aurelianis 1584. 4.* DAVID MAGIRVS, *Tubingæ 1628. 8.* CAMILLVS GELINIVS, *Venetiis 1582. f.* ALBERICVS GENTILIS, *Hanouiæ 1614. 4.* PETRVS REBVFFVS, *Lugduni 1576. f.* MATTHIAS STEPHANI, *Rostochii 1627. 8.* IOANNES SVEVIVS, *Ienæ 1621. 8.* HENRICI WEGNERI de *Verborum & Rerum Significatione*, Commentatio, cum Præfatione GEORGII FRANTZKII *Gothæ 1655. 8.* prodiit. Optimi tamen sunt IO. GOEDDOEVS in Commentario *de V. & R. Significatione Ienæ 1597. 8. Herbornæ 1642. 8.* & qui concisius hæc examinat IOANNES IACOBVS WISSENBACH. *Franeckeræ 1654. & 1661. 12.* Ad eiusdem Tituli explicationem faciunt etiam qui vel Lexica, vel de particulis Iuris scripserunt, de quibus infra.

Scriptores ad librum L. tit. XVI. de Verborum Significatione.

§. CX. Ad Titulum *de Regulis Iuris* quam plures sunt commentati, IOANNES CALVINVS, *Francofurti 1612. 8.* PETRVS FABER, *Parisiis 1585. f. Lugduni 1590. f.* & *Geneuæ 1618. 4.* EVERARD BRON-

Scriptores ad librum L. tit. XVII. de Regulis Iuris.

BRONCHORST *Francofurti 1607. 8. Lipsiæ 1667. 12.* HVBERIVS GIPHANIVS *Francofurti 1607. 8. Argentorati 1607. 8.* PHILIPPVS HENRICVS HOENONIVS, *Ienæ 1601. 4. Herbornæ 1609. 8.* PHILIPPVS MATTHAEI, *Marpurgi 1609. 8. Francofurti 1625. & 1670. 8.* WILHELMVS LVDWELLVS, *Altorffii 1663. 8.* DYNVS de MVXELLANO *cum notis Boerii, Saraynae & Molinaei, Lugduni 1533. 8.* cum Annotationibus *Nicolai Boerii* & *Celsi Hugonis, Coloniæ 1617. 8.* IOANNES NELDELIVS, *Lipsiæ 1614. 8.* IOANES a SANDE, *Lugduni Batauorum 1652. 4.* & præcipue iunctim editi extant HIERONYMI FRANCI & IACOBI RAEVARDI *Commentarii ad hunc Titulum, Antwerpiæ 1568. 8. Lugduni 1593. f.* Præter hos inter optimos habendi IOA. IACOBI WISSENBACHII Commentarius, *Franeckeræ 1654. 12.* & in *Exercit.* ad *Pandectas Lipsiæ 1674. 4.* vbi etiam Comment. ad Tit. de V. S. recusus extat, IO. EICHELII, *Helmstadii 1684. 4.* PETRI MVLLERI, *Ienæ 1679. 4.* & qui accuratissimus est, IACOBI GOTHOFREDI Commentarius *de diuersis regulis Iuris antiqui, Geneuæ 1653. 4.* Egregium est PETRI GVDELINI *Syntagma Regularum vtriusque Iuris, Antwerpiæ 1646. f.* in qua potiores Iuris materias per regulas maxime notabiles multa cura explicauit Belgicarumque & vicinarum regionum mores adiecit. Leges Pandectarum & Codicis *notabiliores* in complexu compendioso exhibet ANTONIVS DANIEL SONNEMANNVS *in Prælectionibus publicis ad Leges Notabiliores Digestorum & Codicis, Francofurti & Lipsiæ 1695. 8.* Addimus CHRISTOPHORI GVNZELII *Interpretationem Tituli de Regulis Iuris, Francofurti 1697. 12.* quæ inter Compendia præstat.

Commentarii ad Codicem.

§. CXI. *A Pandectis* pergimus ad Commentatores in CODICEM. Ad solidam & eruditam CODICIS *vtriusque* cum THEODOSIANI tum IVSTINIANEI illustrationem insigniter faciunt PETRI RELANDI *Fasti Consulares Traiecti ad Rhenum 1715. 8.* a fratre HADRIANO RELANDO editi, recusi cum egregiis accessionibus, quas iam

iam indicaui cura V. C. IOA. LVDOVICI VHLII, *Amſtelodami 1740. 8.* fructuoſi admodum qui iis recte vti habent in numerato. Inter Commentarios in Codicem ex antiquis habemus AZONEM, BALDVM, BARTOLVM, CYNVM, & plures alios, quos adlegare ſuperſedemus, quia hodie parum ſunt vtiles. Inter antiquiores laudem ſuam adhuc habet BARTHOLOMAEVS SALICETVS, cuius *Commentarius in nouem libros Codicis* prodiit *Francofurti 1615. f. 2. Vol.* Hoc autem proprium eſt antiquiorum, vt Tres poſteriores Codicis libros communiter fere omittant, idque partim quod ad ſtatum recentiorem parum conducant; partim etiam, quod Ius Publicum Romanorum, quod iisdem continetur, ipſis plane eſſet ignotum. AVGVSTINI BARBOSAE *Collectanea in Codicem*, quae *Lugduni 1648. f.* prodierunt & *ibid. 1701. 1702. f.* ſunt recuſa, pro genio auctoris in farragine auctorum ad ſingulas leges citatorum conſiſtunt, ita, vt potius Locorum Communium quam Commentarii inſtar eſſe poſſint, IACOBI CVIACII *paratitla in aliquot libros Codicis*, a Dionyſio Gothofredo aucta & edita *Francofurti 1605. 4.* ad philologiam maxime Iuris faciunt, docta alias. Sic etiam ANTONII MORNACII *Obſeruationes in IV. libros Codicis*, quae prodiere *Pariſiis 1631. f.* & *1654.* & cum aliis doctiſſimi Iuriſconſulti Operibus, *Pariſiis 1721.* iunctim editis, ex ipſis antiquitatum fontibus ſunt deſumtae, & eruditiſſimae. Enim vero ſingulas Leges ex Antiquitatibus & Iure Romano illuſtrat, vt inter elegantiſſimos Iureconſultos eundem numerare non dubitemus. Ex Hiſtoria conciliorum & eccleſiaſtica potiſſimum erudite explicatum videmus *Librum primum Codicis* a PETRO & FRANCISCO PITHOEIS, *Pariſiis 1689. f. mai. ex Typographia regia*, editore *Claudio Pelletier*, labore egregio, ita vt dolendum omnino ſit, non ad reliquos libros laborem fuiſſe perductum. Eruditionem quoque ſapiunt ANTONII DADINI ALTESERRAE *Diſputationes ad varias partes Codicis*, additae ipſius *Recitationibus quotidianis in* CLAVD. TRYPHO-

NINI *Libros XXI. Disputationum*, *Tolosæ 1679.* & *1684.* 4. 2. *Voll.* HVGONIS DONELLI *Commentarius ad Codicem*, *Lugduni Batauorum* ex officina Plantiniana *1587. f. Francofurti 1622. f.* ad II. III. IV. VI. VIII. Libros & præcipue notæ Leges Codicis est directus. Commentarii PETRI GILKENII *Francofurti 1605. f.* IOANNIS SICHARDI Prælectiones, *Francofurti 1586. f. 1598. 1614. f.* HENRICI ZOESII *Coloniæ 1660. 4.* DIODORI TVLDENI, *Louanii 1656. 1701. f.* editi, non ad Leges singulas faciunt, Titulos tamen pro materiarum ratione explicant & laudem merentur, præsertim Donellus. HVBERTI GIPHANII *Enarrationes & Commentarii in VIII. Librorum Codicis Iustiniani Leges celebriores & difficiliores* prodierunt *Coloniæ 1614. 4.* & *Francofurti ad Moenum 1631.* 4. opere postumo, Quibus præferendus omnino est ob iudicii grauitatem & solidam Iuris explicationem ANTONIVS PEREZIVS in *Prælectionibus suis in Codicem*, quæ *Amstelodami 1645. f.* prodiere, quæ editio saltim prælectiones ad IX. Libros habet. Egregia Editio est quæ *Amstelodami 1653. f.* ex *Elzeuiriana* prodiit, & ad omnes XII. Libros exhibet. Inde *Amstelodami 1661. 4.* ab auctore recognitæ & auctæ summariis & Indicibus locupletatæ, editæ porro *ibid. 1663. 4.* subinde recusæ vtpote *Antwerpiæ 1720. f.* & *Venetiis 1738. f.* Ad singulas Leges commentatus est IOA. BRVNNEMANNVS, cuius commentarius per casus atque rationes Legum bene deductus & magna cura, adlegatis etiam fontibus, est elaboratus. Optima est Editio, quæ cura ICtorum Principis, SAMVELIS STRYKII prodiit *Lipsiæ 1699. f.* vltima quæ *ibid. 1717. f.* est excusa. Eiusdem IOA. BRVNNEMANNI est *Memoriale præcipuarum Legum Codicis* per Quæstiones adornatum, *Francofurti ad Viadrum 1665. Witteb. 1706.* & *1710.* 12. ad repetitionem plurimum facit. Brunnemanno iungimus IOANNEM IACOBVM WISSENBACHIVM, cuius *Commentationes Cathedrariæ in VI. Libros Codicis* prodierunt *Franeckeræ 1660.*

1660. 4. Hic enim commendandus est quam maxime. Commentatur ad Leges, non quidem omnes, verum potiores: in singulis casum Legis proponit, huius decisionem, rationem, responsionem ad argumenta contraria, & quæ ad genuinum alias intellectum faciunt, idque ex ratione non solum Iuris Romani, sed etiam praxi, notat insuper diuersorum errores communes. Addimus CYPRIANI REGNERI ab OOSTERGA *Commentaria & Animaduersiones in omnes & singulas Leges, quæ Duodecim Libris Codicis continentur, Traiecti ad Rhenum 1666. 4.* Mores quidem Belgicos respexit, ideoque & in editione, vel nouo titulo, qui a. *1669. 4.* præfert vocatur, *Censura Belgica*, multa tamen ex Historicis, Antiquitatibus & aliis eruditionis partibus attulit, quæ eximiam habent vtilitatem. His Eiusdem Auctoris *Disputationes Iuridicæ ad singulas fere Leges difficiliores Codicis* accesserunt. ANTONII DADINI ALTESERRAE *Recitationes Quotidianæ* extant *in varias partes Digestorum & Codicis, Tolosæ 1684.* 4. ex antiquitatibus depromtæ & admodum eruditæ. *Tres Tomi* eruditarum huius viri Recitationum latent in MSCto, quos octogenario maior promiserat. *Tres priores Codicis Libros* commentario suo, qui illo ad π. coniungitur, illustrauit MATTHAEVS WESENBECIVS, sub Paratitlorum appellatione edito primum *Basileæ 1565. f.* inter alias editiones præstant *Francofurti 1616.* edita, & illa quæ *Lugduni Batauorum 1649. 4.* prodiit, in qua accessit *Commentarius ad Libri V. Tit. V. & Lib. VIII. Tit. XXXVI. In Tres posteriores Codicis* libros ex antiquis saltim fuit commentatus LVCAS de PENNA, *Lugduni 1582. f.* FRANCISCI ab AMAYA Commentarius *in tres posteriores libros* extat *Lugduni* editus *1667. f.* atque opus est ex variis consarcinatum. Ex recentioribus huc pertinet ABRAHAMI de PAPE *Commentarius Academicus & forensis in duos Libros Codicis Iustinianei, Amstelodami 1697. 8.* Libri primi Codicis titulos priores tantum per quæstiones explicauit B. GEORGIVS ADAMVS STRVVIVS in *Progymnas-*

matibus suis s. Iure sacro Iustinianeo, *Ienæ 1668.* 4. edito, quibus etiam Commentarius in priores XIII. titulos libri primi Codicis, olim in Academia Ienensi publice prælectus accessit, de cuius vero auctore non satis constat. Proposuerat quidem sibi b. G. A. STRVVIVS eadem methodo posteriores Codicis titulos elaborare, sed grauioribus occupatus, absoluere illos non potuit. *Authenticas Codicis* exposuit CHRISTOPHORVS PHILIPPVS RICHTERVS, *Ienæ 1661.* 4. & nouiter ALEXANDER ARN. PAGENSTECHERVS, *Grœningæ 1702. 4.* non tamen vbique pari industria. *Ad Titulos de Iurisdictione & Foro Competente* Commentarium scripsit HERMANNVS VVLTEIVS *Francofurti 1625. 8.* Ad *Tituli XXXXVIII. Libri VI. de Personis incertis* Constitutionem deperditam facit IOANNIS STRAVCHII Disputatio elegans, quæ cura LAVRENTII ANDREAE HAMBERGERI prodiit *Ienæ 1714. 4.* Vnicam *Legem quoties C. quando non petentium partes petentibus accrescunt*, prolixo satis Commentario illustrauit LEONORVS, Comes de VALMERANA, *Venetiis 1684, f.* FRANCISCI BALDVINI *Constantinus M. Basileæ* prodiit *1556. 8.* & cura IOACHIMI CLVTENI recusus *Argentorati 1612. 8.* egregie facit ad explicandas Leges Constantini M. tam ecclesiasticas, quam ciuiles, quæ sparsim, maxime vero in Libro primo Codicis continentur. Sic etiam habemus BARNABAE BRISSONII *Commentarium in L. de Spectaculis in C. Theod. & L. omnes dies C. de Feriis*, inter Opera iunctim edita. In aliquot Titulos *Libri Sexti* Codicis Commentarium dedit GABRIEL MVDAEVS Iurisconsultus Louaniensis doctus, qui & secundam Partem *Libri Quarti* Codicis illustrauit. *Singulares* Codicis *Leges* eruditissimis Commentariolis illustrauit IOANNES STRAVCHIVS, quales sunt *Berytus* s. *ad tit. C. de Metropoli Beryto*, Eiusdem *Kalendæ Ianuariæ* siue *ad Tit. Cod. de Votor. oblatione*, quæ inter Dissertationes *Ienæ 1673. 4.* iunctim editas & vltima inter *Opuscula* Viri summi *Halæ 1729.* 4. typis impressa, prostant. CHRISTIANI THOMASII Dissert.

sert. de *æquitate cerebrina L. 2. C. de rescind. Vendit. Halæ 1706. 4.* edita.

§. CXII. A Codice pergimus ad Nouellas. Rarius Iureconsulti antiqui illas adgressi sunt. Ad quasdam *Repetitiones* proposuit LVDOVICVS GOZADINVS ICtus & Senator Bononiensis, recusas *Francof. 1596. 8.* De *Nouellarum glossatarum & non glossatarum auctoritate iuris* Dissertatione egit GOTTFRIDVS LVDOVICVS MENCKE *Lipsiæ 1707. 4.* Ex recentioribus vero habemus FRANCISCI BALDVINI *Iustinianum, s. de Iure nouo* Commentarium, *Basileæ* per Io. Oporinum *1560*, in *8. Francofurti 1615. 8. Halæ 1728.* & in *Iurisprudentia Attica & Romana*, in quo, quid Nouellis immutatum, pereleganter declarat. Quod etiam egit PETRVS GVDELINVS *de Iure Nouissimo, Arnhemii 1661. 4. Francofurti 1668. 4.* qui tamen potissimum ad mores Belgii respexit. Ad Statum Germaniæ potius facit CONRADVS RITTERSHVSIVS in *Nouellarum mixtarum Iustiniani & aliorum quorundam Impp. Augg. methodica Expositione*, quæ *Argentorati* ex secunda & auctiori Editione *1629. 4.* prodiit, *ibidemque 1669. 4.* recusa, non tam Commentarius est, quam Introductio potius ad intelligendas Nouellas & explicatio diuersarum authenticarum. Præmittuntur etiam Prolegomena, quibus de Nouellarum nominibus, auctore & caussa impulsiua erudite agitur. Ad ipsum Textum facit MATTHIAE STEPHANI *expositio* siue *Commentarius Nouellarum, Gryphiswaldi 1653. 4.* Cuius noua editio ex Auctoris MSCto multis modis aucto cum Notis IOA. BRVNNEMANNI in Collegio priuato huic auctori adiectis, prodiit *Witteberga 1700. 4.* Ad hasce *Iustiniani Nouellas, Exercitationes XXIV.* composuit, atque ex iure antiquo, nouo & hodierno vt & Statu Orientali veteri recentiorique illustrauit CAROLVS SCHARSCHMID *Francofurti & Lipsiæ 1675. 4.* non tamen eam comprobauit eruditionem & industriam quam Nouellarum illustratio requirit. Eruditus est atque ex antiquitatibus illustratus commentarius IACOBI CVIACII, *Lugduni 1570. f.* Ad praxin tamen potius facit

Commentatores ad Nouellas.

ANTONIVS DANIEL SONNEMANNVS *in Commentario ad Nouellas*, qui *Francofurti ad Viadrum* prodiit *1692. 4. 1724. 4.* IOA. quoque FRIDERICVS HOMBERGK ZV VACH, ICtus quondam in Academia Marpurgensi literatissimus, promisit olim in Praefat. Nouellis ab eo in Latinum conuersis, praemissa *Commentarium in Nouellas*, a se noua accuratiorique interpretatione donatas, insimul ea quae REGNERVS SIXTINVS *in Nouellas* reliquit, se editurum fidem fecit. Breuem earum dispositionem praebet DANIEL VENATORIVS in *Enarratione Nouellarum*, *Coloniae 1580. 8.* PETRI & FRANCISCI Fratrum PITHOEORVM *Obseruationes in Nouellas Iustiniani Imp. per Iulianum translatas*, cum Obseruationibus in Codicem editae *Parisiis 1689. f.* & inter *Opera*, quae sane essent copiosiores, si vltima manus eruditissimorum Virorum accessisset. His iungi potest NIC. CHRISTOPHORI L. B. de LYNCKER *Nouellarum Iustinianearum Methodica Exegesis*, *Viennae Austriae 1726. f.* IACOBI FRIDERICI LVDOVICI *Compendium Nouellarum Halae 1702. 8.* quod tamen cum arbitratus fuerat GVILIELMVS de HERTOGHE Hamburgensis ad *Ius Nouellarum* coguoscendum nullo modo sufficere ad aliud Compendium conscribendum se accinxit, sed morte praematura exstinctus spem elusit, cum eruditis tamen communicauit *Consilium de Nouellarum Systemate* aliquando edendo, *Hamburgi 1722. 4.* *Nouellis* LEONIS *A. & Philosophi* lucem adfundere instituit, deque earum *vsu & auctoritate* exposuit B. CASPAR ACHATIVS BECKIVS, *Ienae 1731. 4.* De *valore* earundem *Nouellarum Leonis* *quatenus cum statu reipublicae nostrae conueniunt* Programmate docte disseruit B. IOANNES FRIDERICVS OLEARIVS, *Lipsiae 1708. 4.* & illustris CHRISTIANVS LVDOVICVS SCHEID *Excursiones* exquisite doctas in *argumenta Nouellarum quarundam Imp. Leonis dicti Philosophi*, ad disputandum proposuit *Göttingae 1737. 4.*

Commentatores ad Iustiniani Decisiones

§. CXIII. Ad *Decisiones Iustiniani Nouas* Codici repetitae lectionis insertas facit WILHELMI LVDWELLI Disputatio inauguralis de *quinquaginta Iustiniani* deci-

decisionibus, quae adnexa est Eiusdem Exercitationibus XVIII. ad Instituta, *Altorffii 1663. f.* Ad easdem illustrandas faciunt PETRI FRANCISCI LINGLOIS *Decisiones L. a. II. vsque ad IX. librum Codicis*, *Antwerpiae 1622. & 1661. f.* Sic & ad easdem fuit commentatus EDMVNDVS MERILLIVS, *Parisiis 1618. 4.* IOANNES STRAVCHIVS, easdem quoque adgressus, omnibus subsidiis, quae labor hic requirit, instructissimus. Edidit quidem *Exercitationes Sex ad Quinquaginta Decisiones Iustiniani*, *Giessae 1676 4.* his tamen Decem solum Decisiones illustrauit, eleganterque & accurate id fecit, reliquas vero intactas reliquit, quod insigniter dolent ICti humaniores; Qui enim post eundem ad eas illustrandas accessit DOMINICVS BASSVS, cuius *Rediuiuus ingenii partus s. D. Iustiniani Imp. Quinquaginta Decisiones praecipuis controuersiis ex vniuerso Iure communi desumtis solide illustratae Iurique Bauarico passim accommodatae* prodiere *Viennae 1708. 4.* a bonis literis & aliis praesidiis imparatus fuit. Eruditum omnino est Dn. IOANNIS HVGONIS L. B. *ab* HAGEN *Decisionum Imperatoriarum Syntagma*, continens *quinquaginta Imp. Iustiniani Decisiones*, illustratas *Viennae 1735. 4.*

Ordinationes Camerales, & in easdem commentatores; Decretorum huius Iudicii Collectores.

§. CXIV. Ab hisce *Iuris Romano-Iustinianei* Commentariis pergimus ad IVRA GERMANIAE *recentiora*. Primum iure merito locum occupat IVS CAMERALE, vtpote Imperii Commune, cuius Fontes ex ORDINATIONIBVS CAMERAE & variis DECRETIS repetuntur. Quorum omnium qui accuratam desiderat cognitionem, adeat IOANNIS DECKHERRI *Introductionem in Notitiam Rei Iurisque Cameralis*, cuius Dissertatione Priori de Cultu Iuris Cameralis, *Bibliothecam Iuris Cameralis*, breuem quidem, ast neruosam & accuratam exhibet. Adde ERICI MAVRITII Praefationem elegantissimam Consiliis suis Chiloniensibus praemissam. *Vetustiores Camerae Ordinationes* ab anno 1495. quo IVDICIVM CAMERALE erectum, harumque *Editiones* singulatim factas, enumerare, nec possumus, nec nostri est instituti. Insi-

gniter autem nostro tempore, de iis, qui accuratam Iuris Cameralis notitiam, ipsis ex fontibus, Legibus scilicet Imperii & Ordinationibus Cameræ, prout fieri debet, petere cupiunt, meritus est IOANNES WILHELMVS LVDOLFFVS, Cameræ Aduocatus, qui edidit: *Concept der neuen Kayserlichen und Reichs-Cammer-Gerichts-Ordnung*, siue vti in quibusdam exemplis titulum præfixum habet: *Corpus Iuris Cameralis, Wezlariæ 1717. f.* quo Opere, nuncupatum sic *Conceptum*, quod temporibus Rudolphi II. & Matthiæ Impp. ex antiquioribus Ordinationibus Cameralibus excerptum & promulgationi præparatum fuit, hodieque fundamentum præbet Iuri Camerali, ad Blumii Editionem exactum, variisque obseruationibus a se illustratum exhibet, tum ad illustrationem huius sic nominati Concepti facientia Acta publica, in primis Dubia Cameralia, variaque quæ ad pernoscendum curatius huius Iudicii Statum pertinent, imprimisque Visitationum Cameralium Recessus, & Decreta communia Ordinationesque Cancellariæ Cameralis adiecit, vt adeo hæc Collectio, licet vetustiores Ordinationes sint prætermissæ, si hodiernam spectes Praxin, *Corpus Iuris Cameralis* nomine venire possit. Secuta alia collectio cum Præfatione plenissima bonæ frugis perillustris B. GEORGII MELCHIORIS de LVDOLFF sub titulo: *Corpus Iuris Cameralis, Francofurti ad Mœnum 1724. f.* quo non solum ea, quæ iam indicauimus, sed alia etiam quæ Iuri Camerali fundamentum præbent, continentur. Pars exemplorum huius Sylloges *Francofurti* ferali quodam incendio periit. Extat quoque *Conceptum* vt vocant nouæ *Ordinationis Cameralis d. a. 1614.* in ill. IO. IAC. SCHMAVSII *Corpore Iuris Publici Acad.* a. p. 449. ad 802. vbi ea quoque suo loco adiecta, quæ Recessu Visitationis anno 1713. & Decreto Imperii a. 1720. vel mutata vel nouiter ordinata sunt. Alias inter S. I. P. dabimus. *Commentariorum in Ordinationem Cameralem* a variis collectorum sub IVLIANI MAGENHORST adscititio nomine, *Francof. 1600. 8.* terse & venuste; postea vero *Moguntiæ 1661. 8.* sordide & vitiosissime excusorum, quæ fata fuerint & quo loco sint

ſint habendæ, accuratiſſime docuit DECKHERRVS (*). *Decretorum Cameræ* inter Collectores primus eſt RAPHAEL SEYLER, cuius *Urtheil und Beſcheid Kayſerlichen Cammer-Gerichts cum Enchiridio ordinationis & Indice materiarum, vermehrt durch* CHRISTIANVM BARTHIVM, prodiere *Francofurti 1604. f. VII. Voll.* EIVSDEM *Selectæ Sententiæ Cameræ ab anno 1495. ad annum 1570. Francofurti 1572. f.* (**) Hunc ſecutæ: *Relationes, Deciſiones & Vota Cameralia cum præfatione* THVLEMARII *Spiræ 1676. & 1696. 4.* IACOBI BLVMII *Chilias Sententiarum Cameralium*, cum Mantiſſa & Decretis Communibus Cameræ, *Francofurti ad Mœnum 1667. 1676. 4.* quo Sententiæ Camerales ab anno 1654. ad an. 1665. non tamen omnes (†) exhibentur. Poſt hunc IOANNES DECKHERRVS Sententias Camerales ab Anno 1666. ad Annum 1677. 4. edidit, quem haut ita pridem excepit illuſtris Vir GEORGIVS MELCHIOR de LVDOLFF, Cameræ Aſſeſſor meritiſſimus, qui *Rerum in Auguſto Iudicio Camerali Deciſarum* Collectionem nouam dedit, *Francofurti ad Mœnum 1715. 4.* qua Sententias potiores Iudicii Cameralis ab Anno 1588. ad Annum vsque 1688. quarum nulla neque in BLVMII Chiliade, neque in DECKHERRI Periodo Duodecennali reperitur, in lucem produxit, ſummaque ſententiæ vnicuique capita præfixit, & Præfatione præmiſſa, de præcedentibus Collectionibus earumque & præſentis vſu, nec non de Stilo Camerali Iudiciario egregie ediſſeruit. Decreta *Viſitationum Cameralium* edidit NICOLAVS CISNERVS *Viſitations-Abſchiede Keyſerlichen Cammer-Gerichts, von Anfang deſſelben Francofurti 1570. f.*

§. CXV. Ad *Ius Saxonicum* habemus BENEDICTI CARPZOVII *Definitiones forenſes* ab ANDREA MYLIO repurgatas atque editas *Lipſiæ 1702. 1723. f.* Ad easdem GOSWINVS ab ESBACH *Notas* dedit & *Obſeruationes, Francof. 1703. f.* Definitionum etiam *Synopſis* Commentarii & alia Scripta ad Iura Germanica, Saxonica, alia.

(*) *Iurisdictione in Notitiam Rei Iurisque Cameralis p. 42.*

(**) *Compara omnino* IOA. DECKHERRVM *l. c. p. 59.*

(†) DECKHERRVS *l. c. p. 50.*

nopsis extat edita *Ienæ 1668. 8.* Præter hos ad illud Ius quoque faciunt MATTHIÆ BERLICHII *Conclusiones Practicabiles, Arnhemii 1644. f.* ex *Editione Quarta, Lipsiæ 1651. f. Ibidemque 1670. f. 1698. f.* & *Coloniæ 1724. f.* & DANIELIS MOLLERI *Ordinationes & Constitutiones Saxonicæ Lipsiæ 1599. 1610. f.* quæ omnes ad Augusti Electoris Constitutiones sunt directæ, *Constitutionum D. Augusti El. Sax. Paratitla* exhibuit GEORGIVS SCHVLZE, *Vitebergæ 1630. 12. Nouas Ordinationes Processus Electoralis Saxonici* magna cura emendatas diuersi illustrarunt, quorsum spectant LVDOVICI GVNTHERI MARTINI *Commentar. in Ordinationem Processus iudiciarii Ioa. Georgii Elect. Sax. Dresdæ 1696.* tum analectis Tom. II. *1710.* & IO. PHILIPPI *Considerationes in nouam Ordinationem Processus iudicialis Saxonici de a. 1622. Lipsiæ 1686. 4.* CASPARIS ZIEGLERI *Commentarius ad Ordinationem Processus Saxonici*, cum ipsius *Introductione ad Processum Fori Saxonici*, prodiit *Lipsiæ 1693. 4.* Vtilissimum & ad recentiores constitutiones simul directum laborem exhibet B. LVDERI MENCKENII *Tractatio synoptica Processus Iuris communis & electoralis Saxonici, Lipsiæ 1723. 4.* IOANNIS quoque GOTTLIEB HOFFMANNI extat *der nach der erlæuterten und verbeßerten Chur-Sæhsischen Proceß-Ordnung eingerichtete modus procedendi, Lipsiæ 1727.* & cum accessionibus THOMÆ HAYMII *Lipsiæ 1736. 4.* Facit ad illud quoque SAMVELIS LVFFTII *Repertorium, Dresdæ 1674. 4.* in quo integrum Ius Saxonicum in Locos communes videmus digestum. Cum quo coniungendum ad recentiores simul Constitutiones directum THOMÆ HAYMII *Lexicon Iuris portatile, Lipsiæ 1732.* & iterum auctius *1736. 12.* nec non vtilia ipsius *Digesta Iuris Saxonici, oder vollstændiger Auszug der Sæchsischen Rechte, Lipsiæ 1734. 8.* Ad *Ius Marchicum* commentatus IOACHIMVS SCHEPLITZIVS, cuius extant Consuetudines Electoratus & Marchiæ Brandenburgensis, quas recognouit & Parte II. adnotationibusque ex Auctoris Autographo auxit Christianus Benoni Pape, *Lipsiæ 1616. f. Berolini 1744. f.*
&

& FRIDERICVS MVLLERVS in *practica ciuili Marchica rerum forensium per Resolutiones demonstrata, Berolini 1678. f.* Add. V. C. IOANNIS GEORGI LIPPISCH *Specimen Iuris Marchici hodierni priuati, Lipsiæ 1742. 4.* quo materia, de Nobilibus Marchicis, scite eruditeque exponitur. Ad *Consuetudines Austriæ Superioris* facit BENEDICTVS FINSTERWALDER, *Salisburgi 1687. 4.* Ad eas vero quæ *in Austria inferiore* valent IO. BAPTISTA SVTTINGER *Noribergæ 1656. 1669. 4.* Cum hoc non inutiliter conferri possunt IOANNIS FRANCISCI THASSERI *Progymnasmata actionum forensium totum ordinem iudiciarium tam Iuris communis, quam Austriaci populariter explicantia, Viennæ 1708. 4.* *Ad Ordinationem politicam Ducatus Würtembergæ* CHRISTOPHORVS BESOLDVS, *Tubingæ 1632. 1662. 4.* GEORGIVS LVDOVICVS LINDENSPVHR, *Tubingæ 1662. 4.* & IOANNES IACOBVS PLEBSTIVS, cuius *Commentarius ad Ius prouinciale Würtenbergicum*, prodiit *Francofurti 1664. 4.* *Marchiæ Badensis Consuetudines* illustrauit IO. HARPRECHTVS, *Tubingæ 1691. 4.* *Obseruationes ad Consuetudines Leodienses* edidit CAROLVS de MEAN, *Leodii 1670. f. Tomi V.* EIVSD. *Definitiones ad Ius Ciuile Romanorum, Leodiensium aliarumque Gentium, Canonicum & Feudale,* opere Postumo, *Leodici Eburonum 1678. f.* *Consuetudines Lüneburgenses* Commentario illustrauit HARDEVICVS a DASSEL, *Hamburgi 1592. & 1598. 4. Lipsiæ 1600. 4.* Addatur NIC. CHRISTOPHORI LYNCKERI s. WIZENDORFFII aut alterius Scriptoris *Commentatio in Statuti Ciuitatis Lüneburgicæ Partem communem, Ienæ 1699. 4.* leui labore. Meliores IOANNIS FRIDERICI KRÜGERI *Differentiæ Iuris communis & statutarii Lüneburgensis* cum Præfatione B. IOANNIS PAVLI KRESSII, *Helmstadii 1716. 4.* Ad *Ius Lubecense* egregius est Commentarius DAVIDIS MEVII, *Francofurti 1642. 1664. 1679. & 1700. f.* Recentissima nunc est Editio, quæ *Francof. & Lips.* seu *Vlmæ* potius *1744. f.* comparuit, cum binis Tractatibus IOANNIS SIBRAN-

DI

DI & erudita Præfatione WOLFGANGI ADAMI SCHOEPFII *de Iuris Germanici facie a primis Gentis temporibus ad nostram vsque ætatem & speciatim de iure Lubecensi*, qui etiam ad Statuta reliquarum Ciuitatum, præcipue Hanseaticarum, quæ Iure Lubecensi vtuntur, poterit inseruire. CASPAR SCHMIDTIVS edidit *Commentarium in Ius Prouinciale Bauaricum*, *Monachii 1695. f.* tribus Voluminibus, quorum primo Commentarium ad Processum summarium & edictalem in Bauaria vsitatum dedit, altero Ius municipale Bauaricum a Tit. I. ad XX. illustrat; tertio de eodem Iure a Tit. XXI. ad XLIX. & finem vsque operose commentatur. Elegans viri eruditissimi IOANNIS HEVMANNI est *Specimen prodromon explanationis antiqui libelli Iuris Bauarici, Altorfii 1739. 4.* quod deinceps longe auctius cum Codice ipso omnique interpretatione retulit in *Opuscula* eius *Norimbergæ 1747. 4. mai.* excusa a *p. 11.* vsque ad *p. 289.* Sic etiam habemus MATTHIÆ SLVTERI *Historisch- und Rechts- gegründeten Tractat von denen Erben in Hamburg*, *Hamburg 1698.* 4.

Collationes & differentiæ Iuris Ciuilis, Canonici, Criminalis & Cameralis.

§. CXVI. His subiungimus eos, qui Collationes & Differentias Variorum Iurium exposuerunt. *Collationem* quidem *Iuris Canonici & Ciuilis* dedit IOANNES OLDENDORPIVS, *Francofurti 1697. 8. Concordiam Iuris Pontificii cum Cæsareo* FRANCISCVS VALENS, *Parisiis 1654. f. Concordiam discordem vtriusque Iuris* CAROLVS de MANSFELD, *Luxemburgi 1619. 8.* De *Differentiis Iuris Canonici & Ciuilis* HENRICVS CANISIVS, IACOBVS BRANDMVLLERVS, *Basileæ 1600.* 4. HENRICVS HAHNIVS de *differentiis Iuris Ciuilis & Canonici*, *Helmstadii 1667.* 4. adiectæ nouis Editionibus Institutionum Iuris Ecclesiastici *Ioannis Schilteri.* Extant etiam CONRADI RITTERSHVSII *Differentiæ Iuris Ciuilis & Canonici*, *Argentorati 1668.* 4. & quæ cum eo extant *Differentiæ* GEORGII LAVTERBECKS, IOAN. EMERICI a ROSBACH *Francofurti 1625. 8. Argentorati 1638.* 4. & THEODORI STREITMANNI. Non contemnendum est scriptum postumum licet IOANNIS FRIDE-

RICI

RICI BOECKELMANNI de *Differentiis Iuris Ciuilis & Canonici hodierni*, quod cum adnotationibus eruditis edidit CORNELIVS van ECK, *Traiecti 1694. 8.* Recusum est cum Not. EVERARDI OTTONIS, qui IOACHIMI HASSÆI *Differentias Iuris ciuilis & canonici* adiecit *Traiecti ad Rh. 1737. 8. mai.* Nimis breuia sunt; quæ BERNARDVS HENRICVS REINOLDVS inaugurali dissertatione exhibuit, sub titulo: *de suspectis quibusdam Iuris ciuilis & canonici differentiis, Vltraiecti 1705. 4.* Facit huc ex parte IO. PAVLVS WINDECK de *Theologia Iure-Consultorum, Coloniæ 1604. 4.* qua varia Romana Ecclesiæ dogmata ex Canonibus & traditione veteris Ecclesiæ & Iustiniani Legibus comprobare contra Protestantes conatur. In posteriori Libro præcipuos casus recenset, in quibus Canones Pontificii & Iura Ciuilia conueniant aut dissideant, multaque tractantur de Iurisdictione Ecclesiæ. *Differentias Iuris Ciuilis & Criminalis* explicauit HIERONYMVS BVCCARONIVS. *Differentias* vero *inter Ius Commune & Feudorum* illustrauit IOAN. de S. BLASIO. *Iuris Ciuilis & Cameralis Differentias* collegit CHRISTOPHORVS SCHWANEMANNVS, *Francofurti 1620. 4.*

§. CXVII. *Differentias Iuris Ciuilis & Saxonici* exhibet Scriptum aliquod ANONYMI, quod olim magnæ fuit autoritatis, cui titulus; *Differentiæ aliquot Iuris Ciuilis & Saxonici iam tertio auctæ & locupletatæ per D. R. B.* virum vti in titulo audit, Iuris Saxonici peritissimum, *Coloniæ 1573. 8.* & *ibidem 1582. 8.* Meliores & magis ad Praxin sunt accommodati *Differentiarum Iuris Ciuilis & Saxonici* Libro Duo, quorum prior vulgo adscribitur LVDOVICO FACHSIO; posterior BENEDICTO REINHARDO, editore *Leopoldo Hackelmanno, Ienæ 1595. 8.* & CHRISTOPHORVS ZOBELIVS, *Lipsiæ 1610. 4.* qui non solum ea, mutato tamen ordine, habet, quæ in FACHSIO & REINHARDO reperiuntur, sed etiam varias Scabinorum Lipsiensium sententias, adiectas, ita, vt Iuris antiqui quoque habeat rationem. Fachsii & Reinhardi differentias plerum-

Collationes & Differentiæ Iuris Ciuilis & Saxonici.

rumque in Germanicum sermonem transtulit GEORG. SCHWARZKOPF, *Helmstadii 1586. 8.* Optimae quas sub LVDERI MENCKENII Iurisconsulti Lipsiensis tum Principis nomine elaborauit B. MICHAEL HENRICVS GRIEBNER sunt *Differentiae Iuris Communis & Saxonici*, quae HVBERI praelectionibus *Lipsiae 1707. 4.* recusis, vtiliter fuerunt iunctae. Dissensum inter *ICtos Electorales & Ducales* IOAN. STRAVCHIVS singulari scripto est persecutus, quod eiusdem dissertationibus est praefixum. IOANNES SCHILTERVS etiam in Indice, Commentario suo ad Pandectas subiecto, plures dissensus demonstrauit. Addimus *Ius Saxonicum discrepans, siue Differentias Iuris Canonici Electoralis & Communis, secundum Ordinem Constitutionum Electoralium Saxonicarum digestas, Francofurti 1682. 4.* iterum *Gothae 1724. 4.* quorum Compilator IOANNES CHRISTOPHORVS NEHRINGIVS.

Collationes & Differentiae Iuris Prouincialis Germanici cum Iure Ciuili.

§. CXVIII. Diuersarum *Germaniae* Prouinciarum Iura cum *Iure Romano* plures contulerunt. HENRICVS COCCEIVS de *Differentiis Iuris Ciuilis & Marchici*, egit, *Francofurti 1712. 4.* & alia CHRISTIANI WILDVOGELII de *praecipuis Iuris Marchici a Saxonico differentiis, Ienae 1712. 4. Collationem Iuris communis & Brunsuico-Luneburgici* Diss. exhibuit GEORGIVS ENGELBRECHT, *Helmstadii 1703. 4. Differentiae* praecipue *Iuris communis & Brunsuicensis* Dissertatione propositae a B. IOANNE PAVLLO KRESSIO, *Helmstadii 1740. 4.* PETRVS RVDOLPHVS DEMERATH *Fasciculum* edidit *Differentiarum Iuris Communis & Francorum, vulgo des Land-Rechtens Herzogthums Francken:* adiunctae sunt nonnullae S. Rom. Imp. quorundam Regnorum, ditionum & ciuitatum Constitutiones, *Herbipoli 1666. 12.* HIERONYMVS WVRFBEIN Tractatum edidit de *Differentiis Iuris Ciuilis & Reformationis Noricae, Noribergae 1666. 8. Differentias Iuris Ciuilis & Lubecani* ex Meuiano Commentario excerpsit FRIDERICVS MOVIVS, *Sedini 1666. 12.* & qui praecipuus est ANDREAS BILDERBECK in Dissertatione de *Differentiis Iuris Lubecensis patrii* a communi

muni Romano quam sub præsidio LYNCKERIANO habuit *Giessæ 1672. 4.* Sub Præsidio ANDREAE HOMBORGII propositæ *Differentiæ Iuris communis & statutarii Hildesiensis, Helmstadii 1709. 4.* Præside IOANNE ZACHARIA HARTMANNO exhibitæ *Differentiæ Iuris Pomeranici & Prouincialis Rugiani*, a CHR. NIC. HELWIGIO, *Kiliæ 1730. 4.* EHRENFRIED KLOTZ *Differentias* scripsit *Iuris Ciuilis & Reformationis Francofurtensis, Francofurti 1682. 4.* WOLFGANG ADAMVS LAVTERBACH *Differentias* principes *Iuris Communis & Prouincialis Würtenbergici* trinis Disputationibus exhibuit *Tubingæ 1661. 4.* FERDINANDI CHRISTOPHORI HARPPRECHTI *Differentiæ Iuris communis & Würtenbergensis* editæ *Tubingæ 1705. 4.* Eiusmodi *Differentias Iuris communis & Würtembergici* binis Dissertationibus conduxit WOLFGANGVS ADAMVS SCHOEPFF, *Tubingæ 1719.* & *1733. 4.* IOANNIS IACOBI SCHERZ Diss. binæ de *Iuris statutarii Argentinensis & Iuris ciuilis Differentiis, Argentorati 1711. 1712. 4.* & IOA. GODOFREDI STOESSER *Diff. Iuris statutarii Argentinensis & iuris ciuilis Iustinianei in materia concursus creditorum* editæ, *ibid. 1732. 4.* De *Iuris Romani & Boioarici Differentiis quoad Processum edictalem, vulgo Land-Proceß* egit IOAN. LVDOVICVS & IOAN. HENRICVS HERWARTVS, *Ingolstadii 1652. 4.* Melior tamen est IOAN. FRANCISCVS BALTHASAR, qui *Resolutionem Iuris Ciuilis & Bauarici* scripsit *partibus IV. Monachii 1651.* & *60. Vlmæ 1663. 4.* FERDINANDI CHRISTOPHORI HARPPRECHTI habemus *Differentias Iuris communis & Prouincialis Marchico-Badensis, Tubingæ 1691. 4. Specimen Differentiarum Iuris Ciuilis Romani & Statutarii Liberæ S. R. I. Reipublicæ Vlmensis*, Dissertatione Academica dedit IOANNES IACOBS, *Ienæ 1680. 4.* CONRADI LVDEKING extant *Diff. Iuris communis & Holsatici, Rintelii 1717. 4.* *Ius Prouinciale Dithmarsorum*, cum Iure diuino, Romano, Teutonico, in primis Saxonum & prouinciarum mari Balthico conterminarum conferre instituit HENRICVS GISEBERTVS in *Periculo*

Statutorum Harmonico-Practico, cuius pars prima & secunda prodiit *Hamburgi 1652. 4.* GEORGII ENGELBREGHTI *Differentiæ Iuris communis & Dithmarsici*, *Helmstadii 1672. 4.* Hisce adiungi potest PAVLI KOCHII *Specimen Collationis differentiarum Iuris Romani, Saxonici, Bremensis & Hamburgensis*, *Oldenburgi 1679. 12.* & *Bremæ 1684. 4.* *Differentiæ Iuris statutarii Zittauiensis* in Lusatia superiore expositæ sub Præsidio HENRICI BODINI *Halæ 1707. 4.* *Differentiæ Cygneensium Statutorum & Iuris Romani ac Saxonici*, Præs. CAROLO OTTONE RECHENBERGIO dedit CAROLVS GOTTLOB VOGEL, *Lipsiæ 1734. 4.* *Singularia Statutorum Municipalium Bitterfeldensium in Materia Successionis capita* sistens Diss. Præside GEBHARDO CHRISTIANO BASTINELLERO edita *Vitembergæ 1746. 4.* BODINO Præside propugnatæ: *Differentiæ Iuris communis & Iuris statutarii Reipublicæ Mindensis circa delationem hæreditatis ab intestato*, *Rintelii 1688. 4.* Prodromum magni operis exhibent B. IOANNIS PETRI de LVDEWIG *Differentiæ Iuris Romani & Germanici*, *Halæ 1712. 4.* Vbi perillustris Autor in Præfatione Scriptores de Differentiis Iurium iuxta diuersas prouincias tam in genere, quam in specie, non tantum recenset, sed etiam breue iudicium de singulis addit; In Opere ipso laboriosissimo insignisque vtilitatis primum Prooemium Institutionum tangit, & occasione illius quasdam Differentias Iuris Romani & Germanici multa eruditione ostendit. Progressus inde singularibus Dissertationibus Academicis ad Differentias Iuris Romani & Germanici in *Tutelis Testamentaria*, *Legitima*, *Maternis*, *Attiliana*, *in fructuum attributione*, *in primis Tutelæ fructuariæ*, *in Mutuo*, *Successione Coniugum*, *diffortium Liberorum* quæ Commentationes, inter Opuscula forma Dissertationum Viri iunctim edita, comparent. His alias Differentias addidit, quæ singulatim prostant.

Collationes & differentiæ Iurium

§. CXIX. Inter eos, qui *Exterorum Iura* cum Romano conferunt, habemus etiam varios, e quibus vsus Iuris Ciuilis, qui in diuersis Europæ Regnis adhuc

huc supereſt, facile patebit. IOANNES de ARNONO *Differentias* edidit *inter Ius commune vtrumque & inter Ius Regni Neapolitani ac Siciliæ*, *Venetiis 1535. f. Coloniæ 1598. f.* *Iuris Gallici & Romani collationes ac differentias* ſcripſit IACOBVS BVCHERELLVS, *Pariſiis 1577. 12.* De *differentiis Iuris Romanorum ac Longobardorum*, egit IVLIVS CAMILLVS FERRETVS. *Collationem Iuris Hiſpanici cum Romano*, ANTONIVS GOMEZIVS edidit *Francofurti 1617. f.* *Antinomias* vero *Iuris Hiſpanici & Romani* IOAN. BAPTISTA a VILLALOBOS, *Salmanticæ 1596. 4.* Sic etiam de *iisdem differentiis* egit MICHAEL MVNOZ, *Hiſpali 1556. 4.* De *differentiis* vero *Iuris Communis & Bohemici* CHRISTIANVS KYBLIN a WAFFENBVRG, *Pragæ 1664. 8.* *Collationis Iuris Romani & Hungarici* Speciem exhibet IOANNES OTTO TABOR inter Opera eius Vol. I. edita *Lipſiæ 1688. & 1718. f.* cui iungenda IOANNIS IONY Diſſertatio *de Vſu & Auctoritate Iuris Romani in Hungaria circa Doctrinam de Patria Poteſtate*, Præſide CASPARE ACHATIO BECKIO ICto eleganti, *Ienæ 1717. 4.* propoſita, qua differentias vtriusque Iuris, in argumento quod percolendum ſumpſit, declarat. Collationem *Iuris Romani cum Iure Boruſſico* exhibet CHRISTIANVS THOMASIVS in *Diſſertatione de Vſu Iuris paterni Romanorum ſecundum mores Germaniæ & Ius Boruſſicum reuiſum*, *Halæ 1694. 4.* Addatur CHR. WEGNERI de *Differentiis Iuris Ciuilis & Prutenici* Diſſertatio, *Regiomontii 1640. 4.* exterorum cum Iure Ciuili.

§. CXX. Fuere etiam alii, qui *vſum Legum modernarum* monſtrant, & quid *legibus* vel *abrogatum*, vel conſuetudine introductum, exponunt. Egerunt illud præ cæteris SIMON a GRONEWEGEN de *Legibus abrogatis & inuſitatis in Hollandia*, *Nouiomagi 1677. 4.* quem ad Germaniæ quoque fora cogunt, diſpari tamen ratione. Idem etiam egit pleniori adhuc adparatu SIMON van LEVWEN, in *cenſura forenſi theoretico-practica*, quæ altera parte auctior prodiit *Amſtelodami 1678. f.* Editio *Tertia Amſtelodami 1685. f.* & Scriptores qui de Legibus abrogatis & vſu hodierno egerunt.

Quarta prioribus longe emendatior, & ex auctoris autographo locupletior procurata a GERARDO de HAAS, qui obseruationes suas adiecit, *Lugduni Batauorum 1741. f.* & CYPRIANVS REGNERVS ab OOSTERGA in *censura Belgica, Traiecti 1669. 4.* edita. *Censuram Gallicam in Ius Ciuile Romanorum* scripsit BERNARDVS AVTVMNVS, *Parisiis 1616. 8.* Melior vero & rarus est Tractatus PHILIBERTI BVGNYONII de *legibus abrogatis & inusitatis in regno Franciae, Lugduni 1574. 8.* & *cum additamento* LIBERTI FRANCISCI CHRISTIANAEI, *Bruxellis 1671. 4.* quibus etiam Belgii aliorumque regnorum leges abrogatae, vel vsu receptae, demonstrantur. De *Iure Nouissimo* egit PETRVS GVDELINVS, *Arnhemii 1661. 4.* quo quid Nouellis immutatum, tradit. Optimum vero hac in parte scriptum est iam supra laudatum SAMVELIS STRYKII *Specimen Vsus moderni Pandectarum ad V. Libros priores, Francofurti 1690. 4.* quo plures Leges pro abrogatis ab aliis habitas, vindicat. Accessit: *Continuatio Vsus moderni Pandectarum a Libro VI. vsque ad XIII. Halae 1704.* 4. Porro Eiusdem *Continuatio* ad Librum XXII. vsque *Halae 1710.* 4. Post mortem illustris Auctoris curantibus IVSTO HENNINGIO BOEHMERO, atque IACOBO FRIDERICO LVDOVICI ICtis excellentissimis, praefixoque IOAN. SAMVELIS STRYKII, vnici B. Auctoris Filii, nomine, reliqui Pandectarun Libri illustrati prodiere. Opus vtilissimum, integrum, ex Editione III. *Halae 1716. 1717.* & *1738.* 4. lucem adspexit, cuius subinde Tomi recuduntur. Sic etiam ad vsum & auctoritatem Iuris Germanici egregie facit IOANNIS SCHILTERI *Praxis Iuris Romani in foro Germanico* de qua iam supra dictum. Addi potest CHRISTIANI THOMASII *Dissertatio de vsu actionum poenalium Iuris Romani in foris Germaniae; Halae 1693.* 4. idemque illustris Auctor in *Vindiciis Corollarii de exiguo Pandectarum vsu in foris Germaniae*, quae *1692.* prodierunt & iam Tractatui de Naeuis Iurisprudentiae Iustinianeae sunt adiectae.

* *

CAPVT OCTAVVM DE SCRIPTORIBVS QVI HISTORIAM IDEAS SYSTEMATA VEL CONTROVERSIAS IVRIS EDIDERVNT.

§. I.

Historiæ Iuris Naturalis & Gentium.

Qui *Historiam Iuris Naturæ & Gentium*, cuius ex fonte humanæ omnes Leges profluxerunt, condidere, sequentes, qui data id egerunt opera, nobis sunt cogniti, quos hoc loco indicamus. Primus ni fallor, fuit IACOBVS FRIDER. LVDOVICI ICtus Halensis postea Giessensis, qui *Delineationem Historiæ Iuris Diuini, Naturalis & Positiui Vniuersalis* edidit *Halæ 1701. 4.* quæ multæ omnino est frugis, atque ex *Editione II.* auctiori longe & emendatiori prodiit *Halæ 1714. 8.* Eodem tempore summus Theologus IOAN. FRANCISCVS BVDDEVS, breuem quidem ast elegantem, multo iudicio & selectu concinnauit *Historiam Iuris Naturalis*, Philippi Reinhardi Vitriarii primum institutionibus Iuris Naturæ & Gentium, præmissam, inde auctam & continuatam, quæ iam in fronte Selectorum Iuris Naturæ & Gentium *Halæ 1701.* & *1717. 8.* iterata Editione euulgatorum, comparet, omnibusque debet esse commendatissima. *Paulo Pleniorem Historiam Iuris Naturalis* dedit, de hoc Iure insigniter meritus, CHRISTIANVS THOMASIVS, *Halæ 1719. 4.* eademque huius Iuris fata a primis temporibus ad nostra vsque tempora, egregie libereque exposuit multaque singularia de controuersiis recentiori æuo, Pufendorfio cumprimis motis, attulit, Epistolasque summorum Virorum hisce de concertationibus ad Boineburgium scriptas adiecit easdemque notis & obseruationibus lectu dignis illustrauit. Plena egregiarum obseruationum illustris viri ADAMI FRIDERICI GLAFEY, *vollstændige Geschichte des Rechts der Vernunfft, nebst einer Bibliotheca Iuris Naturæ & Gentium, Leipzig 1739. 4.* cuius

cuius primæ lineæ præmissæ erant Viri celeberrimi *Vernunfft-und Völcker-Rechts* binis prioribus editionibus *Francofurti 1723. & 1732. 4.* Emendationes & supplementa procurauit ad hunc librum CHR. FRID. GEORGIVS MEISTERVS sub titulo: *Ausbesserungen und Zusætze zu s. t. Herrn Hof-Rath Glafeys Bibliothecam Iuris Nat. & Gentium, Göttingen Erstes Stück 1740. 4. Anderes Stück, 1741. 4.* Post ea laudatus MEISTERVS ipse exstruere cœpit *Bibliothecam Iuris Naturæ & Gentium*, cuius Pars I. *ibid. 1749.* in *8.* prodiit. Quæ restant ea adhuc exspectantur. Addi possunt doctissima Prolegomena IOAN. BARBEYRACII Versioni Gallicæ Operis maioris Pufendorfiani præmissa, quæ insignem *Historiæ Iuris Naturalis* adferunt lucem. Compara celeberrimi Viri GOTTLIEB STOLLII *Anleitung zur Historie der Gelebrsamkeit*, edit. nouiss. *Ienæ 1736. 4. Part. III. Cap. II.*

Scriptores Historiæ Fori Romani.

§. II. Inde ad eos qui originem & progressum *Iuris Romano-Iustinianei*, cuius a multis iam Sæculis maxima fuit celebritas, exposuere, progredimur. Horum autem diuersas habemus Classes, cum alii ad Titulum de Origine Iuris fuerint commentati, alii originem & progressum Iuris Romani exposuerint; alii Irnerii errores vel examinauerint, vel eundem defenderint; alii Historiam Iuris Germanici, vel aliarum Gentium, & vsum atque auctoritatem Iuris Ciuilis tradiderint. Inter illos, qui *Forum Romanum* illustrant, primo loco nominari meretur CAROLVS SIGONIVS, qui *de Iudiciis* Libros III. scripsit, ediditque *Parisiis 1576. f. Francofurti 1593. f. ap. Wechel. & Hanouiæ 1609. f.* quos etiam Tomo secundo Thesauri Antiquitatum inseruit GRAEVIVS & *Tomo V.* Operum iunctim *Mediolani 1736. f.* editorum V. C. PHILIPPVS ARGELATVS. Tripartitum fecit Opus, & primo loco egit de Iudiciis priuatis, altero de publicis, tertio demonstrauit quem ad modum ipsa populi Iudicia habita. Omnia igitur Iudiciorum substantialia exponit, de iudice, actore & reo agit, actiones item, earumque formulas accurate persequitur, leges etiam, quæ ad iudiciorum faciunt

faciunt explicationem, rite explicat. Post Sigonium commendandus est FRANCISCVS POLLETVS, in *Historia Fori Romani instituta & illustrata, Duaci 1573. 8. Lugduni 1587. 8.* & *Francofurti 1676. 8* & in Thesauro Iuris Ciu. EVER. OTTONIS. Labor est egregius in quinque libros distributus, quorum priori ipsum forum constituitur, altero de aduocatis, caussidicis & horum classibus agitur, tertius magistratibus, quartus accusatoribus & reis est relictus. Quintus actionibus & formulis iudiciorum priuatorum erat destinatus, quem auctor cœpit quidem, non autem absoluit. Hinc gener ipsius PHILIPPVS BROIDAEVS eundem librum ad finem vsque perduxit & prioribus corollaria subinde subiecit. GEORGIVS OBRECHTVS *adumbrationem* dedit *Processus in Foro Romano*, *Argentorati 1585. 4.* sed perbreuem istam, atque in haut paucis fallentem. Varia ad hoc argumentum pertinentia erudite obseruauit IACOBVS RAEVARDVS *Protribunalium Libro singulari, Burgis 1569. 8.* & *Francofurti 1601. 8.* atque inter Opera Viri edito. In primis æstimanda est CHRISTOPHORI CELLARII Iunioris, Dissertatio Inauguralis sistens *Processum Iuris Romani antiquum*, quæ præside SAMVELE STRYKIO, *Halæ 1701. 4.* est proposita.

§. III. Ad Titulum de *Origine Iuris* habemus Commentarium MARCI ANTONII MVRETI cum catalexi VENTVRAE CAECI *Bononiæ 1563. 4. Francofurti 1601.* ANTONII GARRONIS *Basileæ 1543. f.* atque studio *Cunradi Thomæ Bœne*, qui Notulas quasdam adiecit *Bremæ 1624. 1631. 12.* IOANNIS LAVTERBACHII, *Lipsiæ 1606. 4.* IACOBI CVIACII, *Coloniæ 1598. 8.* GEORGII EBERLINI, *Wittebergæ 1513. 1672. 4. & Henricopoli 1595. 4.* Sed optimi sunt GERARDVS COCCEIVS, *Grœningæ 1660. 12.* eruditissimus CHRISTOPHORVS ADAMVS RVPERTVS, *Noribergæ 1661. 12.* & præcipue GERARDVS van der MVELEN, qui in POMPONII Enchiridion scripsit *Exercitationes* eruditas, *Traiecti 1691. 8.* Egregiæ quoque sunt WILHELMI van der MVELEN *Exercitationes*

Commentatores ad tit. de Origine Iuris.

tiones ad L. 2 de Orig. Iur. & omnium Magistratuum & Successione Prudentium, Vltraiecti 1691. 8. quae etiam Exercitationibus ipsius in Titulum *de Iustitia & Iure* additae prodierunt *Traiecti ad Rhenum* 1723. 4. Summus Vir elegantissimusque ICtus CORNELIVS van BYNKERSHOECK Opusculis suis varii Argumenti *Lugduni Batauorum* 1719. 4. & *Halae* 1729. 4. iunctim editis primo loco *Praetermissa ad L. 2. de Origine Iuris*, inseruit, quibus erudita & egregia multa continentur. Vtili instituto *Opuscula ad Historiam Iuris & maxime ad Pomponii Enchiridion illustrandum pertinentia* collegit V. C. IOANNES LVDOVICVS VHLIVS, quae Praefatione de *Sexto Pomponio* ornauit B. IOANNES GOTTLIEB HEINECCIVS, *Halae* 1735. 4. in qua compilatione legas: IACOBI CVIACII *Notas ad L. 2. de Orig. Iur.* RVPERTI *Animaduersiones in Enchiridion Pomponii;* CORNELII van BYNKERSHOECK *ad L. 2. de Origine Iur.* atque CHRISTERIDI WAECHTLERI *Recensionem praetermissorum*, magnam partem iam recensita. Cum his conferri potest WERNERI THEODORI MARTINI Dissertatio de *Iure Ciuili Romano ante Iustiniani tempora, vel sub Regibus, vel Magistratibus liberae Reipubl. vel Imperatoribus condito, Wittebergae* 1674. 4. Atque ista quidem ad ipsam Tituli & L. 2. π. de Origine Iuris faciunt explicationem, licet plenior omnino Notitia petatur ex Scriptoribus Historiae Iuris. (*)

Scriptores qui ad Historiam Iustiniani Imp. faciunt.

§. IV. Saepius in Iure Romano mentio fit IVSTINIANI Imperatoris, quare etiam ipsius Historia & de eadem Scriptores erunt considerandi. Inter antiquiores primas fert PROCOPIVS Caesariensis (**) qui *Historiarum sui temporis* s. de *Rebus Iustiniani* Libros Octo conscripsit, quos *graece* solum edidit DAVID HOESCHELIVS *Augustae Vindelicor.* 1607. *f.* quorum-

(*) Compara *Historiam Iuris Struuianam, Prolegomenis* §. *VII. & VIII.*

(**) Adde omnino *Historiam Iuris Struuianam, Prolegomenis* §. *XIX.*

rumque editio est optima, quæ *græce* & *latine*, interprete CLAVDIO MALTRETO cum eiusdem variis lectionibus atque emendationibus prodiit *Parisiis ex Typographia Regia 1662. f.* His autem *octo* libris *nonum* postea supplementi quasi loco addidit, quem Ἀνέκδοτα inscripsit. Primus hæc Ἀνέκδοτα s. *Historiam Arcanam* ex MSCto protulit NICOL. ALEMANNVS, *Lugduni*, sumptibus *Andreæ Brugiotti* Bibliopolæ Romani *1623. f.* recusa cum eiusdem Opere de *Ædificiis Iustiniani Imperatoris*, *Parisiis in Typographia Regia 1663. f.* Hac arcana Historia narrat PROCOPIVS, quæ scelerate a *Iustiniano* ac *Theodora* fuerint gesta. Iniurius tamen videtur in Iustinianum, cum ex odio multa scripserit, quæ veritati minus videntur esse consentanea, licet in ambitione, auaritia & ruditate Imperatoris non adeo videatur a veritate esse alienus. Quamuis autem Alemannus pro defendenda Procopii veritate collatis aliorum Scriptorum locis adlaboret, eandem tamen in dubium vocauit THOMAS RIVIVS in *defensione Iustiniani contra Alemannum*, *Francofurti 1628. 8.* iterumque *Helmstadii 1654. 4.* cura IOANNIS EICHELII. Idem prolixius fecit nominatus EICHELIVS in *Apologia* sua & *Animaduersionibus in Procopium*, quæ cum ipso Procopii textu & RIVII defensione prodierunt, *Helmstadii 1654. 4.* Totus in defendendo Iustiniano est EICHELIVS, nec tamen vbique satis feliciter. Contra eundem *Procopium* egit quoque GABRIEL TRIVORIVS in *obseruatione apologetica ad inscriptionem orationis ad Antecessores Digestis Iustiniani præpositæ*, *Parisiis 1631. 4.* & in EVERARDI OTTONIS *Iuris Romani Thesauro*, *Tom. I. p. 197.* Hac multa illustrat, quæ ad vitam Iustiniani (*) faciunt, cauillationibus Procopii sæpius respondet. IOANNES quoque CHIFLETIVS *Apologeticam Dissertationem* scripsit de *Iuris vtriusque Architectis*, *Iustiniano*, *Triboniano*, *Gratiano* & *S. Raymundo*, quæ edita est *Antwerpiæ 1651. 4.* nec non in *Thes. Iur. Rom.* OTTONIANO *T. I. p. 161.* Hos igitur contra diuer-

V 5 sorum

(*) *Historia Iuris Struuiana*, *Prolegomenis §. XX.*

sorum iniurias defendit, eosdemque minime esse sugillandos concludit. FRANCISCVS BALDVINVS in *Iustiniano*, qui *Geneuae 1596. 8.* & *Basileae 1560. 8.* per *Io. Oporinum* prodiit, *Halae & Lipsiae 1728. 8.* cum Praef. B. N. H. GVNDLINGII Historiam omnium illarum Constitutionum, quae a Iustiniano sunt publicatae, explicauit. HVBERTI GIPHANII, FRANCISCI GVINETI Commentarii de *Iustiniano*, cura CHRISTOPHORI ARNOLDI prodiere *Noribergae 1665. 12.* GVINETI alias Liber sub Elogio: *Iustinianus Magnus Parisiis 1628. 8.* formis est excusus. AEGIDII PERRINI de vita *Iustiniani*, *Parisiis 1576.* Facit huc etiam ex parte ARNOLDI CORVINI a BELDEREN *Imperator Iustinianus, Magnus, Catholicus, Augustus Triumphator, Moguntiae 1668. 12.* Hos omnes & rerum memorabilium copia & studio defendendi *Iustinianum* atque *Theodoram* A. A. superauit Dn. IOANNES PETRVS de LVDEWIG *Vita Iustiniani M. Halae 1730 4.* quibus in Commentariis apparatum variae lectionis merito omnes laudant. V. C. IOAN. FRIDERICVS IVGLERVS eleganti libello de *Eruditione Theodorae Augustae*, qualem ipsi tribuit perillustris de LVDEWIG suauissime egit *Hamburgi 1742. 4.* *Nomothesiae Theodorae Imperatricis* Specimina quaedam docto Programmate proposuit illustris ab ENGELBRECHT *Gryphiswaldiae 1736. 4.* *Iustiniani* & *Triboniani* quoque vindicem felicem egit quod ad legislationem & corporis Iuris compositionem attinet B. IOANNES GOTTLIEB HEINECCIVS pulcra illa Praefatione, qua editionem *Corporis Iuris Ciuilis* exornauit, quae *Halae s. Lipsiae 1735. 4.* formis expressa, extat quoque in *Opusculis* Viri *minoribus p. 218.* De *Paganismo Triboniani;* extat Diss. IOAN. ANDREAE HELWIGII, *Gryphiswaldiae 1728. 4.* *Emblemata Triboniani* in Corpore Iuris studiose indagauit IOANNES IACOBVS WISSENBACHIVS in *emblematibus Triboniani*, quae iterum cum V. C. IOAN. WYBONIS *Triboniano ab Emblematibus* WISSENBACHII *liberato* edidit doctissimus VHLIVS *Halae 1736. 8. mai.*

Prae-

Præfationem cultissimam præmisit B. IO. GOTTL. HEINECCIVS. Adde consultissimi MEISTERI Commentationem *de principio cognoscendi Emblemata Triboniani 1745. 4.* B. GVILIELMVS HIERONYMVS BRVCKNERVS duobus Programmatibus curiose inuestigauit vno: an *Iustinianus Imp. fuerit vxorius, Ienæ 1705. 4.* altero: *an Iustinianus recte vsurpauerit titulos Germanici & Alemannici, Ienæ 1709. 4.* CONRADVS vero SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS Dissertatione proposuit: *Iustinianum Orthodoxum, Witteberga 1682. 4.* GEORGII RICHTERI extat lectu digna oratio de *arcanis Aulæ Iustinianeæ, Altorfii 1651. 4.* habita, quæ præmissa est EIVS *Epistolis selectioribus, p. 49.* seq. Vtrum iure culpandus sit TRIBONIANVS, *quod in componendis Pandectis ethnicorum hominum scripta compilauerit?* Disquisitio breuis prostat V. C. IOACHIMI SCHWARZII *Lugduni Batauor. 1737. 4.* proposita, qua *Tribonianum* aduersus suos obtrectatores defendit, multa tamen erudite monuit aduersus hanc defensionem I. H. B. L. siue doctissimus IACOBVS HENRICVS BORNIVS Lipsiensis, *Animaduersionibus* in hanc *Schwarzianam* Disquisitionem, *Lipsiæ 1737. 4.* editis.

§. V. Primus, qui *Historiam Iuris Romani* scripsit quem noui, est AYMARVS RIVALLIVS in *Historia Iuris vtriusque, Moguntiæ 1533. & 1539. 8.* atque in Tomo Primo *Tractatus Tractatuum.* Potissimum RIVALLII institutum est, vt, postquam breuiter Reipublicæ statum exposuisset, in Leges duodecim Tabularum commentetur, & leuem quandam de reliquis Romanorum legibus, principum decretis & Iureconsultis antiquis notitiam præbeat. Hunc secutus est DAVID CHYTRÆVS, Theologus celeberrimus, cuius extat *Oratio de Iuris prudentiæ Romanæ origine, & studio Iuris recte inchoando 1585. 8.* & in *Orationibus* Eiusdem *Hanouiæ 1614. 8.* iunctim excusis *p. 254. seq.* Breuis est Historia legum Romanarum, cui in fine subiicitur Iurisprudentiæ Romanæ chronologia. VALENTINVS FORSTERVS in *Historia Iuris Ciuilis, Moguntiæ 1607.* 4. &

Scriptores Historiæ Iuris Romani.

4. & quartum ex Auctoris defuncti autographo correctior cura filiorum *Valentini Guilielmi Forsteri* & *Caroli Forsteri*, *Helmstadii 1609. 8.* inde *Moguntiæ 1615. 4.* edita, non solum originem & progressum Iuris, sed etiam Historiam Iureconsultorum exponit. Parum tamen est accuratus, a Conrado Rittershusio etiam plagii accusatus. Hos excipiunt THOMAS LINDEMANNVS, in *Historia Iuris Romani, Rostochii 1627. 4.* HENRICVS RAHLA, de *origine & progressu Iurisprudentiæ Romanæ*, *Franekeræ 1641. 8.* DANIEL KAYSER in *Historia Iuris Ciuilis*, *Feudalis*, *Canonici & Publici*, *Coburgi 1693. 4.* FRANCISCVS BROEVS in *breui totius Iuris Chronologica Historia*, quæ Expositionibus ipsius in Institutiones *Mussi-Ponti 1622. 4.* impressis, est præmissa. Sic etiam WOLFGANGVS FREYMONIVS *Symphoniam* scripsit *Iuris vtriusque Chronologicam*, *Francofurti 1584. f.* in qua perpetua serie, secundum Olympiades, annos vrbis conditæ, annos a nato Christo, Iureconsultos & Leges præcipuas enumerat, licet non vltra Iustiniani tempora procedat. MARTINVS LIBERGIVS *vniuersæ Iuris Historiæ Descriptionem* dedit *Pictauii 1567. 4.* Breuis quidem, ast accuratus est IACOBVS GOTHOFREDVS in *Manuali Iuris*, multoties edito, *Genuæ 1654. 12.* nouissime *Franequeræ* cura WIELINGII & quæ cum eo prodiit IOSEPHI MARIÆ SVARESI *Notitia Basilicorum* ex editione vltima, *Amstelodami* apud Elzeuirios *1663. 12.* SVARESII *Notitia* singillatim edita *Romæ 1637.* extat quoque *Tom. I. Basilicorum* editionis CAROLI ANNIBALIS FABROTTI & IOAN. ALBERTI FABRICII *Bibliothecæ Græcæ T. XII.* inserta notisque illustrata. SIMONIS van LEVWEN libellus de *origine*, *progressu*, *vsu atque auctoritate Iuris Ciuilis*, *cum notis Vinnii* editus, *Lugduni Batauorum 1671. 8.* & *Ienæ 1697. 8.* recusus; quæ legum veterum, librorum Iuris & variarum editionum sit ratio, erudite persequitur. IOANNIS DOVIATII *Historia Iuris Ciuilis Romanorum*, *Parisiis 1678. 12.* qua origo & progressus Iuris Ciuilis, autoritas & vtilitas, tum etiam Iuris Iu-

stinianei

ſtinianei partes atque ordo partium demonſtantur; ſimulque Gallici Iuris origines illuſtrantur. *Hiſtoire de la Jurisprudence Romaine*, par ANTOINE TERRASSON *Pariſiis 1750. f. mai.* lucem vidit. Maioris omnino ſunt aſtimandæ GEORGII SCHVBARTI de *Fatis Iurisprudentiæ Romanæ exercitationes Academicæ, Jenæ 1696. 8.* his leges & legum actiones, atque magiſtratus Iuri dicundo præfectos, qui fuerunt ſub Regibus & libera Republica, erudite perſequitur, dolendumque profecto eſt labores viri eruditiſſimi priorum tantum Imperatorum tempora attigiſſe, longius autem non procedere. Egregius eſt IOANNIS VINCENTII GRAVINÆ de *ortu & progreſſu Iuris Ciuilis Liber*, quem Clementi XI. P. R. inſcripſit, atque edidit *Neapoli 1701. 8.* recuſus *Lipſiæ 1702. 8.* Iterata eademque locupletior editio prodiit *Lipſiæ 1708. 4.* Hæc non Librum primum ſolum continet, verum libros duos poſteriores, qui in priori editione non comprehendebantur. Primo quidem libro, ſtatum ciuitatis & Iuris Romani, huius originem atque progreſſum, qui fuit vsque ad reſtauratam per Irnerium Iurisprudentiam Iuſtinianeam, demonſtrat. De Iureconſultis etiam non Romanis ſolum, ſed illis etiam, qui poſt Irnerii tempora claruerunt, breuiter agit. Alter liber Iuris Naturæ & Gentium originem, legum etiam XII. Tabb. explicationem continet. Tertius Legibus & Senatus conſultis eſt deſtinatus. Fateor, elegans eſſe opus & reliquis facile præferendum; ob ſtyli etiam venuſtatem æſtimandum, in quo Hiſtoria Iuris Romani, quale fuit ante Iuſtiniani tempora concinne illuſtratur. Verum, parcus eſt in Iure Iuſtinianeo, parcus in Iure Græco, parcior in progreſſu Iuris poſt reſtaurationem, de quo nihil memorat, niſi quod de potioribus Iureconſultis aliqua proponat. Primordia Iuris Naturæ & Gentium, quæ altero libro aperiuntur, breuia ſunt atque ieiuna; melior explicatio Iuris Papiriani & LL. XII. Tabb. In legum etiam atque SCtorum explicatione prolixior eſt ac in earundem Hiſtoria. Noua Editio, cum variis emendationibus, adiecto Auctoris de Imperio Romano Tractatu,

ſtatu, Inci expoſita *Neapoli 1714. 4.* duobus Voluminibus, ad quam editionem ſuam recentiſſimam adornarunt Lipſienſes, quæ cum emendationibus quibusdam, Orationibusque & Opuſculis Grauinæ. Tres in Tomos diuiſa, *Lipſiæ 1717. 4.* eſt edita. Nouam editionem procurauit eandemque annotationibus quibusdam eruditis auxit Vir celeb. GOTTFRIDVS MASCOVIVS, *Lipſiæ 1737. & Venetiis 1739. 4.* Grauinam in multis ſecutus vel potius, additis variis obſeruationibus non omnino ad argumentum pertinentibus, gallice reddidit: CLAVDE IOSEPH de FERRIERE *Hiſtoire du Droit Romain, à Paris 1718. 12.* Epitomen operis Grauinæ ſcite dedit V. C. IOANNES SAMVEL HERINGIVS, cuius *Iurisprudentia Romana, orta, lapſa, reſtaurata ſecundum methodum* IANI VINCENTII GRAVINÆ *repræſentata*, edita eſt *Sedini 1728. f.* Ad Hiſtoriam Iuris mediæ ætatis faciunt potiſſimum Notæ Gothofredianæ ad Codicem Theodoſianum, vna cum adiecta Notitia dignitatum & Proſopographia.

Hiſtoriæ Iuris recentiores.

§. VI. Noſtra autem ætate, qua cum ſtudio iurium hiſtoriæ feliciter coniunguntur plures IVRIS HISTORIÆ in lucem productæ, principem forte locum ſibi vindicat primi huius Bibliothecæ Auctoris B. BVRCARDI GOTTHELFFII STRVVII *Hiſtoria Iuris, Ienæ 1718. 4.* qua Hiſtoriam Iuris Romani ſub Regibus, & Libera Republica, ſub Cæſaribus, Iuſtinianei, Græci, Gothici & Longobardici, Iuſtinianei inſtaurati, Germanici, Canonici, Feudalis, Criminalis, Publici, ordinate, accurate, dilucide, plene, additis obſeruationibus, quæ refertæ ſunt elegantiſſima eruditione, expoſitam videmus. Huic vtiliter adiungi poteſt CHRISTIANI GODOFREDI HOFFMANNI *Hiſtoria Iuris Romano-Iuſtinianei, Lipſiæ 1718. 4.* & ex *altera* inſigniter aucta *Editione, Lipſiæ 1734. 4.* Secutum *Volumen alterum, Lipſiæ 1726. 4.* qua doctiſſimus Vir, illuſtris CHRISTIANI THOMASII *Delineationem Hiſtoriæ Iuris Ciuilis*, quam & præmiſit, Notis & obſeruationibus perpetuis illuſtrauit, iisdemque Romani Iuris fata

a Ro-

a Romuli regno ad Iustiniani tempora, in quibus deficit, commemorauit, in primisque Legum Romanarum naturam, ortum & mutationes, næuosque indicauit, FRANCISCI præterea HOTOMANNI elegantissimum libellum, quem *Anti-Tribonianum* inscripsit, adiecit. *Thomasianam Delineationem* singulatim recensuit, Præfationem de *acquirenda Notitia Iurisprudentiæ literaria* præmisit, breuem *Historiæ Iuris Canonici, Feudalis & Publici Delineationem* addidit celeberrimus Vir RVDOLPHVS CHRISTOPHORVS HENNE, ICtus Erfurtinus, *Erfordiæ 1750. 4.* SAMVELIS REYHERI *Historia Iuris Vniuersalis, Lubecæ 1718. 4.* splendido Titulo exposita, inconditam farraginem adnotationum desultoria opera ea caussa a B. Viro collectarum, vt accedente ordine & selectu, recitationes de Historia Iuris instituentis memoriam adiuuarent, refert. Quarum editione memoriæ meritisque doctissimi dum in viuis esset Viri, insignem factam esse iniuriam cum aliis dolemus. Applausum eruditorum virorum & studiosæ iuuentutis iure acceperunt: B. IOANNIS SALOMONIS BRVNQVELLII *Historia Iuris Romano-Germanici*, quæ edita primum *Ienæ 1727. 8.* inde aucta multum & emendata *Amstelodami 1730. 8.* porro præmissa B. Auctoris Vita cura Dn. IOANNIS LVDOVICI VHLII *Amstelodami 1738.* & tituli plagula saltim mutata *ibid. 1740. 8.* recusa quoque *Francofurti ad Mœn. 1742. 8.* Eleganti stilo obseruationes fructuosissimæ leguntur in B. IOANNIS GOTTLIEB HEINECCII *Historia Iuris Ciuilis Romano-Germanici, Halæ 1733. 8.* & nitidiori habitu insigniterque aucta *Lugduni Batauorum 1740. 8. mai.* Recusa est *ibid. 1748.* eadem forma. Nouis aucta celeberrimi RITTERI obseruationibus, quæ Editio *Argentorati 1751. 8.* facta. Selectissimam eruditionem spirat ad omnes legalis doctrinæ partes directa viri illustris IOANNIS ADAMI KOPPII *Historia Iuris, quo hodie vtimur, videlicet Romani, Canonici, Feudalis Longobardici, feudalis Germanici, Germanici priuati & Germanici publici, in certas Epochas & theses breues redacta, Marburgi 1741. 8.* quem librum

librum LL. cultoribus enixe commendamus. Laudatorum horum virorum ex parte vestigia secutus ill. IOANNES AVGVSTVS HELLFELD, cuius *Historia Iuris Romani*, in vsum auditorum concinnata edita *Ienæ 1740. 8.* De meliori commendanda etiam est Viri doctissimi IOANNIS AVGVSTI BACHII *Historia Iurisprudentiæ Romanæ, Lipsiæ 1754. 8.* in qua non præmisit tantum singulis Capitibus status publici apud Romanos enarrationem, sed varia quoque tradidit, vel parum recte ab aliis scripta, vel a nemine antehac animaduersa. Ad vsum recitationum academicarum accurate scripta & vtilissimis scriptoribus ornata est eruditissimi Viri IOA. WVNDERLICH *Einleitung in die Geschichte des Ræmischen Rechts, Iena 1756. 8.* Nec omittenda RVDOLPHI FRIDERICI TELGMANNI *Einleitung zu der Historie der Ræmischen Rechts-Gelehrsamkeit*, *Gœttingen* ex editione secunda auctiore *1736. 8.* Partem aliquam *Historiæ Iuris R.* continet egregius liber, plenus exquisitæ eruditionis & fructuosorum monitorum, illustris viri WOLFFGANGI PAVLI BVRGERMEISTERI inscriptus: *Versuch einer leichten und deutlichen Anleitung zu einer gründlichen Gelahrheit in denen in Teutschland eingeführten und hergebrachten Rechten zu gelangen*, cujus *Ersten Theils, I. II. und III. Abtheilung*, typis impressa *Esslingen 1732. 8.* cuiusque continuationem peroptamus.

Scriptores de Irnerio & huius erroribus.

§. VII. De *Irnerio* Bononiensium ICto, qui priuatis curis Ius Iustinianeum in Scholas reduxit, multæ inter ICtos fuerunt controuersiæ, quæ Historiam Iuris ex parte illustrant. Irnerium quidem errasse non solum in extrahendis, sed etiam ordinandis authenticis præter Bartolum & Baldum primus speciali scripto docuit IOA. IACOBVS WISSENBACHIVS in *sylloge errorum Irnerianorum, Franeckeræ 1640. 8.* edita. Hunc secutus est GEORGIVS RITTERSHVSIVS, qui *promulsidem* scripsit *errorum Irnerianorum, Altorfii 1623. 4. Argentorati 1669. 4.* Caussam Irnerii egit IOA. STRAVCHIVS in *Irnerio non errante, Ienæ 1662.* & inter alias Dissertationes, *Ienæ 1673. 4.* & *Giessæ 1679. 4.* qui tamen ad

ad vnicam ſaltim authenticam, *quas Actiones de S. S. ecclesiis* facit. Deinde plenius ALEXANDER ARNOLDVS PAGENSTECHERVS *Irnerium vapulantem* edidit, *ſ. Commentarium ad Authenticas Codici Iuſtinianeo per Dn. Irnerium, vt nonnulli male putant, parum curate quin & erronee aſſutas, aut ab eodem perperam omiſſas, Gröningæ 1701. 4.* in quo Irnerium contra Wiſſenbachium & Rittershuſium ab imputato errore defendit, atque eum non eſſe auctorem monſtrat, eo quod Authenticæ iam a Gregorio M. & Iuone adlegentur, aliæ cum Nouellis conueniunt. Refutauerat quidem eum in Diſſertatione ſua *de auctore, auctoribusue Authenticarum* CORNELIVS van BYNKERSHOEK, cui tamen per corollarium ſaltim breuiſſimis reſpondet. Exinde AVGVSTVS HOVCKIVS *Breue Anti-Bynkershœkianum* ſcripſit, quod cum aliorum, qui Pagenſtecheri opinionem defenderunt acceſſionibus, vna cum ipſius Pagenſtecheri Admonitoriis ad Pandectas, prodiit *Coloniæ 1706. 8. Acceſſiones* ad hunc laborem *Irnerianas* a PAGENSTECHERO dictas addidit inde Aphoriſmis ſuis Iuris ad Inſtitutiones Iuſtinianeas.

Scriptores qui faciunt ad Hiſtoriam Iuris Germanici.

§. VIII. *Germanici Iuris Hiſtoriam* quidam data opera fuerunt adgreſſi. IOANNES SITHMANNVS in *Speculo* ſuo *Imperii Romani, Stetini 1661. 8.* edito, non ſolum Hiſtoriam Iuris Romani ab origine vrbis deſcribit ad Iuſtiniani vsque tempora, ſed agit etiam de origine Iurium Gothicorum, Longobardicorum, de Iure Doctorum & Academiarum, acceſſione Iuris Feudalis, Canonici, & Publici introductione, licet mediæ ætatis Hiſtoriam per tranſennam ſaltim exponat, nec vbique ſatis ſit accuratus. Præſtant omnino HERMANNI CONRINGII Tractatus *de Origine Iuris Germanici, Helmſtadii 1643. 1649. 1665. 4. Ienæ 1719. 4.* me, cui Supplementa huius Bibliothecæ demandata ſunt, curante, Editione Quinta recuſus, nec non *Operum T. VI. p. 77.* His enim Hiſtoriam Iuris Germanici tam generalis, quam prouincialis & diuerſorum populorum ante plane ignotam, aut fabulis contaminatam, ita explicauit, vt ſatis fecerit eruditis; Et CHRISTIANI GODOFREDI

HOFFMANNI *Specimen Coniecturarum Politicarum de Origine & Natura Legum Germanicarum priuatarum antiquarum, earumque ad Statum præsentem Prouinciarum Germaniæ, in primis ad Terras Protestantium Habitu, Lipsiæ 1715. 4.* quo de priscarum Gentium Germanicarum Legibus, harum origine, fatis, conditione ex Historiarum monimentis, iusti, æqui, prudentiæque regulis eleganter exponit, dignusque omnino est Liber, cuius cum Conringiano opere lectio coniungatur. Conferri potest *Histoire des Capitulaires des Rois François sous la premiére & la seconde race; où Préface de Mr.* ETIENNE BALVZE *sur l'Edition qu'il a donnée en 1677. des Capitulaires, à la Haye 1755. 12.* In vsum auditorum edita ill. IOA. AVGVSTI HELLFELD. *Historia Iuris Germanici & Canonico-Pontificii, Ienæ 1741. 8.* Præclara multa ad hoc argumentum annotata legi possunt in CHRISTOPHORI IOAN. CONRADI ENGELBRECHTI Schediasmate *de Fatis Iurisprudentiæ iustitiæque administrationis in Germania, Helmstadii 1720.* & iterum cum Vita Auctoris *Ienæ 1742. 4.* Addatur POLYCARPI LEYSERI *Programma de primis Iuris Germanici scripti incunabulis, Helmstadii 1723. 4.* Ex IVSTI GEORGII SCHOTTELII Tractatu *von unterschiedlichen Rechten in Teutschland, Francofurti 1671. 8. & 1702. 8.* huc facientia aliqua peti possunt, particularia enim quædam Iura apud Germanos olim in diuersis prouinciis, partim etiam nunc vsitata, vtpote *das Mann-Recht, Gan-Recht, Hagestoltzen-Recht, Baar-Recht,* & similia, secundum originem suam & antiquitates probe illustrat, huius Spicilegium dare voluit IOAN. WILHELMVS GERIKEN in *Schottelio Illustrato & Continuato, Lipsiæ & Guelpherbyti 1718. 8.* quæ autem collegit, ex Scriptoribus potissimum recentioribus sunt desumta. Iungi porro possunt diuersa mediæ Aetatis GLOSSARIA, de quibus in *Bibliotheca* Iuris FEVDALIS.

Scriptores qui faciunt

§. IX. *Francici Iuris Historiam* præter Conringium de Origine Iuris Germanici persecutus simul est IOANNES DOVIATIVS in *Historia Iuris Ciuilis Romanorum*

rum; Parisiis 1678. 4. qua etiam Gallici Iuris origo explicatur. IOANNES BOSCAGERIVS edidit Tractatum *de Iustitia & Iure, Parisiis 1689. 12.* In hoc quidem prima iustitiæ initia proponit, potius tamen originem Iuris Ciuilis, Canonici & Francogallici declarat, auctores, interpretes & collectores commendat. MATTHÆI HALE *Historia & Analysis Legum Angliæ*, liber nondum typis exscriptus, adlegatur in Actis Eruditorum mense Iulio 1703. *p. 315.* Ad *Historiam Iuris Hispanici* facit egregie GERHARDVS ERNESTVS de FRANCKENAV, cuius *Sacra Themidis Hispanæ arcana retecta, Hanoueræ 1703. 4.* comprehendunt iurium legumque ortus, progressus, varietates & obseruantiam, cum præcipuis Glossarum, Commentariorumque auctoribus & fori Hispanici praxi hodierna, qui insimul refert binos Historiam *Iuris Danici* sibi proposuisse scribendam PETRVM IOANNEM RESENIVM atque OTTONEM SPERLINGIVM, quorum iste *Chronologiam Danico-Latinam Iuris Ciuilis & Ecclesiastici Danici, Norwegici, Islandici & Grönlandici*; hic vero *Historiam Iuris Danici* meditetur; neutra tamen prodiit. Ad *Historiam Iuris Danici* facit IOANNES MOLLERVS in *Isagoge ad Historiam Chersonensi Cimbricæ, Hamburgi 1691. 8.* & cum primis NICOLAVS PETRVS SIBBERN *Bibliothecæ Historicæ Dano Norwegicæ Capite VIII.* Speciatim Statum Iurium *Arragoniæ* illustrat MICHAELIS MOLINI seu del MOLINO *Repertorium Fororum & Obseruantiarum Regni Arragoniæ, Cæsaraugustæ 1585. f.* Subnectimus IOA. LVCÆ CORTESII *Historiam Iuris Hispanici.* Ad Historiam *Iuris Suecici* præter Loccenium, facit CAROLVS LVNDIVS in *Zamolxi, Vpsaliæ 1687. 4.* atque alii, quos supra Capite Quinto §. XV. adduximus. (*)

ad Historiam Iuris Gallici & Gentium aliarum.

§. X. Plures sunt, qui de *Vsu & Auctoritate* IVRIS CIVILIS scripserunt, GVILIELMVS BENEDICTVS, *Lugduni 1674. 4.* IOACHIMVS HAGEMEIERVS, *Francofurti 1663. 4.* HELFRICVS VLRICVS HVN-

Scriptores qui de vsu atque auctoritate Iuris

(*) Compara *Historiam Iuris Struuianam, Prolegomenis §. XXVIII. XXIX. XXX. XXXI. XXXII.*

Ciuilis huiusque receptione in Germania egerunt.

HVNNIVS *de auctoritate Iuris, Giessæ 1615. 12. & 1629. 8.* IACOBVS RÆVARDVS *de auctoritate prudentum, Helmstadii 1660. 4. De Libris Iuris Ciuilis & Canonici* tribus Dissertationibus libere exposuit ALBERICVS GENTILIS, *Hanouiæ 1605. 8. De Librorum Iuris Romani quantitate & qualitate* ADAMVS RICCIVS, *Regiomonti 1635. 8.* Omnium vero instar est ARTHVRVS DVCK *de Vsu & Auctoritate Iuris Ciuilis Romanorum in dominiis principum Christianorum, Londini 1653. 8.* qui non in genere solum, quæ Iuris Ciuilis fuerit auctoritas, demonstrauit, sed etiam quis eius adhuc in diuersis Europæ regnis atque rebuspublicis sit vsus, licet maiorem nonnunquam Ciuili Iuri auctoritatem tribuat, ac hodie obseruatur. Addi potest IOANNES VOETIVS *de Vsu Iuris Ciuilis & Canonici in vnito Belgio, Traiecti 1657. 12.* & CHRISTIANI THOMASII Dissertatio de *Vsu actionum pœnalium Iuris Romani in foro Germaniæ, Halæ 1693. 4.* & in *Vindiciis corollarii de exiguo Pandectarum Vsu in foris Germaniæ* anno 1692. publicatis, & nunc Tractatui de Næuis Iurisprudentiæ Iustinianeæ adiectis. Præcipue nota est controuersia, *quæ Iuris Romani ratio sit atque auctoritas in foris Germaniæ.* Vulgaris Iureconsultorum est sententia, Ius Ciuile abolitis prioribus Germaniæ legibus in foris Germaniæ solum fuisse receptum, sed quodnam *Ius Ciuile an Germanicum in causis decidendis sit præferendum?* quæritur? Hanc controuersiam IOA. SCHILTERVS *Exercitatione I. ad Pandectas* §. XI. atque in *Responso XXX.* §. CXXXVIII. ita componendam sapienter putat, vt statuat: præter Ius patrium & veteres Leges Germanicas Francorum, Saxonum, Alemannorum, receptum superioribus seculis fuisse etiam Ius Romanorum, non peculiari constitutione, sed vsu & consuetudine fori, ita, vt fundatam intentionem habeat allegans Legem Romanam Iuris Iustinianei, nec oporteat, vt obseruantiam eius actor probet, sed reo incumbat probare, illam propter contrarium Ius Germanicum non potuisse recipi. Hanc & priorem impugnauit CONRADVS SINCERVS, siue potius IOANN. GEORGIVS KVLPISIVS

in

in sua dissertatione epistolica *de Germanicarum Legum Veterum ac Romani Iuris in Republica nostra origine auctoritateque præsenti, Lipsiæ 1682. 12.* extat quoque in *Dissertationibus* KVLPISIANIS iunctim editis *p. 352.* quam illustris THOMASIVS Notis suis & Obseruationibus ad Institutiones & Pandectas adiecit, vtilissimisque adnotamentis illustrauit. Coniungenda ipsius Dissertatio inscripta: de *rite formando statu controuersiæ: An Legum iuris Iustinianei sit frequens, an exiguus vsus practicus in foris Germaniæ, Halæ 1715. 4.* Thomasius in hisce scriptis contendit, Leges Germanicas adhuc esse in vigore, & fundatam allegantibus dare intentionem, Ius vero Ciuile secundario duntaxat & velut Instrumentum adhiberi, nec suppeditare intentionem fundatam allegantibus, nisi probent, peculiari constitutione, consuetudine ac re iudicata illud esse receptum. Huic tamen SCHILTERVS respondet in Actis Eruditorum anni 1682. p. 366. KVLPISIO & Sectatoribus opposuit IOAN. CASPAR HEYDELMANN, *Diatriben Historico-Iuridicam de Receptione Iuris Romani, eiusdemque ac Legum Germaniæ veterum, vti & Saxonici & Sueuici Speculorum in foris vsu, auctoritateque præsenti, Gothæ 1713. 8. Thomasianis* assertionibus contrariæ sequentes scriptiones, nempe REINHARDI FRIDERICI SAHME Diss. de *insigni Legum Romanarum vsu practico in foris Germaniæ, Regiomonti 1741. 4.* & IOANNIS FRIDERICI WERNHERI Diss. de *vsu Iuris Iustinianei in iudiciis Germaniæ non exiguo, Vitembergæ 1727.* & in Dissertationum eius Collectione noua seu tertia, *Vitembergæ 1731. 4. p. 97. seq.* sed parum feliciter. Prærogatiuam in dubio præsertim *Iuri Romano* tribuunt ERNESTVS IOAN. FRIDERICVS MANZEL Dissertatione, cuius index: *An & quatenus Iuri Romano competat prærogatiua præ veteri Iure Germanico in decidendis controuersiis iudicialibus, Rostochii 1736. 4.* atque FERDINANDVS AVGVSTVS HOMMEL Diss. de *prooedria Legum Iustinianearum præ iure patrio antiquo in foris Germanorum, Lipsiæ 1734. 4.* Litteratissimus porro Iurisconsultus HENRICVS CHRISTIANVS SENCKENBERGIVS Meditationem exhibuit

buit *de præsumtione pro iure Romano*, quæ extat in EI. *Meditationum Ius publicum priuatum & histor. am concernentium Volumine p. 764.* Pro *Iuris Germanici* vero prærogatiua, cum primis quatenus moribus obseruatur, pugnant CASPAR HENRICVS HORNIVS Diss. de *prærogatiua morum Germaniæ in concursu cum Legibus receptis, Vitembergæ 1702. 4.* & in IOA. ZANGERI *& aliorum ICtor. de exceptionibus & replicis opusc. select. p 535.* & in primis B. IOANNES SALOMO BRVNQVELLIVS eleganti Programmate, quo *in pugna Iuris Germanici & Romani illud huic, in primis in causarum illustrium decisionibus præferendum esse, nisi huius receptio probetur, ostenditur, Göttingæ 1735. 4.* huic oppositum viri perillustris Dn. IOANNIS VLRICI CRAMERI Programma *de præsumtione pro iure Romano contra mores antiquos Germanorum, 1737. 4.* His coniungendi libelli pereruditi & pleni variæ lectionis, perillustris hodie ERNESTI IOACHIMI WESTPHALII nempe Commentatio de *distincta practica ratione in iure priuato Romano-Germanico, Neobrandenburgi 1724. 4.* EI. Diss. de *Iuris Romani indole & obligandi diuersa ratione ac dignitate in foris apud Romanos & Germanos, Rostochii 1725. 4.* nec non: *Meditatio de Iuris Romani & Germanici distinctæ tractationis origine, ratione & fructu in theoria & praxi, Sundii 1727. 8.* Iuris Romani vsum in negotiis variis Germaniæ personarum etiam illustrium, iam media ætate obtinuisse erudite solideque docuit V. C. CHRISTIANVS GOTTLIEB RICCIVS in *Spicilegio Historico-Diplomatico, quo Iuris Iustinianei in aulis Germanorum principum atque personarum illustrium adoptati vsus pragmaticus iam inde a Seculo XIII. & XIV. ex ipsis fontibus ad illustrandam historiam iuris eruitur & ostenditur, Norimbergæ 1738. 4.*

Scriptores qui de Methodo Iuris egerunt.

§. XI. *Methodum Iuris* vel *docendi*, vel *discendi* commonstrant varii. Iunctim prodiere: *Iurisconsultorum veterum & recentium, Tractatus varii de Studio Legali recte instituendo, Coloniæ 1580.* & iterum *ibid. 1585. 8.* IOA. WINCKELII *Opuscula varia de* Exer-

Exercitatione ICtorum; de ratione docendi & discendi Iura; Orationes de Laudibus Iuris &c. Argentorati 1554. 8. Collegit tales Scriptores ante singulatim editos NICOLAVS REVSNERVS in *Cynosura Iuris, Spirae 1588. 8.* edita. Continet illa: REVSNERVM de *arte Iuris Iustinianei;* FRANCISCI DVARENI *de ratione docendi discendique Iuris Epistolam;* EGVINARII BARONIS eadem de re *Commonefactionem;* MATTHAEI WESENBECII *de Iuris arte & scientia comparanda Porlegomena.* (separatim alias edita *Lipsiae 1584. 8.*) Eiusdem *Epistolam de studio Iuris recte instituendo;* FRANCISCI BALDVINI *fragmentum de optima Iuris docendi discendique ratione;* IACOBVM THOMINGIVM *de modo & ratione discendae Iurisprudentiae;* SVFFRIDI PETRI *de Iuris arte fragmentum;* HIERONYMI ELENI *de optima facillimaque Iuris Ciuilis perdiscendi ratione,* (quae Orationes quoque insertae EVER. OTTONIS *Thes. Iur. Rom.* T. II. p. 1392.) CLAVDII CANTIVNCVLAE *paraenesin de ratione studii legalis;* CHRISTOPHORI HEGENDORPHINI *epitomen Tyrocinii Iuris Ciuilis;* MATTHAEVM GRIBALDVM *de methodo ac ratione studendi in Iure;* MODESTINI PISTORIS *Locos communes totius Iuris;* CHILIANI GOLDSTEINII *de praecipuis materiarum Iuris sedibus,* NICOLAI EVERHARDI *ordinem studendi in Iure Ciuili,* eiusdemque *leges* praecipuas perdiscendas; IAC. MENOCHII *consilium de legendis interpretibus super principaliores Iuris tractatus,* ANTONII CONTII *Methodus discendi Iuris;* IOAN. APELII *de studio Iuris ac legum; Anonymi Librum de Iurisconsulto perfecto;* IVLII PACII *de Iuris Ciuilis difficultate ac docendi methodo;* FRANC. HOTTOMANNI *Iurisconsultum, seu de optimo genere Iuris interpretandi;* MARCI ANTONII DELRII *de principiis seu elementis Iuris epitomam;* IOAN. THOMAE FREIGII *ideam boni & perfecti Iureconsulti;* ANDREAE ALCIATI & MATTHAEI GRIBALDI *de Iuris Interpretibus:* NICOLAVM REVSNERVM *de ICtis Italiae, Galliae, Germaniae,* & STEPHANI BRODAEI *prosopaeiam Iurisprudentiae.*

Præstantia & vtilitate huius Reusnerianæ Collectionis motus CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER, huius argumenti commentationes ad Studiorum nostri temporis rationes elaboratas, conquisiuit & edidit: de *Ratione ac Methodo Studiorum Iuris illustrium & præstantissimorum Iurisconsultorum Selecta Opuscula, Ienæ 1724. 8.* quo libello *Parte* Prima continentur: I. IOANNIS BARBEYRACII Oratio *de Studio Iuris recte instituendo*; II. VLRICI HVBERI doctissimus ac festiue simul scriptus Dialogus *de ratione Iuris docendi & discendi*; III. IACOBI MAESTERTII Dissertatio de *imminuendo labore Studii Iuridici*; IV. IOANNIS HENRICI BERGERI *Manuductio ad Studium Iuris*; V. IOANNIS SCHILTERI *Cursus Studiorum Ciuilium. Parte* vero *Secunda*, sequentia de Studiis Iurisprudentiæ subsidiariis rite prudenterque tractandis Opuscula exhibentur: I. IOANNIS PHILIPPI SLEVOGTII Programma cultissimum *de Philosophia Iurisconsultorum*; II. IOANNIS BARBEYRACII Oratio de *coniungendis Iurisprudentiæ & Historiarum studiis III.* ANTONII SCHVLTINGII Oratio *de Iurisprudentia Historica*: IV. VLRICI HVBERI Orationes Tres de *Studiis rite prudenterque instituendis & cum elegantioribus literis coniungendis*; V. EDMVNDI MERILLII Oratio *de prorogando Iuris Studio.* De ipsis Opusculis horumque præstantia præmissa Præfatio agit. Singulatim prostant, vel aliis Operibus adiectæ sunt sequentes de Methodo Studiorum Iuris Commentationes. Antiquissimus quantum scio est IOANNIS BAPTISTAE de GAZALVPIS s. *Caccialupi* de *Modo studendi in vtroque Iure* libellus adiectus *Vocabulario Iuris, Parisiis 1518. 8.* & *Sebastiani Brant* Explicationibus Titulorum Iuris, aliisque huius argumenti libris. GILBERTI COGNATI, Nozerini Epistola de *Legalis studii ratione* extat adiecta *Antonii Garronis* Commentariis in Titulum de Origine Iuris. EVERHARDVS BRONCHORST habuit duas Orationes; Vnam de *Studio Iuris recte instituendo*; Alteram, de *Laudibus Iurisprudentiæ*, quæ adiectæ sunt ipsius

ipſius Methodo Feudorum, *Lugduni Batauorum 1713. 8.* Præclara multa monent HERMANNI VVLTEII *Prolegomena ad Auditores ſuos in Academia Marpurgenſi* Iurisprudentiæ Romanæ præmiſſa. IOANNIS DAVTHII Oratio de *Methodo Studii Iuris* Tractatui de Teſtamentis inſerta. NICOLAI HENELII ab HENNENFELD Epiſtola de *Studio Iuris* extat in ipſius *Otio Vratislauienſi Cap.* LIII. MICHAELIS TEVBERI, HERMANNI VVLTEII & AEGIDII MOMMERII Tractatus tres *de modo diſcendi, docendi & exercendi Iura, Lichæ 1605. 8.* Habemus alias HIERONYMVM HASTAEVM *de Iurisprudentiæ methodis, Venetiis 1615. 4.* IOANNEM CALVINVM *de ſtudio Iuris recte inſtituendo, Francofurti 1600. 8.* CHRISTOPHORI BESOLDI Diſſertationem *de addiſcenda & exercenda Iurisprudentia, Tubingæ 1616. 4.* CLAVDII de CHAILLON *de* CABINOL *methodum breuem diſcendi Iuris, Pariſiis, 1644. 8.* CHRISTOPHORI WALTHERI *methodum ſtudendi Iura, Coloniæ 1639. 8.* VDALRICI ZASII *Methodum diſcendi Iuris* quæ inter Opera extat, OTTONIS PHILIPPI ZEPPERI *cynoſuram legalem, Bremæ 1664. 8.* ANGELVM MATTHAEACIVM, *Venetiis 1591. 8.* DIODORI TVLDENI *Viam conſultiſſimam ad Iurisprudentiam, Coloniæ 1624. 4.* cui adiungenda ipſius Oratio *de Methodo docendi diſcendique commodiſſima*, quæ inter Orationes eius Auſpicales *N. XII. p. 55.* comparet. OTTONEM MELANDRVM *de modo diſcendi & docendi Iura, Lichæ 1605. 8.* PETRVM GREGORIVM TOLOSANVM *de Iuris arte & methodo, Francofurti 1599. 12.* CHRISTIANI HENELII *Statuam Mercurialem, ſeu viam rectam ad Auguſta adyta ſacræ Themidos, Coloniæ Marchicæ 1661. 12.* IOAN. LOCCENII *de ſtudio Iuris diſſertatiuncula* cum diſſertationibus variorum extat de ſtudiis inſtituendis, *Amſtelodami 1645. 12.* Ea LOCCENII Diſſertat. excerpta ex Epiſtola HVGONIS GROTII, ex Epiſtolis CONR. SAM. SCHVRZFLEISCHII &c. prodiit ex Muſeo BERN. HENRIC.

REINOLDI *Francofurti ad Viadrum 8.* fine anni mentione *&* plures alii, qui tamen cum iudicio & circumſpectione adhibendi, nec ad noſtra tempora poſſunt accommodari. Ex recentioribus qui hodiernam Iuris tractandi rationem reſpexerunt ſeligenda HENRICI ERNSTII *Methodus Iuris Ciuilis diſcendi, Soræ 1647. 4.* GODOFR. GVILIELMI LEIBNITII *Noua Methodus Iurisprudentiæ diſcendæ docendæque, Francofurti 1687. 12.* & PETRI MVLLERI Tractatio *de ſtudio Iuris tractando, Duderſtadti 1670. 4.* IOACHIMI MARTINI VNVERFAERTH *Pædiæ Iurisprudentiæ Liber Vnus, Hallis Saxon. 1675. 8.* qua *Cap. XXI. de Methodo* docendi & diſcendi Iurisprudentiam exponit. VLRICVS HVBERVS Digreſſionibus Iuſtinianeis elegantiſſimam de *Methodo docendi & diſcendi Iuris* Diatriben addidit per modum Dialogi, ſermones exhibet inter Georgium Conradum Cruſium & Ioannem Fridericum Bœkelmannum, Anteceſſores Lugdunenſes, an per Compendia Iuris melius addiſcatur Iurisprudentia, quod adfirmabat Bœkelmannus, quam ex ipſis textibus, quæ opinio erat Cruſii. Iam inſerta hæc Diatribe Collectioni *Buderi* ſupra recenſitæ. HENRICI ERNESTI KESTNERI Tractatus *de prudentia ſtudendi Iura, Eiusdemque introductio vlterior ad ſtudium Iurisprudentiæ, Francofurti 1707. 4.* qui primum ſub ſplendido Polyhiſtoris Iuridici nomine prodierat habetque non contemnenda monita ac Scriptores præſtantiores ſtudioſis iuuenibus commendat. NICOLAI CHRISTOPHORI L. B. de LYNCKER *Introductio in ſelectam Eruditionem* germanice ſcripta atque in ampliſſimi FELLERI *Monumentis ineditis Trimeſtri VIII. p. 439.* edita in quibusdam doctrinæ legalis partibus ſalutaria monita exhibet, cui adiungenda IOANNIS FRIDERICI HERTELII *Pyxis Nautica nauigaturientis per immenſum Iuris pelagum, ſiue Manuductio Breuis ad ſtudium Iurisprudentiæ inſtituendum,* ex Inſtructorio Forenſi Lynckeriano maxime concinnata, *Ienæ 1711. 8.* & ex Editione ſecunda auctiore, *Ienæ 1735. 8.* Elegans CORNELII van ECK Oratio

tio *de ratione Studii Iuris recte instituendi*, *Traiecti ad Rhenum* 1693. 4. luci exposita. Egregiæ sane & plenissimæ salutarium consiliorum & monitorum de Iuris Studio prudenter instituendo sunt, illustris Viri CHRISTIANI THOMASII *Cautelæ circa Præcognita Iurisprudentiæ*, *Halæ* 1710. 4. quarum Parte Prima Cautelas circa necessarias Iuris Studioso disciplinas: Altera vero ampliores circa Historiam Ecclesiasticam & Ius Canonicum tradit. Versione germanica donatæ hæ Cautelæ prodiere *Halæ* 1713. & 1729. 8. His vtiliter iungendus B. VLRICI MARBACHII Iuridici apud nos Doctoris pii solideque docti *Introitus ad Iurisprudentiam apertus*, *Ienæ* 1717. 8. quo non solum Methodum studii Iurisprudentiæ in genere commonstrat, sed quid circa quamuis Iuris partem, iuueni culturam Iurisprudentiæ adgredienti obseruandum, fideliter ex Scriptis præstantioribus collegit, breuemque Historiam Iurium addidit, cuius vtilissimi libelli lectionem studiosis Iuuenibus sub auspicia studii legalis, de fructu confirmati, enixe commendamus. HENRICI CHRISTIANI SENCKENBERG Diss. de *Iurisprudentia certa Methodo tractanda Giessæ* 1742. 4. edita. Cordatissime vt solet consilia salutaria dedit ill. IOANNES IACOBVS MOSER in *aufrichtigen Gedancken von dem Studio Iuris iunger Standes und anderer Personen*, quæ scriptio singillatim formis expressa *Francofurti* siue potius *Ienæ* 1736. *auctior* 1743. 8. Breue scriptum est IOANNIS SAMVELIS HERINGII *Nothwendiger Vnterricht von dem Studio Iuridico*, *Stettin* 1720. 4. Addi potest IOAN. CHRISTOPHORI BARTENSTEINII Oratio *de caussis corruptæ Iurisprudentiæ*, Argentorati habita, & Opusculo de *Heredipetis* a. 1712. in 4. adiuncta.

§. XII. Quid in *Iuris Interprete* requiratur, erudite persequitur ALBERICVS GENTILIS, Dialogis Sex *de Iuris Interpretibus*, *Londini* 1582. 4. cuius meditationes tamen non omnibus placuerunt. *Ideam boni ICti*, *seu de optimo genere docendi & interpretandi Iuris* scripsit HARDEVICVS DASSELIVS, *Hamburgi*

De requisitis Interpretis Iuris & Assentationibus ICtorum.

burgi 1590. 8. & qui *de Iurisconsulto perfecto* egit VINCENTIVS PLACCIVS, *Hamburgi 1693. 4.* Nunc ad optimos huius generis referendi sunt B. CHRISTIANI HENRICI ECKHARDI *Hermeneuticæ Iuris Libri II.* in quibus ratio interpretandi Leges Romanas, Canones & Decretales itemque Statuta & Leges S. R. I. explicatur, *Ienæ 1750. 8. mai.* Errores vero in docenda Iurisprudentia proposuit & expendit IOANNES LVDOVICVS PRASCHIVS *in Iurisconsulto vero & personato, Noribergæ 1664. 12.* licet plures adhuc possint addi. Idem præstitit PHILIPPVS SEBASTIANVS LIETNIVS in *defensione Iustinianea, h. e. demonstratione errorum ICtorum, qui Iura Cæsarea corrumpunt, Giessæ 1685. 12.* nec tamen eadem industria. Addimus IOACHIMI HOPPERI *Seduardum, siue de vera Iurisprudentia Libros VII.* qui cura HERMANNI CONRINGII cum ipsius ampla & præclara Præfatione, (quæ *Opp. T. VI. p. 37. 54.* extat) prodierunt *Brunsuigæ 1656. 4.* & non solum ea tradunt, quæ legum condendarum scientiam, sed etiam quæ ad Iuris Interpretationem faciunt. De *libertate sentiendi, dicendique Iurisconsultis propria* præclara est Oratio C. H. TROTZ, *Franequeræ 1741. f.* De doctrina, sententiis, vitiis Veterum non solum ICtorum sed Interpretum etiam restitutæ Iurisprudentiæ summa amœnitate & elegantia exposuit elegantissimus ICtus Neapolitanus IOSEPHVS AVRELIVS a S. IANVARIO libro inscripto: *Respublica Iurisconsultorum,* quæ edita primum *Neapoli 1731. 4.* recusa vtiliter cura FRIDERICI OTTONIS MENCKENII *Lipf. 1733. 8.* qui Epistolam ad Auctorem celeberrimum præmisit. A cultissimæ eruditionis ICto de *Ianuario* in hoc libro, de iura tradendi & interpretandi ratione veterum & recentium Iurisconsultorum sententiæ amœne dicuntur. Tanquam continuationem iucundissimi Libri addidit Auctor *Neapoli 1752. 8. Ferias auctumnales post reditum à Republica ICtorum.* De *Assentationibus Iureconsultorum Meditationes* illustris Iurisconsulti AVGVSTINI a LEYSER extant cordatæ, libe-

liberæ & eruditæ, *Wittebergæ 1712. 4.* forma Dissertationis propositæ, post ea recognitæ & insigniter maxime dilucida expositione de Domaniis auctæ, *Helmstadii 1726. 4.* & *tertium ibid. 1741. 4.* cura V. C. HENRICI GOTTLIEB FRANCKII, qui Meditationem præmisit de Assentatione necessaria, vt & notitiam librorum & dissertationum de Domaniis multa cura conductam, addidit. Idem summus Vir LEYSERVS eadem ratione elegantissimum libellum scripsit de *Variationibus & retractationibus Iurisconsultorum*, qui ex Editione insigniter aucta iterum prodiit cum Præfatione V. C. GOTTLOBII AVGVSTI IENICHEN, *Lipsiæ 1737. 4.*

§. XIII. Nec tamen *ICtorum* tantum *errores* sunt qui tangunt, sed etiam ipsos *Iurisprudentiæ Næuos.* Tales multos ingeniose eruditeque indicare voluit ICtus elegans FRANCISCVS HOTOMANNVS in libello, quem inscripsit: L' *Anti-Tribonian, ou Discours sur l' Estude des Loix*, qui extat in *Opuscules des Hotmans*, editis *à Paris 1616. 8. p. 1.* atque interprete REINHOLDO BLOMIO, vti H. Conringius suo exemplo adscripsit, *latine* editus, sub eodem titulo: *Anti-Tribonianus*, siue *de studio legum*, *Hamburgi 1647. 8.* Scriptus est libellus a. 1567. ex sententia *Michaelis Hospitalii* Galliæ Cancellarii, qua sane acrem Triboniani censorem agit. Compara *Obseruationes Halenses T. I. Obs. IX.* Idem egit CHRISTIANVS THOMASIVS *de Naeuis Iurisprudentiæ Ante-Iustinianeæ*, *Halæ 1707. 4.* quo libro de Iuris Romani defectibus, legis actionibus & Næuis Codicis Theodosiani potissimum exposuit. Et cum ex hisce Iurisprudentia Iustinianea quoque fuerit desumta, illius etiam incertitudinem tradit, de qua in præfatione maxime agit, accessit Eiusdem Programma de exiguo Pandectarum vsu apud Germanos. Iungi potest EI. Programma *von den Mængeln derer heutigen Academien absonderlich der Iurisprudenz*, extat in EI. *kleinen Teutschen Schriften p. 195.* PARDVLPHVS PRATEIVS in *Iurisprudentia Media, Lugduni 1561. 8.* & in EVERARDI OTTONIS *Thesaur. Iur. Rom. T. III. pag. 505.*

Scriptores qui næuos Iurisprudentiæ Iustinianeæ tangunt.

505-612. varias in Iure Iustinianeo omissiones, geminationes, inuersiones, catapotismos & similia stringit erudite. IOANNIS GRÖNINGII *Epistolica Dissertatio de Naeuis Iuris Romani* prodiit *Hamburgi 1701. 8.* & naeuos in Iure medicos, politicos & similes ostendit atque modum praescribit abbreuiandi lites, maiori ausu quam effectu. *Iniustitiam quarundam Legum Romanarum* contra Iacobum Maestertium defendit CYPRIANVS REGNERVS, *Lugduni Batauorum 1674. 12.* Cui tamen respondere conatus IACOBVS MAESTERTIVS *de Iustitia Romanarum Legum*, *Lugduni Batauorum 1647. 12.* atque ex repetita lectione *Lugd. Batauorum 1647. 4. 1676.* 4. De *aequitate Iuris Romani illiusque Studii* iucunditate egregia est Oratio GVILIELMI BEST, *Harderouici 1717. 4.* Alias extat PHILIPPI BVRCHARDI *de hodiernae Iurisprudentiae Naeuis & Remediis* Discursus, *Hanouiae 1682. 12.* editus, quo incertitudinem Iuris hodierni ex commentariis ICtorum & communibus opinionibus reprehendit, & methodum proponit, qua ratione Codex Iuris patrii possit conscribi. Huc etiam facit CHRISTFRIEDI WAECHTLERI *de Vetere Iure enucleando Libro*, in quem notas dedit & animaduersiones NICANOR AVTODIDACTOS, *Veronae 1686. 12.* Recens est HENRICI ERNESTI KESTNERI *de Defectibus Iuris Communis in Republica Germanica* Liber, quibus prodromus conclusionum ad reformandam Iurisprudentiam spectantium continetur, accedit PHILIPPI BVRCHARDI de *hodiernae Iurisprudentiae naeuis & remediis discursus*, *Hanouiae 1682. 12.* & *Rinthelii 1708. 4.* Varia sunt problemata, quae proponit, quaeque partim ad Iurisprudentiae Romanae reformationem; iuris Romani auctoritatem & receptionem apud Germanos, huius etiam Naeuos & similia faciunt. Prodiere inde eiusdem KESTNERI *Discursus de Iurisprudentia Papizante*, *Rinthelii 1711. 4.* vbi multas adducit Leges, in quibus papizans aliquid, aut superstitiosum, comprehendi notat. Fuerunt alii, qui passim in Scriptis suis Leges Romanas sub censuram vocarunt

carunt Guilielmus Amesius, Antonius Matthæus, Ioannes Iacobus Wissenbachius, Simon a Grœnewegen, Bernardus Autumnus atque alii, præ cæteris vero ANTONIVS FABER, in erudito suo Scripto de *erroribus pragmaticorum & interpretum Iuris*, Chiliadis Pars Prima *Lugduni 1598. 4.* Pars secunda *Lugduni 1604.* 4. & *Lugduni 1658. f. 2. Voll.* in quo non solum declarauit varios errores interpretum, & præcipue eorum, qui in foro versantur, sed etiam ipsos nonnunquam errores Iuris tangit. Næuos Iurisprudentiæ varios quoque obseruare voluit celeberrimi Vir nominis LVDOVICVS ANTONIVS MVRATORIVS libro, cuius index: *Dei Difetti della Giurisprudenza* Trattato, *in Venetia 1742. f.* huius tamen libri sententias quasdam erroneas esse statuit modeste Autor libelli: *Osservazioni* di GIVSEPPE PASQVALE CIRILLO publico Professore di Leggi nella Vniuersità di Napoli sul Trattato di LVDOICO ANTONIO MVRATORIO *dei Difetti della Giurisprudentia, Napoli 1759. 8.* Illustris quoque GEORGIVS HENRICVS AYRER ostendit: *ad temperandam celeberrimi Muratorii de Næuis Iurisprudentiæ sententiam ab Italis ICtis nonnullis, illos vel plane negantibus, vel saltem extenuantibus impugnatam de Iurisprudentia non nisi abutentium vitio vitiosa* Prolusione eleganti *Göttingæ 1751.* 4. proposita. Contra hos tales censores, VLRICVS HVBERVS. *Eunomiam* scripsit *Romanam, siue Censuram Censuræ Iuris Iustinianei.* Quod opus postumum, curante ZACHARIA HVBERO, filio, editum *Franeckeræ 1700.* 4. Opus est magni laboris, per Disputationes olim in academia Franeckerana propositum, quod tamen Auctor, fato præuentus, absoluere non potuit, sed tantum ad Titulum de Ritu Nuptiarum illud perduxit. Non negandum quidem, multas Leges in hac Eunomia explicari, & ab emendatione vindicari magna eruditione, nec tamen omnis Næui plane sunt soluti & Ius ab incertitudine sua liberatum. Hanc autem Iuris incertitudinem & rationem a Christianorum moribus nonnunquam alienam ipse aliquando docebo in *Iurisprudentia Christiana*, cum

cum Gentium Iura & ad ſtatum Romanum accommodata, male adplicentur ad Germanium, peius ad ſtatum Chriſtianum. Influxum omnium ſcientiarum in Iurisprudentiam comprobare voluit Italus, libro: *Delle Arti e Scienze tutte diviſate nella Giurisprudenza, opera di* ANTONIO d' ORIMINI, in *Napoli 1747. III. Parti 2. Voll. 4.*

Scriptores qui Compendia Iuris ediderunt.

§. XIV. Pergimus nunc ad eos, qui minores *Iuris Ideas* atque *Compendia* ſcripſerunt. Horum omnium numerum & recenſionem ſi inire vellemus ſelecta Bibliotheca non caperet. Olim quidem magni fiebat IOANNIS ALTHVSII *Iurisprudentia Romana, Herbornæ 1623. 8.* quem ſequebatur HERMANNVS VVLTEIVS, *Hanouiæ 1652. 8.* cuius *Iurisprudentiam contractam* edidit IOANNES ARNOLDVS CORVINVS, *Amſtelodami 1665. 12.* MATTHIAS STEPHANI in *Synopſi Iurisprudentiæ Iuſtinianeæ, Roſtochi 1624. 12.* IOANNIS SCHILTERI *Iurisprudentiæ totius tam Romanæ, quam Germanicæ priuatæ, legitima Elementa, Argentorati 1698. 8.* IOANNES a RHEDEN *Ideam* ſcripſit *Iuris Romano-Germanici, Bremæ 1687. 12.* editam, quæ ex Syntagmate B. G. A. STRVVII eſt excerpta, & primas tantum iuris lineas continet. Sic etiam IOANNES FERDINANDVS BEHAMB *Sciagraphiam Struuianam Iuris priuati* edidit *Linciæ 1672. 8.* Ad prima quoque Iuris Romani fundamenta facit IOANNIS VOËTII *Compendium Iuris, Lugduni Batauorum 1683. 8.* THEODORI SCHÖPFERI *Iurisprudentia* & SEBAST. SCHELKENS *elementa Iurisprudentiæ Romanæ, Franequeræ 1681. 8.* ad Ius Ciuile tantum faciunt. Optimum tamen eſt IOACHIMI HOPPII *Examen Inſtitutionum Imperialium, Francofurti 1696. 1742. 12.* in quo non ſolum prima rudimenta, ſed etiam ſolidiora fundamenta, typorum diuerſitate videmus diſtincta, ſingula per Leges & Conſuetudines Germaniæ probata: additum quoque memoriale actionum, cunctaque ad vſum Iuris ſtudioſorum perquam accommodata. RICHARDI ZOVCHAEI quoque *Elementa Iurisprudentiæ, Lugduni Batauorum 1653. 12.* ſuam adhuc habent commendationem. PETRI MÜLLERI *Iuris-*

risprudentia elementaris ad Institutionum ordinem est disposita, *Ienæ 1673. 4.* Sic etiam IOANNIS OTTONIS TABORIS *partitiones Iurisprudentiæ methodicæ elementaris* eandem rationem habent. Idem institutum fuit IOANNI EISENHARTO, in *doctrina generali Institutionum Iurisprudentiæ, Helmstadii 1683. 4.* & SAMVELI RACHELIO in libris quatuor *Institutionum Iurisprudentiæ, Kiloni 1684. 4.* quos ex Aristotelis moralibus depromsit. SAMVELIS PVFENDORFII *Elementa Iurisprudentiæ, Hagæ Comitum 1660. 8.* ex naturalis æquitatis principiis eandem deducunt. Commendanda tamen præ cæteris est GEORGII ADAMI STRVVII *Iurisprudentia Romano-Germanica forensis* ad vsum fori Saxonici præsertim accommodata, quam per additiones suas supplere adgressus fuit LÜDERVS MENCKENIVS, ICtus Lipsiensis, vt eo melius introduceret in Pandectas. Prodiit hæc *Struuiana Iurisprudentia* ex Duodecima Editione *Ienæ 1718. 12.* & nouiter multa cura emendata *ibid. 1739. 8.* Annotationes hanc in Iurisprudentiam Struuianam iuuenibus dedit IOANNES IODOCVS BECKIVS *Altorffi 1722. 8.* ex Strykianis potissimum prælectionibus desumtas. B. IOANNIS GOTTFRIDI SCHAVMBVRGII collegæ olim honoratissimi *Annotationes ad Struuianam Iurisprudentiam, Ienæ 1737. 8.* editæ in vsum Auditorum ita ordinatæ, vt vtriusque Iurisprudentiæ & Germanicæ & Romanæ argumenta ad principia genuina fuerint reuocata & conclusionibus illustrata, adiectis obseruationibus practicis. Melius tamen ab Institutis aditus paratur ad Pandectas per dictam Iurisprudentiam, si addantur VLRICI HVBERI *Positiones Iuris contractæ secundum Institutiones & Pandectas* ad primordia disciplinæ vsumque attemperatæ, *Franeckeræ 1682. 8.* & *cum scholiis* CHRISTIANI THOMASII, *Lipsiæ 1685. 8.* & *Amstelodami 1728.* qui Liber egregius est ad Ius Iustinianeum, vsumque fori modernum quem addidit Thomasius, optime introducens. Addimus his IOANNIS ORTWINI WESTENBERGII *Principia Iuris, secundum ordinem Institutionum Imp. Iustiniani* quibus accedunt Disser-

tationes IV. de portione legitima, liberis, parentibus & fratribus relinquenda, in Opusculi vero Prolegomenis de compilatione & habitu Iuris Iustinianei erudite agit *Amstelodami 1699. 8. Harderouici 1712. 8.* Idem eruditissimus ICtus edidit solide scripta *Principia Iuris secundum Ordinem Digestorum*, seu *Pandectarum*, ex secunda Editione, *Lugduni Batauorum 1732. 8. mai.* ex limpidis legum fontibus, sine admixtione aliorum iurium deducta, iuuenibusque maxime commendanda. IOANNIS van MVYDEN *compendiosa Pandectarum tractatio, Traiecti 1695. 8.* EIVSD. *Compendiosa Institutionum tractatio ibid. 1694.* & cum additionibus EVERARDI OTTONIS, ex *Editione Sexta ibid. 1737. 8.* ARNOLDI ALEXANDRI PAGENSTECHERI *Aphorismi Iuris ad Institutiones Iustinianeas*, quorum Editio Quinta *Amstelodami 1705. 8.* prodiit. Solide elaborata sunt CORNELII van ECK *Principia Iuris Ciuilis*, secundum ordinem Digestorum in vsum domesticorum Collegiorum vulgata, *Traiecti 1691. 8. ibid. 1697. 8.* Editio *Quarta auctior Traiecti ad Rhenum 1713. & 1742. 8.* Sic etiam summa Iuris Romani capita in *Hypomnematibus* suis *Iuris* ad seriem Institutionum absoluit HENRICVS COCCEIVS *Francofurti ad Viadrum 1698. 8.* & GEORGIVS BEYERVS in *Positionibus ad Institutiones, Lipsiae 1703. 8.* quae cum *Delineatione Iuris Ciuilis secundum Pandectas* prodierunt ex *Editione Quinta* & auctiori multis obseruationibus *Lipsiae 1737. 4.* IOANNIS PAVLI KRESSII *Specimen Iurisprudentiae Ciuilis forensis, Ienae 1709. 8. Helmst. 1727. 8.* auctius editum, in quo singulari vtitur methodo pro ordine materiarum, relicta vulgata alias secundum Pandectas vel Instituta dispositione. Inserit etiam ea, quae ad praxin vel mores Germanorum faciunt hodiernos. Methodo scientifica adornata sunt ill. IOACHIMI GEORGII DARIES *Institutiones Iurisprudentiae priuatae Romano-Germanicae, Ienae 1749. 8. mai.*

Scriptores Systematum

§. XV. Subsequuntur isti, qui *Systemata ad Pandectas* composuerunt. Illi autem duplices sunt, vel ad Pandectarum ordinem exponunt, vel propria methodo. Illos

Illos inter quidem magnæ industriæ est *Collegium Argentoratense Tom. I. 1616. & Tom. II. 1617. 4.* atque ex altera Editione, quæ copiosior est quamque curauit IOAN. OTTO TABOR *Ibid. 1657. 4.* tribus Voluminibus, ad caussarum methodum est directum, a diuersis Auctoribus compilatum. Confert autem Pandectas & Codicem, & collatis textibus ostendit, vbi materia vel extensionem, vel limitationem admittat. Quod dein *enucleatum* edidit GREGORIVS BICCIVS, *Argentorati 1667. 4.* IOA. REBHAHN edidit *Paralipomena Meierianorum, siue Quæstionum Iuris Selectarum ad vberiorem Collegii Argentoratensis interpretationem directarum Decades octo, Argentorati 1672. 4.* Eandem Methodum secutus est AMADAEVS ECKOLD in *compendiaria Pandectarum Tractatione, Wittebergæ 1670. 4.* & cum notis BARTHOLOMAEI LEONHARDI SCHWENDENDÖRFERI *ibid. 1694. 4.* & FRIDERICVS SCHRAGIVS, *in Introductione sua ad Pandectas, Argentorati 1688. 8.* qui ad docendam iuris connexionem plurimum conducit. IOANNIS a FELDE *elementa Iuris vniuersi & in specie publici Iustinianei, Francofurti 1664. 4.* edita sunt, in quibus vera Iuris Principia methodo analytica eruere conatur, ex principiis moralibus, nec tamen adplausu adeo magno. IOANNIS FRIDERICI BOECKELMANNI *Exercitationes ad π.* quæ *Heidelbergæ* prodierunt *1664. 8.* ac deinceps longe plenius, vsque ad Librum XX. *Lugduni Batauorum 1678.* denuoque *Vltraiecti 1694. 4.* ipsa Iuris fundamenta & controuersias compendiose tradunt. GEORGII ENGELBRECHTI vero *Dissertationes ad Pandectas* ab eo, quod vel plurimas quæstiones illustres & casus speciales ex constitutionibus, præsertim Brunsuico-Lüneburgensibus petitos decidunt, sunt commendandæ, recusæ *Helmstadii 1697. 4.* VLRICI HVBERI *Prælectionum ad Ius Romanum pars secunda & tertia, Franeckeræ 1689. 1690. & 1733. 4.* edita, ad solidam Iuris Romani prout in Pandectis continetur, rationem, eiusdemque cum vsu forensi collationem faciunt, singulares etiam casuum decisiones continent.

Iuris Ciuilis ad seriem potissimum π. directorum.

Nouiter demum prodierunt cum ſcholiis CHRISTIANI THOMASII, cura LVDERI MENCKENII, *Lipſiæ 1707. 4.* & cum eiusd. MENCKENII, GEORGII ADOLPHI SCHVBERTI, & GEORGII CHRISTIANI GEBAVERI notis, *ibid. 1725.* & ex recenſione ANDREAE FLORENTIS RIVINI *ibid 1735. 4.* In Scholiis THOMASIVS ſe contra Huberum defendit, ſæpius tamen in ipſius tranſit ſententiam. Sub Menckenii nomine, illuſtris MICHAEL HENRICVS GRIEBNER *Differentias Iuris Ciuilis & Saxonici* addidit, vt Huberus illis etiam, qui in foris Saxonicis eodem vtuntur, vtilis reddatur. Selectas tantum iuris difficultates & controuerſias pertractauit IOANNES IACOBVS WISSENBACHIVS in *Exercitationibus ad L. Pandectarum Libros, Franeckeræ 1653. 1658. 4. 1661. 4.* HENRICI HAHNII *Obſeruationes Theoretico-practicæ ad Weſenbecium*, quæ prodierunt *Helmſtadii 1668. 1706. f.* & *Coloniæ 1675.* & *1706.* ad vſum forenſem multum conducunt. Receptum in Academiis ante aliquos annos erat SYNTAGMA IVRIS CIVILIS STRVVIANVM, cuius plures proſtant Editiones, meliores ſunt antiquiores, emendatæ curatius. Ampliſſimum huic Syntagmati Indicem addidit PHILIPPVS MVLLERVS, eaque editio cui additus eſt, habetur inter præſtantiores. Ampliſſimo commentario illud Syntagma illuſtrauit idem PETRVS MVLLERVS Iuriſconſultus Ienenſis, quorum P. I. *Noribergæ 1692. 4. mai. T. II. ibid. 1698. P. III. 1701.* prodierunt. Recuſum opus, *ibid. 1738. 4.* Hoc poſtea perpetuis remiſſionibus ad Pandectas contulit ADRIANVS BEIERVS, in *Harmonia Struuiano-Schnobeliana, Ienæ 1663. 4.* & *ibid. 1669. 4.* vt & *1674. 1579. 4.* recuſa *Gedani 1693. 4.* cura IO. SCHVLZII. In idem Syntagma prodierunt HENRICI ERNESTI FLOERCKII *Annotationes, Magdeburgi 1707. 4.* Hoc inſecutum eſt COMPENDIVM LAVTERBACHIO-SCHÜZIANVM, cuius perplures extant Editiones, quarum tamen poſteriores multis ſcatent Erroribus Typographicis. Hos & quidem *10000. ſphalmata & errores in Compendio Schüzio-Lauterbachiano* indicauit inſuaui

insuaui & ærumnabili labore IOANNES FRIDERICVS HERTELIVS *Ienæ 1735. 8.* qui liber collectori parum proficuus, bibliopolæ qui Lauterbachium vendit profuit, vt inde errores corrigerentur. Cœptum quidem ab ipso auctore summo ICto, potior tamen pars ex eiusdem Collegio ad Pandectas a Schüzio extractum. Ad celebre hoc Compendium varias & cumulatas fere habemus Annotationes & Commentaria. Quorum tamen agmen merito ducit ipsius WOLFG. ADAMI LAVTERBACHII *Collegium Theoretico Practicum*, cuius Pars I. *Tübingæ 1690. 4.* Pars II. *Ibid. 1704. 4.* Pars III. *Tübingæ 1711. 4.* prodiit, post modum *1714. 4.* Index lucem adspexit, recusum *1726. 4.* & *1741. 4.* Hoc etenim Synopsin illam Schüzianam illustrat, explicat, emendat optimumque Commentarium præstat. Commendandæ tamen etiam SAMVELIS STRYKII *Adnotationes succinctæ in Compendium Lauterbachianum, Lipsiæ 1697. 4. 1701.* & ex Septima Editione *1718. 1741. 4.* quæque Iuuenibus Lauterbachium admodum faciunt perspicuum & IOANNIS HENRICI BERGERI *Resolutiones LL. obstantium, quæ in Compendio Lauterbachiano exponuntur, Wittebergæ 1699. 1706. 1726. 8.* ALEXANDRI ARNOLDI PAGENSTECHERI *Sicilimentorum ad Compendium Lauterbachianum Manipuli Tres, Coloniæ 1694. & 1696. 8. Manipuli Quatuor ex Tertia Editione, Coloniæ Agrippinæ 1699. 8.* controuersias tractant huius Compendii. IOANNIS KLEIN *Specimen Annotationum in Lauterbachii Compendium* editum ROSTOCHII *1707. 4.* GOTTLIEB GERHARDVS TITIVS *Obseruationum ratiocinantium in Compendium Iuris Lauterbachianum Centuriis V. Lipsiæ 1703. 8.* vulgaria præiudicia euellere conatur. IACOBI FRIDERICI LVDOVICI *Supplementa ad compendium Digestorum Lauterbachii, Halæ 1711. 8.* Variæ variorum in *Compendium Lauterbachianum* Notæ & Obseruationes collectæ sunt a IOA. HENRICO MOLLENBECIO sub Titulo: *Thesauri Iuris Ciuilis s. Succinctæ Explanationis Compendii Digestorum Schüzio-Lauterbachiani, Lemgouiæ 1717. 4.* quo

 non

non textum solum Compendii, sed farraginem Obseruationum ex Stykii, Bergeri, Menckenii, Pagenstecheri, Kleinii, Werneri, Ludouici, in hocce Compendium Notis compilatam videmus. Simile institutum tenuit CHRISTIANVS HENRICVS FREISLEBEN, qui compilauit atque conduxit: SCHÜZIVM *illustratum, siue Compendium Iuris* SCHÜZIO-LAVTERBACHIANVM *ex complurium celeberrimorum Iurisconsultorum notis & scriptis illustratum, Altenburgi 1735. 4 2. Voll.* Ad Methodum Compendii Lauterbachio-Schüziani *Specimen Compendii Iuris* elegans & accuratum persicere adgressus ADAMVS BALTHASAR WERNER, *Altorfii 1701. 8.* BERNHARDI KLEPPERBEINI *Examen & Repertorium Compendii Iuris Lauterbachiani* prodiit *Lipsiæ 1705. 8.* singula, quæ in Lauterbachio continentur, per Quæstiones deduxit, indicemque rerum adiecit, item definitiones actionum forensium cum formulis petendi Germanicis. Inter meliora alias Pandectarum Compendia referenda IACOBI FRIDERICI LVDOVICI *Doctrina Pandectarum*, quæ facili admodum methodo, adlegatis vbique præstantissimis recentiorum scriptis est composita, præmissa est Historia neruosa Pandectarum & Wissenbachii Emblemata Triboniani adiecta, prodiit *Halæ 1709. 1734. 8.* Hæc theoretice & practice, conductis variis illustrata in IOANNIS HENRICI ROTHERI *Commentatione theoretico-practica in Doctrinam Pandectarum Ludouicianam rationibus ex ipsis LL. fontibus depromtis, supplementis, annotationibus, dissertationibus æque ac præiudiciis allegatis ad vsum forensem Imperii R. Germanici, Electoratuum Saxoniæ, Brandenburgici & Lünæburgici, adiecto stylo Curiæ recentiori vbique recepto accommodata, Halæ 1742. 8.* IVSTI HENNINGII BOEHMERI *Introductio in Ius Digestorum; accesserunt Tituli de V. S. & R. I. ad seriem materiarum, Halæ 1704. 1736. & 1742. 8.* qua singulis titulis præter definitionem & diuisionem certa statuit requisita, eademque reiectis inutilibus ex antiquitatibus & praxi hodierna illustrat, subiunctis vbique legibus notabilioribus. NI-

COLAI

COLAI HIERONYMI GVNDLINGII, eruditissimi Iurisconsulti, *Digesta* in quibus rationis principia, Ius Romanum & Teutonicum e genuinis fontibus simul ac pragmatica connexa ratione expenduntur confusaque, noua & accurata methodo separantur, quorum *Pars Prima* seu πρῶτα, *Halæ Magdeburgicæ 1723. 8.* ita concinne accurate eleganter sunt scripta, vt nil nisi vota pro perfectione operis huius sint facienda. Ex Syntagmate STRVVII Senioris, dedit Compendium, filius, Vir amplissimus FRIDERICVS GOTTL. STRVVIVS *Ienæ 1711. 8.* Sic quoque facilitate & selectu se commendat IOANNIS IOACHIMI SCHOEPFERI *Synopsis Iuris Priuati Romani & Forensis, Francofurti ad Viadrum 1713. 8.* Hanc IOA. KLEINIVS, *Annotationibus, Rostochii 1706. 4.* editis, & in nostra academia NICOLAVS GVILIELMVS DRESSELIVS I. D. Notis *1719. 4.* illustrarunt. B. GEORGII BEYERI *Delineationem Iuris Ciuilis* secundum Pandectas, *Lipsiæ 1714. & 1738. 4.* ob accuratas viri doctrinas & perspicuitatem insigniter commendamus. Huc quoque spectat LVDERI MENCKENII *Tractatio Synoptica Pandectarum Theoretico-Practica Iuri communi vsuique moderno Imperii & præcipue Saxonico accommodata, ita, vt vice Supplementi Lauterbachiani esse queat, in Tabulas redacta, & axiomatibus applicatis illustrata, Lipsiæ 1697. f.* mutatoque titulo *Lipsiæ 1713. f.* quas Tabulas additis variis obseruationibus practicis, ab illustri ICto obseruatis, deinde in Compendium redegit filius GODOFREDVS LVDOVICVS MENCKENIVS & sub *Theoriæ & Praxeos Pandectarum* elogio, duabus Partibus *1714. & 1715. 8.* inde mutato saltim titulo *Halæ 1716. 8. & Lipsiæ 1724. 8.* edidit, quod ob excitatas ICtorum Saxonicorum, Lipsiensium cumprimis sententias, in harum Prouinciarum foris versaturis, insignem adferre poterit vtilitatem. IO. ALBERTI STEPHANI *Compendium Iuris iuxta* seriem π. *Regiomonti 1724. 8.* editum, ad Saxonicas, Magdeburgicas, Lubecenses, Hamburgenses, Culmenses aliorumque Locorum Leges & Statuta, Ordinationem Criminalem, potissimum vero ad Leges Borussicas remittit.

 §. XVI.

Systemata Iuris, propria methodo conscripta.

§ XVI. *Propria Methodo Systemata Iuris* perscripsferunt alii, vt OSWALDVS HILLIGER in *Donello enucleato, Ienæ 1613. 1617. 4.* quæ *Ienensis Editio* est optima, ea enim quæ *Antwerpiæ 1642. f.* edita, quod ad typos satis est nitida, sed iuxta Indicem Expurgatorium D. Bernardi de Sandobal & Roxas Cardinalis Archi-Episcopi Toletani & Hispaniarum Inquisitoris Generalis perpurgata. Prodiit quoque *Lugduni 1619. f.* Hic Liber accuratus est, & ad Iuris Ciuilis principia facit egregie. HENNINGVS RENNEMANNVS in *Iurisprudentia, Erfordiæ Vol. I. & II. 1651. Vol. III. & IV. 1658. 4.* edita, nimium philosophatur. Inter maiores, qui Systematum more Iura tractant, habemus PETRI GREGORII THOLOSANI *Syntagma Iuris vniuersi, Lugduni 1582. f. Francofurti 1611. f.* in quo tamen plura congessit, quam digessit, methodo etiam vtitur minus apta, dum Ius Rerum Iuri personarum præferat. FRANCISCI CONNANI *Commentaria Iuris Ciuilis, Hanouiæ 1610. f.* in Iure ciuili sunt prolixa. HELFRICI VLRICI HVNNII *Encyclopædia Iuris vniuersi, Coloniæ 1675. f.* Singulari & noua methodo potissimum vsus est NICOLAVS VIGELIVS in præclaro Opere, quod *Digestorum* Titulo luci exposuit. Quorum Pars Prima de *Iure Publico* prodiit *Basileæ* ex officina Oporiniana *1568. f.* Pars Secunda, de *Iure, quod in Personas habemus, cum suis causis & actionibus ibid. 1568. f.* Pars Tertia, de *Iure quod in rebus habemus ibid. 1569. f.* Pars Quarta, de *Causis Iuris lucratiuis ibid. 1570. f.* Pars Quinta, de *Obligationibus & Actionibus ex Contractu descendentibus ibid. 1570. f.* Pars Sexta, de *Obligationibus & Actionibus ex Delicto descendentibus, Basileæ 1571. f.* Diuisum laboriosum hoc Opus in L. Libros ad imitationem Quinquaginta Librorum π. sed non est ad seriem π. directum. Idem Vigelius singulatim edidit: *Methodum Iuris vniuersi, Francofurti 1628. f. Methodum Iuris Pontificii, Basileæ 1616. 8. Methodum Iuris Ciuilis controuersi, Moguntiæ 1652. f. Methodum Iuris feudalis, Hanouiæ 1597. 8.* quibus omnem Iurisprudentiam absoluit, ita, vt certas regulas, harum exceptiones

nes & replicationes per breuia axiomata proponat; addita semper lege, qua singula confirmet. Et ne praxis desit, addidit *Praxin forensem*, methodo suae nouae adaptatam & *Responsorum Iuris centurias quatuor, Francofurti 1620. 8. Methodum Obseruationum Camerae Imperialis, Basileae 1581. & Coloniae 1601. 8.* Licet autem ipsius methodus a multis adprobaretur, recepta tamen non fuit. Plenius de eodem agit MORHOFIVS *Polyhistore Tom. III. f. V.* Ex scriptoribus nouissimis huc pertinent GOTTLIEB GERHARD TITII *Iuris Priuati Romano-Germanici Libri duodecim, Lipsiae 1709. 4. ibid.* auctior ed. *1724. 4.* qui singulari plane methodo vtitur, omnesque Iuris Partes, Ciuile, Ecclesiasticum, Feudale, secundum genuina Iuris prudentiae Naturalis fundamenta compositas statuique Reipublicae Germaniae attemperatas, exhibet. Elegantissima & communi plausu excepta est IOA. HENRICI BERGERI *Oeconomia Iuris ad Vsum Hodiernum accommodata, Lipsiae 1712. 4. 1713. 4.* & tertium, licet Titulus saltim Editionem secundam designet, *1719. 4.* auctior *1728. & 1734.* Editio VI. cura IO. AVGVSTI BACHII *1755. 4.* quae ob ordinem, neruum, tractandi scribendique accurationem, omnibus esse debet commendata.

§. XVII. Alii *Paratitla Iuris Ciuilis* ediderunt, quibus cuiuslibet *Tituli Pandectarum connexionem* docent. Haec autem Paratitla, quae dicantur, explicauit Ægidius Menagius in Amoenitatibus Iuris Cap. XV. Æstimabantur olim BERNHARDI AVTVMNI *paratitla, Parisiis 1617. 12.* IACOBI CVIACII *Coloniae 1615. 8.* GVILIELMI MARANI *Paratitla in XLII. Libros priores Digestorum* edita a Filio RAYMVNDO MARANO, *Tolosae 1628.* atque *ibid.* inter Opera reliqua *1684 f.* & quae maximi fiebant MATTHAEI WESENBECII *commentarii in pandectas & codicis Iustinianei libros olim paratitla dicti Francofurti 1619. 4. mai.* quarum repetitionem edidit IOANNES BRVNNEMANNVS, *Francofurti ad Viadrum 1665. 8.* & *1688. 8.* Optima vero nunc sunt CLAVDII COLVMBET *Paratitla Digestorum, Parisiis 1683. 12.* edita, quae etiam

Scriptores qui Paratitla Iuris ediderunt.

cum systemate quodam Iuris coniungenda. Huc etiam spectat IOA. DOMATI *Legum Delectus ex Libris Digestorum & Codicis*, *Amstelodami* ex Editione Secunda, *1703. 4.* CLAVDII IOSEPHI de FERRIERE *Noua & methodica Iuris Ciuilis Tractatio, siue noua & methodica Paratitla in quinquaginta Libros Digestorum, Parisiis 1706. 8.*

Scriptores qui Germanico idiomate Iurisprudentiam scripserunt.

§. XVIII. Sed, non solum latino idiomate Iuris prudentiam exhibuerunt, verum etiam Germanico idem alii egerunt. ANDREAS PERNEDERVS quidem primum Institutiones in Germanicum idioma transtulit atque edidit *Ingolstadii 1567. f.* cum Præfatione *Wolfgangi Hungeri.* Hanc secuta est *Versio alia in Terris Electoralibus Saxonicis*, quæ *1580. 4.* inprimi cœpta & *1583. 4.* finita, sine loci Impressionis mentione. Sed hæc versio non est ad verbum, sed germanicis verbis Institutionum saltim neruosa & summaria expositio, cui, præter textum latinum in fine titulorum dispositio Iuris Saxonici quandoque addita ac qua ratione cum Iure Ciuili vel conueniat, vel discrepet, docetur. Eadem opera periculum in translatione Pandectarum factum, primis libris quinque in germanicam linguam translatis atque editis 1584. 4. Locus impressionis additus non est, insignia tamen Saxonica Electoralia, quæ libro præfixa, coniecturam faciunt, auctoritate Electorali fuisse factam. Plures libros translatos fuisse non constat, intermissus sine dubio labor, cum adplausum non reperiret. Prodierunt etiam eiusdem PERNEDERI *Processus, Ius feudale, criminale, summa Rolandina de contractibus, Regulæ Iuris Socini*, in germanicum translata, *Ingolstadii 1567. f.* Idem postea egit NOE MEVRER in Libro, cuius Titulus: *Liberey Kayserlicher auch Teutscher Nation Land- und Stadt Rechte, Heidelbergæ 1582. f.* in quo processum, materiam contractuum, testamentorum & successionum pertractauit. Auctor Anonymus sub Titulo: *des Teutschen Iustiniani, Augustæ Vindelicorum 1738. 4.* Institutiones Iuris multa cura in vernaculam transtulit, vtilissimoque Iuuenibus commentario illustrauit, iam supra inter commentatores ad Instituta est

est laudatus, heic tamen etiam locum promeretur. GEORGII ADAMI STRVVII *Teutsche Iurisprudenz* satis est nota, olim iussu Ernesti Pii composita, & edita *Martisburgi 1689. 8.* post, variis accessionibus aucta, cura *Henrici Ernesti Flœrckii* prodiit *Lipsiæ 1704.* recusa *1706. & 1711. 4. 1718. 4.* qua non solum quid Iuri Ciuili & Saxonico statutum, exponitur, sed etiam pleraque ex Statutis prouincialibus deducuntur. Ordinem Pandectarum secutus in exponendo iure ciuili forensi DIETERICVS GOTTL. ECKHARD, cuius *Erklærung der Jurispudentiæ ciuilis nach den Titeln der Pandecten* edita est *Lipsiæ 1734. 1737. 4.* Vtilis labor est cumprimis illis qui subsidiis latine scriptis vti vix possunt multaque industria conscriptus liber, cuius index *der Teutsche Rechts-Gelehrte,* auctores V.C. CHRISTIANO GOTTLIEB WOLFFIO, prodiit *Gœrlizii 1731-1739.* XLI. Partibus. Addimus HENRICI ANTONII GEISII *Teutsches Corpus Iuris, oder Kern und Auszug aller des Heiligen Römischen Reichs Kayserlichen, Teutschen Bürger- und Peinlichen Lehn-Geist und Weltlicher, Land-See- und Kriegs-Rechten mit gewöhnlichen Processen 1703. 4.* & IEREMIÆ FRANCKENBERGII *illustrium materiarum Iuris praxis moderna, Lipsiæ 1704. & 1715.* Decisiones sunt rerum iudicatarum, quæ potissimum in foro occurrunt, secundum ordinem Institutionum dispositæ, atque ex scriptis recentiorum ICtorum compilatæ.

§. XIX. Succedunt *Scriptores Polemici*, qui controuersias Iuris & antinomias enodare conantur. Horum autem habemus quamplures. *Nucleum* quidem *Iuris controuersi* dedit IOA. WVRMSERVS, *Tubingæ 1643. 4.* Alias quoque EVERARDI BRONCHORSTI extant ἐναντιοφανῶν *Centuriæ VI. Lugduni 1621. 4. Francofurti 1695. 8.* NICOLAI de PASSERIBVS *Liber antinomiarum, Coloniæ 1618. 8. Gothæ 1685. 4.* & IVLII PACII *centuriæ X. Coloniæ 1643. 8.* HVBERTI GIPHANII *antinomiæ Iuris Feudalis & Ciuilis, Francofurti 1606. 4.* IACOBI BRANDMVLLERI *dubia Iuridica ad Institutionum Librum primum, Basileæ 1663. 4.* nul- Scriptores Polemici.

nullius sunt momenti. BERNHARDI SCHOTANI *examen Iuridicum* cum dissertationibus IOANNIS SCHMIDELII *Ienæ 1667. 4.* editum, multas docet argutias disputatorias. Maioris adparatus & vsus sunt ANDREAE FACHINAEI *libri X. Controuersiarum, Ingolstadii 1600. f.* ex *Tertia Editione*, quæ optima mihi videtur, & *Coloniæ 1669. 4.* Egregiæ sunt ANTONII MERENDAE *Controuersiæ Iuris, Francofurti 1626. 4.* noua Editio, cura IOAN. MICHAELIS *von* LANGENDONCK lucem vidit, & qui inter Polemicos hodie æstimatur REINHARDVS BACHOVIVS in *Notis & Animaduersionibus ad Treutleri Disputationes, Heidelbergæ 1617. 1618. 1619. 4. ibid. 1688. 4.* & *Coloniæ 1658. 4.* & *1675. 4. 3.* Tomis. Eodem tempore in lucem edebantur HELFRICI VLRICI HVNNII *Resolutiones absolutissimæ in Treutlerum*, quæ ex iterata editione prodierunt *Francofurti 1617.* & *1620. 4.* 3. Tomis. Cum autem vno tempore cum Bachouio prodirent, multæ de eo inter vtrosque æmulationes & controuersiæ. Vtrique parum ad statum Iurisprudentiæ hodiernæ conducunt. NICOLAI VIGELII *Methodus Iuris controuersi Libris VI.* ad disceptationes forenses potissimum facit, prodiit *Basileæ* ex Oporiniana *1584. 8. 1606. f. Moguntiæ 1652. f.* Ad disputationes Academicas prosunt IOANNIS IACOBI WISSENBACHII *Exercitationes ad Pandectas & Instituta, Franckeræ 1653. 4.* GEORGII ADAMI STRVVII *Euolutiones* sæpius editæ, editio nouissima de anno 1713. 4. reliquis est correctior & locupletior, atque ad Syntagma directa. In horum supplementum successit FRIDERICI GOTTLIEB STRVVII *Sylloge Controuersiarum Ciuilium, Ienæ 1706. 4.* & B. G. A. STRVVII *Gothofredi Immo, Francofurti ad Mœnum 1695. 4.* in quo leges obstantes a Gothofredo in notis adlegatæ conciliantur. Quibus etiam addimus LVDERI MENCKENII, insignis ICti Saxonici, *Gymnasium Polemicum Iuris, Lipsiæ 1689. 4.* & *1708. 4.* complectens plures quam DCXX. selectas controuersias. Multum id commendandum cum in hoc vnico scripto plures quam in reliquis leges

fuerint

fuerint conciliatæ. Ad Compendium Lauterbachianum habemus IOANNIS HENRICI BERGERI *Resolutiones legum obstantium*, *Witteberga 1699* & *1741. 8.* quarum Editio Tertia castigatior & multis rerum accessionibus locupletata accurante Filio illustris Auctoris *Christophoro Henrico Bergero* prodiit *Vitembergæ 1661. 8.* Ad huius quoque Compendii seriem directum est SAMVELIS de COCCEII *Ius Controuersum*, cuius Pars Prima *Francofurti ad Viadrum 1713. 4.* Altera vero *ibid. 1718. 4.* recusa sæpe sub Edit. II. titulo & a. *1729. 4.* Quo opere illustriores Iuris Ciuilis controuersiæ & Quæstiones breuiter & succincte, quandoque & noua ratione, ex sententia & argumentis *Henrici Coccei*, ICti summi & acutissimi, Illustrissimi Auctoris, Parentis, deciduntur. Quas olim in Academia Lipsiensi ediderat *Theses Iuris controuersi* Vir celeberrimus ANDREAS FLORENS RIVINVS, eas emendatas passimque auctas, sub nouo titulo: *Systematis Iuris prudentiæ polemicæ* recudendas curauit *Vitembergæ 1753. 4.* accedit Auctoris politissimi Oratio *de Iuris prudentia compendiaria.* Huc etiam faciunt controuersiæ, quas inter se habent Iureconsulti. CASPARIS SCHIFORDEGHERI Libri Tres *ad Antonium Fabrum, Oppenheimi 1610. f.* quibus Fabri Coniecturas & Rationalia illustrat, sed eius quoque sententias defendit, discrepantesque multorum ICtorum sententias perstringit, atque subtiliter disputat. Tomus *Quartus* Operis *Schifordegheriani* editus non est, extitit prelo paratus *Francofurti* ad Mœnum in Bibliotheca *Kloziana* spisso volumine. Aduersus vero *Codicis Fabriani τα πρωτα καχόδοξα* in primis Protestantibus iniuriosa *Præscriptionum Theologicarum* Libros II. dedit IACOBVS LECTIVS, *Aureliæ Allobrogum 1607. 8.* Eiusdem Fabri coniecturas inuestigauit & quidque circa easdem in foro receptum sit in gratiam Pragmaticorum exquisiuit ac refutauit HIERONYMVS BORGIAS in *Libris XX. Inuestigationum Iuris Ciuilis*, *Neapoli 1678. f.* Alias etiam defensarum sententiarum Decades scripsit aduersus Decades errorum Antonii Fabri. Huc faciunt quoque IOANNIS ROBERTI *Notarum Libri III.*

ad *Iacobi Cuiacii* Mercatoris *Notatorum Libros III. Aureliæ 1582. 4.* editi. Notata vero MERCATORIS siue IACOBI CVIACII *ad Libros Animaduersionum* IOANNIS ROBERTI prodiere *Biturigibus 1581. 4.* ROBERTI & IACOBI CVIACII *Scripta contraria* iunctim edita *Marpurgi 1604. 8. Cuiacii* vero Defensionem contra *Antonium Fabrum* in materia condictionis furtiuæ suscepit alius ANTONIVS MERCATOR, forte Lyclama, *Operis Gratuitis, Lugduni Batauorum 1616. 8.* quas QVINTVS A KANCKEBEER edidit. Nota præter ea sunt scripta contraria Petri Stellæ & Vdalrici Zasii, Francisci Duareni & Francisci Balduini, Francisci Hotomanni & Iacobi Cuiacii, Claudii Salmasii & Hannibalis Caroli Fabroti, quæ omnia theoreticam Iuris peritiam insigniter illustrant.

CAPVT NONVM

DE SCRIPTORIBVS QVI INTEGRA OPERA IVRIS, DECISIONES ET CONSILIA EDIDERVNT.

§. I.

Scriptores qui integra Opera Iuris ediderunt.

Pergimus nunc ad eos, qui integra Opera Iuris ediderunt, inter quos eminet TRACTATVS TRACTATVVM, iussu Gregorii XIII. Pontificis Romani in vnum congestus a FRANCISCO ZILETTO, *Venetiis 1584. f. XXVII. Tomis.* In hoc Opere videmus selectos Tractatus secundum ordinem Pandectarum Iuris congestos. Nec inutilis pro statu illorum temporum erat collectio. Hodie vero, cum de permultis materiis recentiores, sæpe etiam accuratiores habeamus Scriptores, tantam ac olim æstimationem non habet. Promiserunt quidem Bibliopolæ Veneti nouam Editionem Scriptoribus recentioribus adornatam, vix tamen sperandum ob sumtus nimios eos promissa esse adimpleturos. Ante hunc *Tractatum Tractatuum Iuris Venetum, Lugduni Gallorum* talis facta Collectio Scriptorum Iuridicorum antiquiorum, sub Titulo: *Tractatuum Doctorum Iuris,* siue OCEANI *Iuris,* Nouem Tomis, *Lugdu-*

Lugduni 1535. *f.* Huic subiungimus REPETITIONES *seu Commentarios in varia Iureconsultorum responsa, Lugduni* 1553. *f.* ex officina *Hugonis a Porta* VIII. Voluminibus, quibus diuersi minores Tractatus & Recitationes Professorum Academicorum in certas Leges secundum seriem π. sunt conducti. Sic etiam varios habemus Tractatus de singularibus quibusdam Materiis, congestos. *Corpus selectorum Tractatuum de Pignoribus & Hypothecis, Francofurti 1686. f. Tractatus variorum de Dote, Francofurti* 1586. *f. Selectos Tractatus in materia Assecurationis & cautionis, Coloniæ* 1569. *f. Selectos Tractatus de Successione, Coloniæ* 1596. *f.* aliosque. Opera quoque integra magnorum celeberrimorumque ICtorum diuersis Voluminibus iunctim edita prostant. Non autem omnium Collectiones heic annotabimus, selectiores saltim, & eorum qui ingenio & doctrina præ ceteris eminuerunt. BARTOLI nempe *Opera* edita *Basileæ* 1553. 1557. 1588. 1589. *f. V. Voll.* & *Lugduni* 1567. *f. IV. Voll.* BALDI typis impressa *Venetiis* 1595. *f. IV. Voll.* & *Lugd.* 1555. *f.* 7. *Voll.* Horum discipulis literarum humaniorum præsidiis destitutis locus in hac *Bibliotheca* non damus. Quem merito occupant ANDREAE ALCIATI *Opera Omnia, Basileæ* 1571. 1582. *f. V.* Tomis *Francofurti* 1617. *f. IV. Voll.* VDALRICI ZASII Germaniæ Alciati, *Francofurti* 1590. *f. Tomi VI.* GVILIELMI BVDAEI viri & iurisconsulti græce & latine doctissimi, Tomis IV. *Basileæ* 1557. *f.* apud Nicolaum Episcopium Iuniorem, quæ non vbiuis sunt obuia, ex quibus Tom. II. & III. ad Iura pertinent. EGVINARII BARONIS *Opera Omnia in Tres Tomos* diuisa formis impressa *Lutetiæ Parisiorum* 1562. *f.* FRANCISCI DVARENI ICti doctissimi *Opera, Lugduni* 1584. *f. Francofurti* 1584. 1592. FRANCISCI HOTOMANNI *Opera in Tres Tomos* distributa edita *Geneuæ T. I. & II.* 1599. *& Tom. III.* 1600. *f.* 3. *Voll.* Coniungenda: *Opuscules des Hotmans, Antonii,* & *Francisci, Paris* 1616. 8. IOANNIS CORASII *Opera* iunctim edita studio & labore VALENTINI GVILIELMI FOERSTERI *Wittebergæ* 1603. *f.* 2. *Voll.*

AEMY-

AEMYLII FERRETTI ICti humanitatis literis tincti *Opera, quæ haberi potuerunt Omnia, Francofurti 1598. 4.* CAROLI MOLINAEI *Opera, Parisiis 1624. f.* 3. Tomis & ex Editione IV. *Tomis VI.* distincta *Parisiis 1658. f.* STEPHANI FORCATVLI *Opera, Parisiis 1195. f.* ANDREAE TIRAQVELLI ICti multæ diffusæque lectionis *Opera, Francofurti 1597. 1616. f. VII.* Tomis, & Principis suo æuo ICtorum literatorum IACOBI CVIACII, *Parisiis 1637. f. Francofurti 1595. f. IV. Tomis* & ex optima editione quæ cura CAROLI ANNIBAL. FABROTI prodiit *Parisiis 1658. f. X. Tomis* recusa *Neapoli 1722. f. 1727. XI. Voll.* in qua accessit Græcorum versio locorum, atque EDMVNDI MERILLII Diss. & interpretatio variationum ex Cuiacio obseruatarum. GVILIELMI MARANI *Opera omnia* cum Auctoris Vita per *Bernard. Medonium* iunctim prodierunt ex recensione CHR. HENR. TROTZ *Traiecti ad Rhenum 1741. f.* His adiungimus ex elegantioribus Iurisconsultis ANTONII COVEANI *Opera omnia, Lugduni 1564. 1622. 8.* HVGONIS DONELLI *Opuscula* cura SCIPIONIS GENTILIS *Hanauiæ 1604. 8.* ADRIANI PVLVAEI *opuscula* editore VALENTINO GVIL. FORSTERO *Vitembergæ 1610. 8.* ANTONII CONTII *Opera Parisiis 1626. 4.* BARNABAE BRISSONII *Opera* varia multo quam antea emendatiora & tertia amplius parte auctiora, *Parisiis 1607. 4.* NICOLAI BVRGVNDI *Opera omnia iuridica, Bruxellis 1674. 4.* PETRI PITHOEI *Opera sacra, iuridica, historica, miscellanea Parisiis 1609. 4.* ANTONII MORNACII *Opera Parisiis 1654.* & *1721. Tomis IV. f.* ANTON. PEREZII *Opera in III. Tomis Venetiis 1738. f.* IACOBI RAEVARDI *Opera T. II. Francofurti 1601. 1622. 8.* & *Lugduni 1672. 8.* PETRI STOCKMANNI *Opera Bruxellis 1700. 4.* IACOBI GOTHOFREDI *Opuscula varia, Geneuæ 1641. 1654. 4.* & ex recensione V. C. FRANCISCI CAROLI CONRADI, *Helmstadii 1731. 4.* EIVSDEMque *Opera iuridica minora* cum Præfatione V. C. CHRISTIANI HENRICI TROTZII *Lugduni Batauor. 1733. f.* CORNELII

van

van BYNCKERSHOECK *Opuscula varii argumenti, Lugduni Batauor. 1719. 4.* & *Opera minora Lugd. B. 1730. 4.* ac ex recensione & cum Præfatione FRANCISCI CAROLI CONRADI, *Halæ 1729. 4. 2 Tom.* MARTINI AZPILCVETAE *Opera quinque* Tomis prodierunt *Lugduni 1589. Venetiis 1600 f.* FRANCISCI de AMAYA *Opera, Lugduni 1667. f.* IOAN. BAPTISTAE *Cardinalis* de LVCA, *Theatrum Veritatis & Iustitiæ, Coloniæ 1680. f.* vsque *1689. VII. Tomis.* IO. HARPPRECHTI *Opera omnia* Tribus Tomis *Tubingæ 1627. 4.* IOANNIS OTTONIS TABORIS Opera, cura ANDREAE MYLII edita, *Lipsiæ 1688. & 1718. f.* OTTONIS PHILIPPI ZAVNSCHLIFFERI *Opera, Francof. ad Moen 1698. 4.* FRANCISCI BORDONI *Opera, Parmæ 1688. & 1689. f.* HVLDERICI ab EYBEN *Scripta*, quæ de Iure Ciuili, priuato, publico & feudali edidit ex MSCtis etiam locupletata & in partes tres digesta cum præfatione Ioan. Nicolai Hertii, *Argentorati 1708. f.* DIODORI TVLDENI *Opera Iuridica omnia, Louanii 1701. 1702. f.* IOA. & FRIDERICI à SANDE *Opera, Louanii 1674. Coloniæ 1698. f.* PETRI PECKII *Opera, Antwerpiæ 1679. f.* CASPARIS MANZII *Opera, Francofurti 1605. f.* GERARDI NOODT *Opera varia, Lugduni Batauorum 1713. 4.* & *Opera omnia Lugduni Batauor. 1724. Coloniæ Agrippinæ 1732. f. 1735. f.* 2. Tomis nitido charactere excusa cum Auctoris vita, per IOHANNEM BARBEYRACIVM egregie scripta ex Edit. *Secunda, Leidensi*, quæ est optima, excusa, qua ICti grauissimi & elegantissimi opuscula erudita sigillatim edita continentur & plura alia. SAMVELIS STRYKII *operum præstantiorum Tomi Quatuor* iunctim editi, *Halæ Magdeb. 1746. f.* in quibus tamen desideratur Tr. de *Iure Sensuum.* Quod si *Dissertationes* Strykianas Patris & Filii atque *Rhetianas*, Consilia item *Strykiana* ac *Schæpfiana* addas, *Vlmæ 1743. 1753* & *1755. f.* editas, numerari solent Volumina XVI. IOANNIS GOTTLIEB HEINECCII *Opera omnia*, prima vice in vnum corpus collecta, edita *Geneuæ 1746. 48. 4. mai. VIII.* Tomis His addi possunt

Dissertationes ICtorum iunctim editæ, inter quas eminent Basileensium Volumina Nouem, Disputationes Strykii, Lauterbachii, Hertii, Menckenii, Vlrici Huberi, C. Ziegleri, Ludewigii, Griebneri, G. Beyeri aliorumque Opuscula vno fasciculo edita.

Qui Decisiones & Consilia scripserunt.

§. II. Subsequitur Decidentium, *Responsorum*, atque *Consiliorum* Classis, quorum ingens est numerus. De horum antiquitate, vsu & abusu legi meretur breuis quidem, sed iudiciosa IOA. STRAVCHII præfatio *Ioannis Fichardi Consiliis*, *Darmstadii & Giessæ* iterum *1677. f.* editis, præmissa. Primum quidem veniunt Generales, qui nulla habita ratione, nec ordine Consilia congesserunt, vti habentur *Consilia* FRANCISCI BVRSATI, *Francofurti 1679. f. Tomis IV.* ALEXANDRI TARTAGNI, *cum scholiis Rouescalæ*, *Francofurti 1610. f. Libri f. VII. Vol.* ERNESTI COTHMANNI *Consilia & Responsa Iuris*, *Francofurti 1597. 1610.* item *1662. f. VI. Tomis.* AYMONIS CRAVETTAE *Consilia*, *Venetiis 1568. f. Francofurti 1661. f.* BARTHOLOMAEI & MARIANI SOCINI, *Lugduni 1551. f. II. Vol. Venetiis 1580.* & *Argentorati 1607. f.* IOANNIS PETRI SVRDI *decisiones*, *Francofurti 1599. f. IV. Libris*, HIPPOLITI RIMINALDI *Consilia*, *Francofurti 1609. f. III. Vol.* NICOLAI REVSNERI *Consilia*, *Francofurti ad M. 1601. f. Noribergæ 1661. f.* IACOBI MENOCHII *Consilia*, *Francofurti 1594.* vsque *1599. Tomis X. 1628. f. & 1676. XIII. Tomis. f.* RAPHAELIS FVLGOSII *Consilia*, ex recensione Conradi Rittershusii, *Ambergæ 1607. 4.* IOANNIS FICHARDI *Consilia*, quorum *Tomus Primus*, *Francofurti ad Mœnum 1590. f.* Consilia latino sermone scripta continet; *Tomus Secundus* vero eodem anno impressus, Teutonica habet. Prodierunt inde cura *Ioa. Strauchii*, qui & Præfationem præmisit, *Darmstadii & Giessæ 1677. f. Tertii Tomi* accessione locupletata præmissa etiam Auctoris vita scriptore *Henrico Petreo Herdesiano*, præter ea quæ in priori Editione germanice extabant in latinum fuere sermonem conuersa in gratiam exterorum. MODESTINI PISTORIS *Consiliorum* Volumina

mina *II. Lipsiæ 1596. f.* Multi vsus sunt MATTHIAE WESEMBEGII ICti Ienensis & Wittebergensis suo æuo summi *Consilia* & *Responsa*, quorum duo *Tomi* viuo auctore *Basileæ 1584. f.* typis sed vitiose multum formis expressa. Curis inde doctorum hominum correctius edita & quidem *Tom. I. & II. Viteberga* edidit M. COLERVS; *T. III. & IV. Viteberg 1611. f.* NICOLAVS BVLACHER; *T. V. & VI. ibid. 1619. f.* CHR. KREMBERGK; atque *T. VII. & VIII. ibid. 1624. f.* IEREMIAS REVSNERVS. FRANCISCI PFEILS *Responsa & Consilia, Centuriæ Duæ, Magdeburgi 1600. f.* in quibus multarum Prouinciarum & Ciuitatum superioris & inferioris Saxonicæ Statuta & Consuetudines illustrantur. Isti vero omnes, varios quidem casus proponunt, raro tamen singulares, quos debili sæpe argumentorum ratione decidunt, & immensis fere adlegatis vtuntur. FICHARDVS tamen, WESENBECIVS & SVRDVS accuratiores sunt, & præ cæteris REVSNERVS atque COTHMANNVS. Varia bonæ frugis reperias quoque in illa *Sylloge* quæ inscripta fuit: *Variarum Academiarum & ICtorum clarissimorum Consilia*, cuius compilationis *Tom. I. Francofurti 1568. Tom. II. ibid eod. an. Tom. III. ibid 1571. Tom. IV. ibid. 1512. Tom. V. ibid. 1578. f.* prodierunt; LAVRENTII KIRCHOVII *Consilia, Francof. 1594. f.* & *Augustæ 1603. f.* varia variorum ICtorum consilia referunt bonæ frugis. IOANNIS BORCHOLTEN *Consilia siue Responsa Iuris*, edita a STATIO BORCHOLTEN *Helmæstadii 1600. f.* FRIDERICI PRVCKMANNI *Consiliorum Vol. I. Lipsiæ 1603.* Vol. II. *ibid. 1610. f.* MATTHIAE COLERI *Consilia* & Responsa Iuris *Lipsiæ 1612. f.* IOA. WAMESII *Responsorum Iuris Ciuilis*, Centuriæ Sex *Antwerpiæ 1643. f.* editæ, admodum raræ sunt, & graui iudicio elaboratæ. Recentiora vtiliter pragmaticis viris in Germania inseruire possunt GEORGII MVNDII a RODACH *Consiliorum* Volumina Duo, *Ienæ 1664. fol.* quibus varia quæ ad Ius Publicum, Feudale, & Ecclesiasticum faciunt, illustrantur. Magni momenti argumenta illustrant *Consiliorum* quæ CASPAR KLOCKIVS elaborauit

borauit & THOMAE MERCKELBACHII nec non THOMAE MICHAELIS quædam inseruit, *Tomi Quatuor*, quæ ex *Editione Secunda Norimbergæ 1673. f. IV. Voll.* prodierunt. AHASVERI FRITSCHII *Consilia* Erfurti *1678. f.* BENEDICTI CARPZOVII *Responsa Iuris, Lipsiæ 1683.* & *1709. f.* IOAN. BRVNNEMANNI *Consilia, Francofurti ad Viadrum 1677.* & *1704. f.* edita, ex rationibus, quæ adducunt, commendanda, vti & IOANNIS STVCKII *Consilia, Francofurti 1666. f.* Quæ ANDREAE GAILIO tribuuntur a mendace quodam editore, non sunt viri summi, sed aliorum ICtorum, prodierunt autem sub titulo: *Nouum Opus Consiliorum* ab ANDREA GAILIO, *aliisque non minoris auctoritatis Iurcconsultis conceptorum, Francofurti 1662. f.* DAVIDIS MEVII *Consilia, Francofurti 1680. f.* & ex Secunda Editione curante OTTONE PHILIPPO ZAVNSCHLIFFERO, *Francofurti ad Mœnum 1717. f.* quâ inter alios vtiles accessiones, & perpetuæ ad MEVII Decisiones Vismarienses remissiones additæ, magni sunt iudicii. FRANCISCVS SADARINVS nouo more *Responsa* sua *Bononiæ 1681. f.* edita, ex ipsis scriptoribus priscis illustrare conatus fuit. Id quod ante eum iamdum egerat PETRVS AERODIVS in *Pandectis Rerum Iudicatarum*, quæ *Francofurti 1580. 8. Libris* duobus & *Parisiis 1618.* dein iterata editione, cura PHILIPPI ANDREAE OLDENBVRGERI prodierunt *Geneuæ 1677. f.* & sola veterum Romanorum in variis casibus facta præiudicia continent. Exinde ratio etiam fori Romani erit dilucidior. Singulares quinquaginta casus eruit atque decidit IOA. CHRISTOPHORVS HEROLDVS in *Consiliis Decisiuis, Lipsiæ 1686. 4.* Plura etiam ex autographis suis promisit auctor, de quo vero post mortem ipsius vix amplius sperandum. IOANNIS CHRISTOPHORI DONAVERI *Consilia & Responsa, Noribergæ 1724. f.* inter alia consueta, varia argumenta Iurium Nobilitatis immediatæ habent. AVGVSTI HOFFMANNI *T. I. Francofurti 1713. 4. T. II. ibid. 1718. 4.* prodiit. IOANNIS IODOCI BECKII *Responsa Iuris Ciuilia & Criminalia* edita *Noribergæ 1736. 4.* atque GOTT-

GOTTLIEB WILHELMI DINCKLERI *Responsa* quædam *Ienæ* *1737*. 4. FRANCISCI SCHMALZGRVBER, *Consilia & Responsa 1740. 2. Tom. f.* R. Catholicis grata. *Tubingensia Consilia* edidit CHRISTOPHORVS BESOLDVS, *Tubingæ 1661. f. VI. Tom.* Hæc continuauit FERDINANDVS CHRISTOPHORVS HARPRECHTVS, cuius *Volumen primum Tubingæ 1695. f.* & *Volumen II. 1696. f.* *Volumen III. 1697. & IV. Tubingæ 1698. f.* *Volumen V. & VI. Tubingæ 1699. f.* Secuta sunt eiusdem *Responsa Iuris Criminalia & Ciuilia*, quorum *Volumen I. & II. Tubingæ* prodiit *1701. f.* *Volumen III. Tubingæ 1702. f.* *Volumen IV. Tubingæ 1706. f.* *Volumen V. Tubingæ 1707. f.* *Volumen VI. Tubingæ 1708. f.* Hæc autem tum ob frequentes rationes, tum ob Autores præstantiores, qui adlegantur, vsum sane præbent non minimum. *Noua Consiliorum Iuridicorum Tubingensium Collectio* in VIII. voluminibus, extat, cuius *Volumen I.* sistit GABRIELIS SCHWEDERI Consilia maxime Ciuilia, edita *Tubingæ 1731. f.* WOLFFG. ADAMI LAVTERBACHII *f.* exhibet Consilia maxime Ciuilia accurante nepote ADAMO FRIDERICO LAVTERBACHIO. HERMANNI ANT. MARIAE de CHLINGENSPERG *Consilia & Responsa Tom. I. & II. Norib. 1734. f.* EIVSD. *Consilia & Responsa criminalia*, Tom. I. & II. *Noribergæ 1738. f.* *Marpurgensia IV. Voluminibus* collegit HERMANNVS VVLTEIVS, quorum *Volumina Tria* prodiere *Francofurti ad Mœnum 1629. f.* *Volumen vero IV.* itidem *Francofurti 1631. f.* impressum, perrarum est, ac inter alia quædam, in Caussis Controuersiisque Personarum illustrium continet Consilia atque Responsa. *Giessensia* maioris momenti abs se multa doctrinæ soliditate elaborata dedit IOANNES NICOLAVS HERTIVS, quorum *Volumen Primum Francofurti 1729. f.* *Secundum ibid. 1730. f.* editum, vtrumque caussas varias illustres Germaniæ controuersas exhibent. *Kiloniensia & Tubingensia* ERICVS MAVRITIVS edidit, *Francofurti 1693. 4.* *Altdorffina* CONRADVS RITTERSHVSIVS, *Francofurti 1603. f.* &

ex ANDREAE DINNERI MSCtis locupletata, CHRISTIANVS LEONHARDVS LEVCHTIVS, *Altdorffi 1690. f.* quibus eiusdem LEVCHTII cura *Volumen II.* accessit *Noribergæ 1704. f.* quo *Henrici Linckii* ICti Altdorffini percelebris Centum Consilia, iisque Iuris, tam Ecclesiastici, quam Ciuilis & Feudalis controuersi quæstiones & casus difficiles continentur. *Argentoratensia* dedit IOA. FRIDERICVS SCHMIDT, *Argentorati 1642 f. II. Vol.* Tertium etiam promisit neque tamen editum. Huius tamen instar esse poterunt *Consilia Argentoratensia* MARCI OTTONIS, quorum Volumen Nouum curante IOA. SCHILTERO prodiit *Argentorati 1701. f.* In quibus multæ etiam quæstiones Iuris publici deciduntur. *Wittebergensia* dedit IOANNES HENRICVS BERGERVS, cuius *Responsa ex omni iure, quo inprimis Germania vtitur, repetita* prodiere *Lipsiæ 1708. f.* in quibus insignes iuris communis & Saxonici quæstiones solide deciduntur; Secuta alia & quidem quæ ipse elaborauit, eximius & accuratus Iurisconsultus, CASPAR HENRICVS HORNIVS, quæ *Dresdæ & Lipsiæ 1711. & Wittebergæ 1726. f.* edita, quibus diuersi Iuris argumenta probe & graui cum iudicio declarantur. *Gryphiswaldensis* Academiæ ICtorum Collegii prodierunt: *Selectiores Consultationes Collegii ICtorum Academiæ Gryphiswaldensis, quibus varia eademque vtiliora Iurium Germaniæ communium sigillatim Lubecensis argumenta exposita atque illustrata*, edidit præmissa culta Præfatione, de eo quod interest imperantis, vt in Academiis Collegia ICtorum floreant V. I. HERMANNVS HENRICVS ENGELBRECHT, *Stralsundiæ & Gryphiswaldiæ 1741. f.* *Ienensia* dederunt CHRISTOPHORI PHILIPPI RICHTERI *Consilia*, *Ienæ 1665. f.* edita *II. Tomis*, & ex Secunda Editione Volumen I. *Ienæ 1673. f.* Volumen II. *Ienæ 1686. f.* caussasque tractant vtiles, quandoque Feudales, etiam illustrium. NICOLAVS CHRISTOPHORVS S. R. I. Lib. Baro & Eques de LYNCKER in *Decisionibus* suis, quarum Partes Tres, siue Centuriæ XV. prodierunt *Ienæ 1701. 4.* & ex *Secunda Editione* *Ienæ*

Ienæ 1719. 4. quæ ob multitudinem & varietatem casuum æstimantur. Secutæ sunt eiusdem Autoris *Decisiones DCC. Disceptationum forensium Ienæ 1713. 4.* eadem methodo perscriptæ. Inde habemus Eiusdem *Consilia & Responsa*, quorum *Volumen Primum Ienæ 1710. f. Alterum, ibid. 1715. f.* recusa *1736. 45. f.* quibus insignes & difficiles casus, rerum tam priuatarum, quam publicarum, maximam partem auspiciis inclitæ Facultatis Ienensis, deciduntur. Addimus illustris CHRISTIANI WILDVOGELII *Responsa & Consilia, Ienæ 1717. f.* HENRICI COCCEII *Consilia illustria, Lemgouiæ* edita *T. I. 1725. T. II. & III. 1728. f. Halensia* legas in diuersis Collectionibus egregiis, quarum prima hac inscriptione lucem vidit: *Consilia Hallensium Iureconsultorum* SAMVELIS nempe STRYKII, CHRISTIANI THOMASII, IOA. PETRI a LVDEWIG, & quædam N. H. GVNDLINGII vt & I. G. HEINECCII, cum Præfatione perill. IOAN. PETRI a LVDEWIG, qua de Consiliis & Responsis ICtorum Germaniæ exposuit, T. I. *Halæ 1733. f.* Secutum Volumen *Secundum, ibid. 1734. f.* hoc indice: *Consilia Hallensium Iure consultorum, in Sachen des Teutschen Fürsten-Rechts in dem Heiligen Röm. Reich*, quæ magnam partem *Ludewigiana* eademque insigni eruditionis adparatu sunt instructa. Præmissa amplissima Præfatio Historiam Academiæ Halensis complectens. Quæ vero, qui Halensi Academiæ ornamento fuit insigni accuratione & soliditate doctrinæ elaborata dedit Responsa B. IVSTVS HENNINGIVS BOEHMERVS, hoc titulo edita: *Consultationum & Decisionum* Tomus *Primus, Halæ 1733. f.* in duas Partes diuisus, quarum *prior* Iuris Ecclesiastici; *posterior* Iuris Publici & Feudalis selectiora argumenta exhibet, *Tomi Secundi* Pars *Prior Halæ 1734. f.* Iuris Ciuilis & Criminalis argumenta selectiora iuxta ordinem Digestorum a Libro I. vsque ad Librum XXX. dat; & *Tomi Secundi* Pars *Posterior ibid.* eod. a eadem a Libro XXX. ad Librum L. sistit, CAROLVS AVGVSTVS BOEHMERVS Filius ex schedis paternis collegit, di-

 gessit,

gessit, conspectu argumentorum, summariis & indice locupletissimo instruxit. *Idem* Tomum *Tertium* adornauit præmissis Præfationibus, *Halæ Magd.* 1748. seq. *f.* IOAN. GOOTLIEB HEINECCII *Consilia, Decisiones & Responsa Iuris* ex schedis paternis edita, cura Filii IO. CHRIST. GOTTL. HEINECCII *Vratislauiæ, 1744. f.* in quibus caussæ & quæstiones illustres ex Iure Publico, Germ. Feudali, Ecclesiastico & matrimoniali tractantur. Ex diurnis Halensibus vtililiter repetitæ numeris ad X. additaque XVII. Consilia iuris B. HEINECCII iunctimque edita sub indice: *Vermischte Anmerckungen und Rechtliche Gutachten, Berolini 1742. 8. mai.* Pertinent quoque huc SAMVELIS STRYKII *Consilia* iunctis WOLFGANGI ADAMI SCHOEPFFII Iuris consulti Tubingensis, *Vlmæ 1755. f.* edita quæ Operibus *Strykianis* annumerari solent & ex parte CHRISTIANI THOMASII *ernsthafte, aber doch muntere und vernünfftige Gedancken und Erinnerungen über allerhand auserlesene Iuristische Hændel* Pars I. *Halæ 1720. 4.* & iterum *1723. Pars II. ibid. 1720.* & *1724. Pars III. ibid. 1721.* & *1724. Pars IV. ibid. 1721.* & *1725. 4.*

Decisiones Cameræ Imperialis & alior. iudicior. Germaniæ.

§. III. In *Germania nostra* plures sunt, qui *certorum Collegiorum & Iudiciorum Consilia* publicarunt. *Decisiones & Sententias* Supremi *Iudicii Cameralis* RAPHAEL SEYLERVS, Cameræ Assessor conduxit sub indice: *Cammer-Gerichts Bei- und End-Vrthail s. Selectissimarum Sententiarum in summo Sacræ Imperialis Cameræ Iudicio ab Anno 1495. ad a. 1570. publicatarum Partes Duæ: Francofurti ad Mœnum 1572. f.* Successit *Pars Tertia* sententias vsque ad *a. 1573.* publicatas, complectens, *ibid. 1573. f.* & iterum sub titulo: *Vrthel und Beschayd an Kayserlichem Cammer-Gericht, welche* RAPHAEL SEYLER *D. und Cammer Gerichts-Beysitzer cum Enchiridio totius Ordinationis instar Locorum communium gefertiget durch* CHRISTIANVM BARTH, *Cameræ-Assessorem, Spiræ 1604. f.* quinque Voluminibus, quibus sententiæ & Decisiones Cameræ Imperialis

ab

ab a. 1495. vsque ad a. 1587. & d. 2. Maii prolatæ continentur, additis summariis cuique sententiæ præmissis. Opus hodie rarum & multi vsus. Dolendum partium litigantium nomina, literis saltim initialibus designata esse, vel plane omissa. Huc pertinent porro *Decisiones* quædem *Camerales* adiunctis Votis & Relationibus quas IV. Tomis edidit IOANNES MEICHSNERVS, quarum Tomus I. *Francofurti ad Mœnum 1603. f. Tomus II. ibid. 1604. f. Tom. III. ibid. 1604. f. IV. & Vltimus Francofurti ad Mœnum 1606. f.* prodiere. Recusa hæc Volumina *Francofurti 1688. f.* Extant etiam quædam *Decisiones* Cameræ in Collectaneis quæ bibliopola Francofurtensis *Io. Theobaldus Schœnwetter*, sub ficto ADRIANI GYLMANNI ICti Germani (alii collectorem primum PAVLVM MATTHIAM WEHNERVM putarunt) edidit sub hac inscriptione: *Symphorematis Supplicationum pro Processibus in supremo Cameræ Imperialis Auditorio impetrandis &c.* Tomi *Sex.* In Editione nempe *Secunda Francofurti* ab a. *1604.* ad *1608. f.* edita, puto tamen titulos tantum, vt fit, fuisse mutatos, nam sub aliis annis & inscriptionibus tomi occurrunt. Idem institutum fuit B. GEORGII MELCHIORIS de LVDOLF cuius insigne & vtilissimum est opus, sub indice: *Symphorema Consultationum & Decisionum forensium, accessere Symphoremata sententiarum Iudicii Cameralis recentiorum maximeque notabilium*, Tomus *Primus Francofurti ad Mœnum 1731. f. Secundus ibid. 1734. f.* & *Tertius ibid. 1739 f.* addita sunt cuilibet Tomo Miscellanea Iuris Publici rariora, Deductiones, & similia. MATTHIAE COLERI *Decisiones Germaniæ* in lucem editæ cum CASPARIS ZIEGLERI *Decisionibus XXXI.* a *Iacobo Schultes* Editione Quarta, *Lipsiæ 1631. 4.* Harum *Pars Posterior* cura *Frideri Pensoldi* prodiit *Lipsiæ 1631. 4.* MATTHIAE BERLICHII *Decisiones aureæ Lipsiæ 1699.* vt & IACOBI THOMINGII *Decisiones 1606. 4.* Ad Terras Electorales Saxonicas spectant BENEDICTI CARPZOVII *Decisiones*, *Lipsiæ 1680. 1733. f. Decisionum illustrium Saxonica-*

rum Synopsin dedit PETRVS PANCRATIVS KRAVSE, *Lipsiæ 1686. 8.* *Synopsin* vero *Responsorum Iuris electoralium* PAVLVS BAVMANNVS, *Lipsiæ 1683. 8.* CASPARIS ZIEGLERI *Decisiones XXXI. quibus casus quidem rariores subiunctis rationibus deciduntur Lipsiæ 1699. 4.* Ad Terras ex parte Ducales faciunt CHRISTOPHORI PHILIPPI RICHTERI *Decisiones Ienæ 1670. f.* accessit *Pars III. Ienæ 1670. f.* curante G. A. STRVVIO, accessit elaboratio *de Testibus, de foro competente & de probationibus, Gothæ 1689. f.* IOAN. BVRCARDI RÖSLERI *Decisionum Iuris Saxo-Coburgicarum Specimen* prodiit *Coburgi 1696. 4.* eodemque Ius successionis hæreditariæ in terris Coburgicis vigens, luci exponitur. *Decisiones summi Prouocationum Senatus Electoralis Saxonici* e schedis paternis (Ioannis Henrici Bergeri) collectas, & cum in ordinem redactas, tum ex Iure vberius illustratas edidit CHRISTOPHORVS HENRICVS de BERGER, *Dresdæ & Lipsiæ 1720. 4.* DAVIDIS MEVII *Decisiones summi Tribunalis Wismariensis* communes hodie sunt practicis, ob casuum multitudinem præ cæteris commendandæ. Nouiter istæ cum additamentis variis prodierunt, sub hoc Titulo: *Codex Meuianus*, h. e. *Decisiones summi Tribunalis regii Wismariensis quondam voluminibus nouem a Dauide Meuio repræsentatæ, nunc ad ordinem Librorum ac Titulorum Codicis Iustinianei, quantum fieri potuit, accommodatæ, industria quorundam Professorum Moguntinensium, accessit supplementum titulorum ab auctore non attactorum, cum Ottonis Philippi Zaunschliefferi Commentario & Gustaui Adolphi Scharenhorstii disquisitionibus ac conciliationibus, cura Christiani Leuchtii, Francofurti 1703. f.* Melior Editio eaque *Septima*, quæ cum Præfatione egregia summi viri IVSTI HENNINGII BOEHMERI edita *Francofurti 1740. f.* Iungi his possunt illustris Viri HERMANNI HENRICI ab ENGELBRECHT *Obseruationes Selectæ forenses, maximam Partem Accessiones ad Meuii opus Decisionum Pars. I. 1748. Pars II. 1749. Pars*
III.

III. 1750. *Wismariæ & Lipsiæ* in 4. prodierunt. IACOBI BRVNNEMANNI *Decisionum Centuriæ V.* reuisæ & auctæ per SAMVELEM STRYKIVM, *Francofurti ad Viadrum* 1684. 4. & 1704. 4. IO. KOEPPEN *Decisiones Lipsiæ* 1712. 4. CASPAR MANZIVS & IOANNES WOLFGANGVS TEXTOR ediderunt *Decisiones Palatinas, Francofurti* 1693. 4. Plenæ bonæ frugis sunt V. C. CHRISTIANI VLRICI GRVPEN *Disceptationes Forenses*, quæ cum variis pereruditis Obseruationibus prodierunt *Lipsiæ* 1737. 4. IOANNIS IODOCI BECKII *Decisiones, Noribergæ* 1734. 4.

§. IV. Alii *certorum* tantum *Tribunalium*, vel *Collegiorum Consilia & Decisiones* ediderunt, vti habemus *Decisiones Iudicii summi in Sede Romana*, siue *Rotæ Romanæ*. Tribunalis huius Historiam & rationem optime exposuit italico sermone DOMINICVS BERNINVS singulari libro, cuius titulus *il Tribunale della S. Rota Romana, in Roma* 1717. *f.* iungi potest illustr. IVSTI HENNINGII BOEHMERI Præfatio pererudita, quæ præmissa est septimæ Editioni Decisionum *Dauidis Meuii*, quæ *Francofurti ad Mœnum* 1740. *f.* prodiit, qua de *Collectionibus, vsu & auctoritate Decisionum præcipue* ROTÆ ROMANÆ copiose exposuit. Decisiones vero huius Iudicii vniuersalis orbis Catholici, diuerso tempore locoque editæ. Sic *Practica & decisiones Rotæ Romanæ* prodierunt *Venetiis* 1590. *f. III. Vol.* & *Lugduni* 1618. *f. Voluminibus IV.* Ad quæ spectant IOANNIS GALLEMART *declarationes Cardinalium, quæ in IV. voluminibus decisionum Rotæ Romanæ continentur, Duaci* 1655. *f.* IOANNIS MOHEDANI *decisiones Rotæ Romanæ, Romæ* 1589. 4. & *Bononiæ* 1578. 8. MARTINI ANDREÆ, *Romæ* 1635. 4. PAVLI ÆMILII, *Francofurti* 1587. *f.* & *Venetiis* 1582. *f.* ÆGIDII de BELLAMERA, MATTHÆI BVRATI, *Lugduni* 1661. *f.* IACOBI PVTEI, *Coloniæ* 1582. *f.* ACHILLIS & CÆSARIS de GRASSIS, *Marpurgi* 1601. *f.* PETRI CARILLO, *Lugduni* 1665. *f.* GVILIELMI CASSADORI, *Parisiis* 1642. 8. LVDOVICI CENCII,

Scriptores Rotæ Romanæ.

CII, *Lugduni 1638. f.* PAVLI GVERILII, *Venetiis 1636. f.* & apud IOANNEM GYMNICVM cum additionibus Rebuffi, Mellæ, Papazoni & Realis, *Coloniæ 1581. f.* PAVLI RVBEI *Venetiis 1642. f.* Sic etiam THEODORI RVBEI extant *singularia ex decisionibus Rotæ Romanæ selecta* cum ANTONII AVGVSTINI *Repertorio, Romæ 1637. f.* *Decisiones* quoque *Nouissimæ* Diuersorum *Sacri Palatii Apostolici Auditorum* recusæ *Francofurti ad Mœnum* tribus voluminibus *1601. f.* Sic & *Decisiones Reuerendorum Patrum Dominorum Rotæ* sub suis Titulis secundum ordinem Decretalium in vnum redactæ *Venetiis 1550. f.* Ex recentioribus IOANNES BAPTISTA COCCINVS *Decisiones Rotæ Romanæ* edidit, quas argumentis, summariis & indicibus, nec non additionibus ornauit DOMINICVS de SAVLIS, *Romæ 1672. f.* FRANCISCI MERLINI *Decisiones Rotæ Romanæ Geneuæ 1662. f.* FRANCISCI ANSALDI *Decisiones Rotæ Romanæ* cum notis HIERONYMI PALMÆ *Lugduni 1705. f.* *Sacræ* ROTÆ *Romanæ Decisiones coram* R. P. CYRIACO LANCETTA, *Romæ 1733. f.* Sic etiam IOSEPHI DOMITII *nouissimæ Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ* prodierunt, quæ cum IO. ANTONII NOVARII Bullario, additis nonnullis additionibus Abbatis MICHAELIS IVSTINIANI prodierunt *Romæ 1667. f.* *S. Rotæ Romanæ Decisiones recentissimæ* ad *Theatrum Veritatis & Iustitiæ* Cardinalis *de Luca*, decisiones ipsius Discursus amplectentes, confirmantes, laudantes prostant *Coloniæ Allobrogum 1699. f.* editæ. Conf. IOANNIS BAPTISTÆ de LVCA *Relatio Curiæ Romanæ*, in qua omnium Congregationum, Tribunalium & Iurisdictionum vrbis praxin describit, prodiit *Coloniæ 1638. 4.* Sunt quoque *Rotæ* in aliis Ciuitatibus Papalibus vtpote *Auinione*, huius decreta edita cura HIERONYMI LAVRENTII, sub tit. *Decisiones Rotæ Auinionensis Geneuæ 1598. 4.* & *Francofurti 1600. 8.* BONONIENSIS *Rotæ Decisiones* dedit CÆSAR BARZIVS *Venetiis 1563. & 1610. f.* & PETRVS de BENINTENDIS, *Francofurti 1573. f.*

§. V.

§. V. Ad *Regnum Galliæ* & in eodem *Decisiones* faciunt IOAN. LVCII *Placita Curiæ Gallicæ*, *Parisiis 1559. f.* Erudite & graui iudicio scripti ANNÆI ROBERTI *Rerum iudicatarum Libri Quatuor*, qui ex *Editione Quarta*, *Parisiis 1602.* prodierunt. Excusi quoque typis in Germania, *Francofurti ad M. 1599. 8.* & SYLLOGE *Decretorum Parlamenti Parisiis*, quam cum commentariis dedit PETRVS BARDETIVS, cum notis & dissertationibus CLAVDII BERROYERI, *Parisiis 1690. f.* 3. *Tomis.* Ante annos aliquot bini apud Gallos Iureconsulti CLAVDIVS BLONDELLVS & G. GVERETVS singularem susceperunt laborem, vt Diario Iuridico colligerent præcipuas Parlamentorum & Snpremarum Galliæ Curiarum Decisiones, illud autem sub hoc Titulo ediderunt: *Iournal du Palais, ou Recueil des Principales Decisions de touts les Parlemens, & Cours souveraines de France.* Huius vndecim iam Tomi prodierunt, quorum Nonus *Parisiis 1684.* Decimus *Parisiis 1686.* atque Vndecimus *Parisiis 1689.* prodiit 4. recentior & quidem Tertia Editio edita duobus Tomis *à Paris 1713. f.* Tomus vltimus solum Blondellum adgnoscit Auctorem, cum Gueretus sub finem anni 1688. fuerit defunctus. Aliud est *Iournal des principales Audiences du Parlement.* Continet illud Arresta & Decisiones maxime notabiles Curiæ supremæ, Curiæ rei tributariæ, Consilii maioris & consilii procuratorii & multas controuersias illustres decisas. Diarium hoc CAROLVS du FRESNE anno 1680. cœpit, continuauit autem FRANCISCVS IAMET de la GVESSIERE. Tomum quintum edidit NICOLAVS NVPIED, *Parisiis 1707. f.* vti nos docent Noua Litteraria Hamburgensia mensis Decembris 1708. pag. 457. Extat quoque LVCIANI SVAVI *Nouveau Recueil de plusieurs questions notables, tant de Droit que de Cotûmes, iugées par Arrets d'Audiences du Parlement de Paris Tom. I. II. à Paris 1682. f.*

Scriptores qui Decisiones Gallicas ediderunt.

§. VI. *Belgicas Decisiones* edidit PAVLVS CHRISTINAEVS, quæ *Practicarum Quæstionum Rerumque in supremis Belgarum Curiis actarum & obseruatarum* Deci-

Decisiones Belgicæ.

ibid 1691. 4. & inter Opera iunctim edita. Eadem fere ratione plures Leges contrarias illustrat, emendat & componit PETRVS DVIRSEMA *Coniecturalium Iuris Ciuilis* Libris Duobus, *Gröningæ 1714. 8.* Sic quoque in PETRI de TOVLLIEV *Dissertationum Triade*, quæ *Traiecti ad Rhenum 1706. 1717. 8.* prodiit, Leges quædam difficillimæ & Iurisconsultorum decantatæ Cruces nempe L. cum Societas 69. π. pro Socio, Lex frater a fratre 38. π. de Condictione indebiti erudite explicantur. Postea insertæ sunt hæ Dissertationes Eiusdem PETRI de TOVLLIEV *Collectaneis*, editis a IOANNE WOLBERS, qui Decadem *Obseruationum* adiecit *Groningæ 1737. 4.* hisce in Collectaneis multa iuris ciuilis, aliorumque Auctorum loca illustrantur & explicantur, quædam etiam emendantur. Egregiæ & cultæ quoque sunt BALTHASARIS BRANCHV *Obseruationes ad Ius Romanum, Lugduni Batauorum 1721. 8.* EIVSD. *Obseruationum ad Ius Romanum* Decas altera, *Lugduni Batau. 1723. 8.* His addendi iure merito CORNELII van BYNCKERSHOEK *Obseruationum Iuris Romani Libri, Lugduni Batauorum 1710. 4.* & *ibid. 1720. 4.* atque cum cultissima IOANNIS GOTTLIEB HEINECCII Præfatione *Halæ 1723. 4.* & EIVSD. *Obseruationum Iuris Romani Libri Quatuor, quatuor prioribus additi*, nempe V. VI. VII. & VIII. cum Præfatione laudati HEINECCII *Francofurti*, siue *Halæ 1739. 4.* qui humanissimus ICtus & *Opusculis Varii Argumenti, Lugduni Batauorum 1719. 4.* iunctim editis, varia Iuris Romani argumenta ex antiquitatibus & meliori literatura eruditissime illustrauit. GVILIELMVS PAVW *varia Iuris ciuilis capita* erudite exposuit *Vltraiecti 1734. 4.* recusa *Halæ 1737. 8.* V. C. S. H. van IDSINGA *Variorum Iuris ciuilis* Liber singularis, *Harlingæ 1738. 8.* editus, quo vt iam supra *Cap. III. §. 16.* monitum fuit, LL. quædam Regiæ & Decemuirales tum Pandectarum & Codicis comte illustrantur. ARNOLDI ROTGERSII *Apodicticæ Demonstrationes ad illustrandum Ius Romanum, Volumen Primum, Lugduni Batauor. 1727. 4.* & IACOBI VOORDAE *Interpretationes*

&

& Emendationes Iuris, Vltraiecti 1737. 8. EIVSDEM *Electorum* Liber singularis, *ibid. 1749. 8.* in quo difficiliora quædam Iuris Romani loca explicantur. ABRAHAMI WIELINGII *Lectionum Iuris Ciuilis* Libri Duo, *Amstelodami 1736. 8.* & mutato saltim titulo, *ibid. 1740. 8.* IOA. CONRADI RVCKERI *Interpretationes, quibus obscuriora quædam Iuris Ciuilis capita illustrantur*, quæ cum Dissertatione de *ciuili & naturali temporis computatione in Iure*, item *Orationibus quinque* varii argumenti diuulgatæ sunt, *Lugduni Batauor. 1749. 8. mai.* Subsecutus est *ibid. 1752. Interpretationum* Liber secundus. G. d' ARNAVD *variarum Coniecturarum Libri II. Franequeræ 1738.* & mutato titulo *Leouardiæ 1744. 4.* editi, quibus postremis exemplaribus accesserunt Auctoris duæ Dissertationes de *Iure Seruorum*; & de *his qui pretii participandi caussa se venundari patiuntur.* Ex Gallis summi ICti Iurisprudentiam humaniorum literarum luce collustrarunt, sub initium huius §. iam ex parte indicati. Quorsum etiam faciunt PETRI BVRGII *Electorum Liber Primus*, quo varia Iuris loca illustrandi, conciliandi, sanandi, ratio tentatur, *Lutetiæ 1585.* 4. Ex doctissimi Iurisconsulti INNOCENTII CIRONII *Obseruationum Libris, Quintus* huc pertinet, quo de Origine & instauratione Iuris Ciuilis vsuque & auctoritate in Galliis maxime, docte exposuit. AEGIDIVS MENAGIVS, in *Amœnitatibus Iuris*, libro elegantissimo, quæ *Parisiis 1664.* & *1677. 8.* tandem etiam *Lipsiæ 1680. 8. Franeckeræ 1700.* & ex recensione ac cum erudita B. IOANNIS WILHELMI HOFFMANNI Præfatione, qui & selectas Obseruationes adiecit Menagianis, & de vita auctoris commemorauit, *Lipsiæ 1738. 8.* prodierunt. M. ANTONII MVRETI *Variarum Lectionum Libri XV.* prodierunt ex Plantiniana *Antwerpiæ 1580. 8.* Hisce accesserunt *Variarum Lectionum Libri IV. & Obseruationum Iuris liber singularis*, *Augustæ Vindelicorum 1600. 8.* Omnes hi Libri MVRETI excusi extant in *Tomo II.* Thesauri Gruteriani iisdemque multa continentur singularia. Huc tamen solus *Obseruationum Iuris libellus* pau-

paucorum foliorum pertinet ab EVERARDO OTTONE relatus in *Tomum IV. Thesauri Iuris Romani.* In ANTONII MORNACII *Obseruationibus* Leges ex fontibus solidissime explicantur. EDMVNDI MERILLII *Obseruationum Libri VIII. Differentiarum Iuris Liber* singularis; *variantium ex Cuiacio, Libri III.* iunctim vtiliter editi *Neapoli 1720. 4.* Ex Hispanis nouimus FRANCISCVM ab AMAYA, qui scripsit *Obseruationum Iuris Libros Tres, Geneuae 1633.* 4. quibus saepius quidem ad illustrandas peculiares Iuris materias, quas proponit, in antiquitatum hunc campum descendit, plura tamen sub titulis promittit, quam praestat, farraginem praeterea scriptorum Hispanorum rudi mole consarcinat. Elegantiores longe sunt GREGORII MAIANSII ICti Valentini, *Disputationum Iuris* Tomi II. *Lugduni Batauor. 1752. 4.* E nostris, pauciores quondam ad amoeniora studia perducti. Hic tamen laudandi CHRISTOPHORI COLERI *Parergorum ad varios π. & Codicis locos librum singularem, Altdorfi* ex editione secunda *1664. 8.* Non inutilis quidem est liber, arrident tamen magis SCIPIONIS GENTILIS *Parergorum ad π. Libri II. & Originum liber singularis, Francofurti 1588. 8. Altdorfi 1664. 8.* ALEX. ARNOLD. PAGENSTECHERI Liber *Benedictorum* excusus *Bremae 1700. 8.* & E. A. O. C. PAGENSTECHERI *Obseruationes criticae, Herbornae 1733. 8.* & inter Viri *Tractatus Iuris ibid. 1734. 4. p. 301.* His accensendi videntur IOANNES VERSTEGEN in Dissertationibus & *Obseruationibus* Academico-forensibus de *Iurisdictione, mixto & mero Imperio,* seruitutibus, pactis, transactionibus, & vsufructu, *Amstelodami 1676. 8.* FRANCISCVS RYGERBOS *Fasciculo Obseruationum Iuris Romani, Amstelodami 1743. 8.* & AVCTOR ANONYMVS *Obseruationum Iuris Ciuilis,* doctus, *Hagae Comitum 1743. 8.* GEORGII d'ARNAVD *Variarum Coniecturarum,* Libri Duo, *Leouardiae 1744.* 4. in quibus plurima Iuris ciuilis aliorumque Auctorum loca, praeclare emendantur & illustrantur. Nec omittendae HVBERTI GREGORII van VRYHOFF *Obseruationes*

Iuris

Iuris Ciuilis, *Amstelodami 1747. 8.* & S. H. VAN IDSINGA *Variorum Iuris ciuilis* Liber singularis, Harlingæ *1738. 8.* quo Leges in primis quasdam regias & decemuirales egregie illustratas pereruditus Auctor dedit. Elegans est BERNARDI HENRICI REINOLDI *Variorum* Liber singularis, *Bremæ 1709. 8.* quem nunc, vna cum ceteris viri optimi *Opusculis iuridicis* & *Vita Auctoris* ac Dissertatione de *meritis Germanorum* in *Iurisprudentiam elegantiorem*, antea iam *Luneburgi* in Cathedram producta, *Lugd. Batau. 1754. 8. mai.* recudendum curauit ill. IOA. FRIDERICVS IVGLERVS. FRANCISCI CAROLI CONRADI *Parergorum* Libri Quatuor *Helmstadii 1740. 8.* elegantiam & soliditatem auctoris aperte testantur. Idem dicendum de B. LAVRENTII ANDREAE HAMBERGERI *Opusculis ad elegantiorem Iurisprudentiam pertinentibus*, quæ iunctim edidit ill. IOANNES GEORGIVS ESTOR, & quædam de Iurisprudentia Q. HORATII FLACCI præfatus est, *Ienæ 1740. 8.* Excerpta Literarum CHRISTFRIDI WAECHTLERI ICti Dresdensis doctrinæ elegantissimæ, quæ Actis Eruditorum Lipsiensium subinde sunt inserta, etiam argumenta ex Iurisprudentia Romana critica & antiquaria tractant. Demum iunctim edita WAECHTLERI *Opuscula*, cura V. C. TROTZII *Traiecti 1733. 8. mai.* Sed *Pars* tantum *Prima*, alteram enim nondum addidit eruditissimus Editor. Huc etiam referri merentur viuo Auctore excellentissimo scripta GVNDLINGIANA, quæ *Halæ* ab anno *1715.* vsque ad annum *1732. XLV.* Partitibus *8.* prodiere, in quibus quandoque variæ Iuris Romani materiæ ex historiarum & antiquitatum fontibus erudite illustrantur. Multi eorum, quos laudauimus in vtilissimo *Thesauro* OTTONIANO vtiliter elegantibus typis repetiti, emendatique fuerunt. Quos ideo adduximus, vt *primæ Editiones* noscantur. Laudandum insigniterque Iuuenibus Institutiones tractaturis solidæque Iurisprudentiæ omnis cultoribus commendandum B. IOA. GOTTLIEB HEINECCII: *Antiquitatum Romanarum Iurisprudentiam illustrantium Syntagma*,

tagma, *secundum ordinem Institutionum Iustiniani digestum*, *Halæ 1719. 8.* & iterum *Argentorati 1724. 8.* atque ex editione *Quinta* auctiore multum & emendatiore, *ibid 1741 8.* Hoc vtilissimo libro Institutiones Iustiniani scita ratione, ex humanissimorum ICtorum, quos iam laudauimus scriptis, quandoque & ipsis veterum Auctorum locis illustrantur, multamque frugem adferet iuuenibus legalis doctrinæ studiosis, si ante Institutionum tractationem, vel sub interpretatione habeant in manibus oculisque hocce Syntagma. Duum Viri doctissimi de *auctoritate & vsu Inscriptionum in iure* IOANNES FRIDERICVS EISENHART *Helmstadii 1750.* 4. & IOANNES WVNDERLICH de *vsu Inscriptionum Romanarum veterum maxime sepulcbralium* in Iure Libro singulari *Quedlinburgi 1750.* 4. vterque erudite commentati. Posterior quinque Obseruationibus in laudato Libro de maceria, diæta & diætariis, itu, aditu, ambitu Sepulchrorum & ad sepulchra gestatione copiose exposuit. Faciunt huc etiam PETRI AERODII *Pandectæ rerum Iudicatarum*, CODEX THEODOSIANVS, eruditissimis IACOBI GOTHOFREDI *Commentariis* illustratus.

§. V. Succedunt illi, qui LEXICA, LOCOS COMMVNES IVRIDICOS, THESAVROS PRACTICOS vel similes Libros subsidiarios collegerunt. Inter *Thesauros* quidem CARDINALIS TVSCHI habemus *conclusiones practicabiles*, *Francofurti & Lugduni 1623. f.* IX. Tomis, quibus practicorum sententias congessit. Eodem anno prodierunt HIERONYMI FERNANDEZ de OTERO *Romanæ Lucubrationes seu Miscellaneæ Iuris Disputationes*, *Romæ 4.* vbi variæ Doctorum opiniones ad casus singulares, tam ciuiles, quam criminales applicantur. ARNOLDVS de REYGER in *Thesauro Iuris*, ciuilis & canonici, qui per AHASVERVM FRITSCHIVM auctus atque editus *Francofurti 1667. f.* & cum additionibus DAN. VENEDIGER *Coloniæ Agripp. 1705. f.* sub certis titulis & auctoribus multa excerpsit & in Iure Ciuili quantum ad remissiones varias est æstimandus. Sic etiam habemus

Scriptores Locorum Communium & Lexicorum Iurit.

CHRI-

CHRISTOPHORI BESOLDI, PAVLI MATTHIAE WEHNERI & IOANNIS IACOBI SPEIDELII *Thesauros*, quos continuauit AHASVERVS FRITSCHIVS & CHRISTOPHORVS LVDOVICVS DIETHERVS; in *Thesauro Besoldo-Speideliano*, qui *Noribergæ 1686. f.* prodiit, nec tamen adeo rara sunt, quæ sub Titulis continentur, nisi quod quandoque aliqua ad antiquitates Germanicas facientia fuerint inserta, editio nouissima prodiit *Pedeponti 1740. f.* Huc etiam facit PAVLI MATTHIAE WEHNERI, (hi singulatim prodiere *Francofurti ad Mœnum 1643. 4.*) & IOANNIS RVDINGERI, *Practicarum Iuris Obseruationum Editio noua*, cum nouis diuersorum Iurisconsultorum Additionibus, Indicibus & Præfatione IOANNIS SCHILTERI *Argentorati 1701. f.* Hisce addi possunt EHRENFR. GEYERI *Obseruationes ad Ius & Antiquitates Germanorum*, curante FRIED. GOTTLIEB STRVVIO 1710. 4. IOAN. BECHTOLDVS in *Locis Communibus Iuridicis*, *Argentorati 1656. 4.* Quæstiones multas ad Scriptores tantum remittendo tractat. Quas postea pluribus in locis auxit atque emendauit ANDREAS CHRISTOPHORVS ROESENERVS, *Lipsiæ 1689. 4.* Huc etiam spectat AVGVSTINI BARBOSAE *Thesaurus Locorum Communium*, idemque egregius ad regulas & brocardica Iuris faciens, atque ad recentissimos scriptores remittens, *Lipsiæ 1719. f.* Vastum Opus est FRANCISCI ANTONII BEGNVDELLI Bassi *Bibliotheca Iuris Canonico-Ciuilis Practica*, *Frisingæ 1712. f.* qua variæ non adeo selectæ Materiæ ordine Alphabetico collectæ, exhibentur. Ad vsum Iuris Imperialis pertinet IOANNIS IACOBI a GOPPOLD *Ius Imperiale seu Cæsareum Nouissimum Ferdinandeum Leopoldinum*, in Tres Patres diuisum, ex Nouellis Imperii Legibus, Recessu de a. 1654. Ordinatione Consilii Aulici Imperialis ac denique ex Capitulatione Cæsarea Leopoldina, *Giessæ 1708. 8.* vbi contenta Legum harum nouissimarum ad rationes minoris Lexici cuiusdam Iuridici reuocat. *Sententias ex vtroque Iure* collegit & in ordinem Alphabeti disposuit CHRI-

CHRISTOPHORVS COLERVS, *Argentorati* 1595. 8.

§. VI. Inter Lexica vero, quae ipsa Iuris verba & in iurisprudentia occurrentes terminos explicant, habemus IOANNIS BERTACHINI *Repertorium*, *Venetiis* 1488. f. & opera IOANNIS TIERTII, *Basileae* 1573. f. *Volumina V.* NICOLAI de MILIS *Repertorium aureum*, *Basileae* 1488. f. *Francofurti* 1581. f. MARTINI DOBBERCINI *Repertorium Iuris*, cura ARNOLDI REYGERI, *Helmstadii* 1589. f. AELII ANTONII NEBRISSENSIS, *Coloniae* 1597. 8. BARNABAE BRISSONII de *Verborum*, *quae ad Ius Ciuile pertinent*, *significatione*, quod sub *Lexici* nomine a quibusdam allegatur, *Parisiis* 1596. f. Praestantior vero est editio, quam FRANCISCVS MODIVS procurauit *Francofurti* 1587. f. *ex Waecheliana*, & *Lipsiae* apud *Thomam Fritsch* 1721. f. Accesserunt huic editioni varia Brissonii & Francisci Hottomanni scripta, quae ad antiquitates Iuris faciunt. Omnibus his praestat recentior, opera & studio B. IOA. GOTTLIEB HEINECCII, qui in meliorem commodioremque Alphabeticum ordinem redegit, innumeris mendis emaculatum, post doctorum hominum curas iam laudatas, plurimis accessionibus, obseruationibus philologicis, criticis, iuridicis, locupletauit, & cum operi fuisset immortuus ab doctissimo filio IO. CHR. GOTTL. HEINECCIO fuit editum praemissa Praefatione ill. IVSTI HENNINGII BOEHMERI de Interpretationis grammaticae in Iure Ciuili fatis & vario vsu, nec non nouae huius editionis praerogatiuis, *Halae* 1742. f. Ex antiquitatibus multa illustrat PARDVLPHVS PRATEIVS, in *Lexico*, *Lugduni* 1566. 1574. f. edito. IACOBI SPIGELII *Lexicon Iuris Ciuilis* ex Edit. II. prodiit *Lugduni* apud *Sebast. Gryphium* 1549. f. & *Basileae* 1564. f. Ex adductis sua desumsit SIMON SCHARDIVS, cuius *Lexicon* prodiit *Coloniae* 1616. f. & qui omnium est locupletissimus IOA. CALVINVS in *Lexico*, *Francofurti* 1600. f. 1610. f. *Geneuae* 1670. f. porro *Geneuae* 1730. f. & *ibid.* 1734. f. auctior II. Voluminibus,

Lexica Iuris

licet in Romanorum antiquitatibus nonnunquam labatur. In primis Studiosis magnopere commendatum volo *Lexicon Iuridicum*, quod *Geneuæ 1599. 8.* apud *Iacobum Stær* prodiit, atque in titulo Fontis signum præfert, ex Brissonii, Hotomanni, Prateii, elegantissimorum ICtorum Lexicis atque Cuiacii obseruationibus concinnatum. Quod quidem in maioris molis Lexicorum adparatu negligi solet, eximiam tamen vtentibus eo adferet vtilitatem. Præter regulas & sententias Iuris, Lexicon quoque addidit PETRVS CORNELIVS BREDERODIVS sub titulo: *Thesauri Dictionum & Sententiarum Iuris Ciuilis*, quo rariores locutiones, quæ in Iure occurrunt, indicat, labore non inutili, prodiit *Francofurti 1571. f.* & *1664. 4. mai.* Insecutum est Eiusdem *Specimen nouum Iuris totius ordine literario in artem familiarem redigendi selectum, ex Titulis singularibus Institutionum, Digestorum & Codicis de Vsufructu, Vsu & habitatione, operis & ministerio Seruorum*, *Geneuæ 1588. 4.* Hoc ipso ordine literario primum verborum in dictis Titulis occurrentium significatio, inde regulæ & sententiæ Iuris exponuntur. Nostro æuo, lingua vernacula plures huiusmodi obseruationum quotidianarum, sæpe vulgarium compilationes in vsum potissimum eorum, qui linguam latinam, vel plane non, vel non sufficienter didicerunt, productæ, nempe IOA. CHRISTOPH. NEHRINGII *Historisch - Politisches Iuristisches Lexicon* ex editione *Nona, Gothæ 1734. 4.* SAMVELIS OBERLAENDER *Lexicon Iuridicum Romano - Germanicum*, ex Editione *Tertia, Nürnberg 1726. 4.* CAROLI SIGISMVNDI SCHMIDI *Gazophylacium politico - iuridicum, & theoretico - practicum, oder, vollstændiges Iuristisches Lexicon*, *Francofurti 1736. 4.* & qui his præstant THOMAE HAYMENS *Allgemeines Teutsches Iuristisches Lexicon*, *Leipzig 1738. 8. mai.* quod repertorium Iuris Saxonici simul exhibet, atque IOANNIS HIERONYMI HERMANNI *Allgemeines Teutsches Iuristisches Lexicon*, Pars I. *Ienæ 1739. f.* Pars II. *ib. 1741. f.* Dn. CHRISTIANI FRIDERICI HEMPELII *Allge-*

Allgemeines Lexicon Iuridico-Consultatorium, oder Repertorium der nutzlichsten Responsorum, Decisionum, cuius *Tomus Primus* editus *Francofurti & Lipsiæ 1751.* & sic continuatum vsque ad *Tomum Nonum 1755. f.* qui ad *Lit. D.* pertingit, ordineque Alphabetico varia Responsa, Decisiones, Rescripta, Consilia exhibet, pragmaticis viris vtilia. In subsidium cultorum Iuris *Statutarii* ac *Prouinciarum* Germaniæ ac Consuetudinum patriæ multo studio conductum *Repertorium Reale practicum Iuris Priuati Romano-Germanici, oder Vollstændige Samlung üblicher und brauchbarer Rechte im H. R. Reich und den benachbarten Landen,* cum Præfatione illustris Viri IOANNIS AVGVSTI HELLFELDII, *Erster* Theil, *Iena 1753. Anderer* Theil, *Iena 1755. 4. mai.*

Scriptores de verbis & particulis Iuris.

§. VII. Huc etiam spectassent NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI CONCORDANTAE IVRIS, quas summo studio adgressus erat, quorum iam cœptam sumptibus Lynkerianis *Ienæ* editionem, mors laboriosissimi Iurisconsulti sufflaminauit. Specimen autem operis exhibent *Concordantiæ Iuris Feudalis, Ienæ 1688. f.* editæ. IOANNES STRAVCHIVS *Particulas Iuris* in Lexico explicauit laboriose, accessit ALBERTI de PERGAMO tractatus de *Præpositionibus, Francofurti 1671. 4.* meaque, qui supplementa adieci, cura, cum Præfatione amplissimi Viri IOANNIS WILHELMI DITMARI *Ienæ 1719. 4.* Huc facit etiam OCTAVIVS VVLPELLVS de *Aduerbiorum & Præpositionum significationibus, Vrbini 1595. f.* AVGVSTINVS BARBOSA de *dictionibus, aduerbiis, &c. Lugd. 1644. f.* & præcipue CHRISTOPHORVS PHILIPPVS RICHTERVS *de significatione Aduerbiorum* in Iure tam Ciuili quam Canonico vsitatorum, *Ienæ 1666. 4.* Facit huc etiam FRANCISCI HOTTOMANNI *de verbis Iuris* Tractatus *Lugduni 1569. f.* quo rariores locutiones, quæ in Iure occurrunt, explicat satis eleganter. ANTONIVS CORSETTVS *de verbis geminatis,* IOANNES PETRVS MOLIGNATVS, *de appellatiua verborum significatione & extensione, Papiæ 1588. 4.* &

& elegantiſſimus Liber BARNABAE BRISSONII *de formulis & ſolennibus populi Romani verbis*, ſupra iam adductus. Addimus eruditum Tractatum ADRIANI BEIERI *de orthographia iuris*, *Ienæ 1691. 4.* cui acceſſit quoque *proſodia Iuris.* Eiusdem extant varia Programmata de *Rhetorices cum Iure adfinitate & in eodem Vſu*, *Ienæ 1698. 4.* GEORGIVS CASPAR KIRCHMAIERVS ſingularibus diſſertationibus de *Latinitate* veterum ICtorum egit. Prima hæc eſt: *Latinitas legalis, præter meritum ſuſpecta, ex Pandectis Iuris eruta & vindicata, Wittebergæ 1687. 4.* Altera: *Elogia & Elegantiæ Latinitatis ICtorum veterum ad Digeſta, ibid. eod.* Tertia: *Amœnitates atque Veneres Latinitatis in dictionibus ex Pandectarum Iuris Voluminibus repræſentatæ ibid.* Quarta denique *Latinitas vel præter meritum, vel merito ſuſpecta e Pandectis Iuris* eruta, *Wittebergæ 1690. 4.* Addimus AVGVSTINI LEYSERI eruditam diſſertationem inauguralem, de *Logomachiis in Iure, Wittebergæ 1707. 4.* quam emendatam paſſimque auctam & ornatam proferre in lucem conſtituerat Vir elegantiſſimi ingenii. Sed nonniſi duas abſoluit particulas, alteram de *ICto diſputatore*; alteram de *pugnis ICtorum ib. 1749. 4.* Extat libellus cui titulus: *Salomon & Marculphus Iuſtiniano-Gregoriani*, h. e. *Sapida & inſipida, ſana atque inſana vtroque ex Iure collecta & edita Auctore D. X. A. Francofurti & Dresdæ 1678. 8.* in quo varias formulas ridiculas, fabuloſa, ſolœcismos, grammaticalia &c. quæ in Iure tam Ciuili, quam Canonico occurrunt, ordine Alphabetico exhibet Autor, quem Placcius putat CHRISTIANVM RHEBOLDVM in *Appendice c. 3. n. 981.*

CAPVT VNDECIMVM DE SCRIPTORIBVS PRACTICIS.

§. I.

Scriptores qui Introductiones

A Theoreticis pergimus ad PRACTICOS, de quibus Scriptoribus præmonuit aliqua SAMVEL STRYKIVS

KIVS in fronte Collegii *Introductionis ad Praxin Forensem.* Hæc *Introductio* ad *Praxin Forensem* in Processum *Iuris Ciuilis* & Saxonici optime introducit, prodiit ex vltima Editione *Wittembergæ 1714. 4.* Addi possunt IOANNIS FRIDERICI HERTELII *Meditationes accessoriæ, Ienæ 1722. 4.* quibus ad præstantissimos Scriptores practicos remittit. *Processus Ciuilis & Criminalis* IOANNIS BRVNNEMANNI laudem quoque eximiam habet, excusus editione Septima *Francofurti ad Viadrum 1697. 4.* & ibid. *1716.* & *1732. 4.* Plenius Processum Iuris Communis instruit LVDOVICI GILHAVSEN *Arbor Iudiciaria, Francofurti 1604. f.* & *1662. f.* & *1694. f.* & FRIDERICI HILTROPII *Processus Iudiciarius,* ex iterata editione, *Coloniæ 1705. 4.* Processum Iuris Ciuilis in compendio neruose & solide exhibet IOANNIS WOLFGANGI TEXTORIS *Praxis Iudiciaria, Francofurti 1678. 4.* Collationem Processus communis cum aliis Processuum speciebus exhibent IOA. GROENINGII *Noua instituta Practica,* quibus Processus communis cum Parallelismo Iudicii Aulici, Cameralis, siue tribunalis Wismariensis, & Fori Saxonici ex prudentiæ practicæ principiis & præiudiciis nouissimis III. Libris exhibentur. His additur Catalogus Scriptorum Practicorum ad ordinem Institutorum digestus, *Hamburgi 1702. 12.* Perutiles GOTHOFREDI FIBIGII *Processus* a BARTHOLOMAEO LEONHARDO SVENDENDOERFFERO aucti *Lipsiæ 1691. 4. & 1710. 4.* tertia vice, ex recentioribus ordinationibus Saxonicis & Brunsuicensibus ac Scriptoribus de modo procedendi adaucti indice materiarum tam generali, quam speciali, & singularum quæstionum locupletati, cum Præfatione Dn. TOBIAE IACOBI REINHARTHI, *Lipsiæ & Göttingæ 1740. 4.* CHRISTOPHORI LANGII *Isagoge ad Processum Iuris Ciuilis & Saxonici,* quæ cura IOANNIS CHRISTOPHORI HEROLDI prodiit *Lipsiæ 1682. 4.* variis ICtorum responsis & consiliis firmata. MICHAELIS HENRICI GRIBNERI ICti celeberrimi *Principia Processus Iudiciarii,* quæ adiectis *Differentiis Iuris Magdeburgici,* & Dissertatione

ad Praxin ediderunt.

tione Epistolica: *De Litium Ambagibus in Foro Saxonico rescindendis*, post Primas *Halae 1714. 1716. 8.* expositas, *Editione Secunda* publicauit IOA. CHRISTOPHORVS FRANCK ICtus doctissimus, *Halae 1719. 8.* & ex *Tertia Editione*, *Ienae 1728. 8. ibid. 1733. 8.* & *1743. 8.* magno sunt excepta adplausu, & ad eorundem seriem, ob ordinem & concinnitatem, adlegatosque optimae notae Scriptores, Recitationes de Processu Forensi Academicae cum fructu instituuntur. Elegantissimus, iisque cumprimis qui caussarum in Saxonicis foris patronos agere cupiunt, singulariter commendandus GOTHOFREDI BARTHII ICti Lipsiensis practici felicissimi, *Hodegeta Forensis Ciuilis & Criminalis*, *Lipsiae 1715. 4.* & ex Editione secunda, repetitae praelectionis & multum auctiore *ibid. 1725. 4.* quo processus Ordinarii & Summarii, Executiui, Cambialis, Arrestatorii & Possessorii, nec non Defensionum Criminalium, Regulae principiis Iuris fundatae longoque vsu probatae; Formulaeque Practicae, stylo curiali & forensi germanico satis scito; Actionum, Exceptionum, Leuterationum, Appellationum, Supplicationum, & Registraturarum Iudicialium, referuntur, & omnia ICtorum Responsis, magnae vtilitatis, Praeiudiciis & Obseruationibus Fori, confirmantur. Insigniter quoque laudanda IACOBI FRIDERICI LVDOVICI ICti Halensis & Giessensis *Einleitung zum Ciuil-Proceſs*, *Halae ex Editione decima 1732. 4.* qua methodo & alias Processus species, nimirum *Criminal-Proceß* ex *decima* Editione *1732.* *Concurs-Proceß* ex *nona* Editione *1740.* *Wechsel-Proceß* ex *octaua* Editione *1732.* *Consistorial-Proceß* ex *octaua 1736.* & *Lehns-Proceß* ex *Septima* Editione, *Hallé 1740. 4.* exposuit, quae ordine, selectu & concinnitate omnibus sunt commendandae. Processus ciuilem, criminalem, concursus & cambialem V. C. IOANNES GERHARDVS SCHLITTE notis illustrauit, quaeque in Ordinationibus Electoralibus Saxonicis mutata adiecit. Recentiores de Processu & praxi iudiciaria expositiones sunt: IOANNIS FRIDERICI SEYFFARTS *Teutscher Reichs-Proceß*, *Halle 1738. 4.* quo

varia

varia de Processu in Iudicio Aulico, Camerali, Iudiciis Porussicis, Saxonicis, Brunsuicensibus annotauit monuitque & Formulas varias recentiori scribendi ratione complexas, adiecit. B. IOA. GOTTFRIDI SCHAVMBVRGII *Principia Praxeos Iuridicæ Iudiciariæ, quæ modum procedendi in iudicio regularem continet, Ienæ 1738. 8.* addita sunt monita de modo & ratione referendi Acta iudicialia. V.C. PAVLI WILHELMI SCHMIDII *Institutiones Praxeos Iudiciariæ*, tam Fori communis, quam Saxonici, *Ienæ 1751. 8.* editæ. B. CAROLI GOTTLIEB KNORRI *Gründliche Anleitung zum Gerichtlichen Proceß*, ex editione Secunda, *Halæ 1740.* diuersas species Processus Ciuilis & Criminalis, differentias porro communis & Saxonici sistit, singularesque obseruationes & vtiles formulas exhibet. Ad Processus in terris *Brunsuicensibus* singularia noscenda facit ESAIAE PVFFENDORFII in supremo Appellationum iudicio Consiliarii *Introductio in Processum ciuilem Lüneburgicum vicinarumque regionum, Francofurti 1733. 4.* IDEMque *Introductionem in Processum criminalem Luneburgicum 1732. 4.* dederat. Ad stylum forensem Imperii maxime conducunt THOMAE SIEGFRIDI RING *Progymnasmata Praxeos Iuridicæ, Francofurti ad Viadrum 1694. 4.* vbi per singulas Iuris Ciuilis partes, quæstiones & casus proponit & adiecto stylo forensi elaboratos deducit. Tacemus infinitum fere numerum antiquorum, quorum scripta excussit ILICO VMMIVS in *Processu* suo, qui cum notis MARTINI RVMELINI prodiit.

§. II. Nec defuerunt etiam, qui per *Historias Sacras Processum Fori* parum apte ilustrare fuerunt conati. Inter hos Bælius voce *Wechel* memorat: BARTOLI *Processum Sathanæ contra D. Virginem, coram iudice Iesu*, & IACOBI de ANCHARANO *processum Luciferi contra Iesum, coram iudice Salomone*, & ANTONII CORNELII *exactissimam infantium in limbo clausorum querelam aduersus diuinum iudicium apud æquum iudicem propositum. Apologiam diuini iudicii contra querelam infantium. Infantium ad*

Scriptores qui Processum fictis nominibus illustrant.

ad apologiam diuini iudicii responsionem. Aequi iudicis super hac re sententiam, Lutetiæ 1531. 4. Qui sub sacris hisce personis ipsum Processum formant. Similem huic collectionem huius argumenti, dedit qui literas tantum initiales nominis Præfationi subnotauit MELCHIOR GOLDASTVS, Heiminsfeldius, sub titulo: *Processus Iuris loco-serius, tam lectu festiuus & iucundus, quam ad vsum fori & praxeos moralis cognitionem vtilis ac necessarius*, qua in *Sylloge* comparent 1) BARTOLI a *Saxoferrato Processus Satanæ contra D. Virginem coram Iudice Iesu* cum Annotationibus VDALRICI TENGLERI; 2) IACOBI de ANCHARANO *Processus Luciferi contra Iesum coram Iudice Salomone;* 3) MARTIALIS ARVERNI ICti *Arresta Amorum, siue Processus inter Amantes, cum Decisionibus Parlamenti: adiectis* BENEDICTI CVRTII, Symphoriani, ICti, Commentariis tam iuridicis, quam ethicis & philologicis, *Hanouiæ 1611. 8.* Editorem autem GOLDASTVM esse confirmant *Epistolæ* in ill. SENCKENBERGII *Selectis Iuris & Histor. T. I. p. 356.* Notior alias est IACOBI AYRERI *historischer Proceß, Francofurti 1600. 1608. f.* & cum Additionibus *Ahasueri Fritschii, Francofurti 1680. 1691. 4. & Norimbergæ 1717. 4.* editus, quo ipsum sub Persona Luciferi Christum accusantis, historice exhibet & practice. Huc etiam referri meretur GVILIELMI GOES *Pilatus Iudex, Hagæ 1677. 4.*

Scriptores ad Praxin Fori Saxonici & aliarum Terrarum.

§. III. In Foro Saxonico præter iam memoratos, qui simul cum ciuili Saxonicum Processum iungunt, valet BENEDICTI CARPZOVII *Processus, Ienæ 1657. f. 1692. f.* & *Lipsiæ 1708. f.* cuius *Synopsis* prodiit per PAVLVM BAVMANNVM, *Ienæ 1694 8.* & IOAN. PHILIPPI *Considerationes Iuridicæ in nouam Ordinationem Processus Iudicialis Saxonici de anno 1622. Lipsiæ 1686. 4.* in quo singula videmus celebriorum Dicasteriorum præiudiciis corroborata. Vtiliter cum hoc coniungitur CASPARIS ZIEGLERI ad *Processus Saxonici Ordinationem Commentarius & Introductio. Acces-*

Accessit de successione Coniugum siue portione superstitis coniugis statutaria Tractatus, Lipsiae 1693. 4. & *ibid. 1710. 4.* cum Praefatione *Iacobi Bornii.* Optimus vero habetur LVDOVICI GVNTHERI MARTINI *Commentarius ad Ordinationem Processus Electoratus Saxonici,* qui *Dresdae 1696. f.* & *1710. f.* prodiit. Accessit *Processus Continuatus, seu Analecta forensia, Dresdae 1710. f.* Nouam Processus Saxonico-Electoralis Ordinationem, quae hoc tempore formis excusa, ex parte iam illustrat egregia LÜDERI MENCKENII *Tractatio Synoptica Processus Iuris Communis & Saxonici Electoralis* ad seriem singulorum Titulorum Ordinationis Processus Saxonici exacta *Lipsiae 1723. 4.* Vtiles porro in Saxonia libri IOANNIS GOTTFRIDI KRAVSII *Tractatio Synoptica Processus Iuris Saxonici, Vitebergae 1725. 4.* & IOANNIS GOTTLIEB HOFFMANNI *der nach der erlaeuterten und verbesserten Chur-Saechsischen Process-Ordnung eingerichtete Modus procedendi, Lipsiae 1727. 4.* & cum emendationibus & accessionibus THOMAE HAYMII, ibid. *1736.* 4. ipse consultissimus THOMAS HAYMIVS de *Stylo Curiae,* siue *Processu ex vtriusque Iuris fontibus in Forum Electorale Saxonicum deriuato,* commentatus cum Praefatione M. H. GRIEBNERI *Lipsiae 1734. 4. 2 Tomis.* In vsum Auditorum conscripta V. C. ABRAHAMI KAESTNERI *Delineatio Processus Ordinarii primae & secundae Instantiae, ad forum Electoratus Saxonici praeprimis accommodata, Lipsiae 1733. 4.* Breuis est, sed memoriae inseruit IOANNIS HENRICI ROTHERI *Statua Mercurialis Processualis Saxonica, Lipsiae 1723. 4.* docens Cursum formalem Processus Ciuilis Saxonici, Ordinarii & Summarii, Executiui, Cambii, Arresti, Concursus Creditorum, ex Lege diffamari & Lege si contendat, Possessorii summariissimi. Eximiae quoque sunt vtilitatis QVINTI SEPTIMII FLORENTIS RIVINI *Enunciata Iuris ad Ordinationem Processus Saxonico-Electoralem,* edita ex schedis paternis a *Ioa. Florente Riuino, Lipsiae 1705. 4.* & recusa *Hildburghusae 1749. 4.* Praeter ea Iudicibus, caussarum patronis, rerumque forensium Saxonicarum cumprimis notitia instruendis,

vtilissima longe & fere necessaria sunt summi Viri IOAN. HENRICI BERGERI *Electa Disceptationum Forensium*, secundum Ordinationem Processus Electoralis Saxonici concinnata, *Lipsiae 1706. 4.* quibus Ius idemque partim constituendum, partim constitutum receptumue expenditur & egregiis Consultationibus, Quaesitis, Responsis, Praeiudiciisque illustratur. Quibus accessere *Supplementorum ad Electa Disceptationum forensium, Pars I. Lipsiae 1707. 4.* cui Centuria I. Consiliorum & Miscellaneorum Iuris ex parte huc etiam spectantium adiecta; subsequuta horum *Supplementorum* Pars II. *Lipsiae 1709.* 4. additis Centuria I. & II. Consiliorum & Miscellaneorum Iuris. Recentior Editio, *Lipsiae 1738. 1741.* 4. cura THOMAE HAYMII, qui, quae in ordinatione recentiori Processus Electoralis Saxonici mutata sunt, adiecit, quibus adiungi merentur Eiusdem *Electa Processus Executiui, Possessorii, Prouocatorii & Matrimonialis, Lipsiae 1705. 4.* & ex editione auctiori cum supplementis & Tractatu de Iure Fisci, *Lipsiae 1707. 4.* Adiicienda Perillustris huius Auctoris *Philocalia Fori*, seu *Miscellanea Iuris Forensis* accurante Filio *Christophoro Henrico Bergero, Lipsiae 1713. 4.* edita, quibus, variae Viri exquisitissimi Commentationes & Responsa, quae Processum quoque Saxonicum illustrant, addita. Singula haec Bergeriana Scripta ob graue accuratumque Iudicium, elegantem scribendi rationem rerumque ac caussarum varietatem aestimanda. Heic & adhibendae Cap. antec. laudatae B. IOANNIS BALTHASARIS WERNHERI *Selectae Obseruationes Forenses*. Ad Fora *Pomeranica & Megapolensia* potissimum facit CONRADI FRIEDLIEB de FRIEDENBERG *Practica forensis compendiaria ciuilis, cum formulis in praxi vsitatis, Gryphiswaldiae, 1697. f.* quae simul ad Processum Cameralem & Iudicii Aulici est directa. Ad Fora *Austriaca* spectant IOA. FRANCISCI THASSERI *Progymnasmata actionum forensium totum ordinem iudiciarium tam Iuris communis, quam Austriaci populariter explicantia, Viennae 1708. 4.* Ad Forum *Bauaricum* facit SEBASTIANI KHRAYSERI *Processus Ordinarius*

dinarius Romano-Bauaricus, *Ingolst.* 1650. 8. ARNOLDVS RATH, de *potissima Iuris Romani & Boioarici differentia in Processu Edictali*, *Ingolstadii* 1645. 4.

Scriptores ad Processum Iudicii Aulici.

§. IV. Ad Processum *Iudicii Aulici* faciunt IOANNES CHRISTOPHORVS ab VFFENBACH de *Consilio Cæsareo Imperiali aulico*, *vom Kayserlichen Reichs-Hof-Rath*, *Viennæ* 1693. & *Francofurti* 1700. *f.* qui multa, quæ ad statum excelsi huius Iudicii pertinent, annotauit, eiusdemque auctoritatem & prærogatiuas, imo etiam processum, decreta, taxæ ordinationes, vota aulica & reliqua describit, eademque singula ex ordinatione iudicii aulici & sententiis in eodem iudicio latis illustrat. Quem librum in multis emendat & supplet IOAN. DECKHERRI *Concordia Supremorum Tribunalium Sacri Romani Imperii*, siue *Relectiones Tractatus methodici & singularis de Celsissimo Consilio Cæsareo-Imperiali Aulico Domini ab Vffenbach*, *Francofurti* 1691. & *Wezlariæ* 1722. 4. Maiori adparatu id fecit obseruationesque singulares multas produxit meritissimus de re publica Germanica Vir IOANNES IACOBVS MOSERVS, *in der Einleitung zu dem Reichs-Hof-Raths Proceß*, cuius *Pars I. Francofurti* siue *Nürnbergæ* 1731. 8. & 1734. 8. edita, doctrinas de mandatis siue clausula, commissionibus ad inquirendam caussam, relaxatione iuramentorum in genere, & quod ad effectum agendi, tractat; *Pars Secunda*, *Nürnberg* 1733. 8. de Relatione Actorum & conceptione sententiæ, atque Commissionibus Cæsareis ad executionem agit; *Tertia*, ibid. 1734. 8. de Feudis Imperii commemorat; & *Quarta* 1737. 8. quæ reliqua erant de Beneficiis Imperii expromit; atque de partibus coram hoc iudicio litigantibus, procuratoribus, horum legitimatione, auctoribus scriptorum exhibendorum; scriptis iudicialibus; Processu porro summario & ordinario, summariissimo; Commissionibus ad Austregas; aliisque ad amicabilem compositionem agit. Coniungendæ cum his EIVSD. *Tractat von der an dem Kayserlichen Reichs-Hof-Rath üblichen Reuision oder Supplication* in EIVSD. *Miscellaneis Historico-Iurid.* P. II. p. 320. *seq.* & EI. Diss.

Diss. *von Insinuation derer Reichs-Hofræthlichen Iudicatorum & exhibitorum, l. c. p. 588.* nec non EI. *Historie des Stritts: wie ferne dem Kayserlichen Geheimen Rath in Reichs-besonders in Iustiz-Sachen eine Cognition zukomme? oder, wie ferne Ihro Kayserliche Maiestæt dergleichen Sachen außer dero Kayserlichen Reichs-Hof-Rath zu tractiren befugt seyn?* in EI. *vermischten Schrifften* N. III. Illustrant, quas proposuit doctrinas & omnem procedendi rationem in excelso hoc Iudicio, quem iam laudauimus laboriosissimi MOSERI *merckwürdige Reichs-Hof-Raths Conclusa*, Voluminibus *Octo Francofurti* s. *Norib.* ab a. *1726. ad 1732. 8.* subsecuta est alia Sylloge EI. inscripta: *auserlesene Reichs-Hof-Raths Conclusa* VIII. Partes *Bayreuth 1740. 8.* & *Register über VIII. Theile auserlesener Reichs-Hof-Raths Conclusorum, Bayreuth. 1741. 8.* Qui breuitatem amant his inseruire poterit: *Manuale Processus Imperialis*, siue *compendiosa Introductio ad praxin Iudicii Cæsareo-Imperialis Aulici*, editore I. F. C. siue IOANNE FRIDERICO CRAMERO, *Noribergæ 1704. 8.* & *Francofurti in 8uo (173·)* quæ editio copiosior. Leue & vix commemoratione dignum *Breuiculum Praxis Imperialis aulicæ, Francofurti 1709. 12.* cuius auctor habetur FRANCISCVS VINANDVS de BERTRAM Iudicio aulico a secretis expeditionis latinæ. Lectu vero dignæ *Notæ perpetuæ ad Ordinationem Iudicii Imperialis aulici nouissimam, huius dicasterii praxin indicantes cum indice paraitlari, Noribergæ 1709. 8.* quæ Textui Ordinationis Iudicii Imperialis Aulici Ferdinandi III. sunt subiectæ, auctore, vti putatur, PORTNERO Consiliario Imperiali aulico. *Communia Senatus Imperii aulici Decreta*, germanico idiomate, edita *Vien. 1728. 4. mai.* a DOMINICO ADOLPHO de WEINGARTEN. His adiungendæ *Singulares Obseruationes circa Processum præcipue Cameræ Imperialis & Iudicii Aulici*, Præside IOA. PAVLO KRESSIO a IOA. GERHARDO KOPMANN propositæ, *Helmst. 1718. 4.* Add. CHRISTIANI THOMASII *Deduction, daß der Reichs-Hof-Rath nicht befugt sey, der Chur-Fürsten auch anderer Stænde*

des

des H. R. Reichs Unterthanen in erster Instanz für sich zu citiren, in causa sua scripta, edita post mortem *1740. 4.*

§. V. Illorum, qui summi in Germania Dicasterii, quod Spiræ olim, iam Wezlariæ sedem habet, Processum instruunt Antesignanus merito habendus, recentissimus laudatissimusque scriptor, perillustris GEORGIVS MELCHIOR de LVDOLF Imperialis huius Cameræ Assessor meritissimus. Is edidit primum *Delineationem Iuris Cameralis Francofurti 1714. 4.* quam excepit *Eiusdem de Iure Camerali Commentatio Systematica, Francofurti ad Mœnum 1719. 4.* & ex altera Editione *1722. 4.* & tertium, *ibid. 1730. 4.* Quarta Editio insigniter locupleta cura ill. IOA. IAC. ZWIRLEIN *Wezlariæ 1741. 4.* ex fontibus Legum publicarum & Recessus Visitationis nouissimæ concinnata, singulariterque Iuris Cameralis studiosis commendanda. Præfatione præmissa de Studii Cameralis Methodo agit, deque Scriptoribus Iuris Cameralis celebratissimis, BLVMIO cum primis atque DECKHERRO probe iudicat. Huius IACOBI BLVMII *Processus Cameralis summi in Germania Dicasterii, ex Ordinationibus Cameralibus, Recessibus Imperii etc. Cameralium Scriptoribus propositus, Francofurti ad Mœnum 1664. 4.* & ex secunda, eademque auctiori editione, *Francofurti 1676. 4.* & *Coloniæ 1695. 4. & 1716. 4.* editus, eximiæ quondam fuit commendationis. Ad eundem BLVMII Processum faciunt IOA. DECKHERRI *Relectiones Vindiciarum pro veritate & iustitia rei Iurisque Cameralis, Francofurti 1689. 4. 1691. 4.* vt & IOANNIS IACOBI de RAMPACH *Palæstra S. R. Imperii Archi-Tribunalium tripartita, qua integer Processus Cameræ Imp. ad amussim illius Ordinationis & praxeos hodiernæ ductu* BLVMII *solide reuocatur, Viennæ 1726. f.* Pars Commentarii est ad BLVMII *Processum* ex variis scriptoribus & collectaneis vulgaribus coacervati. Summa Processus Cameralis & Iudicii Aulici capita monstrat IOANNIS ANDREAE GERHARDI *Discursus de supremis in Imperio Romano Iudiciis Aulico & Camerali, Ienæ 1667. 4.* & germanice Interprete CASP. MELCH. BIECKIO *Discurs von beyden höchsten Reichs-Gerich-*

Scriptores ad Processum Cameralem.

Gerichten, Halle 1674. 4. & post varias repetitas editiones, cum fructuosis B. GEORGII MELCHIORIS de LVDOLF notis & Obseruationibus, sub titulo: *kurtzer iedoch gründlicher Unterricht, wie die Proceß an beyden höchsten Kayserl. Reichs-Gerichten wohl ein und auszuführen, ingleichen von dererselben Gleichförmigkeit und Unterscheid, Wetzlar 1736. 4.* add. V. C. IOANNIS PETRI BANNIZA *Einleitung zu des Kayserlichen Reichs-Cammer-Gerichts Proceß, Würzburg 1734. 4.* atque IOANNIS BAPTISTAE OBRIST *Breuiculum theoretico-practicum Processus Cameræ Imperialis*, secundum ordinem titulorum Breuiculi Praxis Imperialis aulicæ, *Francofurti 1638. 8.* Præter hos recentiores huc pertinent GVILIELMI RODINGII *Pandectæ Camerales Spiræ 1598. 12.* & *cum Notis* GAMBSII & BRAWERI, *1665. 4.* itemque *Wezlariæ 1750. 4.* cura CHRIST. PHILIPPI LANG, quæ per tot Supplementa auctæ, varias quidem materias continent, sed non iusto semper ordine & IOAN. DECKHERRI Liber singularis *Relationum Votorum & Decisionum Cameralis Iudicii, Spiræ 1681. 4.* Subsecuta fuerunt EIVSDEM *Monumenta Lectionis Cameralis antiquæ*, quibus continentur CASPARIS & WERNERI KOCHIORVM, IOACHIMI MYNSINGERI Assessorum & CONRADI ab OFFENBACH Notæ ad Ordinationes Cameræ anno 1648. & 1654. olim a IVLIO MAGENHORSTIO truncatim editæ; Memorati ab OFFENBACH Commentatio de Reuisione Actorum & Sententiarum Cameræ Imperialis, PHILIPPVS TENNAGEL de decernendis Processibus: Obseruationes Anti-Marillianæ & Centuria Obseruationum Cameralium, *Francofurti 1691. 4.* Alii Obseruationes Camerales practicas ediderunt, inter quas ANDREAE GAILII *Obseruationes Practicæ Camerales* sæpius editæ, *Coloniæ 1580. f. ibid. 1611. 1621. 1645. 1653. 1668. 4. Amstelodami 1663. 4.* ad processum & caussarum merita plurimum conducunt. Optima est editio, quæ *Coloniæ* prodiit *1661. 4.* Recentiorem quæ *Coloniæ 1697. 4.* prodiit, *Gualtherus Gymnicus* recognouit. *Germanica* versio inter-

terprete THOMA LONGIO, *Hamburgi 1601. & 1673. 4.* edita. In hunc commentatus est IOANNES GRAEVE, *Francof. 1611. f.* & GOTHOFREDVS ANTONIVS, *Marpurgi 1629. 4.* Ad Eundum facit egregie EVERHARDI FABRICII *Gailius enucleatus, Coloniæ 1662. 1671. & 1697. 4.* qui dissentientes aliorum opiniones satis accurate obseruat. IOACHIMI MYNSINGERI *Obseruationes* formis impressæ *Lipsiæ 1591. 4. Francofurti 1661. 4. Darmstadii 1669. 4.* CAROLVS OTTO THYLLIVS *Vindicias, stricturas & notas in* GAILII *obseruationes, Moguntiæ 1694. 12.* dedit, extant cum WIPERTI LVDOVICI FABRITII commentatiis, quibus adiungenda IOANNIS DIEDERICHI von GÜLICH *Continuatio Mynsingero-Fabriciana, Francofurti 1690. 4.* GAILIO tamen sunt posthabendæ. Huc faciunt etiam BERNHARDI WVRMSERI & HARTMANNI *Obseruationes practicæ, Francofurti 1658. 4.* quæ partim in Electorali Consistorio Palatino, partim in Iudicio Camerali collectæ ac relectæ & repurgatæ opera *Winandi Gymnici.* Ad *Praxin* & Stylum Curiæ Cameralis addiscendum maxime faciunt CASPARIS KLOCKII *Relationum Cameralium Liber singularis* quo Relationes variæ pro Adsessoratu habitæ & insigniora Vota ab Anno MDC. referuntur, *Francofurti 1653. f.* & *Noribergæ 1680. f.* Singularia porro repetenda ex illa sylloge, quæ sub nomine, vt videtur adscititio IOANNIS THILMANNI de BENIGNIS Iureconsulti Germaniæ, prodiit, & inscripta est: *illustrium & solemnium Obseruationum Cameræ Imperialis Apospasma Prodromon, Vrsellis 1600. f.* successit *Apospasma Syndromon, Vrsellis 1601. f.* qua compilatione variæ *Relationes* & Decisiones Camerales de argumentis sæpe magni momenti continentur. HERMANNVS ESAIAS ROSACORB *Practicarum forensium Cameræ Imperialis Opus* dedit *Mülhusii 1605. f. Francofurti 1625. f.* Conf. relatos supra C. IX. §. III. *De Mandatis & Monitoriis Iudicialibus sine Clausula* Tractatum scripsit THOMAS MAVLIVS *Francofurti 1635. 4.* eodemque ad normam Part. II. Tit. XXIII. Ordinationis Cameralis exposuit, cui addimus *Eiusdem*
Expo-

Expoſitionem Conſtitutionis Imperii de Pignorationibus, *von Pfandungen*, *Francof.* 1635. 4. qua de Mandatis ſuper hac Conſtitutione agit. Vtilis liber eſt V. C. IOANNIS WOLFFGANGI KIPPINGII de *Senatusconſultis ſupremorum in Imperio Romano Germanico Iudiciorum*, *Helmſtadii* 1641. 4.

Scriptores ad Proceſſum Fori Romani.

§. VI. Pontificii hodienum potiſſimum æſtimant Fratris PETRI MARIAE PASSERINI *Tribunal*, *ſeu praxin formandi Proceſſus*, *Romæ*, 1677. *f.* & quæ huic præfertur CAROLI ANTONII de LVCA *Praxis iudiciaria in ciuilem diuiſa & criminalem* atque edita *Geneuæ* 1686. *f.* Huic tamen addi adhuc poteſt PETRI RVDOLPHINI *praxis Curiæ Romanæ* recentior, quæ & formulare & obſeruationes varias continet, prodiit *Coloniæ* 1680. *f.* Praxin *Sanctæ Inquiſitionis*, vt quidem apud ſuos illa audit, breui opuſculo complexus IOA. BAPTISTA NERI Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, *Florentiæ* 1685. 4. Adiungendi omnino FRANCISCI BORDONI *Sacrum Tribunal Iudicum in cauſſis S. Fidei contra Hæreticos & de Hæreſi ſuſpectos*, *Romæ* 1648. *fol.* ac CAESARIS CARENAE Tractatus *de Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis & modo procedendi in cauſis fidei*, *Bononiæ* 1668. *f.* addita hac Editione FRANCISCI PEGNAE Praxis Inquiſitorum cum Additionibus CARENAE quibus Proceſſum famoſi huius Tribunalis explanatum videmus.

Scriptores ad Proceſſum aliarum Gentium.

§. VII. Ad Proceſſum *Fori Belgici* facit GVILIELMI GROTII *Iſagoge ad Praxin Fori Batauici illuſtrata Paraphraſi ac Supplemento*, *auctore* ABRAHAMO de PAPA, *Lugduni Batauorum* 1694. 4. PAVLI MERVLAE *Synopſis Praxeos Ciuilis in Hollandia*, *Hagæ* 1654. 12. Inprimis vero Scriptum Anonymi, cui titulus: *De Papagey*, *Amſtelodami* 1683. 4. Autorem huius ſcripti Placcius facit SIMONEM van ALPHEN, continet vero varias formulas, quibus in litibus forenſibus & Proceſſibus Belgæ vtuntur. *Methodum procedendi iudiciarium ſecundum forum Arragoniæ* deſcripſit MICHAEL FERRERIVS *Cæſarauguſtæ* 1554. 4. Eodem pertinet IOSEPHI de SESSE *Tractatus Inhibitio-*

bitio-

bitionum & Magistratus Iustitiæ Arragonum, *Barcinonæ 1608. f.*

§. VIII. De *Iudiciis* Scriptores, supra iamdum ad libri quinti titulum primum fuerunt adducti, inter quos præcipui ANTONIVS MATTHAEI *Amstelodami 1666. Vltraiecti 1645. 12. cum obseruationibus b. Parentis* accessit CHRISTOPHORI PHILIPPI RICHTERI Commentarius ad tit. Decretalium *de Iudiciis, Ienæ 1678.* 4. & SIGISMVNDVS SCACCIAS *de Iudiciis Causarum ciuilium, criminalium & hæreticalium, Francofurti & Lipsiæ 1617. & 1669. f.* PETRI BARBOSAE Commentarius ad tit. D. de *Iudiciis*, *Francofurti 1615. 1650. f. & 1729. f.* *De Priuilegiis eligendi & variandi forum* MARCELLVS CALA, *Francofurti 1693.* 4. Erudita est ELIAE AVGVSTI STRYKII *Disquisitio forensis de efficacia in Renunciationis foro hodierno ad l. 29. Cod. de pactis, Francofurti ad Viadrum 1688. 4.* quam contra communem practicorum Germanorum & Italorum opinionem defendit. De *Officio Iudicis* egit MATTHIAS STEPHANI, *Francofurti 1625. 4.* PAVLVS BVSIVS, *Amstelodami 1603. 4.* PAVLVS BORION, *Parisiis 1682. 12.* IOANNES BOVRICIVS de *Officio Iudicis, Harlingæ 1668, Magdeburgi 1716 12.* & in *operibus Amstelodami 1701. 4.* ANTONII MATTHAEI liber de *Officio Iudicis* extat in EI. *Obseruationibus rerum iudicatar. Leodii 1702. 8.* excusis. ARNOLDI ANTONII TVLLEKEN Liber singularis de *Iudice eiusque Officio, Traiecti ad Rhenum 1687.* NICOLAVS BELLONVS *de officio Iudicis & delegati vicarii adsessoris, Coloniæ 1609. 4.* & præ cæteris CASPAR ZIEGLERVS in *Dicastice sua, s. de officio Iudicum, Wittebergæ 1672. & 1702. 8.* qua etiam Iudicum nequitiam cordate tangit. Adde IOANNIS GEORGII DOEHLERI libellum inscriptum: *Schein und Seyn des richterlichen Amtes, Coburgi 1728. 8.* De *officio Iudicis suppletorio* erudite egit OTTO PHILIPPVS ZAVNSCHILFFERVS, *Marpurgi 1682. 4.* De *arbitrariis Iudicum quæstionibus* optime exposuit IAC. MENOCHIVS libris duobus, *Coloniæ 1615. f.* in qua editione

Scriptores de Iudiciis & officio Iudicis.

accessit primum Liber Sextus, *Geneuae 1630.* & *1701. f. Francofurti 1676. f.* recusus, vbi docet, quando ad arbitrium Iudicis quoque decisiones quaestionum redigi possunt. Aestimandus quoque est NICOLAI VIGELII, *Richter-Büchlein*, qui IOANNIS WILHELMI STRVVII cura *Nürnberg 1686. 8.* auctius *Coloniae 1707. 8.* & cum Additionibus DIETERICI GOTTHART ECKHART *Martisburgi 1734. 4.* prodiit, atque ab additis casibus rarioribus laudem habet. Addimus IVSTI HENNINGII BÖHMERI dissertationem *de Iudice procedente ex officio in Processu Ciuili, Halae 1712. 4.* De *auctoritate iudicis in variis actibus priuatis adhibenda* elegans est Dissertatio WOLDERI SCHELE, *Vltraiecti 1737. 8.* *Iudex sedens ex antiquitate deriuatus*, belle eruditeque eleganti studio V. C. IOANNIS FRIDERICI IVGLERI, *Lipsiae 1738. 4.* De *Recusatione Iudicis* erudita est Dissertatio ANTONII SCHVLTINGII, quae inter ipsius Dissertationes ceteras *Franeckerae 1708.* & *Lugd. Batau. 1714. 4.* editas, comparet.

Scriptores de Actionibus.

§. IX. De *Actionibus* habemus ex antiquis IASONEM *de Actionibus* cum additionibus Eiusdem, cum apostillis BENEDICTI de VADIS & ANTONII CARCASSONAE SARDI quibus adiuncti, IOAN. CRISPIMONTANI *termini actionum*. AMANTIVS DIONYSIVS *de diuisionibus actionum*. PLACENTINVS *de varietate actionum*. ANGELVS a GAMBILIONIBVS *de exceptionibus* & IOA. FABER *de interdictis*, *Francofurti 1609. f.* De iisdem extat REINHARDI BACHOVII Tractatus, *Francofurti 1657. 4.* ARNOLDVS ab HAERSOLT, *Antwerpiae 1583. 8.* prodiit. IOAN. OLDENDORPII *actionum forensium progymnasmata*, *Norimbergae 1657. 8.* & *Lipsiae 1692. 4.* GEORGII MACKENZEI *Idea eloquentiae forensis hodierna*, *vna cum actione forensi ex vnaquaque iuris parte*, *Edenburgi 1682. 12.* Solide Actiones examinat in Exercitationibus suis IOA. FRIDERICVS BÖCKELMANNVS, quae prodierunt *Lugd Batauorum 1687. 4.* Vtiles sunt HENNINGII HAMELII *Repetitiones ad Titulum Institutionum de Actionibus*, *Guelferbyti 1707. 4.* quae

quæ reiectis antiquis, nouis atque vsitatissimis libellandi & supplicandi formulis fuit adornata. Ad praxin potius facit BARTHOLOMAEVS LEONHARDVS SVENDENDÖRFFERVS in *Summaria Actionum Forensium expositione*, quæ *Lipsiæ 1685.* & *1720.* 4. prodiit, atque multas Actionum species subnectit. Quod etiam in *Collegio Practico* egit QVIRINVS SCHACHERVS ad ordinem Pandectarum directo, prodiit postumus labor ex recensione CHRISTOPHORI HARTMANNI SCHACHERI *Lipsiæ 1678.* 4. & cum vtilibus accessionibus ANDREAE MYLII, *ibidem 1694. 4.* & cum GOTTFRIDI BARTHII obseruationibus practicis ad Ordinationem nouam Processus Electoralis Saxonici directis *Lipsiæ 1725.* 4. & IOANNES PHILIPPI in *Vsu Practico Institutionum.* Des *Spaten Teutscher Advocat* ad Processus formalia, horumque pleniorem explicationem vtilis, stylo tamen vtitur adfectato, recusus est *Francofurti 1694. Tomis II. f.* Ad vsum forensem egregie facit SAMVELIS STRYKII tractatio de *actionibus forensibus inuestigandis & caute eligendis, vt & actionum præscriptione, Lipsiæ & Francofurti 1688.* 4. *Halæ* ex emendatiori editione *1698. 4.* & *Wittebergæ 1718. 4.* singulis qui ad praxin tendunt, merito est commendanda; quidquid etiam contendant alii. Possunt tamen conferri KAROLI SYLBINDI NICEI *Monita* iuxta rationem doctrinæ LYNCKERIANAE exacta, *Francofurti & Lipsiæ* siue potius *Ienæ 1699.* 4. quo acerbo scripto plusquam quinque millium errorum indicem agere voluit auctor, qui ipse fuit LYNCKERVS. Præclara est IVSTI HENNINGII BOEHMERI *Succincta Expositio doctrinæ de Actionibus ad Praxin hodiernam accommodatae.* Adiectæ in calce sunt Positiones *de Gradibus Matrimonialibus & Ordine succedendi, Halæ 1710. 8.* & *ibid. 1734. 8.* auctior longe & illustrior. IOANNIS de FELDE Commentarius de *Actionibus Realibus* editus *studio Ioannis Wolffgangi Rosenfeldi, Francofurti & Lipsiæ 1690.* 4. PETRI ab EYNDHOVEN *Dissertatio de inani actione propter inopiam ad l. 16. ff. de dol. mal. Traiecti ad Rhen. 1688. 8.*

De *Actionibus Successoriis* Tractationem theoretico-practicam edidit BARTHOLOMAEVS LEONHARDVS SVENDENDÖRFFERVS, *Lipsiæ 1703. 4.* & IOANNES BRVNNEMANNVS, *de cessione actionum, Francofurti ad Viadrum 1662. 12.* & notis ac animaduersionibus SAMVELIS STRYKII locupletatus *ibidem 1662. & 1698.* 4. qui tractatus etiam recentiori eiusdem editioni Processus accessit. Multæ auctoritatis ALPHONSVS de OLEA *de cessione iurium & actionum, Geneuæ 1665. & 1683. f.* IOA. BRVNNEMANNI Tractatus *de concursu, cumulatione & transmissione actionum,* ipso præside anno 1660. publici Iuris factus, reuisus, emendatus & responsis quibusdam Halensibus illustratus ex editione tertia prodiit *Francofurti 1703.* 4.

Scriptores de Exceptionibus.

§. X. De *Exceptionibus* extant sequentes: NICOLAVS CISNERVS *Commentarium ad Tit. Institutionum de actionibus & exceptionibus* condidit, editum cum Præfatione *Nicolai Reusneri, Spiræ 1588. 8.* Præcipui vero sunt MATTHIAS COLERVS *de Exceptionibus & præscriptionibus, Ienæ 1602. f.* additus Tractatui de Processibus executiuis. IOA. ZANGERVS ad Titulum Institutionum *de Exceptionibus, Witteбergæ 1586.* & inde sæpius *1705.* 4. & *Francofurti 1730.* 4. secuta aliorum de exceptionibus & *replicationibus* Opuscula, vtraque Volumina edita cura & cum Præfatione celeberrimi Viri HENRICI CHRISTIANI SENCKENBERGII *Francofurti 1733.* 4. & præ cæteris IOA. OLDENDORPII *sylloge exceptionum forensium, in Progymnasmatibus fori,* quam necessariis supplementis adauxit atque ad vsum fori accommodauit ANDREAS CHRISTOPHORVS RÖSENERVS, *Lipsiæ 1692. & 1698.* 4. Optime etiam huc facit Q. SEPT. FLORENTIS RIVINI *Specimen exceptionum forensium,* exhibens dilatorias, ad vsum fori Saxonici accommodatus, *Lipsiæ 1701. 8.* & *Halæ 1721.* & *1738. 8.* cum Præfatione IVSTI HENNINGII BÖHMERI de *Tritura Forensi* addita est HENRICI HAHNII Tr. de *Exceptionibus,* vna cum iis quæ in nouissimo Imperii Recessu 1654. circa hanc materiam sunt mutata.

§. XI

§. XI. De *Adpellationibus* optimi sunt PETRVS CORNELIVS BREDERODIVS, qui etiam varias admixtas habet ordinationes, *Francofurti 1592. f. 1660. f.* De *Adpellationibus* itemque de *Attentatis Appellatione pendente*, extant Tractatus Tres GVIDONIS PAPAE, HIERONYMI MANFREDI & FRANCISCI de HERCVLANIS *Coloniæ 1573. 8.* SIGISMVNDVS SCACCIAS *de Appellationibus*, *Francofurti 1615. f. Vratislauiæ 1663. 4.* IVLII CAESARIS RVGINELLI enim *Commentarius ad Titulum de Appellationibus*, *Venetiis 1603. Francofurti 1648. Coloniæ 1635. 1683. f.* ad Statum prouinciæ Mediolanensis potissimum est directus, licet etiam ad generalem materiam, quibus in causis licite adpellatur, & quæ sint nullitates adpellationum prolixe faciat. *De solennibus Adpellationum* egit IOA. FVCHS *Kilonii 1675. 1705. 4. De Prouocationibus Iuris Germanici* erudita extat Dissertatio Dn. GEORGII LVDOVICI BOEHMERI, *Halæ 1738. 4.* Elegans est LVDOLPHI HVGONIS *de abusu Adpellationum tollendo & Camera Imperiali immenso eorum cumulo leuando, Consultatio: accedunt* HERMANNI CONRINGII *dissertationes tres de Iudiciis in republica recte ordinandis*; editio altera, cum præfatione IOA. NICOLAI HERTII, *Francofurti 1706. 4. De attentatis & innouatis lite pendente* scripsit ROBERTVS LANCELLOTTVS, *Francofurti 1600. f. De Grauamine extraiudiciali, & quatenus ab eo prouocare liceat*, vtilis est Tractatus NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI, *Giessæ 1672. 8.* & *Ienæ 1697. 8.* quo Remedia contra sententias & ausus Iudicum, aliarumque personarum publicarum & multa de processu Imperiali continentur. De *Appellationibus in causis criminalibus* egit IVSTVS OLDECOP, *Bremæ 1664. 4. Halberstadii 1692. 4.* De *Appellatione ad vallum Iosaphat* scripsit, IOAN. LVDOVICVS HANNEMANNVS in scripto quod inscribitur: *Zacharias. Pontifex* i. e. *Commentarius de Appellatione ad vallum Iosaphat*, *Hamburgi 1696. 8.* De *Nullitatibus sententiarum & decretorum* egit SEBASTIANVS VANTIVS, *Coloniæ Allobrogum 1664. 4.* & BLASIVS AETIMARVS,

Scriptores de Adpellationibus.

RVS, *Neapoli 1678. f.* & *Tomus VIII. Coloniæ 1720. f.* NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI habemus *Dissertationem de absolutoria, Ienæ 1695. 4.* IOA. CHRISTIANI SCHRÖTERI dissertationem *de sententia inter volentes lata, Respondente Gerbardo Nicolao Richtero, Ienæ 1711. 4.* De *Cautione de non offendendo* FRANCISCVS HERCVLANVS, cum adnotationibus ANDREAE CHRISTOPHORI RÖSENERI, *Lipsiæ 1661. 4.* Eiusdem Röseneri extat vtilis Tractatus *de Reseruatione Iuris competentis, Lipsiæ 1690. 4.* De *Fatalium rigore iniquo poenisque contumaciæ temperandis* copiosa ac erudita extat Dissertatio Dn. LEOPOLDI NICOLAI L. B. ab ENDE, *Halæ 1737. 4.*

Scriptores ad Processum Arresti & Executiuum.

§. XII. Singulariter porro huc pertinent, qui ad Processum *Arresti & Executiuum* faciunt Scriptores. Ex quibus ad intellectum Iuris communis in primis faciunt PETRVS PECKIVS *de Iure Sistendi s. de Arrestis.* Extat inter Opera eius iunctim edita *Antwerpiæ 1697. f.* FRANCISCI MERADEI *Praxis Vniuersalis Processus Executiui, Neapoli 1701. f.* Nec non DAVID MEVIVS *de Arrestis, Rostochii 1708. 4.* Processum Executiuum in Foro Saxonico insigniter illustrat MATTHIAE COLERI *Tractatus de Processibus Executiuis, Ienæ 1586. f. 1595. f.* & *ibid. 1612. f.* & *Coloniæ Agr. 1729. f.* IOANNIS HENRICI BERGERI *Electa Processus Executiui, Possessorii, Prouocatorii & Matrimonialis, Lipsiæ 1705. 4.*

Scriptores Processus Possessorii.

§. XIII. Processum Iudicii *Possessorii*, maxime instruunt IACOBVS MENOCHIVS de *Adipiscenda Retinenda & Recuperanda Possessione, Coloniæ 1624. f.* Nec non LVDOVICI POSTII *Tractatus Mandati de Manutenendo siue Summarissimi Possessorii, Geneuæ 1658. & 1717. f.* Scriptores duo in Praxi receptæ auctoritatis & vtilissimi. His non inutiliter adiungitur CAESARIS ARGELII *Tractatus de acquirenda Possessione ex remedio l. fin. Cod. de Ed. Diu. Hadr. toll. Coloniæ 1692. f.* conferantur superius relati Autores in titulo Pandectarum de Inter-

Interdictis & CASPARIS HENRICI HORNII *Disputatio de Processu summario ex §. VIII. Resolutionum Electoralium Saxonicarum nouissimarum*, *Wittebergæ* 1709. 4.

§. XIV. De *modo referendi in caussis ciuilibus* disseruit CHRISTOPHORVS BESOLDVS *Tubingæ* 1632. 4. De *officio* vero, *requisitis & eminentia Referendariorum* egit IOANNES MAZIENZVS, *Francofurti* 1623. 4. & præcipue FRANCISCVS STYPMANNVS *de Referendariis & eorum Officio in legendis Actis*, *Stralsundi* 1663. 12. & nouiter *Nordhusæ* 1704. 8. quæ editio priori est auctior atque emendatior. Præstans manuductio est illustr. IVSTI HENNINGII BOEHMERI *Einleitung zum geschickten Gebrauch der Acten*, addita primum viri celeberrimi Libro de *Actionibus*. FERDINANDI AVGVSTI HOMMEL *kurze Anleitung Gerichts-Acta geschikt zu extrahiren, zu referiren und eine Sentenz darüber abzufassen*, *Leipzig* 1739. 8. qui singulares cautiones in singulis Processus speciebus adhibendas suppeditat. IOANNIS HENRICI ROTHERI *Rechtsgelehrter Referente*, *Ienæ* 1736. 8. subiecta excerpta ex Ordinatione Processus Saxonici Electoralis de Pœnis Iudicum & Aduocatorum. Addi potest scriptio, sub titulo: *Arcanum prudentiæ iudicialis detectum, oder gründliche Anweisung die Gerichts-Acta am vorsichtigsten und fertigsten zu lesen, zu excerpiren und zu referiren*, *Francofurti* 1734. 4. addita est ANDREAE HOMBORGII *Oratio de referendi modo*, *Helmstadii* 1710. 4. De *relationibus & literis informatoriis* potissimum in iudicio Camerali editus est: *Summorum Tribunalium in Germania Processus informatiuus s. vom Schreiben um Bericht, denen Berichten und Gegen-Berichten, delineatur a I. C. L. B. C. I. A. & informatus a I. D. D. C. I. A. Francofurti* 1684. 8. Cuius auctor postea se prodidit IOANNES DECKHERRVS Cameræ Imperialis Aduocatus. De *Reuisione Actorum* ad normam Constitutionum Imperialium commentatus est IOA. LVDOVICVS BENDER, *Francofurti* 1689. 8. De *Transmissione* vero *Actorum* breuis quidem, ast

Scriptores de Modo referendi.

 accu-

accuratus extat HENNINGI RENNEMANNI Tractatus, *Erfurti 1670. 12.* qui denuo prodiit cum notis Ioa. Schmidelii & IOA. GVILIELMI WVNSCHII *Tractatu de actis iudicialibus, Lipsiae 1705. 8.* IOANNIS HENRICI HEESERI Tractatus de *Actis iudicialibus cum Protocollo eorumque editione, ad Collegia ICtorum transmissione & ex iisdem facienda relatione 1688. 4.* & *Herbipoli 1689. 4.* Cum grano salis legenda: D. S. N. H. P. *Obseruatio iuris practica de Academiis Germaniae in transmittendis Actis caute excipiendis, Lugduni & Vltraiecti 1722. 4.* & annotationibus quibusdam illustrata *Vltraiecti* (locus fictus) *eod. anno & ibid. 1729. 4.* addatur IOANNIS IACOBI MOSERI Dissertatio bonae frugis de *transmissione Actorum, Francofurti 1716. 4.*

Scriptores de Cautelis.

§. XV. De *Cautelis* habemus ex antiquis HERENNII MODESTINI Fragmenta Libri singularis, quem περι ἑυρηματικῶν, i. e. de Cautelis scripserat, edidit Commentariis illustrata & ad vsum fori hodierni redacta IOANNES SCHILTERVS, *Argentorati 1687. 4.* Ex recentioribus diuersorum ICtorum Tractatus, iunctim *Lugduni 1572. f.* a IOA. FICHARDO editi, nempe BARTHOLOMAEI CAEPOLLAE, THOMAE FERRATII, IOANNIS de ARNONO, IOAN. DILECTI DVRANTIS, M. ANTONII BLANCI, inter quos CAEPOLLAE celebratae *Cautelae* antea separatim typis impressae reperiuntur. Quae prodierunt etiam cum Praefatione IOA. FICHARDI *de recto veroque Cautelarum Vsu,* curante *G. von Stöcken, Hannouerae 1699. 8* Sic etiam PETRVS CORNELIVS BREDERODIVS *Evrematiκῶν* siue *Cautelarum* Tomos Tres edidit *Basileae 1590. 8.* & *1681. 4.* & CHRISTIANI RITTMEIERI *Cautelarum Centuria I. & II. Brunsuigae 1681. 4.* HENRICVS BRENCMANNVS de *Eurematicis* erudite egit *Lugd. B. 1706. 4* De *Cautelis Contractuum* egregius est Tractatus SAMVELIS STRYKII, *Wittebergae 1684. 4. 1698. 4.* & *Wittebergae 1717. 4.* & cum IOAN. GOTTLIEB HEINECCII Praefatione de *Iurisprudentia eurematica, siue Cauente, Berolini 1736. 4.*

In

In vernaculam quoque linguam translatus sub titulo, *von vorsichtiger Schliessung der Contracten*, *Francofurti 1670.* 4. Ad Eiusdem imitationem alium de *Cautelis Testamentorum* edidit *Halæ 1703.* 4. & *recusum 1708. 4. Halæ Magdeburgicæ 1716.* 4. Eadem ratione prodiit Tractatus Eiusdem *de Cautelis Iuramentorum*, *Halæ 1706.* 4. & *ibid. 1719.* 4. *Aduocatorum* nequitiam in *Rabulistica* tangit CASPAR ZIEGLERVS, *Dresdæ 1685.* 4. IVSTI OLDEKOPS *Cautelæ Criminales*, *Brunsuigæ 1633. 8.* & cum appendice *Hildesiæ 1639. 8.* CHRISTOPHORI HIERONYMI MÜHLPHORT *Cautelæ Iuris feudalis*, *Erfurti 1698. 8.* Ad matrimoniales cautelas spectat G. D. T. *Tractatus de Contractibus matrimonialibus, continens epitomen regularum & clausularum Iuris caute adhibendarum, secundum disciplinam Prouinciarum Gallicarum*, *Parisiis 1708. 12.*

§. XVI. Faciunt huc etiam *Clausulæ*, & qui de iis scripserunt. Coniunctim tales prodierunt *Francofurti 1578. f.* Inter quos ampli VITALIS de CAMBANIS *Francofurti 1588. f.* atque CELSVS HVGO itidem *Francofurti 1588. f.* cum de *Cambanis*. Optimi vero sunt GEORGIVS BARSCHAMP in *radice clausularum*, *Wittebergæ 1620. 4.* & AVGVSTINVS BARBOSA de *clausulis Vsu frequentibus*, *Lugduni 1644. f.* & *ibid. 1699. f.* & qui rarus D. MARTAE Tractatus *de clausulis*, cum variis resolutionibus & decisionibus, *Geneuæ 1617. 4.* De *clausulis conuentionalibus* egit IOA. BAPTISTA COSTA, *Venetiis 1616. 4.* De *clausulis concessionum principum* GEORGIVS ENGELBRECHT, *Helmstadii 1678. 4.* De *clausulis rescriptorum* ALEMANNVS, *Altdorfi 1680. 4.* & HENRICI COCCEII *dissertatio de clausulis instrumentorum mutui*, *Francofurti ad Viadrum 1684. 4.* Huc porro pertinet ANDREAE CHRISTOPHORI RÖSENERI *Tractatus de Reseruatione Iuris competentis*, *Lipsiæ 1690. 4.*

Scriptores de Clausulis.

§. XVII. In Foro ac Praxi Iudiciorum sæpissime etiam caussa de *Attentatis* Iudicum incidit. De hac pro-

Scriptores de Attentatis.

proinde videri possunt FRANCISCVS HERCVLANVS *de Attentatis Appellatione pendente, Coloniæ 1573. 1649. 8. Argentorati 1623.* Et qui eiusdem est materiæ HIERONYMVS MANFREDVS *Bononiæ 1563. 8. Coloniæ 1573. 8.* Plenissime vero hanc materiam exequitur ROBERTVS LANCELLOTTVS *de Attentatis & innouatis, Romæ 1576. f. Francofurti 1652. f. Coloniæ 1725. f.*

Scriptores de Arte Notariatus.

§. XVIII. NOTARIOS instruit præcipue *Maximiliani I. Constitutio de Notariis in Comitiis Coloniensibus anni 1512.* edita singillatim multoties *Magdeburgi 1607. 8. Ienæ 1727. 8.* & ex optima editione, in qua errores quibus priores scatebant sublati, cum verere translatione latina, cura B. CHRISTIANI GOTHOFREDI HOFFMANNI *Francofurti ad Viadrum 1733. 8.* præmisit editor doctissimus obseruationes quasdam ad Historiam Constitutionis pertinentes. Plures antiquorum de *Arte Notariatus* Scriptores, hodie minime vtiles. Inter recentiores eminet ADAMI VOLCKMANNI *Notariat Kunst, Lipsiæ 1689. f.* reuisa atque emendata per GEORGIVM BEYERVM, *Lipsiæ 1696. f.* & *1708. f.* itemque *1715. f.* & ex Editione Quarta *1721. f.* *& Septima 1744. f.* qui locutiones & formulas antiquiores ad stylum hodiernum accommodauit, & NEHRINGS *Manuale Notariorum*, quod ex eo Compendium est *Francofurti 1687. 1694. Gothæ 1700. 1706. 1740. 8.* Nec contemnendus BENIAMIN SALOMON SCHLEGELS *Allzeit fertiger Notarius, Lipsiæ 1715. 1736. 8.* De *Notariorum erroribus* egit ANTONIVS TASSARA, *Francofurti 1511. f.*

Scriptores qui varios litium abbreuiandarum modos proposuerunt.

§. XIX. *Litium abbreuiandarum* modos alii aperire tentarunt, præcipue IVRGA VALENTINVS WINTHERVS sub nomine VENTVRAE de VALENTIIS in *Parthenio litigioso, Argentorati 1637. 4.* edito. Sic etiam OCTAVIVS PISANI breuiorem viam ad causarum decisionem præscribit in *Lycurgo* suo, qui Italice editus primum, post germanice versus, prodiit *Sulzbaci 1666. 12.* in quem dein commentatus est HERMAN-

MANNVS HOFMANNVS, *Baruthi 1669, 4.* Talia quoque præscripsit PHILIPPVS BVRCARDVS in tractatu suo de *næuis Iurisprudentiæ.* De *caussis & remediis corruptorum Iudiciorum* egit DIODORVS TVLDENVS, *Colon. 1654. 4.* Breue quidem scriptum est GOTTFREDI WARLEFII, titulo: *Discursus de abbreuianda lite, oder von Zeitigung der Gerichts-Hændel, Schaafhausen 1676, 12.* sed multa proponit, quibus omnino medela adferri possit. Facit huc etiam STEPHANI NATHEN condicti SPORMAECHER *Iustitia vulnerata, christiane, iuridice & politice curata, Coloniæ 1646. 4.* quæ iudici est perutilis. IOANNES CHRISTIANVS BOINEBVRGIVS Opus meditabatur de *Vsu errorum in Republica*, cuius ipse rationem exhibet Epistola ad Prüschenckium, quam olim Actis Literariis fasciculo tertio inserui, talis autem est: *Totum opus, quod exædifico, de Vsu errorum in Republica in quinque libros distribuitur. Quorum primus errores exhibet committi solitos & emendari dignos circa Imperium, seu rectionem status vniuersim. Alter curabit negotium Libertatis. Tertius religionis & ordinis ecclesiastici, vbi de ludis literariis, Academiis, cultu omnis eruditionis, pietatis, virtutis, educatione pubis &c. Quartus curam geret Iuris; vbi de emendatione iudiciorum & id genus necessariis speculationibus & vsibus agendum, quod argumentum in infinitas ambages laxum est. Hic præter Parthenium litigiosum, Diodorus Tuldenius, Cuiacii & Oldendorpii deinde extantiora huc attinentia vsurpari conueniet. Quintus decerpet sibi ad tractandum, quæ de Iure Pacis & Belli occurrunt in medio rerum actu, rectitudine collaudata & ostensa, obliquis ostensis, vt vitabunda prudentia eorum discrimine rite defungatur.* Recentissima huius argumenti Scripta sunt: *Auszug aus des Herrn von Leibnitz zu Maynz in seiner Jugend an einem Freund datirtem Schreiben von den Mængeln der Römischen Geseze und Verbesserung der Rechts-Gelehrsamkeit*, extat in Actis Eruditorum Lipsiens. Germ. P. LXIV. p. 287. GEORG PAVL

HOENNS

HOENNS *nöthige Aufmunterung und Vorschlag zu Verkürzung der langwierigen Rechts-Processe, nebst einem darüber vom Herrn Samuel Stryken gestellten Bedencken, Coburg 1708. 8.* BERNHARDI KLEPPERBEINS *zufællige und unvorgreiffliche Gedancken von Verminderung derer Processe, Lipsiæ 1717. 4.* V. C. IOANNIS WOLFFGANGI TRIER *Gedancken von dem Teutschen Iustiz-Wesen, Lipsiæ 1715. 4.* Hos pluresque longe alios recenset illustris Vir CHRISTIANVS THOMASIVS elegantissima Dissertatione, *Halæ 1717. 4.* qua *Emendationem administrationis Iustitiæ neque facilem, neque impossibilem, valde tamen difficilem esse & caute suscipiendam* docuit, & qualia a Seculo XVI hac in re a diuersis prolata Consilia recenset eademque accurate & expendit & diiudicat, accesserunt postea Eiusdem Dissertatio: *De Charactere & circumspectione Medici ad curandam tædiositatem Processuum adhibendi, Halæ 1717. 4.* & *De emendandis quibusdam litium protractionibus, in Materia Iuramenti Parti a Parte in Iudicio delati hactenus receptis, Halæ 1717. 4* & cultissimæ in MELCHIORIS ab OSSA *Testamentum* Adnotationes, editæ vernaculo sermone *Halæ 1717. 4.* De *triplici remedio salutari calumniosis ac temerariis litibus præcauendis peculiariter præscripto in recentioribus Ordinationibus Processualibus Palatino-Solisbacensibus,* disseruit GEORGIVS FRIDERICVS DEINLEIN, *Altorfii 1746. 4.* Addimus CHRISTOPHORI IOANNIS CONRADI ENGELBRECHT Dissertatiunculam: *De Causis impediti hactenus felicis successus tentatæ in Germania Emendationis administrationis Iustiæ, Helmstadii 1718. 4.* Varia ad emendandam Iurisprudentiam forensem facientia præclara monita exposuit vir celeberrimus LVDOVICVS ANTONIVS MVRATORIVS in: *Trattato dei defetti della Giurisprudenzia, dedicato alla Santità di Benedetto XIV. Pontefice Massimo, in Venetia 1742. f.*

CAPVT

CAPVT DVODECIMVM
DE
SCRIPTORIBVS IVRIS GERMANICI.

§. I.

Iuris Germanici cultura nostra ætate cœpit.

Nostra ætate insigniter coli ornarique cœpit *Prudentia Iuris Patrii Germanici.* Indicauimus equidem præcipuos Scriptores cum primis *Fontes* & *Collectiones* præcipuas LL. antiquarum & consuetudinum patriæ iam Cap. V. §. I. vsque XVIII. Cap. VII. §. VIII atque inter eos librorum Iuris auctores, qui cum ad Libros Iuris Romani commentando, tum in *Systematibus* & *Compendiis* Iurisprudentiam omnem exponendo, tum respondendo, & decidendo multa iuris domestici argumenta præclare illustrarunt. His tamen eos addere operæ erit pretium, qui data opera ad patriæ iura in maiori luce collocanda, nobilem laborem impenderunt.

Fontes Iuris Germanici.

§. II. FONTIBVS Iuris patrii addimus ex insigni IOANNIS SCHILTERI *Thesauro Antiquitatum Teutonicarum, ecclesiasticarum, ciuilium, literariarum, Argentorati,* cura ill. IOANNIS GEORGII SCHERZII ICti, *Vlmæ 1727. 1728 f.* III. Voluminibus edito, quem ornat eruditissima Præfatio IOANNIS FRICKII *Theologi*, TOMVM SCVNDVM, qui nobilissima exhibet monimenta, nimirum:

1. Antiquissimæ Legis SALICAE textum vetustiorem, ex Bibliotheca *Parisiensi* regia descriptum recensente IOANNE SCHILTERO. Adiuncta est accurata subnotatio variationum insignium tum ex Editione BASILII IOANNIS HEROLDI, tum ex alia vetusta, quam ex Codice Guelpherbytano eruit IOANNES GEORGIVS ECCARDVS, accessit *Pactus Legis* SALICAE textus recentior, ex Editione STEPHANI BALVZII, atque HIERONYMI BIGNONII, notis textui cuique subiectis.
2. *Ius Prouinciale* ALEMANNICVM alias sub nomine SPECVLI SVEVICI comprehensum, ex Codice membranaceo Dn. RAYMVNDI KRAFFT de Delmensingen, &

& ex collatione huius MSCti cum Codd. XI. MSC. & IX. impressis, additis variantibus lectionibus & *latina* versione, notisque plurimis, quibus & aliquæ B. SCHILTERI accesserunt, insigni cura IOANNIS GEORGII SCHERZII ICti.

3. Paralipomena exhibentia CONSTITVTIONES aliquot vetustas IMPERATORVM; *Friderici II. Rudolphi I. Alberti I.* & *Ludouici IV.* vernaculo sermone editarum.

Recensitis supra *p. 67. Legibus antiquorum Populorum Germaniæ* coniungenda: *Lex Frisionum, siue antiquæ Frisionum Leges* a reliquis veterum Germanorum Legibus separatim editæ & notis illustratæ a SIBRANDO SICCAMA, addita *Statuta Opstalbomica a. 1323. rogata, Franeckeræ 1617. 4.* excusæ iterum recensente & ordinatius edente ill. CAROLO GVILIELMO GAERTNERO, *Lipsiæ 1730. 4.* & ad p. 109. referendus omnino Liber singularis plenus rara lectione & eruditione Viri celeberrimi IOA. CAROLI HENRICI DREYER de *Vsu genuino Iuris Anglo-Saxonici in explicando Iure Cimbrico & Saxonico, Kilonii 1747. 4.*

Compendia Iuris Germanici.

§. III. Ex hisce fontibus, adhibitis tamen aliis præsidiis, diplomatibus nempe, chartis antiquis, obseruationibus ac annotationibus morum & rerum iudicatarum a doctissimis patriæque amantibus viris, vel recensiones summorum capitum Iuris patrii, vel succi boni egregiæque doctrinæ plenæ expositiones & compendia in vsus publicos fuerunt producta. Talis est GEORGII BEYERI Iureconsulti Vitebergensis doctissimi *Delineatio Iuris Germanici,* primum ex schedis b. viri edita cura MICHAELIS HENRICI GRIBNERI *Halæ 1718. 4.* inde cura CHRISTIANI GOTTFRIDI HOFFMANNI recusa, *Lipsiæ 1723. & 1729. 4.* præmissa Dissertatione de *Iurisprudentiæ Germanicæ principiis & fontibus, eiusque discendæ atque tradendæ genuina ratione,* in qua simul ostenditur, existere aliquod Ius Germanicum, illiusque doctrinam non tam difficilem esse, quam quidem multis videtur. Recentior huius opusculi editio prodiit *Lipsiæ 1740. 4.* In vsum auditorii sui, varia Iuris Germanici capita inseruitura recitationibus suis,

sed

fed tamen & iis qui perquirendis argumentis Iuris Germanici inuigilant, annotarunt Dn. HENRICVS CHRISTIANVS SENCKENBERG in *Anfangs-Gründen der alten, mittlern und neuen Teutschen gemeinen Rechts-Gelehrsamkeit*, *Göttingen 1737. 8.* atque Dn. IOANNES IACOBVS MOSER in *Grund-Sæzen von dem Teutschen Priuat-Recht überhaupt*, *Franckfurt 1738. 4.* Ex parte huc spectat Dn. CHR. HENRICI FREISLEBEN *Einleitung zur bürgerlichen Teutschen Rechts Gelahrheit*, *Altenburg 1726. 8.* Successerunt maiori adparatu elaborati huius argumenti Libri, nempe IOANNIS FRIDERICI POLAC *Systema Iurisprudentiæ ciuilis Germanicæ antiquæ*, *Lipsiæ 1733. 4.* sed magnam partem tantum attulit, quæ in Legibus antiquissimis reperiuntur ad certa tamen iuris principia apte reuocata. V. C. IOA. STEPHANI PÜTTERI *Elementa Iuris Germanici priuati hodierni*, in vsum Auditorum, & lucem edita *Gottingæ 1748. 8.* Secutus postea EI. *Conspectus Iuris Germanici hodierni nouo Systemate tradendi*, *ibid. 1754. 8.* Magno adplausu, vt alia omnia meritissimi viri scripta, excepta fuere B. IOANNIS GOTTLIEB HEINECCII *Elementa Iuris Germanici*, quorum *Tomus I. Halæ 1735.* & iterum auctior *ibid. 1737. 8. mai.* & *Tomus II. ibid. 1737.* lucem adspexerunt. Multa pars elegantis huius libri antiquitates iurium & consuetudinum priscarum patriæ, miro nitore exhibet, quarum lectio & suauis & fructuosissima est, culto cumprimis Heineccii stilo exposita & egregiis beati viri meditationibus illustrata. Ex antiquis patriæ legibus ac institutis ceterisque præclaris subsidiis conquisita aptaque & concinna exponendi ratione scripta sunt B. IOANNIS RVDOLPHI ENGAV *Elementa Iuris Germanici veteris pariter & hodierni*, *Ienæ 1737. 8.* & ex secunda auctiorique editione *ibid. 1740. 8.* & ex quarta *1753. 8.* quo libro vtilissima patrii iuris argumenta quorumque quotidianus in foro & vita vsus, erudite & accurate exponuntur. *Spicilegium Iuris Germanici ad Elementa* ENGAVIANA *Gottingæ 1750. 8.* dedit celeberrimus

rimus CHR. GOTTLIEB RICCIVS, optandumque vt altera Libri egregii pars sequatur. Nuper V. C. BENEDICIVS SCHMIDT ICtus Bambergensis edidit *Principia Iuris Germanici antiquissimi, antiqui, medii pariter atque hodierni, Norimbergæ 1756. 8. mai.* eum, vt fatetur in finem, vt doctrinas quasdam ad principia Romano-Catholica aptaret.

De vtilitate Iuris Germanici Scripta.

§. IV. Alii vel vtilitatem & præstantiam culturæ iuris patrii, commendarunt, vel de subsidiis fuere commentati, vel sigulares doctrinas commentando exposuerunt, quorum aliquot heic, in antecedentibus iam *Capitibus* laudatis, addere non infrugiferum erit. De vtilitate & subsidiis quædam annotarunt IOANNES PAVLVS KRESSIVS *in der ersten Probe der Anmerckungen über das Teutsche Recht, Ienæ 1709. 8.* EPHRAIMVS GERHARDVS in *unvorgreifflichen Gedancken von denen Schwierigkeiten der Teutschen Rechtsgelahrheit, Ienæ 1716. 8.* eiusdem commatis sunt IOANNIS SALOMONIS BRVNQVELLI *eröffnete Gedancken von dem Teutschen Stadt und Land-Recht Iena 1720. 8.* Idem in Prolusione academica ostendit: *in pugna Iuris Germanici & Romani illud huic in primis in caussarum illustrium decisionibus præferendum esse, nisi huius receptio docetur, Gottingæ 1735. 4.* idem argumentum Diss. tractauit ERNEST. IOA. FRIDERICVS MANTZEL inscripta: *An & quatenus Iuri Rom. competat prærogatiua præ veteri Iure Germanico in decidendis controuersiis iudicialibus, Rostochii 1736. 4.* & Pseudonymi C. VITRVVII *Erleuterung von dem Vorzuge des Teutschen Rechts vor dem Rœmischen, Franckfurt* sine temporis mentione 4. De *Præiudicio* vero *Iuris Germanici in caussis priuatis* Prolusione egit ill. IOA. SAM. FRIDERICVS BOEHMERVS *Francof. 1750. 4.* De Prærogatiua Iuris *Germanici præ Iure Romano in materia Pactorum Dotalium* commentatus IOACH. GOTTHELF SPARMANN, *Gryphiswaldiæ 1742. 4.* *Exiguum* autem *Antiquarum Legum Germanicarum vsum* statuit Dn. HENRICVS BROKES *Vitembergæ 4.* Lectu quoque dignis-

dignissimi sunt libelli, nimirum: CHRISTOPHORI IOANNIS CONRADI ENGELBRECHT Commentatio *de vtilitate & necessitate studii Iuris Germanici*, *Helmstadii* 1722. 4. necnon IOANNIS GEORGII CRAMERI Programma de *coniungendo Iuris & Antiquitatum Germanicarum studio huiusque subsidiis & adiumentis Lipsiae* 1729. 4. Nec omittenda erudita Diss. Dn. HENRICI GOTTLIEB FRANCKII *de Iurisprudentia veterum Germanorum*, *Lipsiae* 1728. 4. De *genuino Iuris Germanici vniuersalis hodierni priuati ciuilis conceptu*, *mediisque illud meliorem in ordinem redigendi* docte ingenioseque sententiam dixit FRIDERICVS HENRICVS MYLIVS, *Lipsiae* 1751. 4.

§. V. Ius antiquum Salicum & Francicum cumprimis voces *Malbergicas*, *Obseruationum Iuris Germanici Libris duobus*, ingeniose, amoene, erudite illustrare adgressus B. IOANNES GVILIELMVS HOFFMANNVS, *Francofurti & Lipsiae* 1738. 8. Argumenta varia Iuris veteris patrii & consuetudinum priscarum curiose eruditeque illustrata abs se aliisque exhibuit quem saepe laudauimus IOAN. CAROL. HENRICVS DREYER in *Sammlung vermischter Abhandlungen zur Erlaeuterung der Teutschen Rechte und Alterthümer*, *wie auch der Critic und Historie. Erster Theil*, *Rostock* 1754. 8. plures autem desiderantur. In perillustris Dn. ERNESTI IOACHIMI WESTPHALII Tractatione, quae inscripta: *De consuetudine ex sacco & libro in Germania sigillatim in Megapoli*, *Rostochii* 1726. 8. variae amoenae obseruationes occurrunt ad Iura patriae in primis de odio in secundas nuptias pertinentes. De *Iurisdictione Germanica* Liber Dn. FRIDERICI ESAIAE PVFENDORFII *Lemgouiae* 1740. 8. *mai.* editus lectu sane est dignissimus vtilissimisque obseruationibus refertus, addatur GEORGII ENGELBRECHT *De Iurisdictione superiori siue alta & bassa*, *Helmstadii* 1709. & *Halae* 1738. 4. Dn. IOANNIS LEONHARDI HAVSCHILD *Gerichts-Verfassung der Teutschen*, *Leipzig* 1741. 4. qua Iudiciorum formam, qualis fuit a Seculo octauo ad decimum quartum ex priscis

Scripta quaedam singularia Ius Germ. illustrantia.

ſcis legibus, formulis & monimentis, diligenter deſcripſit. *Inſtitutiones Iuris Metallici Germanici*, ſiue, *Einleitung zu denen in Teutſchland üblichen Berg-Rechten und Berg-Proceſſen* &c. tribus Partibus, conduxit IOANNES GEORG BAVSSEN, *Leipzig 1740. 1742. 4.* methodo Inſtitutionum Iuſtinianearum adhibita. ABRAHAMVS vero KAESTNERVS de *vſu partium Metallicarum*, (*Kuckus*) Programmate expoſuit *Lipſiæ 1741. 4.* De *ſacris Fabricis Metallicis*, *ſpeciatim Ferrariis, Eiſenhammern* PHILIPPVS SPERL diligenter docteque expoſuit *Vlmæ 1743. 4.* De *Iure Fodinarum* egit CHRISTIANVS FRIDERICVS MEIS, *Gieſſæ 1741. 4.* De iuribus *Dominorum & Subditorum* cum primis ſecundum mores *Sueuiæ* vtilia quædam obſeruauit intermixta multis alienis & peregrinis IOANNES KAVFFMANN, libro cui indicem fecit: *Dominus & Subditus, ſeu Iura S. R. I. Statuum & Ordinum in perſonas, res & actiones ſubditorum, Vlmæ 1719. 4. Doctrinæ de Dominio Pignoris Germanici in Creditorem translato Examen problematicum* diligenter eruditeque ſuſcepit V. Celeb. CHRISTIANVS GOTTLIEB RICCIVS idque fecit ſecundum Leges Germanorum veteres & medii æui atque Statuta hodierna, Diplomata & Chartas Oppignorationum, *Gothæ 1746. 4.*

Argumenta Iuris Germanici ſingularia Diſſertationibus illuſtrata.

§. VI. Inſtaurata Iuris Germanici in Academiis cultura, a viris doctis vtilia & præclara patriarum conſuetudinum argumenta libellis ſingularibus, diſſertationibusque fuere expoſita, ex quibus ſelectiores & quæ iam ad manus ſunt adnotabimus, reliquorum notitia ex compendiis, cumprimis laudato ENGAVIANO, peti poteſt. Sic B. NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS de *Emptione Vxorum, Dote & Morgengaba* ex iure Germanico accurate expoſuit *Halæ 1722. 4.* & ex iterata editione cura V. C. HENRICI GOTTLOB FRANCKII *Lipſiæ 1734. 4.* Vxorem *Theodiſcam*, die *Teutſche Frau*, & ſimul Sponſum & Sponſam, cum variis argumentis adfinibus, inſigni variæ

riæ lectionis adparatu descripsit ill. CHRISTIANVS VLRICVS GRVPEN, *Göttingen 1748. 4.* IOACHIMVS GOTTH. SPARMANN de *Prærogatiua Iuris Germanici præ Iure Romano in materia Pactorum Dotalium* duabus Dissertationibus egit, *Gryphiswaldiæ 1742. 4.* ac illustris AYRERVS duabus itidem Dissertationibus de *Iure Connubiorum apud veteres Germanos, Gottingæ 1738. 4.* adde ill. Dn. GEBAVERI Programma de *Dote Germanica ibid. 1736. 4.* De *Termino Effectuum ciuilium Matrimonii a quo* pererudite ex Iure Germanico determinauit Dn. IOA. CAROLVS HENRICVS DREYER, *Kiloniæ 1749. 4.* De *Pactis Dotalibus, sub formula: Hut' bey Schleyer, und Schleyer bey Hut,* Dissertatio extat IOANNIS GEORGII WERNERI, *Marburgi 1714. 4.* De *Iure Hagestolziatus* pluribus Disquisitionibus fuit disputatum. Primum hoc de argumento Præside IOANNE BALTHASARE WERNHERO egerat HIERONYMVS NICOLAVS GERCKEN *Wittembergæ 1724. 4.* Successere de *Iure Hagestolziatus præcipue in Ducatu Guelpherbytano* Dissertatio IOANNIS PAVLLI KRESSII, *Helmstadii 1727. 4.* & IOANNIS PETRI de LVDEWIG *Differentiæ Iuris Romani & Germanici in Hagenstolziatu exule in Germania Latii partu L. Iuliæ & Papiæ* POPPAEAE, *Halæ 1727. 4.* cui laudatus KRESSIVS opposuit: *Repetitionem Dissertationis sub suo præsidio a P. H. Freyenhagenio habitæ, instituta M. Decembr. exeunte 1727. occasione Hagestolziatus a Domino Cancellario de* LVDEWIG *ipso hoc brumali & ad iter capessendum inopportuno tempore apud Venedos in exilium dati, Helmstadii 4.* De *antiquo ritu legitimandi liberos illegitimos* Diss. docta exposuit B. CHRISTIANVS GOTTLIEB SCHWARZIVS, *Altorfii 1747. 4.* De *Conuiuiis Sponsalitiis & nuptialibus* per Leges Germanicas ordinatis, lege librum inscriptum: *Anmerckungen von denen durch die Teutsche Gesetze eingeschrænckten Verlöbniß-Mahlzeiten und Hochzeitl. Gast-Maalen,* ill. GOTTL. AVGVST IENICHEN *Ienæ & Lipsiæ 1746. 4.* IDEM dedit: *Abbandlung*

von Begræbniß-Mahl-Zeiten und denen auf solche verwendeten Kosten, *Leipzig* 1747. 4. Ad *Iurisdictionem & rem iudiciariam Germanorum* faciunt doctissimi Viri IACOBI WENCKERI F. pererudita Disquisitio de *Iustitia indilata*, *in actis dicta unverzogene Rechten*, *Argentorati* 1722. 4. qua simplex procedendi ratio in Iudiciis Germanicis per aliquot secula ex antiquitatibus & historiis medii æui ostenditur. THEODORI CRÜGERI extat Diss. de *Iudiciis veterum Germanorum sub dio ante tempora Caroli M.*, *Vitembergæ* 1724. 4. In ANONYMI rerum medii æui peritissimi, qui est ill. KOCHIVS Consil. Aul. Guelpherbytanus, libello, sub indice: *Anmerckungen von den Westphælischen Gerichten, auch den vormaligen Land-Gerichten in Teutschland*, 1751. 4. singularia legas. *De Origine Iudiciorum Vemicorum* extat quoque Prolusio CAR. GVIL. LODTMANN, *Helmstadii* 1752. 4. CHRISTIANI VLRICI GRVPEN de *Iudiciis Prouincialibus von Land-Gerichten*, *Landding Botding* &c. & de *Iudiciis Curiæ in Terris Brunsuico-Luneburgicis* Obseruationes additæ ipsius *Disceptationibus forensibus Lipsiæ* 1737. 4. editis. Egregia & perdocta est V. C. IOA. CAROLI CONRADI OELRICHS Diss. Præside B. PESLERO proposita, *de Botding & Lodding Iudiciis Germaniæ inprimis Marchiæ Brandenburgensis antiquissimis*, *Traiecti ad Viadrum* 1750. 4. & ill. IOA. HENRICI BOCRIS Diss. de *Indole ac Natura Iudiciorum Germaniæ tam antiquiorum*, *quam recentiorum ad statum modernum explicata*, *Bambergæ* 1749. 4. CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI Diss. de *Iudiciis Duodecimuiralibus Populorum Septemtrionalium & Germaniæ*, *Ienæ* 1743. 4. proposita, *Opusculis* postea inserta, p. 363. Priscam iudicandi rationem & varia Iudiciorum instituta ex antiquis Chartis illustrauit B. CHRISTIANVS HENRICVS ECKHARD Comment. *de Interrogationibus in Iure apud Germanos*, *Ienæ* 1746. 4. Singularis *Iudicii* quod in ciuitate imperiali *Francofurti ad Mænum* haberi solet in Nundinis solennibus formam descripsit IOA. HENR.

HER-

HERMANNVS FRIES in *Abbandlung vom sogenannten Pfeifer-Gericht, Franckfurt am Mayn 1752. 8.* De Veterum Sachi Baronibus Programma editum ab HENRICO BROKES, *Ienæ 1753. 4.* & de *Sagi Baronibus & Mallobergiis* Progr. CAROLI SCHOEPFII, *Sueuofurti 1740.* Add. IOAN. VOLCKMARI BECHMANNI Diss. de *Scabinis & Scabinatibus, Ienæ* recusa 1727. 4. & CHRISTIANVS SPECHT Diss. de *Scultetis & Scabinis, Wittebergæ 1736.* De Iudicio *honorario Lanttinc* obseruatione quædam annotauit POLYCARPVS LEYSER *Helmstadii 1727. 4.* Prostat etiam CHRISTIANI EBELINGII Tractatus de *Prouocatione ad Iudicium Dei, siue de Probationibus, Lemgouiæ 1709. 4.* Sunt eæ quas illustrat, per iuramentum, per duellum, per ignem, seu ferrum candens, aquam feruentem, frigidam, symbolum crucis, per eucharistiæ diuinæ perceptionem, per panem consecratum caseumque, sortem, cruentationem cadauerum occisorum, & citationem ad tribunal Dei. Sed quam turpi plagio hic scriptor se maculauerit aperte monstrauit eruditissimus IOA. FRIDERICVS IVGLERVS in Dissert. *de ritu tangendi SS. Euangelia in iure iurando, §. IV. p. 11.* De *Iudiciis* quoque *Dei* Diss. egit IOA. CHRISTOPH. BECMANN *Francofurti ad Viadrum 1609. 4.* Huic iungendæ IOACHIMI IOANNIS MADERI de *Duello, vt Ordalei quondam specie* Dissertatio, cui adiectæ sunt PETRI GREGORII THOLOSANI, OLAI WORMII, PHILIPPI CAMERARII aliorumque de eodem commentationes, *Helmstadii 1679. 4.* HENRICI KLVGKISTII Diss. de *veris Duellorum limitibus*, siue *vom Kampf-Rechte* habita *Traiecti ad Rhenum 1727. 4.* cum variis B. LVDEWIGII Opusculis huc pertinentibus & Commentario Dn. AVG. RVDOLPH. IESAIAE BVNEMANNI recusa *Halæ 1737. 4.* De his vulgaris Purgationis modis solida iudicia legas in B. IVSTI HENNINGII BOEHMERI Diss. de *Probatione in Criminalibus spuria, Halæ 1732. 4.* IOANNES quoque PHILIPPVS LEITERSBERGER de *Ordaliis, seu purgatione vulgari,*

iuridica disquisitione *Argentorati 1716. 4.* disseruit. De *Centena & Centenariis Iudiciis* nouiter Dissertationibus egerunt IOANNES CONRADVS HALLWACHS Commentatione de *Centena illimitata, siue Territoriali, Francofurti ad Mœnum 1746. 4.* qua Iudiciorum Prouincialium, Vogteiæ Superioris aliarumque Iurisdictionis Germanicæ specierum indoles illustratur, additis variis Chartis ineditis. Idem argumentum pererudite tractatum in ill. GEORGII LVDOVICI BOEHMERI Diss. de *Centena sublimi speciatim in Landgrauiatu Hasso-Darmstadtino eiusque vicinia, Gottingæ 1746. 4.* De *Superarbitris vulgo Obmannen* Præside GEORG. LVDOVICO BOEHMERO docte diligenterque commentatus FRIDERICVS CHRISTOPHOR. SCHMINCKIVS, *Gottingæ 1744. 4.* Egregia est IOANNIS WILHELMI WIEDERHOLT Diss. inauguralis de *Iudiciis & Ordinationibus, quæ veniunt sub nominibus derer Maercker-Gedingen und Ordnungen, Argentorati 1728. 4.* De *Iudiciis censoriis, vulgo dictis Rüg-Gerichten* IOANNIS CHRISTOPHORI HERBORDT proposita in Academia Argentoratensi Dissertatio, recusa *Lipsiæ 1727. 4.* adddatur IOANNIS CHRISTOPHORI HARTVNGII Diss. de *Delatoribus, vulgo Rugemeistern, Ienæ 1690. 4.* De *Iure & Iudiciis Communitatum quæ veniunt sub nomine Marcarum in Wetterauia, von Marcken und Mærcker Gedingen in Wetterauia,* erudite commentatus PHILIPPVS DAVID SCHAZMANNVS *Gættingæ 4.* De *locatione conductione Iurisdictionis* culta Diss. IOA. GOTTL. HEINECCII, *Halæ 1738. 4.* iungenda GVSTAVI HENR. MYLII Diss. de *Iudiciis denunciatoriis Saxonicis Rüge-Gericht dictis, Lipsiæ 1737. 4.* De Testimonio iudiciali, siue de *Veterum Dingeswinde* disseruit ill. HENRICVS BROCKES, *Ienæ 1753. 4.* De *iustis Iurisdictionis Vogteiæ attributis, inprimis in Franconia,* Diss. IOA. IACOBI WILLII, *Altorfii 1736. 4.* Eruditissimum specimen Iuris Germanici priuati concinnauit IOANNES ADAMVS KOPPIVS de *Iure pignorandi conuentionali apud veteres Germanos, Fran-*

Francofurti ad Mœn. 1735. 4. quo Pignorationes Germanorum conuentionales deducuntur, earumque vſus ad tempora quoque poſt reſtitutam pacem publicam, multis Diplomatibus tam editis, quam ineditis docetur, conſtitutionibus Imperii publicis confirmatur & vſus modernus adiungitur. CHRISTIANI GOTTLIEB RICCII viri doctiſſimi *Problema Iuris Germanici* erudite Quæſtionem illuſtrat: *Num Pactum commiſſorium circa pignora in Germanorum fora, in quibus id quondam teſtantibus Diplomatibus ac literariis monumentis etiam vſu valuit, rurſus ſit inuehendum, & adprobandum?* addita eſt Appendix exemplorum nonnullorum *Obligationis ſub pœna Banni Imperialis & eccleſiaſtici, olim contractæ, Ienæ* 1743. 4. De *Teſtamentis Germanorum iudicialibus, & ſub dio conditis, vulgo ungebabt und ungeſtabt* præclarum eſt Specimen laudati iam IOANNIS ADAMI KOPP, *Francofurti* 1736. 4. editum, quo origo & vſus Teſtamentorum apud veteres Germanos oſtenditur, nec non differentia inter Teſtamenta Germanorum atque Romanorum exponitur, & quatenus Iura ſtatutaria moribus Germanorum in re teſtamentaria principia Iuris Romani immiſcuerint, docetur & denique Vſus modernus adiungitur. De *Portione Coniugum Statutaria Lubecenſi,* Diſſ. illuſtr. CHRISTIANI NETTELBLADT, *Gryphiswaldiæ* 1738. 4. De *Succeſſione Coniugum Statutaria Bremenſi,* CASPAR à RHEDEN, *Bremæ* 1708. 4. Iure Germanico *inter Impuberes & minores, Tutores & Curatores non diſtingui* oſtendit ill. CAROLVS GVILIELMVS GAERTNER Diſſertat. *Lipſiæ* 1732. 4. edita. De *Excuſationibus Tutorum & Curatorum* ex Iure Germanico expoſuit ſcite Præſide GOTTLOB AVGVSTO IENICHEN, Dn. CHRISTIANVS IACOBVS de ZWIERLEIN, *Gieſſæ* 1755. 4. Elegans & erudita eſt IOAN. IACOBI FREY Commentatio de *Muntmannis, Noribergæ* 1749. 4. qua ſimul quid *Mundeburdium* fuerit, exponitur. De argumentis ad Iura Oeconomica Germanica pertinentibus, noſtro æuo vtiles & eruditi libelli in lucem producti. Sic de *Locatione Conductione*

Rei dominicæ, *Herrschaftlicher Güther*, extat Tractatio IOA. FRIDERICI AMELVNG, *Brunsuigæ 1685. 4.* De *Hospitatura von Gastgeberey* Diss. IOAN. FRIDERICI RHETII, *Francof. ad Viad. 1666. 4.* & inter Dissertationes iunctim recusas. De *Cauponarum origine & iure & Magistratus in iis ordinandis cura* illustris Vir CHRISTIANVS LVDOVICVS SCHEIDIVS eleganter disseruit *Gottingæ 1738. 4.* EIVSD. extat Diss. *de Iure erigendi Cauponas & Hospitia publica tam in genere, quam in specie in Terris Brunsuico-Lüneburgicis, Gottingæ 1739. 4.* EIVS de *Iure coquendi & vendendi cereuisiam, ibid. 1739.* nec non *de Iure coquendi & vendendi cereuisiam tam in Terris Brunsuicensibus & Luneburgicis, quam in Episcopatu Hildesiensi ibid. 1739.* IDEM *Singularia* quædam *de eo quod iustum est circa Vinum adustum*, proposuit *Gottingæ 1739. 4.* De *Stabulis, Cauponis, Tabernis & Hospitiis mercenariis* disseruit quoque CHRISTIANVS SPECHT *Vitembergæ 1739.* De *Iure vero circa Lateraria* (*Ziegelbrennerey Recht*) diss. FRIDERICVS VLRICVS PESTEL *Rintelii 1746. 4.* B. TOBIAS IACOBVS REINHARTHVS Diss. *de eo, quod circa Molendinorum exstructionem atque Bannum inprimis in Terris Electoralibus Brunsuico-Luneburgicis, iustum*, egit *Gottingæ 1740.4.* De *iure probibendi* (Cereuisiario) *quo Ciuitates Saxonicæ* vtuntur extat Diss. ERNESTI TENTZELL *Erffurti 1719. 4.* & alia GODOFREDI LVDOVICI MENCKENII de *Iure probibendi cereuisiario Ciuitatum Saxonicarum vltra Milliare extendi solito, in Ordinat. de a. 1555. non fundato, Vitembergæ 1735. 4.* De *conseruatione & reparatione Viarum publicarum* est Diss. FRANCISCI CHRISTOPHORI DEDELL, *Altorfii 1728. 4.* & *Suobaci 1743. 4.* De *Iure Platearum Brunsuico-Luneburgico* V.C. CHRIST. FRIDERICI GEORG. MEISTER, *Gottingæ 1741. 4.* De *Gabella Detractionis vel Emigrationis* quæstiones singulares exposuit Commentatione Dn. IOA. GEORGIVS LAMM, *Vinariæ 1751. 4.* & *de eo, quod iustum est secundum Obseruantiam Cothoniensem circa Ius Gabellarum*, Præside B. KNORRIO disseruit

LEO-

LEOPOLD. LVDOVICVS CLAEPIVS, *Halæ 1747. 4.* De *Operarum indeterminatarum determinatione* Differt. IOA. FRIDERICI HOECKNERI, *Lipsiæ 1720. & 1741. 4.* De *Excubiis* Diss. extat PETRI ANTONII BECHMANNI, *Altorfii 1723. 4.* & de *Vigilibus Baris Rostochiensibus* Diss. singularis IOA. PETRI SCHMIDII, *Rostochii 1743. 4.* De *Iure Mellicidii Zeidel-Rechte* CHRISTOPHORI SCHEVRL a Defersdorf, *Altorfii 1690.* & *1744.* Iura Viuariorum *Thier-Garten* illustrauit Dissertatione CHRISTOPHORVS LVDOVICVS CRELLIVS, *Vitembergæ 1740. 4.* Ex his aliisque permultis patebit, qua laudabili animorum contentione cultura Iuris patrii incaluerit, cuius felices progressus optamus.

CAPVT DECIMVM TERTIVM DE BIBLIOTHECA CRIMINALI.

§. I.

Historia & Fontes Iuris Criminalis.

H*istoriam Iuris Criminalis* apud Germanos cum primis recepti, neruosam dedit B. BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS, *Historiæ Iuris Capite IX. p. 735.* cui adiungenda omnino egregia Diss. CHRISTIANI THOMASII, *de Occasione, Conceptione ac Intentione Constitutionis Carolinæ, Halæ 1711. 4.* Iurisprudentiæ criminalis cultores his sapienter coniungere possunt B. CHRISTIANI GOTTFRIDI HOFFMANNI *Prænotiones de origine, progressu & natura Iurisprudentiæ criminalis Germanicæ, Lipsiæ 1722. 4.* EIVSque Diss. *de insignioribus defectibus Iurisprudentiæ criminalis Germanicæ eorumque emendandorum ratione ac mediis Francofurti 1731.* 4. in vtroque libello salutares leguntur admonitiones. De *Forma Iurisdictionis Criminalis apud Germanos* Differt. LVDOVICI GOECKEL, *Altorfii 1735.* 4. Add. ill. GOTTLIEB SAMVELIS TREVERI Programma elegantissimum de *Iure criminali publico cautissime diiudicando, Göttingæ 1740.* 4. Scriptores vero ipsi qui *Ius Criminale* exponunt, duplices sunt, vel *Theoretici*, vel *Practici*. In-

ter *Theoreticos* primo loco veniunt FONTES, *Ordinatio* scilicet *Criminalis CAROLI V.* siue *peinliche Halß-Gerichts-Ordnung* in Comitiis Ratisbonensibus 1532. habitis, publicata, quae inter RECESSVS IMPERII extat. Prima autem Editio est typis impressa per IVONEM SCHOEFFER, *Maynz 1535. f.* secuta apud Eundem eodem loco *altera 1537. f. Tertia* ibid. *1538. f. Quarta* ibid. *1539. f.* Prodiit illa cum Commentariis CASPARIS MANZII, *Ingolstadii 1650. 4.* MATTHIAE STEPHANI, *Francofurti 1650.* 4. & DANIELIS CLASENII, cura IOAN. ANDREAE MINNERI, *Helmstadii 1685. 4.* & *Lipsiae 1718.* 4. qui vulgaria, textui ordinationis addiderunt. Idem de FROELICHII a Frœlichsburg, Commentario, *Oeniponti 1709.* 4. edito, hunc enim titulum libro dedit, qui congeriem obseruationum quarundam criminalium, sistit, dicendum, & CHRISTOPH. BLVMBLACHER Commentario, vernacula formis impresso, *Salzburg 1694.* 4. Notis quoque bonae frugis eandem illustrauit IACOBVS FRIDERICVS LVDOVICI, accessit IOA. HENICHII *Consilium de Iure circa poenam homicidii, nec non praefatio de exiguo vsu Iuris Romani in materiis criminalibus*, *Halae 1707.* 4. Iterata & auctior Editio prodiit *Halae 1716.* 4. cui adiecta Ordinatio Criminalis Bambergensis, mater, vti putauit Ludouici, Carolinae, cum remissionibus ad sororem Carolinam Ordinationem Brandenburgensem. Carolina etenim cum Bambergensi quae ad latus est posita confertur Notaeque subiiciuntur in Praxi Criminali admodum proficuae. Hos pluresque Commentarios magna cura recensuit, iudiciumque maturum de laboribus eorum tulit B. GEORGIVS BEYERVS ICtus dum viueret doctissimus, perelegantis & vtilissimae *Delineationis Iuris Criminalis secundum Constitutionem Carolinam*, Praefatione, quae etiam *Delineatio Lipsiae 1714. 4.* edita, Constitutionem praeclare illustrat, iisque, qui perspicuitatem & iudicium amant, est commendanda. Recentior editio nouis accessionibus & enunciatis criminalibus aucta, curante G. H. MYLIO, edita *Lipsiae 1737.* 4. Omnes commen-

mentandi accuratione & eruditionis adparatu ad hanc operam necessario vincit B. IOANNES PAVLLVS KRESSIVS, qui *Commentationem succinctam in Constitutionem Criminalem Hanouerae 1721.* 4. edidit atque ex editione auctiore & emendatiori *ibid. 1730.* & *ibid. 1736.* 4. cui prima Legis huius Proiecta Comitialia, sub Maximiliano I. & sub Carolo I. Wormatiae a. 1521. & Spirae 1529. facta ex Archiuis addidit & cum articulis Ordinationis Carolinae in Comitiis Ratisbonensibus an. 1532. publicatae, contulit atque ex Antiquitatibus Germanicis egregie illustrauit. Aliae quoque extant CONSTITVTIONES CRIMINALES, vt *die Bambergische Hals-Gerichts-Ordnung*, quae *Moguntiae* per *Ioa. Schöffer 1508. f.* primum impressa cum figuris ligno incisis *ibidemque 1510. f.* recusa, ex qua non solum *Ordinatio Criminalis Brandenburgica, Brandenburgische Halß-Gerichts-Ordnung*, promulgata, gedruckt zu *Nurnberg durch Jobst Gutknecht 1516. f.* sed ipsa *Carolina* maximam partem, vti quidam putant, desumta. Vtriusque autem auctor IOANNES L. B. de SCHWARZENBERG Aulae primum Bambergensis Praefectus postea Casimiri Marggrauii Brandenburgensis a Consiliis, & Regimenti Imperii Adsessor, vir variis versionibus veterum auctorum & aliis scriptis clarus.

Scriptores Systematici Iuris Criminalis.

§. II. Inter *Systematicos* extat PETRI MVLLERI *Iurisprudentia Criminalis*, quam cum Auctor fato praeuentus absoluere non potuisset, B. B. G. STRVVIO haec cura ab haeredibus fuit demandata, eademque necessariis supplementis aucta & edita, *Ienae 1701.* 4. in qua breuiter Iuris Criminalis principia tradita, secundum vsum Iuris Ciuilis & praxeos hodiernae. Plenioris commentarii instar est PETRI THEODORICI *Collegium Criminale*, *Ienae 1618.* 4. quod adiunctis Dissertationibus G. A. STRVVII prodiit *Ienae 1671.* 4. quo quibus in Casibus Scabini Electorales a Saxonicis Ducalibus dissentiant, commonstratur. Notabilis & eruditus ANTONII MATTHAEI Commentarius ad Lib. XLVII. XLVIII. π. de *Criminibus*, *Traiecti 1644.* 4. *Vesaliae 1672. Amstelodami 1661.* 4. *Coloniae*

loniæ Munatianæ 1715. 4. & *Düsseldorpii* 1730. 4. editus, qui tamen ad Ius Ciuile potissimum est accommodatus. Extat quoque WERNERI THEODORI MARTINI *Iurisprudentia Criminalis* tam publicorum, quam priuatorum Delictorum, *Witteberga* 1699. 4. edita. IACOBI DOEPLERI *Schau-Platz derer Leibes-und Lebens-Straffen*, cuius Tomus prior *Sondershusæ* 1693. 4. editus, varias species Pœnarum & Suppliciorum, quæ corpus adfligunt, non æque vitam hominis, exponit, horum antiquitatem & Iura docet, immo de ipsa Iudicii criminalis constitutione, Iudice & Scabinis agit. Tomus *Posterior* de suppliciis maioribus & capitalibus prodiit *Lipsiæ* 1697. 4. eademque methodo est digestus, in vtroque tamen selectum & iudicium, accuratus requiret censor. Insignis & vtilis est liber CHRISTIANI IACOBI HEIL, quem *Iudicem & Defensorem in Processu Inquisitionis* s. *Tractatum Criminalem Theoretico-Practicum* inscripsit *Lipsiæ* 1717. 4. & 1738. 4. editum, quo modum procedendi criminaliter ex probatissimis Scriptoribus delineat, cautelas Iudici & Defensori in omnibus Iudicii Criminalis partibus obseruandas inculcat, doctrinasque suas, ex Iuribus in Imperio vsitatis, Constitutione Carolina, Saxonicis cum primis Electoralibus, ICtorum sententiis confirmat, exemplisque practicis & formulis vernaculo sermone eleganti cultaque ratione formatis, illustrat. Ad Processum Criminalem facit GEORGII KEYSERS *Praxis Criminalis, oder Anweisung zum Inquisitions-und Acht-Proceß* edita a filio CHRISTIANO FRIDERICO KEYSERO, *Altenburgi* 1710. 4. Laudem quoque ob ordinem, concinnitatem & perspicuitatem singularem promeretur IACOBI FRIDERICI LVDOVICI *Einleitung zum Criminal-Proceß*, quæ *Halæ* 1707. 4. prodiit, inde aliquoties recusa. His adiungimus ex Italis IOANNIS ZVFFI de *Criminalis Processus Legitimatione* amplissimum Opus, *Coloniæ Allobrogum* 1722. f.

Scriptores qui Opera

§. III. Succedunt illi, qui *Opera Criminalia* ediderunt, atque vulgo dicuntur *Criminalistæ*. Quales

FERTS *Gewissens-Buch von Processen gegen die Hexen, Bremæ 1647. 4.* De Examine Sagarum, quod quondam in vsu erat super *aquam frigidam* aliquot extant libelli. Eam oppugnarunt HERMANNVS NEVWALDT Medicinæ Doctor in *Exegesi purgationis siue examinis Sagarum super aquam frigidam proiectarum, Helmstadii 1585. 8.* qua GVILHELMI ADOLPHI SCRIBONII opinionem refutauit & de huius purgationis & similium origine, natura, & veritate egit. Addi potest CONRADI ab ANTEN I. V. L. ΓΥΝΑΙΚΟΛΟΥΣΙΣ, *seu, Mulierum lauatio, quam purgationem per aquam frigidam vocant, item vulgaris de potentia Lamiarum opinio, Lubecæ 1593. 8.* quo in libello ostendit, quod vtraque DEO, naturæ, omni iuri & probatæ consuetudini sit contraria. IOA. KIECKIVS autem *Defensionem compendiosam* dedit *qua in examine maleficarum iudices vtuntur, Coloniæ Agrippinæ 1598. 8.* Sunt quoque iunctim editi *Tractatus duo singulares de examine sagarum super aquam frigidam proiectarum, Francofurti 1686. 4.* qui an ii sint quos indicaui, nescio, non enim inspicere potui. Plena variæ est eruditionis, illustris Viri IOANNIS ERNESTI FLOERKII Commentatio *de Crimine Coniurationis Spirituum, eius Processu & Pœnis, Ienæ 1721. 4.* De *Crimine Magiæ* Diss. AVGVSTINI a LEYSER, edita *Vitembergæ 1737. 4.* sapienter scripta. *De Hæreseos* crimine extat CHRISTIANI THOMASII Dissertatio, qua *Problema Iuridicum: An Hæresis sit crimen, Halæ 1697. 4.* examinat, vbi per modum dialogi naturam criminis hæreseos exponere, atque a principiis papizantibus vindicare, annititur, quam insecuta alia: *De Iure Principis circa Hæreticos, Halæ eodem anno* proposita, 4. quibus iungenda HENRICI COCCEII Dissertatio *de Iure circa Hæreticos, Francofurti ad Viadrum 1699. 4.* & in Dissertationibus eius iunctim editis. Huc etiam referri potest Liber, qui sub MINI CELSI, Senensis nomine, de *Hæreticis capitali supplicio non afficiendis* prodiit, atque adiectis *Theodori Bezæ* & *Andreæ Duditbii* Epistolis duabus contrariis, de eodem argumento 1584. 8.
est

est editus, cuius auctorem *Sebastianum Castellionem*, alii *Lælium Socinum* faciunt, doctissimus vero IOANN. GEORGIVS SCHELHORNIVS eruditi viri eo tempore viuentis verum nomen fuisse adserit *Amœnitatum literariarum Tom. VII. p. 86.* Qui liber, vti quidam putant, occasione adfecti Geneuæ vltimo supplicio *Michaelis Serueti* fuit perscriptus, rationibusque quidem maximam partem Theologicis & Philosophicis pugnat, ita tamen est comparatus, vt & hic locum habere possit. IOACHIMVS quoque CLVTENIVS multorum tum veterum, tum potissimum recentiorum Theologorum Sententias: *De Hæreticis an sint persequendi & omnino quomodo cum iis agendum, Argentorati 1610. 8.* collegit, qui fere omnes mitius cum Hæreticis agendum pronunciant. Addimus IACOBI SCHVLTES *Quæstionem singularem: An Rex vel Princeps aliquis Christianus & Catholicus, datam Hæretico fidem seruare teneatur, ex Iure diuino & humano, maxime autem e Pontificio ac Cæsareo accurate examinata, 1599. 8.* De *Crimine Hæretificii* Diss. legitur CAROLI OTTONIS RECHENBERGII, *Lipsiæ 1727. 4.* Apud Pontificios ANSELMI DANDINI Liber *de Suspectis de Hæresi, Romæ 1703. f.* promulgatus, diritatem Ecclesiæ Pontificiæ in Hæreticos apertissime docet, suspectorumque de Hæresi culpam & pœnam considerat. De Hæreticis manifestandis, varia ex parte inepta sub certis titulis collegit DAMIANVS ROSCIVS Ordinis Prædicatorum, *Vincentiæ 1582. 4.* De *iusta Hæreticorum punitione* Libros Tres compilauit F. ALFONSVS a CASTRO Ordinis Minorum *Lugduni 1556. 8.* De *Hæresi* etiam & *modo coercendi Hæreticos* Liber vnus IOANNIS CAPETII Canonici Insulensis, *Antwerpiæ 1591. 8.*

§. XI. Ad *Legem Pompeiam de Parricidiis* commentatus est HIPPOLYTVS de MARSILIIS, *Francofurti 1594. 8.* *Errores* vero *Triboniani circa pœnam Parricidii pererudite* ostendit in Libro inscripto: *Tribonianus* IOANNES FRANCISCVS RAMOS, *Mediolani 1659. 4.* & *Lugduni Batau. 1728.* nouissime- Scriptores de aliis Delictis.

que 1752. 4. De *Partus Expositione* extat GERARDI NOODT *Iulius Paulus siue de Partus Expositione & nece apud Veteres Liber singularis*, *Frf.* 1700. 4. & inter *Opera*. ANTONIVS SCHAAF *ad L. Pompeiam de Parricidii crimine* disseruit *Giessæ* 1714. 4. Ad *Legem Corneliam de Falsis* HIPPOLYTVS de MARSILIIS, *Francofurti* 1584. 8. Ad *L.* 14. *π. de Lege Corn. de Falsis* extant Disputationes binæ BALTHASARIS BRANCHII cum ipsius Obseruationibus in Ius Romanum editæ, *Lugduni Batauorum* 1721. 8. De *crimine repetundarum* extat dissertatio IOANNIS OTTONIS TABORIS, *Argentorati* 1653. 4. De *peculatu & maleficis* BONIFACIVS de VITALINIS, *Francofurti* 1604. 8. De *sacrilegiis & sacrilegiorum poenis* ADRIANVS SERAVIA, *Londini* 1590. 4. De *plagiariis & scriptorum alienorum compilatoribus* egit FRANCISCVS DVARENVS, qui Tractatus inter Opera eius extat. Legem Fabiam autem de *Plagiariis* Diss. singulari exposuit V. C. CHRISTIANVS ERDMANNVS DEYLINGIVS, *Lipsiæ* 1745. 4. De *Incendii* crimine commendanda ENOCH GLAESERI *Dissertatio de Incendiis*, *Helmstadii* 1663. 4. & qui ex antiquitatibus & Iure Romano illam materiam egregie illustrauit LAVRENT. ANDR. HAMBERGERVS, duabus Disserationibus *de Incendiis*, quarum altera præside IOA. PHILIP. SLEVOGTIO habita, *Ienæ* 1712. 4. Nunc vtraque reperitur in Opusculis *Hambergerianis* ab illustr. ESTORE collectis. MENTET. KETTWIG *de ambitu antiquo & hodierno*, *Bremæ* 1696. 8. vbi fraudes maxime Aduocatorum perstringit. Elegantioris doctrinæ floribus hoc argumentum consperserunt EGBERTVS TEMMINGK in Dissertatione apud nos rarissima de munerum captatoribus, *Ambitus crimine & de Pecuniis repetundis*, *Lugd. Bat.* 1723. 4. pariterque illustrissimus IOSEPH GABALEO Comes SARMATORIVS in Commentatione *ad Legem Iuliam de Ambitu*, *Lipsiæ* 1743. & ex repetita Editione, *ibid.* 1744. 4. De *confiscatione bonorum* GVAZZINVS, *Francofurti* 1614. 4. De *exilii Iure* NICOLAVS ANTONIVS,

TONIVS, *Antwerpiæ 1659. f.* De *Crimine fractæ Vrphedæ* Progr. V. C. PAVLI PHILIPPI WOLFFHARDTI, *Rintelii 1748. 4.* IOSEPHVS FERNANDEZ de RETES *de interdictis & relegatis, Lugduni 1642. & 1660. 4.* atque ad hanc secundam auctioremque libro tertio in EVER. OTTONIS *Thes. Iur. Rom. V.* p. *1169.*

§. XII. Inter practicos illi veniunt considerandi, qui ad *Processum Criminalem* faciunt, vtpote BENEDICTI CARPZOVII *peinlicher Inquisitions- und Achts-Proreß Franckfurt 1653. 1665. Leipzig 1673. 1693. 1725. 4.* De *Cautione Criminali* contra Sagas in superioribus iamdum fuit dictum. De *sagarum denunciatione* & iis quæ ad eam recte intelligendam faciunt, e contrario scripsit ERICVS MAVRITIVS, *Tubingæ 1666. 4.* *Origines Processus Inquisitorii* luculenta Dissertatione commonstrauit CHRISTIANVS THOMASIVS *Halæ 1711. 4.* qua eandem ex Iure Pontificio, atque a Clero Romano repetit. De *Inquisitione Criminali* alias egit HENRICVS MICHAELIS, *Lubecæ 1670. & 1689. 4.* & præcipue IOA. BRVNNEMANN cuius *Processus Inquisitorius*, cum Ciuili extat *Vittebergæ 1672. & 1679. 1697. 4.* & Germanice *Anleitung zu vorsichtiger Führung des Inquisition-Processes*, ex edit. IOA. SAMVELIS STRYKII, *Halle 1697. 4.* cum Notis IOA. IACOBI WINZIGERI *Halæ 1706. 4.* Egregia est IACOBI FRIDERICI LVDOVICI *Einleitung zum Peinlichen Proceß, Halæ 1716. 4.* cum cura & iudicio scripta. ESAIAE PVFENDORFII commendabilis *Introductio* in *Processum criminalem Luneburgicum, Francofurti 1732. 4.* prodiit & CHRISTOPHORI ERDMANNI NEANDRI *Introductio ad Praxin criminalem* edita *Francofurti 1711. 4.* De *Reis absentibus requirendis* disputauit B. AVGVSTINVS a LEYSER *Vitemb. 1740. 4.* IDEMque de *Saluo Conductu* latine *Commeatu*, *ibid. 1740.* De *Indiciis delictorum generalibus & specialibus, nec non de processu Iudiciorum Criminalium* optime egit CHRISTOPHORVS CRVSIVS, *Francofurti 1668. 4.* denuo prodiit cum *Obseruationibus & Notis speci*alibus

Scriptores qui ad Processum Criminalem commentati.

cialibus IACOBI ANDREAE CRVSII *Francofurti 1704. f.* Ad *defensionem Reorum* facit IACOBI NOVELLI *Tractatus criminalis, Venetiis 1565. 8.* IACOBI BOVRICII *captiuus, seu enchiridion defensionum, Lipsiæ 1685. 12. Leouardiæ 1644. 12.* Copiosa & vtilis est TOBIAE GRANZII *Defensio Inquisitorum*, quæ *Lipsiæ 1702. 4.* prodiit, & ex *Secunda* Editione insigniter locupletata *Francofurti & Lipsiæ 1718. f.* in qua quidquid ad inquisitorum defensionem facit, exacte præscribit, atque singula ICtorum illustrium decisionibus illustrat. De *ficta necessitate Scabinorum, in Causa criminali quæ delegatur Commissariis Principis*, ex Iure Germanico disseruit FRIDERICVS BENEDICTVS CARPZOVIVS, *Vitembergæ 1739. 4.* De *Ergastulis* extat FRIDERICI KRAVSOLDI *Tractatus Iuridico-Politicus de miraculis & egregiis vsibus S. Raspini* i. e. *Ergasteriorum publicorum, Martisburgi 1698. 4.*

De Indiciis delictorum & tortura.

§. XIII. De *Indiciis Delictorum & Tortura* egit IOANNES OTTO TABOR, *Giessæ 1667. 4.* ac *Operum* T. II. *N. VI.* extant quoque variorum antiquorum Tractatus iunctim editi *de Indiciis & Tortura, Lugduni 1547. 4.* & *Venetiis 1549. 8. Vrsellis 1597. 8.* F. HIERONYMI IOHANNINII *ex Capugnano, Decisiones criminales super Quæstionibus de Indiciis & Tortura ex Practica Farinacii collectæ*, editæ *Romæ 1603. 4.* Optimus vero in hac materia est IOA. ZANGERVS *de Torturis reorum, Witteb. 1665. 4.* cum Tr. *de Exceptionibus* IVSTVS OLDEKOP in *Obseruationibus criminalibus, Hildesiæ 1639. 8. Francof. ad Oderam 1685. 4.* quibus accessit appendix iniuste tortorum. *Paradoxon de Tortura in republica Christiana non exercenda proposuit* IACOBVS SCHALLERVS, in dissertatione *Argentorati 1658.* habita, *Ienæ 1688.* & *Lipsiæ 1742. 4.* adiecta etiam AVGVSTINI NICOLAI Dissertationi morali & Iuridicæ *an quæstione per Tormenta criminum veritas elucescat*, quæ ex Gallico versa *Argentorati 1697. 8.* prodiit & expendi meretur. Authenticum gallicum vero excu-

excusum est *Amstelodami* 1682. 4. sic inscriptum: *Si la Torture est un moyen sur à verifier les crimes secretes?* huc quoque spectat Dissertatio CHRISTIANI THOMASII *de Tortura ex Foris Christianorum proscribenda*, *Halae* 1705. 4. Legenda quoque IOANNIS RVDOLPHI WALDKIRCH *rechtliche Anweisung und Untersuchung, ob, wie und wann eine christliche Obrigkeit die verdächtige Maleficanten könne oder solle peinlich befragen*, *Bern* 1720. 4. De *repetitione Tormentorum confesso inficiante* docte & solide Dissertatione exposuit illustris Vir MICHAEL HENRICVS GRIBNER, qua & de Tormentorum iustitia ac iniustitia Scriptores recensuit. Extat iam *Selectorum Opusculorum Ciuilium Tomo Vno Sect. V. p.* 119. Addatur ipsius Obseruatio: de *Vsu Tormentorum apud Athenienses l. c. p.* 156. Prae caeteris hoc in argumento *Petrus Baelius* Dictionario Historico p. 1399. commendat: TRIBVNAL REFORMATVM, *in quo sanioris & tutioris iustitiae via iudici Christiano in processu criminali commonstratur, reiecta & fugata Tortura, cuius iniquitatem, multiplicem fallaciam, atque illicitum inter Christianos vsum libera & necessaria dissertatione aperuit* IOANNES GREVIUS *Cliuensis, quam captiuus scripsit in ergastulo Amstelodamensi, Hamburgi* 1624. 8. qui liber cum rarissimus esset vtiliter in manus eruditorum reductus cum egregia Praefatione ill. IOANNIS GEORGII PERTSCHII *Guelpherbyti* 1738. 8. B. tamen CHRISTIANVS WILDVOGELIVS de *Arbitrio Iudicis circa Torturam* Dissertatione *Ienae* 1710. 4. proposita, eandem cum circumspectione adhibitam, contra eosdem defendit. *Aequitatem Tormentorum*, quoque adseruit AVGVSTINVS LEYSER Diss. *Vitemb.* 1740. 4. & alia: de *Immunitate Tormentorum ibid.* 1741. & de *Confessione extorta* 1741. 4. & de *Malefico conuicto sed non confesso* 1742. *An & quatenus Mortis reus Tormentis denuo subiiciendus sit?* disquisiuit Diss. IOA. FLORENS RIVINVS, *Lipsiae* 1737. 4. De Iudicio antiquo Duellico optime egit EPHRAIM GERHARD Disser-

Dissertatione Iuris Germanici *de Iudicio Duellico*, *Ienæ 1711. 4.* deinceps aliquoties recusa.

Scriptores de Executione.

§. XIV. De *Constitutione*, *siue Forma Iudiciorum Criminalium solennium* Diss. egit B. IOA. FRIDERICVS HERTELIVS *Ienæ 1733. 4.* *De Pœnis* & *variis Pœnarum generibus* conferri potest IACOBI DÖPLERI *Schauplaz derer Leibes-und Lebens-Straffen, welche vor Alters und heute zu Tage gebräuchlich*, cuius Pars I. *Sondershusæ 1693.* 4. Altera, *Lipsiæ 1697. 4.* prodiit. Opus multa cura ex variis scriptoribus congestum. *Honestatem Executionis poenarum capitalium* erudite ex monimentis veteris & medii æui docuit illustris Vir SAMVEL FRIDERICVS BOEHMERVS, *Halæ 1738.* 4. Antiquitates spirat CAROLI GODOFREDI WINCKLERI Diss. de *Supplicio Plumbatarum*, *Lipsiæ 1744.* 4. Solidam doctrinam redolet Viri celeberrimi IOANNIS CAROLI HENRICI DREYERI *Schedion Iuris Criminalis Germanici* de *Poena defossionis viui & pali*, *Rostochii* & *Wismariæ 1752.* 4. IDEM de *Lithophoria*, *seu gestatione Lapidum ignominiosa* erudito Programmate exposuit *Kiloniі 1752. 4.* De *Ictu Fustium* extat Diss. B. AVGVSTINI a LEYSER *Vitemb. 1745* 4. & alia: de *Exasperatione Poenarum ibid. 1742.* EIVSD. Diss. de *Exilio*, *speciatim Relegatione*, *Vitemb. 1742. 4.* & alia de *Iudice Legibus recte mitiore*, *ibid. 1742. 4.* CHRISTOPHORI LVDOVICI CRELLII Obseruationes de *Poena Silentii & Conscientia Delicti alieni*, *Vitemb. 1742.* 4. Ad Ius Romanorum pertinet H. F. SALOMON *de Iudiciis & pœnis & de officio vitæ Ciuilis Romanorum*, *Burdigalæ 1695.* De *differentiis Iuris communis & Lubecensis circa crimina ea quæ in vitam hominis tendunt* exposuit Diss. IOA. MENO POETKER, *Halæ 1744. 4.* De *executione in vestibus* habemus ANTONIVM MONACHVM, *Coloniæ 1620. 8.* cuius Libri tamen Caput saltim secundum ad Ius Criminale pertinet, quod de vestibus damnati ad mortem agit. De *confrontatione* Disputationes quinque extant IOA. OTTONIS TABORIS, *Giessæ 1663. 4.* De *expensis* *execu-*

executionum criminalium, bonis damnatorum & cadaueribus punitorum egit ADRIANVS BEIERVS, *Ienæ 1679.* 4. & qui postmodum eiusdem Tractatus prodiit *de eo quod iustum est circa Carnifices, excoriatores, Ienæ 1702.* 4. Add. IO. MVLLERI Hamburgensis Dissert. inaug. suauissimæ doctrinæ plena de *Pannicularíis* ad L. *6. D. de bonis damnatorum Groningæ 1725.* 4. Idem argumentum belle maiorique adparatu pertractauit Dn. FERDINANDVS AVGVSTVS HOMMELIVS Diss. *singulari Lipsiæ 1745.* De *Confiscatione bonorum ex crimine magiæ* egit MELCHIOR GOLDASTVS *im Rechtlichen Bedencken von Confiscation der Zauberer und Hexen-Güther, Bremæ 1661.4.* Vtilia Scripta sunt IOA. DANIELIS THOENNIKERI *Aduocatus prudens in foro Criminali, siue succincta instructio Aduocati circa iuculpati defensionem, Francofurti 1703. 4.* & SALOMONIS AVGVSTI CLAVDERI *Inquisitus ex vario crimine defensus, Altenburgi 1709. 4.* Ad Processum criminalem contra *Academicos* cognoscendum pertinet Responsum Iuris in casu Academiæ Rostochiensis anno 1611. obueniente datum, cui Titulus: *Responsum Iuris in criminali casu Castriciano s. gründliche und ausführliche Rechts-Belehrung, welcher gestalt in Criminal von einer studierenden und in matriculam Uniuersitatis einverleibten Person begangenen Missethat, dem Senatui Academiæ der Angriff, Verhafftung und Condemnation der mißthätigen Person, vor-mit oder ohne den Ciuil-oder Stadt-Magistrat zustehe und gebühre, Rostochii 1618. 4.*

§. XV. De *Abolitionibus* criminum extat IOA. ALOYSII CATALANI *Tractatus Criminalis Amnestiæ præsertim Abolitionis & indultus, Venetiis 1605. 1644. f.* Add. B. IOA. SALOMON BRVNQVELLI sub Præsidio EPHR. GERHARDI defensa Diss. de *Criminum abolitione, Ienæ 1714. 4.* De *Iure aggratiandi* extat OTTO PHILIPPVS ZEPPERVS de *aggratiandi Iure, 1661. 4.* & plenius DANIEL CLASEN *de Iure aggratiandi, Magdeburgi 1668. 4.* & quibus

Scriptores de Abolitione criminum.

bus iungenda CHRISTIANI THOMASII *de Iure aggratiandi Principis Euangelici in Causis Homicidii* Dissertatio *Halæ 1714. 4.* qua illud Principi tribuit.

CAPVT DECIMVM QVARTVM
DE
BIBLIOTHECA FEVDALI.

§. I.

Bibliotheca Iuris Feudalis.

Bibliothecæ *Iuris Feudalis* inseruit ERICI MAVRITII *Nomenclator Scriptorum in Ius Feudale*, qui cum aliis eiusdem Opusculis prodiit *Francofurti 1692. 4. p. 659.* in quo præcipui Auctores Feudales ordine alphabetico, additis plerumque iudiciis & librorum ratione recensentur. GOTHOFREDI ANTONII quoque Iuri Feudali *a Ioanne Samuele Strykio, Halæ Magdeburgicæ 1699. 1726. 1736. 4.* edito, præmissa est *Notitia Auctorum Iuris Feudalis*, sed in solis Titulis librorum consistit. Plenior longe & notitiis de quibusdam scriptoribus instructior, quæ Tomo III. *Corporis Iuris Feudalis Germanici* LVNIGIANI adiecta est *Bibliotheca Iuris Feudalis*, ordine Alphabetico disposita.

Scriptores Historiæ Iuris Feudalis & subsidior.

§. II. Historia Iuris Feudalis concinna & elegans extat in B. BVRCARDI GOTTHELFII STRVVII *Historia Iuris, Capite Octauo.* Addatur omnino ill. KOPPII *Historiæ Iuris* Pars III. qua *Iuris Feudalis Longobardici*; & Pars IV. qua *Iuris Feudalis Germanici* fata & vicissitudines plenius & pulcre enarrantur. Ad eam quoque illustrandam præclare faciunt *Selecta Feudalia Thomasiana, Halæ 1708. & 1719. 8.* nec non Dn. IOA. PETRI de LVDEWIG Progr. *von den Mängeln und Verbesserung des Teutschen Lehn-Rechts*, quod insertum *Comment.* ad *A. B. T. II. p. 1493.* Addantur Dn. HENRICI CHRISTIANI SENCKENBERGII *Prodromus Iuris Feudalis, Francof. 1734. 4.* atque nouæ Editioni *Syntagmatis* I. F. STRVVIANI præmissa, in quo de iuris feudalis eiusque studii præcognitis, adminiculis, cognitione ipsa, fatis, fontibus,

cautelis

cautelis, auctoribus, vsu ad mores Germaniæ differitur & EI. *Epistola* ad *Fratrem* de *Prodromo Iuris Feudalis nuper* emisso, *ibid.* 1735. 4. Præclara monita suppeditat ERNESTI IOACHIMI WESTPHALI Meditatio pragmatica *de fatis & studio Iuris Feudalis in Germania*, *Wismariæ & Sundii* 1725. 4. Huc præterea referri potest SCHILTERI *Præfatio ad Ius Feudale Alemannicum*, & IOSEPHI AVRELII de IANVARIO Iuris Feudalis Antecessoris Neapolitani de *Iure Feudali* Oratio cultissima habita in Lyceo *Neapolitano* 1754. 4. qua origines ab Europæis Gentibus deriuat.

Fontes Iuris Feudalis Longobardici & Germanici.

§. III. In ipso Iure primo loco considerandi veniunt FONTES IVRIS FEVDALIS, & quidem IVS FEVDALE COMMVNE s. LONGOBARDICVM, quod Corpori Iuris additum, sub collationis decimæ Titulo. Singillatim *Consuetudines Feudorum* cum *Glossa* & cum Codicis Libris tribus posterioribus & Authenticis typis exscriptæ *Moguntiæ* 1477. f. Ex editione *Lugdunensi* anni 1571. 12. *Corpori* suo *Iuris Feudalis* inseruit SENCKENBERGIVS *p.* 354. Germanice versæ hoc titulo prodierunt: *Lehn Recht verteutscht, auch in eine neue und richtige Ordnung der Titul gesetzt, und zusammen gebracht*, *Leipzig* 1533. 8. & *Worms* 1536. f. extat quoque hæc versio in LVNIGII *Corp. Iur. F. T. I. p.* 211. Collectum hoc Ius Longobardicum ex GERARDI NIGRI & OBERTI de ORTO (*) Consulum Mediolanensium compilatione, variorum Constitutionum Feudalium anteriorum Impp. ac Regum Longobardicorum & rerum iudicatarum, ab HVGOLINO, vti multi asserunt, priuata auctoritate, atque consuetudine in Fora & Academias Germaniæ est introductum. *Glossas* in *Ius Feudale* Longobardicum scripserunt BVLGARVS, PYLAEVS, HVGOLINVS, VINCENTIVS & qui præcipuus IACOBVS COLVMBINVS. De *ætate vetustæ Collectionis Consuetudinum Feudalium, quam vulgo Libros Feudorum vocant*, pere-

(*) Compara *Historiam Iuris Struvianam Cap. VIII. §.* 18. 19. *seq.*

pereruddita extat Commentatio ill. GEORGII LVDOVICI BOEHMERI, cui iungenda multæ variæque lectionis adparatu insignis GODOFREDI DAN. HOFFMANNI Diss. de *Unico Iuris Feudalis Longobardici Libro, Tubingæ 1754. 4.* ex quibus libellis Iuris Feudalis Longobardici historia multam accipit lucem. Reformationem quidem Iuris Feudalis sub Sigismundo Imperatore tentauit MINCVCCIVS de PRATO VETERI, sed vsu recepta non est. Idem eodem fere tempore conatus BARTHOLOMAEVS BARATERIVS, vtrosque cum Iure Alemannico edidit Schilterus. IACOBVS quoque CVIACIVS Nouam Iuris Feudalis Collectionem fecit *Libris Quinque de Feudis, Lugduni 1566. f.* & *Coloniæ 1588. 1592. 8.* quorum primus est GERARDI NIGRI, secundus & tertius OBERTI de ORTO, quartus ex variis & incertis auctoribus antiquis titulis 109. est collectus, quintus Imperatorum constitutiones, quæ ad Feuda pertinent, complectitur. *Corpus Iuris Feudalis Longobardici* ex MSCt. promissum ab illustri GRVPENIO cum egregiis Dissertationibus iura Feudalia ornantibus, multo desiderio expectamus. vide *Hannoverische gelehrte Anzeigen an. 1751. 25. Stück p. 402.*

Auctor vetus de Beneficiis & Codex Iuris Feudalis Alemannici & Saxonici.

§. IV. *Consuetudinum* patriarum *Feudalium* præcipuæ Compilationes sunt subsequentes. *Primam* fecit AVCTOR VETVS de *Beneficiis*, quem primum in lucem produxit IOANNES HAVICHHORSTIVS, Monasteriensis, IC. sub hac inscriptione: Liber vetus *de Feodis siue Feudis, item de ordine placitationis & vrbano beneficio per Aphorismos distinctus*, non singulatim, sed eundem adiecit FRANCISCI DVARENI *Commentario in Consuetudines Feudorum*, editionis illius, quæ *Coloniæ Agrippinæ* ap. *Ioa. Birckmannum & Theodorum Baumium* prodiit *1569. 8.* nam in aliis Commentarii huius editionibus haut reperitur. Quum autem HAVICHHORSTIVS libellum hunc latiniorem & contractiorem exhibuerit, præclare fecit CHRISTIANVS THOMASIVS, qui editum nesciebat & assensum asserentibus dare nolebat, quod illum ex Codice

Codice *Ebeniano* sincerum produxerit *Selectorum Feudalium* Tomo I. *Halæ 1708. & iterum 1719. 8.* quæ editio magna solicitudine procurata. Enim vero Dissertationem de Libri Veteris de beneficiis auctore, fato, vetustate ac raritate aliisque ad hanc eius editionem pertinentibus, Dissertationem de vsu huius libri veteris de beneficiis præmisit. Inter hæc præcipuam laudem habet historia Iuris feudalis, qua non tam Ius commune, quam potius Germanicum, ex medii æui antiquitatibus egregie illustrat. Plura etiam promisit illustris auctor, vtpote constitutionem de expeditione Romana cum nouis scholiis & dissertatione de vero eiusdem auctore, quæ tamen nouo reseruauit specimini. Legitur quoque in CORPORE *Iuris Feudalis* SENCKENBERGIANO *latine*, & *germanice* in IOA. STEPHANI BVRGERMEISTERI *Corpore Iuris Publici & priuati p. 640. latine vero p. 617.* IVS vero ALEMANNICVM FEVDALE, vti quidem SCHILTERVS asserit sed non plene probat, in Comitiis Noricis 1208. publicatum fuit, IVS SAXONICVM FEVDALE ab EPKONE de REPKAV fuit compositum. Vtrumque cum MINCVCCIO, BARATERIO & commentariis eruditissimis edidit IOANNES SCHILTERVS, *Argentorati 1697. 4.* in quibus etiam varias antiquitates feudales egregie videmus illustratas. Interpretationi vtriusque huius Iuris Feudalis Germanici multam lucem adfundunt insigni variæ lectionis adparatu instructæ ill. C. V. GRVPEN *Teutsche Alterthümer zur Erleuterung des Sächsischen und Schwæbischen Land und Lehn Rechts,* quibus Figuras in Codicibus horum Iurium picturatis illustrauit, *Hannouer und Lüneb. 1746. 4.* Coniungendum Dn. BERNHARDI MOELLMANNI *Meditationum in Singularia quædam Iuris Saxonici Feudalis Capita Antiquitatibus Danicis illustrata, Specimen, Hafniæ 1740. 4.* Accessit in Schilteriana sylloge ANTONIVS DADINVS ALTESERRA *de origine feudorum Gallicorum* & ANTONII DOMINICI *Disquisitio de prærogatiua Allodiorum. Iterum,* vtilissimus hic *Codex* typis excusus *Argentorati 1728. f.* cum egregia Præfatione

tione IOA. GEORGII SCHERZII ICti. Cui Editioni ex Schilterianis ſcriptis acceſſerunt Commentatio ad 2. F. 50. *de Natura Succeſſionis Feudalis;* Mantiſſa ad Commentationem de Natura Succeſſ. feud. 2. F. 50. IOA. WOLFGANGI TEXTORIS *Succeſſio Linealis in Electoratibus Imperii ſecularibus defenſa atque declarata;* IOA. CASPARIS BITSCHII Comment. ad Conſtit. Argentorat. *de Eponematum Iure, vom Schauffel-Recht;* IOA. VLRICI DÜRR *de Curiis Dominicalibus, vulgo von Dinckhœffen.* IACOBI FRIDER. LVDOVICI *Sæchſiſches Lehn Recht in altteutſch lateiniſcher und ieziger teutſcher Sprache, nebſt nœthigen Auszügen aus der Gloſſe*, editum *Halæ 1721.* 4. cum Præfatione breuem Hiſtoriam huius Iuris exhibente. Extat etiam in Bibliotheca Salana egregium *Manuſcriptum Iuris Saxonici feudalis.* (*) Quibus addendæ variæ Conſtitutiones Feudales prouinciales, ordinationes & ſimilia. De *Iure Saxonum feudali* legi ſane meretur eruditiſſimi Viri GVILIELMI NICOLSONI Diſſertatio Epiſtolaris præmiſſa Legibus Anglo-Saxonicis Eccleſiaſticis & Ciuilibus DAVIDIS WILKINS. Ad *Fontes Iuris Feudalis* ſpectat quoque *Conſtitutio Karoli II.* ſ. Craſſi de *Expeditione Romana*, cuius optima editio ea eſt, quam cum MARQVARDI FREHERI & aliorum *Notis*, & LVDOVICI CANTARELLI FABRI de eadem commentatione, & de Conſtitutionis huius variis editionibus, auctoribus & authentia ornatiſſima Præfatione præmiſſa edidit illuſtris GEORGIVS CHRISTIANVS GEBAVERVS, adiecta illa eſt IOA. SCHILTERI *Inſtitutionibus Iuris Feudalis*, Notis GEBAVERIANIS illuſtratis editisque *Lipſiæ 1728. 8.* Editio huius Conſtitutionis MARQVARDI FREHERI *Hanouiæ 1599. 8.* prodiit, qua non ſolum illam Conſtitutionem antiquitati vindicare nititur, ſed etiam illuſtrat.

Corpus Iuris Feudalis Germanici Lunigianum

§. V. Inſigniter, vt omnibus aliis ſuis collectionibus, ita cumprimis ea, quæ ad Feuda pertinet, meritus

(*) Adhibe *Hiſtoriam Iuris Struvianam cap. VI. §. XXII. p. 466.*

ritus est IOA. CHRISTIANVS LÜNIGIVS, cuius sumtibus & veluti auspiciis, sed erudito labore & prouida cura celebertimi Viri IOAN. GEORGII CRAMERI editum: *Corpus Iuris Feudalis Germanici, das ist Sammlung derer Teutschen Leben-Rechte und Gewohnheiten*, addita est *Bibliotheca Iuris Feudalis*, *Franckfurt am Mayn*, siue potius *Lipsiæ 1727. f* tribus Tomis, qua nobilissima sylloge excerpta ex Legibus Imperatorum & Regum Franciæ & Germaniæ, Recessibus Imperii, & alia omnis generis beneficiaria monimenta exhibentur; præterea: Ius Feudale Longobardicum vernacula lingua inseritur, & quod caput rei est insignem apparatum consuetudinum prouincialium, ex omni Germania magno labore & sumtu conductum, pactorum, contractuum, literarum inuestituræ & omnis generis formularum, sistit, magnumque Iurisprudentiæ feudali illustrandæ subsidium præbet. Multam quoque laudem & commendationem meretur literatissimi Iurisconsulti Dn. HENRICI CHRISTIANI SENCKENBERGII *Corpus Iuris Feudalis Germanici, oder vollständige Sammlung der Teutschen gemeinen Lebens-Gesetze, welche aus allen Teutschen und Longobardischen Leben-Rechten samt vielen Reichs-Urkunden bestehet, Giesen 1740. 8. mai.* præmissa est præfatio plena egregiarum obseruationum. In vtilissima hac collectione leguntur:

& Iuris Feudalis Academicum Senckenbergianum

1. *Fränckisches* und *Reichs-Leben-Recht*, oder *Kayser-Rechts* drittes Buch, a celeberrimo SENCKENBERGIO primum editum germ. & lat. p. 1.
2. *Schwæbisches Lehn-Recht*, siue Ius Feudale Alemannicum, quod edidit IOA. SCHILTERVS, germ. & lat. p. 19.
3. Ius Feudale *Alemannicum*, quod in *Bauaria* obtinuit, germanice p. 115.
4. Antiquissimum Ius Feudale *Saxonicum* siue VETVS AVCTOR de *Beneficiis* ab HAVICHORSTIO ac THOMASIO iam editus p. 159.
5. *Sæchsisches Lehn-Recht*, p. 179.
6. Ius Feudale *Saxonicum*, latine versum p. 218.
7. *Bayerisches LehnRecht* ex veteri Iure Prouinciali exceptum p. 260.

8. *Richſtich Lehn-Recht*, cum verſione germanica recentiore p. 276.
9. Ius Feudorum *Longobardicum* p. 354.
10. De *Feudis* Liber Quintus a CVIACIO collectus p. 432.
11. Extraict des Ordonnances de S. *Louis* eſcrites en Lettres antiques de l' an 1270. concernans des Fiefs p. 465.
12. Excerptum ex CANTARELLO FABRO de Beneficiis p. 487.
13. Excerpta ex Capitularibus Regum Francorum de Beneficiis Eccleſiaſticis p. 499.
14. Corpus Iuris Feudalis Germanici, ſiue variæ Conſtitutiones Regiæ de Feudis, v. gr. Conſtitutio de Expeditione Romana p. 515. *ſeq.*
15. *Auszug aus dem Sæchſiſchen Land-Recht* p. 590.
16. Excerpta ex variis LL. Imperii e. gr. A. B. de Feudis p. 605.
17. Excerpta ex Capitulationibus Impp. & Regum ab a. 1520. ad a. 1712. de Feudis p. 621.

Commentatores ad Ius Feudale Longobardicum.

§. VI. Veniunt poſt hos qui commentati fuerunt in Libros II. Feudorum. Qualis ex antiquis eſt IOA. ANTONIVS de S. GEORGIO, vulgo PRAEPOSITVS nominatus. *Lectura eius aurea & rariſſima* prodiit *Tridini* 1511. *f.* ſummariis illuſtrata & aucta *Lugduni* 1534. *f. ibid.* 1548. *Francof.* 1598. *&* 1629. *f. Lugduni* 1545. *f. Francofurti* 1629. *f.* quæ editio optima eſt. ANDREAE de RAMPINIS dicti de ISERNIA in *vſus Feudorum commentaria Lugduni* 1532. 1579. *f. Francofurti* 1598. 1629. *f.* nitide & accurate edita. IACOBVS de BELLOVISV, vtriusque iuris famoſiſſimus Monarcha, cuius *Apparatus in vſus Feudorum* editus *Lugduni* 1511. *f. ibid.* 1530. *f. Coloniæ* 1563. *&* 1568. 8. *Heidelbergæ* 1585. 8. BALDVS de PERVSIO, *Lugduni* 1593. *f.* PETRI de BELLA PERTICA de *Feudis*, *Coloniæ* 1564. 8. *Lugduni* 1565. 8. *Hanouiæ* 1603. 8. FRIDERICVS SCHENCK, Dynaſta de *Tautenburg*, *Coloniæ* 1555. *f. Heidelbergæ* 1584 *f. Coloniæ* 1600. 8. IOAN. FERRARII *in Vſus Feudorum Collectanea*, *Francofurti* 1554. *f.* EGVINARIVS BARO, *Coloniæ* 1574. 8. IOA. BORCHOLT, *Commentaria in Conſuetudines Feudorum*, *Helmſtadii* 1581 1591. 8. 1596. 4. *Witteberga* 1608. 8. IOA. SCHNEIDEWINI *Epitome*

tome in vſus Feudorum cum notis LEONIS HACKELMANNI, *Magdeburgi 1604. 8.* & qui præcipui *ſunt* MATTHAEVS de AFFLICTIS *ſuper III. Libros Feudorum, Venetiis 1534. f. Lugduni 1548. 1560. f. Francofurti 1598. f. 1608. 1629. f.* typis Wechelianis. IACOBVS ALVAROTTVS *Lecturis in vſus Feudorum, Ven. 1477. f. Lugduni 1530. 1535. f.* & *Francofurti 1570. 1587. 1589. f. Mediolani 1571. f.* in quibus ſingula videmus optime explicata. FRANCISCI DVARENI *Commentarium in Conſuetudines Feudorum* edidit *Ioan. Hauichhorſtius, Coloniæ 1564. 8.* Ex recentioribus habemus CYPRIANI REGNERI *cenſuram in conſuetudines Feudorum, Vltraiecti 1609. 4.* qui tamen ad feuda Belgii potiſſimum facit. Ex antiquis iſtis interpretibus ſuccum veluti conduxit CASPAR BITSCHIVS, cuius commentarius *Argentorati 1673. 4.* prodiit & ius commune tractantibus commendandus, ſecutus IOA. FRIDERICVS RHETIVS, cuius Commentarius *Francofurti ad Viadrum 1681. 4.* editus, ſed ad Librum ſaltim primum Feudorum eſt directus, vt adeo *Secundus Feudorum Liber* eruditum inque Longobardicis & Germanicis Antiquitatibus verſatum adhuc expectet Interpretem. ERNESTI THEOPHILI MEIERI *Commentarius Theoretico-Practicus ad Ius Feudale Commune, Tubingæ 1714.* magno quidem labore ex interpretibus Feudalibus cum antiquis, tum recentioribus eſt collectus, variasque de Controuerſiis Iuris Feudalis ſententias refert, ſecundum cauſſarum Methodum tamen digeſtus, multisque Metaphyſicorum terminis obſcuratus, nec ex fontibus ſemper & antiquitatibus deductus, Iusque quod vocamus commune ad Feuda Imperii Regalia ſubinde non adeo iuſte applicat.

De Feudis Imperii commentiones.

§. VII. Origines, natura & indoles *Feudorum Imperii* a doctis hominibus ſollicite fuit perueſtigata. Doctrinam hanc excolere diligenter cœpit IOA. GVILIELMVS ITTERVS, qui primum *Gieſſæ 1681. 4.* propoſuit *commentationem methodicam de Feudis Imperii*, ex qua Diſſertatione enatus ipſius Tractatus *de Feudis Imperii, Francofurti 1685. 8.* ſæpeque *ibid.*

 1704.

1704. 1714. 1722. 8. recusus, egregius sane si nimiam Iuris Longobardici applicationem excipias. Quæ autem huic libro desunt, suppleta per egregias *Dissertationes Academicas* hoc de argumento a doctissimis viris scriptas, quarum quasdam annotabimus. IOA HENRICI FELZII *de Feudis Imperii* Diss. *Argentorati* 1707. 4. vix digna quæ heic locum accipiat. Melior longe & instructior V. C. IACOBI GABRIELIS WOLFII *de Feudis Imperii, eorum origine atque indole sub primis Francorum Regibus, Halæ* 1724. 4. Ex parte huc facit IGNATII CHRISTOPHORI ERBERMANNI a BIBELHEIM Diss. *de Feudis præcipue Imp. R. G. Herbipoli* 1706. 4. B. etiam MICHAEL HENRICVS GRIBNER de *Feudis Imperii masculinis non fœmininis* egregie disseruit *Lipsiæ* 1734. 4. occasione vt videtur, renouatæ controuersiæ illustrissimæ *Iuliacensis* successionis. IOA. WOLFFGANGI TEXTORIS Iunioris, dissertatio auspicalis *de Feudis Imperii propriis, non oblatis annumerandis, Altorfii* 1717. 4. doctrinis Pufendorfianis & Ludewigianis opposita. De *iure & modo cognoscendi de Feudis Imperii antiquo & hodierno* disputauit Dn. IOA. BASILIVS KÜCHELBECKER, *Vltraiecti* 1719. 4. quæ *Halæ* 4. recusa. De *alienatione immediati Feudi Imperii* Diss. extat MATTHIAE STEIN, *Rostochii* 1709. 4. IVSTI est GEORGII CHLADENII Diss. de *Successione anomala in Feudis, præsertim imperii, Vitebergæ* 1725. 4. Nostro tempore de successione Clericorum in Feuda regalia Imperii quæstio subinde mota, quam illustrarunt disquisitionibus academicis Dn. IOA. PETRVS de LVDEWIG opusculo: de *Clerico exule successionis in Feuda & Principatus S. R. I. Halæ* 1721. 4. multis ex historia Familiarum Germaniæ exemplis illustrato. Aduersus quasdam eorum assertiones varia accurate monuit Dn. GEORGIVS CHRISTIANVS GEBAVERVS, breui sed erudito libello, cui indicem dedit: *Promulsis, de 400. annorum vsu, ob quem ill. Dn. de* LVDEWIG *clericos in Feuda succedere non posse opinatur, Göttingæ* 1735. 4. cui ab ANDREA ELIA ROSSMANNO oppo-

oppositus alius libellus, sub titulo: *Promulsis sublata. Exc. Viri Domini Georgii Christiani Gebaueri pro clericis contra obseruantiam Imperialem ab exilio reductis. ad capessenda feuda secularia & succedendum in S. R. I. Principatus, Halæ 1736. 4.* Maturo iudicio scripta & plena bonæ frugis CHSISTIANI GOTTFRIDI HOFFMANNI Diss. de *Clericorum in Feuda, in primis S. R. Imperii maiora successione, Lipsiæ 1722. 4.*

§. VII. *Naturam Feudorum*, quæ in diuersis *Germaniæ nostræ Prouinciis* obtinet, varii exposuerunt. His præmittendus omnino perillustris Viri IOA. PETRI a LVDEWIG pereruditus Tractatus de *Iure Clientelari Germanorum in Feudis & Coloniis, Halæ 1717. 4.* quo generalia primum Iuris Feudalis copiose tractat, eademque ab aliis Iuribus & contractibus distinguit, tandemque de Iuribus Feudo vicinis sigillatim *von dem Erb-Pacht, Lassgütern, Curmeden, Landsideleibe, Meier-Gütern, Schillingsbaver-Recht,* ex moribus medii æui, antiquitatibus Germanicis & vsu hodierno exponit. Idem B. LVDEWIGIVS, Auditoribus suis dictare solebat *Differentias Iuris Feudalis* Longobardici & diuersarum Prouinciarum Germaniæ, quas ipsis Notis ad Strykii Examen adiecit V. C. VHLIVS, germanice vero sub titulo: IO. PETER von LVDEWIG *Positiones von dem Teutschen Provincial-Recht* edidit CAROLVS MATTHIAS DAEGENER, *Leipzig 1750. 8.* Ad Feuda tractus *inferioris Rheni* potissimum facit WERNERVS THVMMERMVT Aduocatus Ordinis Equestris *in votiua Relatione compromissi feudalis Krumbstab schleust niemand aus*, inter Ferdinandum Archi-Episcopum & Electorem Coloniensem & Nobilitatem edita *1643. f.* qua potissimum demonstrare conatur, Feuda *Coloniensia* essa mere hereditaria. Hunc tractatum cum rarissimus esset, IOA. PAVLLVS KRESSIVS ICtus Helmstadiensis celeberrimus, variis Feudorum Ecclesiasticorum Germaniæ Actis locupletatum, edidit *Lipsiæ 1718. f.* Præfationemque præmisit, qua de auctore & fatis libri, Feudisque Ec-

Scriptores de Feudis diuersarum Germaniæ Regionum

clesiasticis erudite agit. THVMMERMVTIO singulari scripto ab Electoralibus responsum sub titulo: *Cællnischer Krumstab schleußt die Weiber auß, das ist klare Vorstellung, daß die Erz-Stifft-Cællnische Lehen regulariter auf den Mannstamm allein gewidmet, und nach dessen Abgang dem Ertz-Stifft ipso facto zurück und anheim fallen Hildesheim 1696. f.* recusus liber *ibid. 1725.* auctor habetur ZIMMERMANNVS Hildesiensis tum Cancellarius. Addi potest *gründliche Deduction, worinn des Ertz-Stiffts Cællen Rechtsame in denen Lehen-Sachen wieder* WERNERVM THVMMERMVT *und dessen Nachfolger klärlich wird vorgestellet* in LVDOLFFI *Symphor. Vol. I. Symphor. III. Num. V. p. 127.* Idem Scriptum legitur in LVNIGII *Scriptis Sel. illustr. p. 387.* Iungendum his Scriptum in iudicio exhibitum & inscriptum: *Krumbstabisches Vasallen-Recht, siue Processus in Camera imperiali pendens restitutorius in Sachen Herrn von Buseck Freyherrn zu Eppelbron, wieder die Abtey St. Iacobsberg zu Maynz, Fulda 1754. f.* quo doctrinæ *Thummermuthianæ* de Feudis Ecclesiasticis ad hanc caussam adplicantur. Feudis *Franciæ Orientalis* siue *Franconiæ* cumprimis *Wirzburgensibus* noscendis inseruiunt Viri doctissimi CAROLI FRIDERICI SCHOEPFII Disquis. de *Feudis Franconicis inprimis Herbipolensibus, zu rechten Mannlehen, concessis, Giessæ 1735. 4.* compara tamen B. LVDOLFI Præfat. Vol. III. *Symphorematis.* De *aliquot Feudorum Herbipolensium singularibus* culta *Epistola* exposuit Dn. IOA. FRIDERICVS *L. B. de* STEIN *ab* ALTENSTEIN, *Lipsiæ 1736. 4.* IVSTI VERACII libellus *Consuetudinum Principatus Bambergensis* hasceque inter Feudalium, primum editus *1681. 12.* opportune insertus Volumini *Scriptorum Rerum Episcopatus Bambergensis* LVDEWIGIANO *N. V. p 935.* Naturam Feudorum *Franconiæ* multum illustrat scriptum nobile plenumque egregiarum obseruationum sub indice: *Rechtsgegründete Vertheidigung der althergebrachten Fränckischen Lehns-Gewohnheit, vermæg deren die Agnati colla-*

collaterales, die Succeßion in denen Fränckisch sowol alt- als neuen Lehen, ohne Vnterscheid ob sie von dem Primo Acquirente abstammen oder nicht, auf gleichen Nahmen, Stammen, Schild und Helm zu behaupten berechtiget seynd, 1733. f. quibus tamen assertis *Curiæ Feudales* grauiter contradicunt. *Fuldensis* Ecclesiæ inclytæ Feudorum indoles & natura singularis atque aliis contractum feudalem ineuntibus grata & accepta, multorum ingeniorum monimentis illustrata fuit. Ex Archiuis illis celebratis Fuldensibus insigne opus produxit IOANNES FRIDERICVS SCHANNAT quod inscribitur: *Fuldischer Lehn-Hof, siue de Clientela Fuldensi beneficiaria nobili & equestri Tractatus historico iuridicus, Francofurti ad Mœn. 1726. f.* ad hunc Dn. IOA. GEORGIVS ESTOR *Analecta Fuldensia* conquisiuit, edita *Argentorati 1727. f.* quibus Feminarum successio tam in Fuldensibus, quam Ecclesiasticis Beneficiis aliis demonstratur contra asserta quædam Fuldensia, aliaque ad rem clientelarem & militarem Germanorum facientia e monimentis eruuntur. Idem argumentum diuersis dissertationibus excussum. Iam enim summus ICtus HENRICVS COCCEIVS de *Feudis Fuldensibus* quædam obseruauit edita *Heidelbergæ 1685. 4.* post aliquoties recusa. Binas quoque Dissertationes egregias scripsit de *Feudis Fuldensibus, eorumque origine, natura & diuersitate* ill. IOA. FRIDERICVS KAYSERVS, *Gießæ 1730. 4.* & de *Feudis Fuldensibus in Franconia* commentatus doctissimus vir CAROLVS FRIDERICVS SCHOEPFFIVS, *Gießæ 1735. 4.* Dn. IOA. GEORG ESTOR Obseruatione *von denen Chur-Pfälzischen Lehen zu Fuldischen Recht* exposuit, quæ inserta legitur in EI. *auserlesenen kleinen Schrifften P. III. p. 547.* Ad aliorum Episcopatuum Germaniæ in primis *Magdeburgensis & Halberstadiensis* Feuda quædam collegit LEOPOLDVS ALBERTVS SCHOPPIVS in *Thesauro Feudali practico, Halberstadii 1670. 1678. 4.* PETRVS TORNOVIVS *de Feudis Mecklenburgicis, eorumque iure Tractatu,* cuius Pars prior *Güstrouiæ 1708. 4.* posterior *Güstrouiæ &*

Lipsiæ

Lipsiae 1711. 4. prodiit prolixius statum & naturam Megapolitanorum Feudorum, quae Iura habent plane eximia, declarat. Adiungenda GEORGII ENGELBRECHTI siue ANDREAE de BERNSTORFF de *Singularibus Feudorum Mecklenburgicorum Iuribus*, Dissertatio, *Helmstadii 1713. 4.* Feminarum vsufructuarii iuris in MECKLENBVRGICIS Feudis origines & ratio, solicite inuestigatae fuerunt. ERNESTVS enim AVGVSTVS RVDLOFF breui quidem sed eleganti Disquisitione de *natalibus commentitiis iuris vsufructuarii Filiarum nobilium in Megapoli*, *Rostochii 1738. 4.* scripsit, quorsum & spectat illustris CHRISTIANI NETTELBLADT Programma eruditum de *Priuilegio Albertino*, CASPAR vero MATTHIAS MÜLLER de *virgine nobili Mecklenburgica eiusque iure circa Feudum*, *Rostochii 1707. 4.* & ERNESTVS IOA. FRIDERICVS MANZELIVS de *Filia nobili vsufructuaria Mecklenburgica Rostochii 1736. 4.* atque additis nonnullis *ibid. 1738. 4.* IDEMque de *Femina Mecklenburgica in materia Iuris ciuilis & feudalis considerata*, *Rostochii 17 8. 4.* erudite differuerunt. De *Abdicatione Feudi Mecklenburgici Ius Agnatorum extinguente* Schediasma edidit LVDOLPHVS FRIDERICVS MECKLENBVRG, *Rostochii 1752. 4.* Ad Feuda *Pomeraniae* illustranda facit V. C. ALBERTI GEORGII SCHWARZII *Versuch einer Pommersch- und Rügianischen Lehns-Historie, Gryphiswaldiae 1740. 4.* tribus Partibus, plena egregiarum obseruationum, lectuque dignissima. Addendi V. C. IOA. BR. ENGELBRECHT egregia *Introductio in Notitiam Iuris Feudorum Pomeraniae Sueticae, Gryphiswaldiae 1744. 4.* adiecta est vtilis *Mantissa Monumentorum feudalium*; nec non CHRISTOPHORI HERMANNI de SCHWEDER *Anmerckungen über die Hinter-Pommerische Lehn-Constitution, Rostoch und Wismar 1755. 4.* quae ex Priuilegiis, legibus & recessibus prouincialibus, rescriptis & edictis vtiliter erutae. SAMVELIS STRYKII Dissertatio *de Feudis Pomeranicis*, Respondente *Matthia Moeller*, *Francofurti ad Viadrum a. 1679.* habita, quae Volumine III. Disserta-

sertationum iunctim editarum N. XXI. reperitur & anno 1714. fuit recusa. Eruditus est IOA. SAMVELIS HERINGII de *origine, natura & iure Feudorum Pomeranicorum, Gryphiswaldiæ 1711. 4.* libellus. IDEM doctissimus vir de *iure virginum & filiarum nobilium in Feudis Pomeraniæ Orientalis* egit *Sedini 1733. 4.* PHILIPPI BALTHASARIS GERDESII Diss. extat de *norma & modo iudicandi controuersias feudales in Germania & patria Pomerania, Gryphiswaldiæ 1718. 4.* Eleganti dissertatione de *successione filiarum nobilium in Feudis Pomeraniæ* commentatus CHRISTIANVS NETTELBLADT, *Gryphiswaldiæ 1741. 4.* De *Feudis Brunsuicensibus* & *Luneburgicis* quædam compilauit IOAN. CHRISTIANVS REISKIVS *Halæ 1716. 8.* De *iisdem* præclara extat Dissertatio *Syluestri Friderici Wismanni*, sub Præsidio AVGVSTINI LEYSERI ICti doctissimi, qui obseruationes bonæ frugis adiecit, *Helmstadii 1720. 4.* recusa *ibid. 1730. 4.* Addimus eruditissimam Disquisitionem HENRICI CHRISTIANI SENCKENBERGII de *Feudis Brunsuicensibus & Lüneburgensibus, Göttingæ 1738. 4.* ad quam supplendam parauit *Anmerckungen zu den Braunschweigischen Lehnwesen, in Meditationibus* suis *de vniuerso iure & historia, p. 287.* Ducatum *Holsatiæ* Episcopis *Lubecensibus* vinculo Feudali connexum haut fuisse accurate docuit ANONYMVS eruditissimus in *Vntersuchung des Vrsprungs und der Beschaffenheit der von den Bischœfen zu Lübeck in vorigen Zeiten verrichteten Belehnung des Hertzogthums Holstein*, cum Præfatione B. I. D. KOEHLERI, *Gœttingen 1752. 4.* Naturam & Prærogatiuas *Feudorum Bohemiæ* exponere adgressus est WENCESLAVS XAVERIVS NEVMANNVS a Pucholz, ICtus Pragensis, Dissertatione *de Iurisdictione Feudali & Superioritate Territoriali, Pragæ 1716. 4.* edita, in multis tamen confutatus ab HENRICO a BÜNAV, tum Equite Misniensi doctissimo, iam S. R. I. Comite & Consiliario Intimo Imp. Aug. eminentissimo *Examine* peculiari harum Dissertationum *Lipsiæ 1718. 4.* sub literis nominis initialibus, formis impresso. Ad

Feuda

Feuda Silesiaca cum primis pertinent IACOBI SCHICKFVSII *Consuetudines Silesiæ Feudales*, quas manu exaratas reliquit, iam insertæ leguntur in LVNIGII *Corpore Iur. Feud. Germanici T. III. p. 222. 536.* Silesiæque Feudalia Iura ex documentis domesticis exponit, coniungendæ W. G. SCHROEER *von* STERNFELS *Consnetudines Silesiæ feudales, Lugduni Batau. 1698.* 4. Diss. propositæ. His adiungenda SAMVELIS STRYKII *Dissertatio de Feudis Ducatuum Silesiæ Schwtdnicensis & Iauravienfis, Halæ 1704.* recusa extat in *Deliciis Iuris Silesiaci* N. XII. & alia ADAMI BALTHASARIS WERNERI *de Ciuium Suidnicensium Iure emendi Feuda Nobilia, Altdorfii 1703.* 4. duabus sectionibus proposita, prostat in laudatis iam *Deliciis* N. X. De *alienatione Feudorum Silesiæ* Diss. extat EPHRAIMI GERHARDI *Ienæ 1714.* 4. habita & *Deliciis I. S.* N. VIII. inserta. De *sacro Fisci Iure circa Feuda Silesiæ ex crimine læsæ Maiestatis commissa* commentatus GEORGIVS SAMVEL LVDOVICI, *Lipsiæ 1724. 8. Lusatiæ* quoq. *Feuda* multa habent singularia. Quorsum spectant SAMVELIS STRYKII, *de Feudis Lusatiæ Superioris* Dissertatio, Respondente *Nicolao L. B. de Gersdorff, Halæ 1709.* 4. habita, & IOA. PETRI a LVDEWIG *Differentiæ Iuris Feudalis Communis atque Lusatici, Halæ 1714.* 4. quas deinde exceperunt *Differentiæ Iuris Communis atque Lusatici in Legitima atque Dote, vom Lehns-Pflicht-Theil*, Respondente *Ioan. Gothofredo Steudnero, Halæ 1716.* 4. propositæ vtraque extat in *Opusculis Miscellis* T. I. pag. 813. &, p. 883. quibus ex parte iungenda IOANNIS FRIDERICI TROPPANEGER Dissertatio *de Iure reluendi Feudum sub Hasta venditum, occasione Ord. Proc. & Iud. Lusat. Sup. Part. II. §. 4.* Respondente *Daniele Riech, Lipsiæ 1712.* 4. Quæ Opuscula ad Iuris prudentiam Feudalem Lusaticam facientia *Christianus Gothofredus Hoffmannus* Vir doctissimus, Volumini Scriptorum Rerum Lusaticarum inseruit. His accessere binæ Dissertationes: *de Alienatione Feudorum Lusatiæ Superioris* egregiam composuit Dissertationem Generosissimus WOLFGAN-

GVS

GVS ADOLPHVS de LEIBNIZ, *Wittenbergæ 1721.* 4. Præside vero GEBHARDO CHRISTIANO BASTINELLERO *de Priuilegio Ferdinandeo ad Mediatos vtriusque Lusatiæ Vasallos non extendendo* exposuit *Ioan. Rudolphus Lehmannus*, *Wittebergæ 1724.* 4. Ad *Hassiaca* Feuda Obseruationes variæ vtiles extant in Dn. IOANN. GEORGII ESTORIS *kleinen Teutschen Schrifften*, *P. I. p. 75.* de simultanea Inuestitura; P. II. p. 201. de Feudis femineis in Hassia; P. V. p. 85. de Feudis *Hirschfeldensibus* aliisque; atque in Dn. IOA. PHILIPPI KVCHENBECKERI *Anal. Hassi.* Coll. VI. p. p. 431. de Feudo franco Burgensi. Huc etiam ex parte pertinet WOLFFGANGI ADAMI SCHOEPFII Commentatio de *Bonis Vitalitiis Sueviæ Fall- und Schupf-Leken*, *Fall- und Schupf-Leben-Güter* & Tractatio: *vom Schupf-Leben*, *Tubingæ 1747.* 8.

Scriptores qui de Feudis variorum Regnorum Europæ commentati.

§. IX. Alii de *Feudis Regnorum Europæ & Prouinciarum* exposuerunt. ANTONIVS DADINVS ALTESERRA *de origine & statu feudorum* scripsit ad mores Galliæ, *Argentorati 1697.* 4. extat cum Schilteri *Codice I. F. A.* *De l'origine & Fiefs & Arriere-Fiefs par* FRANC. L'ALOUETTE, Liber editus *à Paris 1577.* 4. inuentu difficillimus, in quo vulgaria multa sed etiam quadam singularia. Vtilissimas obseruationes chartasque varias ad Feuda cum *Franciæ Orientalis*, tum *Occidentalis* conduxit eruditissimus LOVIS CHANTEREAV LE FEBVRE Consiliarius Regis Franciæ in rarissimo hodie libro inscripto: *Traité des Fiefs & de leur origine, avec les preuves tirées de divers autheurs anciens & modernes*, *à Paris 1662. f.* Idem argumentum prolato egregio doctrinæ, testimoniorum & chartarum antiquarum adparatu tractatum videmus in: *Nouvel Examen de l'Vsage General des Fiefs en France pendant le XI. le XII. le XIII. & le XIV. Siécle* par Mr. BRVSSEL Conseiller du Roi, Auditeur ordinaire de ses comptes, *à Paris 1727.* 4. duobus Tomis, cum his coniungendum insigne opus: *de l'Vsage des Fiefs & autres Droits seigneriaux par* DENIS de SALVAING de BOISSIEV ex secunda editione *à Grenoble 1668. fol.* & ex noua

noua *1731. f.* nec non GERMAIN ANTOINE GVYOT *Traité ou Dissertations sur plusieurs matieres feodales, tant pour le Pays Coutumier, que pour les Pays de droit ecrit, Paris 1739.* 4. VI. Voll. cuius laboriosi operis compendium exhibent EIVSD. *Institutes feodales, où des Fiefs & Censives & Droit en dependant* &c. *Paris 1753. 12.* Cum his iungi potest vtilissimus liber non solum in Iuris Gallicani cum primis Feudalis sed etiam in medii æui vocabulis barbaris intelligendis, qui inscriptus: *Indice des Droicts Roiaux & Seigneuriaux des plus notables Dictions Termes & Phrases* &c. par FRANCOIS RAGVEAVX, *à Paris 1600.* 4. ex Secunda Editione aucta & reuisa. Vetustiores Scriptores ad hoc argumentum pertinentes vide in IAQVES le LONG *Biblotheque historique de la France Liv. IV. §. I. p. 824.* Ad Feuda sacundum mores *Belgii* faciunt PETRI GVDELINI Commentarii de *Iure Feudorum & Pacis*, *Coloniæ* ex Editione Quarta *1663. 8.* FRIDERICVS SANDE *Commentarium* edidit *in Gelriæ & Zutphaniæ Consuetudines Feudales, nec non de Effestucatione cum collatione Iurium & Consuetudinum, quæ in Gelria vicinis ditionibus obtinent, Arnhemii 1637. 1658. 1674.* 4. & inter *Opera Coloniæ 1698. f.* qui etiam in omni Iure Feudali locum habet. CORNELII NEOSTADII *Obseruationum feudisticarum* Decas vna, & *de Feudi iuris scripti Hollandiæ Westfrisiæque successione* libellus *Lugd. Batau. 1602. 1620. 1642.* & *Amstelodami 1663.* 4. excusus. Ad *Feuda Angliæ & Scotiæ* facit THOMAS CRAGIVS, de *Riccartoun, Edinburgi 1655. f.* qui multas feudorum antiquitates eruit variasque Feudorum species demonstrat. Recusus liber *Edinburgi* cura *Iacobi Baillie 1732. f.* In Germania quoque cum editio prior rarissima fuisset, curante LÜDERO MENCKENIO typis impressus *Lipsiæ 1716.* 4. qui Præfatione præmissa singularia nonnulla Feudorum Britannicorum recensuit. Addi potest RICHARDI ZOVCHAEI *Descriptio Iuris Feudalis pro introductione ad Iurisprudentiam Anglicanam, Oxoniæ 1634. 8.* Eiusdemque, nisi cum priori eadem est, posteriorem enim tantum ad manus habui: *Descri-*

ſcriptionem Iuris & Iudicii temporalis ſecundum Conſuetudines Feudales & Normannicas, Londini 1683. 8. Sic etiam inter alias Regum Scotiæ *Leges*, *Feudales* refert IOA. SKENAEI Liber, quem *Regiam Maieſtatem Scotiæ* inſcripſit, quique *Edinburgi 1609. f.* prodiit, ac noſtris in oris eſt rariſſimus, ad feudorum antiquitates eruendas plurimum conducit. GVILIELMVS quoque LAMBARDVS *de Priſcis Anglorum Legibus* Tractatu, *Cantabrigiæ 1644. f.* edito, quasdam Feudales Scotiæ Regum Leges inſeruit. Singularia ſed parum apta, ſunt, quæ *Franciſcus Hottomannus* de verbis Feudalibus, *voce Feudum* profert dicens: *Stephanus Pasquerius excellenti vir ingenio, & inter Pariſienſes cauſidicos dicendi facultate præſtans, libellum mihi Anglicanum* LITLETONIVM *dedit, quo feudorum Anglicorum Iura exponuntur: ita incondite, abſurde, & inconcinne ſcriptum, vt facile appareat, veriſſimum eſſe, quod Polyd. Vergil. in Anglica Hiſt. de Iure Anglicano teſtatus eſt, ſtultitiam in eo libro cum malitia & calumniandi ſtudio certare.* Ad SICVLA facit MARIVS GIVRBA in *repetitionibus de ſucceſſione feudorum inter adſcendentes & deſcendentes maſculos, Lugduni 1679. f.* atque IOSEPHI CVMIAE *Repetitio in Regni Siciliæ capitulum de Succeſſione Feudali, Catineæ 1559.* & *Panormi 1609. f.* In Hiſpaniarum Regnis potiſſimum obtinent *Maioratus*, quos defendit & illuſtrat LVDOVICVS de MOLINA de *Hiſpanorum Primogeniorum origine ac natura* Libris IV. qui ex tertia Editione lucem adſpexere *Coloniæ 1588. f.* cuius operis Præfatione alii qui de *Maioratibus* expoſuerunt, recenſentur. Eorundem Iura quoque copioſe & accurate expoſuit MELCHIOR PELAEZ a MERES *de Maioratibus, Lugduni 1678. f.* De *Succeſſione* vero in *Maioratibus* & *Primogenituris Italiæ* commentatus IOANNES TORRE, *Lugduni 1688. f.* Ad *Ducatum & Vicariatum Ferrarienſem* pertinet ſpeciale an. 1597. conſcriptum *Reſponſum Feudale* in Controuerſia inter *Cæſarem* Ducem *Ferrariæ & Clementem* Papam *VIII.* in quo præter plurimas quæſtiones de primatu, prærogatiua & Iuriſdictione Pontificis oſten-

ditur Ducatum & Vicariatum Ferrarienſem donatum eſſe pleno Iure, non autem in Feudum conceſſum, *Francofurti 1606. 4.* De *Feudis Langharum*, quondam immediatis nunc Sabaudiæ Duci ceſſis, extat pereruditum Programma Viri celeberrimi CHRISTIANI GOTTLIEB IOECHERI, *Lipſiæ 1737. 4. Pruſſiæ Feuda* expoſuit ZACHARIAS HESSE, Diſſertatione peculiari, eademque prima, quæ *Regiomonti 1721. 4.* habita; *Differentias* vero *Iuris Feudalis communis atque Poruſſici* luculenta Diſſertat. commonſtrauit IOANN. PETR. LVDEWIG *Halæ 1716. 4.* & *Opuſcul. Miſcell. T. I. pag. 741.* ante eum GEORGIVS CHRISTOPHORVS a PERBRAND de *Differentiis Iuris feudalis communis & Prutenici prouincialis* Diſſertatione expoſuit *Regiomonti 1695. 4.* De *Feudis* hodiernis *Danicis* legendæ: *Zufællige Gedancken von dem in den ietzigen Feudis, oder Lehn-Gütern des Kœnigreichs Dænnemarck rechtsbegründeten Modo ſuccedendi*, additis Priuilegiis Comitum & Baronum, *Hamburg 1741. 4. Notitiam Iuris Feudalis Dano-Norwegici*, Præſide CHRISTIANO GOTTLIEB BVDERO, exhibuit V. C. FRIDERIC. CHRISTIANVS SEVEL, *Ienæ 1745. 4.*

Compendia Iuris Feudalis.

§. X. Succedunt illi, qui *Compendia* vel *Syſtemata Iuris feudalis* ſcripſerunt. Inter antiquiores magni quondam habitum PETRI RAVENNATIS in *Conſuetudines Feudorum Compendium*, quod Maximiliano I. Imp. dedicauit, typis repetitum *Coloniæ 1567. 8.* nec non IACOBI ab ARDIZONE *Summa in Vſus Feudorum*, *Lugduni 1518. f. Coloniæ 1562. 1566. 1569. 8.* qui methodo quæ ipſi commoda viſa fuit, vtitur. FRANCISCI CVRTII *Tractatum Feudalem*, *Papiæ 1506. f. Tridini 1518. 8. Lugduni 1547. 8.* cum notis IOANN. HAVICHORSTII *Coloniæ 1570. 8. ibid. 1571. 1582. 8. 1600. 1663. 1694. 8.* GVILIELMVM FORNERIVM de *Feudis*, *Hanouiæ 1509. 8.* & cum ANTONII CONTII, *Francofurti 1668. 12.* EGVINARII BARONIS *Libri II. Obſeruationum in Conſuetudines Feudorum*, *Coloniæ 1566. 8.* PETRVS NICOLAVS MOZZIVS Tractatu de *Feudis*, *Coloniæ 1581. 1591. 8.* & cum IACO-

IACOBVTII de FRANCHIS Tr. qui inscribitur: *Præludia in vsus feudorum, Romæ 1691. 8.* GVILIELMVM HANNETONIVM, LIBORIVM HATTYSERVM, MATTHAEVM WESENBECIVM, GVERNERVM PISONEM SOACIVM. Quibus tamen meliores sunt VDALRICI ZASII *Epitome in Vsus Feudorum Basileæ 1538. fol. Lugduni 1588. 8.* cum SONSBECKIO & SCHENCKIO *Coloniæ 1597. 8. ibid. 1600. 8.* Eruditæ, etiam lumine historiæ illustratæ CONRADI RITTERSHVSII *Partitiones Iuris Feudalis, Altorfii 1603. 8. Marpurgi 1615. 8.* Edit. III. ex MSC. & exemplari auctoris diligenter emendata, nec non noua accessione VIII. Dispp. feudalium ab eodem olim *Altorfii* habitarum aucta, cum Præfatione HVBERTI GIPHANII *Argentorati 1659. 8.* quæ absurditatem ineptarum allegationum ostendit *Hanouiæ 1659. 8.* & quæ magnæ auctoritatis fuerunt HERMANNI VVLTEII *Libri II. de Feudis*, horumque Iure *Marpurgi 1595. 8.* Editioni *tertiæ* accessit *Exegesis Iuris Feudalis, Marpurgi 1602. 8.* ita vero aucta, emendataque est Editio *Quinta*, vt nouum fere opus esse videatur *Francofurti 1629. & 1670. 8.* His præstantibus porro annumerandæ FRANCISCI HOTTOMANNI *Commentatio de Feudis tripartita*, e quibus prima disputationem de Iure Feudali, secunda commentarium in vsus Feudorum, tertia dictionarium verborum feudalium continet, prodiit *Lugduni 1573. f. Coloniæ 1574. 8.* ab hac diuersa sunt EIVSD. *Elementa Iuris Feudalis*, quæ vna cum GVIL. FORNERII & ANTONII CONTII Tr. de *Feudis* & KAROLI CRASSI Constitutione *de Expeditione Romana* MARQ. FREHERI Comment. illustrata, edidit CORN. *van* ECK, *Vltraiecti 1698. 8.* FRANCISCI DVARENI *Commentarius in Consuetudines feudorum, Coloniæ 1564. 8. & Spiræ 1595. 8.* & cum summis rerum & sententiarum auctore IOANNE HAVICHHORSTIO *Coloniæ Agripp. 1570. 8.* cui editioni adhæret AVCTOR VETVS *de Beneficiis.* Vulgaria exhibent IOA. GEMMELII *Compendium Iuris Feudalis Ambergæ 1598. 8. Schleusingæ 1618. & 1657. 8.* HEN-

RICI BOCERI *Synopsis Feudalis*, *Tubingæ* 1597. 4. Sub *Methodi Feudorum* inscriptione Compendium Iuris Feudalis collegit NICOLAVS VIGELIVS, *Basileæ* 1576. & 1597. 8. Inter recentiores est IOA. VOLCKMARI BECHMANNI *Vsus practicus Feudalis*, Responsis quibusdam ICtorum illustratus, cetera vulgaria, *Ienæ* 1671. 4. BENEDICTI CARPZOVII *Synopsis Feudalis*, *Wittebergæ* 1615. 4. *Lipsiæ* 1647. 1651. 4. edita, non omnia exhaurit, & inter *Dissertationes* iunctim editas extat. Vtiles WILHELMI LVDOVICI *Synopsis Iuris Feudalis*, *Altdorfii* 1653. 1664. 8. & tertium 1696. 8. sententias veterum Interpretum apte exponit, vt & GEORGII SCHVLTZII, *Synopsis Iuris Feudalis* *Wittebergæ* 1631. 12. *Francof.* 1652. 12. *Ienæ* 1664. 8. *Francof.* 1669. 8. edita. IOA. STVCKII *Systema Iuris prudentiæ Feudalis*, prodiit *Basileæ* 1620. 8. EVERHARDI BRONCHORSTII *methodus feudorum*, *Lugduni Batauorum* 1613. 8. & cum Notis CYPRIANI REGNERI recusa est *Vltraiecti* 1652. 8. in quibus tamen potissimum ad mores Galliæ atque Belgii respexit, inserta etiam est breuis interpretatio Iuris Transisalanici. IOA. IACOBI WISSENBACHII *Compendium Iuris Feudalis*, *Franeckeræ* editum 1666. 4. ad controuersias tantum feudales facit. Extant etiam HENRICI ZOËSII *prælectiones de Iure Feudorum*, *Louanii* 1623. 1641. 4. item cum PETRI GVDELINI *Commentariis de Iure Feudorum* *Coloniæ* 1663 8. *Louanii* 1665. 4. PAVLVS FRANCISCVS ROMANVS *de Feudis*, *Francofurti & Lipsiæ* 1712. 4. HENRICI GÜNTHERI THVLEMARII *Systema Iuris Feudalis*, *Francofurti* 1641. 4. IACOBI RITTERI *lucubrationes Iuris Feudalis*, *Halæ* 1667. 4. & 1672. 12. IOANNIS ARNOLDI CORVINI *Ius Feudale* per Aphorismos explicatum, *Lugduni Batauorum* 1655. 12. *Amstelodami* 1660. 1680. 1691. 12. HENRICI COCCEII *hypomnemata Iuris Feudalis*, *Francofurti ad Viadrum* 1693. 12. & 1702. 1707. 8. quæ mira concinnitate principia iuris beneficiarii & hæc inter singulares sententias exhibent, aliisque doctissimis Viris commentandi occasionem præbue-

buerunt, quales sunt ingeniosæ fructuosæque illustris Viri Dn. IOA. MICHAELIS LANGGVTHII *Animaduersiones, Ienæ 1723. 8.* editæ, addita Commentatione succincta, qua septem clypei nobiles & feudales Germanorum noua ratione explanantur. Iungi possunt IOANN. SCHILTERI *Institutiones ad Ius Feudale vtrumque Germanicum & Longobardicum, seu Institutiones ex genuinis principiis succincte concinnatæ, & ad Fori Feudalis hodierni vsum directæ, Argentorati 1695. 1721. 8.* Breues istæ quidem sunt, sed ex patriis antiquitatibus petitæ, atque ad mores hodiernos directæ. Ad Schilterianas institutiones sæpius recitationes institutæ pepererunt Notas varias, nempe pereruditas illustris GEORGII CHRISTIANI GEBAVERI, quas cum textu edidit *Lipsiæ 1728. & 1737. 8.* & B. IOA. GOTTLIEB HEINECCII *Animaduersiones*, Auditoribus quondam suis dictatas, quas V. C. VHLIVS publici fecit iuris *Berol. 1742. 8.* Vtilis ad recitationes Academicas est HENRICI BROKES *Doctrina Iuris Feudalis* succinctis positionibus exhibata, ex Editione *Tertia Ienæ 1745. 8.* Amplioribus commentariis, in quibus præclaræ obseruationes leguntur instruxit easdem eruditissimus Vir FRIDERICVS CAROLVS BVRI, cuius *ausführlicher Erläuterung des in Teutschland üblichen Lehn-Rechts oder Anmerckungen über Io. Schilteri Institutiones Iuris Feudalis Germanici & Longobardici*, primordia *Giessæ 1732. 4.* Continuatio *prima, ibidem 1733. 4. secunda, ibid. an. e. tertia 1734. 4. quarta 1737. quinta 1738. 4.* prodiere, hisque prima *Prima Pars* huius commentationis in tria priora capita, continetur. Accurata & dilucida est GEORGII BEYERI *Delineatio Iuris Feudalis, Lipsiæ 1693. 4.* & ex Edit. *quarta 1725. 4.* Germanico idiomate prodiit GOTTLIEB GERHARDI TITII *Teutsches Lehn-Recht, nach seiner eigenen Beschaffenheit und Verfassung des Teutschen Staats, Leipzig 1707. 1714. 1730. 8.* qui licet diuersas foueat opiniones singulares, quid tamen in Foro hodie obtineat Feudali haut incongrue declarauit. IOAN. EHRENFRIED

ZSCHACKWITZ edidit *eine Grundlegung zu dem Lehn-Rechte des Teutschen Reiches*, *Leipzig 1714. 8.* vernaculo itidem sermone, quo simul quasdam Iuris Publici quæstiones tractauit, minus gratas aulæ Cæsareæ. Emendauit quædam & alia adiecit, mutatoque primo titulo, edidit librum sic inscriptum: *Vollständiges Lehen-Recht des Teutschen Reichs*, *Halæ 1741. 8.* In gratiam eorum qui prædia feudalia possident, Romanorumque linguam haut callent *Ius Feudale* germanice, facili methodo concinnauit, & ad naturam Feudorum Saxonicorum cumprimis direxit IOA. CAROLVS NAEVIVS, *Lipsiæ 1715. 8.* Appendicis loco Literæ ac Formulæ diuersæ Feudales atque Responsa ad argumentum hoc facientia, accessere. Meliores Iuris beneficiarii compendiariæ expositiones omnino habendæ B. BVRCARDI GOTTHELFII STRVVII *Iurisprudentia Feudalis, ex Iure Germanico, Longobardico, Legibus Imperii & moribus Curiarum Feudalium hodiernis demonstrata*, ex editione secunda, priori auctiore, *Ienæ 1737. 8.* succum paterni syntagmatis refert, egregie suppletum ex patriæ legibus, moribus & diplomatibus, de Feudis Imperii momentosas doctrinas inprimis exponens & ad præstantissimos scriptores remittens. In meliorem ordinem egregium librum redegit, emendauit, suppleuit, B. Auctoris illustris Gener IOANNES AVGVSTVS HELLFELD *Ienæ 1745.* & *50.* & ex recentissima *Editione Ienæ 1754. 8.* IO. PETRI de LVDEWIG Notas in *Struuianam* hanc *Iurisprudentiam* sub elogio: *Singularia Iuris Feudalis* edidit eruditissimus VHLIVS *Francofurti ad Viadrum 1753.* IOA. LAVRENTII FLEISCHERI *Institutiones Iuris Feudalis* prodierunt *Halæ 1730. 8.* qui complura, imo integros §phos paucis immutatis desumsit ex *Iurisprudentia Feudali Struuiana*, fontibus, vnde hausit non indicatis. Insignem patriarum consuetudinum notitiam, nouas in iure beneficiario doctrinas auctorisque eruditissimi ingenium ostendunt perillustris Domini HENRICI CHRISTIANI L. B. de SENCKENBERG *Iuris Feudalis primæ Lineæ*, *Gottingæ 1737. 8.* Methodi facilitate

&

& doctrinæ neruose traditæ laude commendabiles. V. C. IACOBI GABRIELIS WOLFFII *Elementa Iuris Feudorum tum prouincialium, tum Imperialium Reipublicæ Romano-Germanicæ Halæ 1741. 8.* & V. C. IOAN. GOTTLIEB SIEGELII *Principia Iuris Feudalis. Lipsiæ 1738. 8.* in quibus cumprimis quæ iure Electorali Saxonico disposita, curate addita, leguntur. L. F. LANGEMACK edidit: *das allgemeine Lehn-Recht aus Philosophischen Gründen erwiesen, Potsdam 1747. 8.* & IOANNES GERHARDVS LINDHEIMER *Versuch eines allgemeinen Teutschen Lehn-Rechts, Francofurti ad Mœnum 1748. 4.* REGNERVS vero ENGELHARDVS vir doctissimus *Specimen Iuris Feudorum naturalis, methodo scientifica conscriptum* produxit *Lipsiæ 1742. 4.* Insigniter quoque de Iure Feudali meritus illustris IOANNES IACOBVS MASCOVIVS, cuius *Iura Feudorum in Imperio R. G. Lipsiæ 1753. 8. & 1755. 8.* quod magna accuratione & concinnitate a peritissimo artifice adornatum compendium etiam Iuris Saxonici Feudalis placita exhibet. Inter maiora Systemata magno plausu acceptum, ætatemque tulit & ob subactum auctoris iudicium, & apud exteros quoque acceptum est GEORGII ADAMI STRVVII *Syntagma Iuris Feudalis,* quod ex Editione vndecima prodiit *Francofurti 1734. 4.* cura ill. HENRICI CHRISTIANI SENCKENBERGII, cuius *Prodromus Iuris Feudalis* præmissus. Accesserunt in plerisque editionibus Supplementi loco *Obseruationes Feudales, Consilia & Responsa feudalia, & Centuria Decisionum: quænam res feudales? quænam allodiales? cum semicenturia Obseruationum de feudo hæreditario.* Sane hoc solum Syntagma in Iure Feudali sufficere potest, nec aberrabimus, si illud præcipuum inter scripta b. G. A. STRVVII habeamus, ex Antiquitatibus enim non tantum Germanicis est petitum, sed vsum etiam modernum egregie refert. Ad illud Syntagma *Notas* edidit IOANNES SCHILTERVS, *Argentorati 1704. 4. & ex Editione Secunda* accurante *Ioa. Christiano Simone, Argentorati 1711. 4.*

 quibus

quibus nonnulla *Ioannis Wolffgangi Pfeilii* & *Iusti Meieri* Responsa & Consilia Iuris Feudalis antehac inedita, ac denique Marci Ottonis & quorundam aliorum Relationes rem feudalem concernentes, adiecit. His tamen vtilitate præstant *Analecta* perillustris NICOLAI CHRISTOPHORI L. B. de LYNCKER, *Ienæ 1698. 4.* edita. Adiungendus his: *deutlicher und gründlicher Discurs von Teutschen Lehn-Recht über* GEORGII ADAMI STRVVII *Syntagma Iuris Feudalis, Bayreuth 1734. 4.* edidit hunc V. C. GEORGIVS CONRADVS BEYERVS, compilatum ex B. BVRCARDI GOTTHELFII STRVVII recitationibus academicis ad Syntagma paternum, additis variis obseruationibus. Breuem epitomen facit SAMVELIS STRYKII *Examen Iuris Feudalis*, post plures Editiones editum *Francofurti ad Viadrum 1721. 12.* atque per quæstiones dispositum, quibus sæpius etiam ad Syntagma Struuianum remittit: accesserunt variæ relationes de cæremoniis inuestiturarum feudalium. Annotationes ad hoc examen feudale scripsit IOA. WINTZIGERVS, *Lipsiæ 1708. 8. Meditationes accessoriæ* IOA. FRIDERICI HERTELII *Ienæ 1713. 12.* in allegatis ad scriptores recentiores, Lynkeriana potissimum scripta, consistunt. *Animaduersiones* præter hunc dedit IOAN. WOLFFGANGVS TRIER, *Lipsiæ 1716. 12.* quæ breues quidem, bonæ tamen sunt frugis. Singularia plura continent IOA. PETRI de LVDEWIG *Obseruationes ad Samuelis Strykii Examen Iuris Feudalis*, quibus accessit Eiusd. LVDEWIGII Diss. de *Feudorum Germaniæ & Longobardiæ differentiis*, quæ prodierunt cura celeberrimi VHLII *Francofurti 1751. 8. Disputationibus XVI.* breuibus hoc *Examen* illustrauit HENRICVS HILDEBRANDVS *Altorfii 1715. 4.* Commentarius quoque in hoc Examen extat CASIMIRI GOTTFRIED de BEVST, *Lipsiæ 1713. 4.* quo quidem ad Scriptores plurimos, potissimum tamen recentiores remittit, multa autem aliorum diligentiæ, e genuinis antiquitatis Germanicæ & Prouinciarum particularium monumentis illustranda & examinanda relinquit. Vulgaria ad seriem *Stry-*

Strykiani examinis CAROLVS OTTO THYLLIVS dedit, cuius *Obseruationes & Notæ Heidelb. 1713. 8.* protrusæ. *Commentarius* amplior I. L. ROTHII, *Francof. 1740. 4.* editus. CAROLVS porro HENRICVS MOELLERVS Specimen exhibuit *Commentationis succinctæ de vsu practico distinctionum feudalium ad seriem Capitum Examinis Iuris Feudalis Strykiani, Rostochii 1740. 4.* Commendabilis & lectu digna CASPARIS HENRICI HORNII *Iuris prudentia Feudalis Longobardico-Teutonica, Wittebergæ 1705. 4.* & ex *Secunda Editione*, ex tertia *1728. 4.* & quinta *1741. 4.* cum Notis præclaris CHR. HANACCII, qui eandem cum Strykio methodum sequitur, atque ad vsum hodiernum probe respexit, adiecit etiam varia consilia de casibus haut adeo obuiis. Magno autem desiderio venerandi Senis IOA. PETRI de LVDEWIG *Systema Iuris Feudalis* ad mores medii æui directum diplomatibusque illustratum expectavimus, quod in Præfatione ad Scriptores Wirzburgicos, inque Commentario de Iure Clientelari Germanorum, promisit. Dedit partem promissi operis vir celebratissimi nominis, sub titulo: *Iura Feudorum R. I. atque Germaniæ Principis & prouincialium nobilium Landsassiorum. Halæ 1740. 8.* quo in libro commentario egregiæ quidem multique momenti obseruationes leguntur, admixta tamen varia ex penu lectionis variæ deprompta, quæ ad Iura beneficiorum illustranda pertinere haut videntur.

Scriptores qui maiora Opera feudalia ediderunt.

§. XII. Succedunt, qui maiora Opera feudalia congesserunt, atque communiter dicuntur FEVDISTAE. Quales ex antiquis ALVAROTTVS & ISERNIA. LVDOLPHVS SCHRADERVS in *Tractatu Feudali*, studio & opera *Ioa. Brandis*, *Francofurti 1594 f.* edito, farraginem quidem coaceruat adlegatorum, sed Ius Ciuile nimis admiscet, quæstiones tamen in foro maxime obuenientes, quandoque etiam arduas, quibus tractandis & decidendis fuit adhibitus, proponit. PARIDIS de PVTEO *opera feudalia* recusa *Noribergæ 1677. 4.* IOA. MELONI *Thesaurus Iuris Feudalis*, *Ciuilis &*

Criminalis germanice editus *Noribergæ 1645. f.* Inter hos vero optimus habetur HENRICVS a ROSENTHAL in Tractatu *de Feudis, Spiræ 1597. Francofurti 1662. f. Ibidemque 1682. f.* & *Francofurti* ad *Mœnum 1722. f.* cum Præfatione illustris Viri GEORGII MELCHIORIS a LVDOLF recuso, qui in congerendis Feudistarum opinionibus, sententiis cumprimis Cameræ in caussis Feudalibus, est operosus, ad quem hodie recurrunt communiter. Idem institutum fuit CAMILLO de LARATHA in *Theatro Feudali*, quod *Neapoli 1637. f.* prodiit, nec tamen vbique pari iudicio est elaboratum, licet differentias feudorum Italiæ videamus probe declaratas. Neque omittendus est PETRI GVDELINI *Commentarius de Feudis, Lugduni 1641. 4.* in quo potissimum mores Belgii respexit.

Scriptores Quæstionum, Obseruationum & Controuersiarum Iuris Feudalis.

§. XIII. Alii *Quæstiones & Controuersias Feudales*, pertractarunt, vt IOANN. RVDINGERVS, *Argentorati 1608. 8.* quas etiam Tractatibus suis Feudalibus inseruit WILHELMVS LVDWELLVS *Altorfi 1665. 8.* IOAN. GOEDDEVS in *Medulla Iuris Feudalis, Coloniæ 1655. 8.* STATII BORCHOLT *Disputationes Feudales, Ienæ 1600. 4.* CASPARIS GOLDSTEIN, *Centuria Conclusionum Feudalium, Coloniæ 1592. 4.* GOTHOFREDVS SVEVVS in *exercitationibus feudalibus, Wittebergæ 1655. 4.* & ERNESTVS FRIDERICVS SCHROETERVS in *Commentario ad Ius Feudale, Ienæ 1654. 4.* IOACHIMI SCHNOBELII *XI. Disputationes feudales*, olim erant vsu frequentes, quæ primum editæ sub titulo: *Synopsis Iuris Feudalis, Rostochii 1649.* recusæ *Helmstadii 1664.* cura ENOCHI GLASERI. Cura inde ADRIANI BEIERI ICti Ienensis edita *Harmoniæ* STRVVIOSCHNOBELIANAE *Pars Feudalis, h. e. Ioachimi Schnobelii XI. Disp. Feudales remissionibus ad Syntagmata Struuiana*, marginalibus & ad CARPZOVII *Disputationes Feudales interlinearibus* exornata *Ienæ 1694. 4.* GEORGII BEATI *Antinomiarum feudalium decisiones, Lipsiæ 1606 4.* HVBERTI GIPHANII *Antinomiæ Iuris Feudalis, s. Disputationes XI. ex eius*

eius Prælectionibus desumtæ in ordinem redactæ a CONRADO OLEMANNO *Francofurti 1606. 4.* IOANNIS NIELLI *Controuersiæ Iuris Feudalis, Lipsiæ 1629. 4.* DOMINICI ARVMAEI *Disputationes Feudales VI. Ienæ 1613. 4.* VALENTINI ARITHMAEI *Velitationes Feudales, Francofurti 1619. 4.* OTTONIS MELANDRI *Loci Communes Iuris Feudalis controuersiarum, Lichæ 1601. 8.* Præcipuum vero est GOTHOFREDI ANTONII *Ius Feudale*, antea per exercitationes editum, post vero succinctis additamentis ex nouissimis feudorum interpretibus auctum, cura IOAN. SAMVELIS STRYKII, *Halæ 1699. 1726. 1736.* 4. in quo nihil videmus intactum, quod adduci mereatur, idque maxime per additas notas egregias ad vsum hodiernum est accommodatum, accessit IOA. OTTONIS TABORIS *Index Textuum Iuris Feudalis ab Antonio* explicatorum. Huc etiam faciunt ERICI MAVRITII *Positiones Iuris Feudalis controuersi, Kilonii 1643.* 4. & inter Opuscula cum Præfatione IOA. NICOLAI HERTII edita, *Francofurti 1692.* 4. HVLDERICI vero EYBENII *Electa Iuris Feudalis, Giessæ 1669.* 4. edita, interque alia Viri summi Scripta *Argentorati f.* recusa, selectiora tractant, ea præsertim, quæ ad originem, antiquitates & feuda Imperii faciunt, atque multa illustrant egregie. Eruditæ sunt IACOBI CAROLI SPENERI, doctissimi Viri, *Primitiæ Obseruationum Historico-Feudalium*, quæ *Halæ 1719.* 4. prodiere, quarum prior, prima vestigia Feudorum in antiquitate Germanica commonstrat, altera Feudalis Iuris prudentiæ Næuos Historiarum ignorantiæ tribuendos esse docet; tertia vero Origines Feudalis Iuris ad Consuetudinem, minime vero ad Caroli M. instituta referendas esse contendit, Thomamque Franzium id adserentem, confutat. Illustris Viri IOANNIS ADAMI KOPPII *auserlesene Proben des Teutschen Lehen-Rechts*, editæ Pars *Prima; Marburgi 1739. 4. Pars Secunda ibid. 1746.* 4. cum Præfat. de Iure Longobardico ad decisiones controuersiarum de Feudis Germaniæ, non sufficiente, præclaras exhibent obseruationes,

iura patria beneficiaria, consuetudines Curiarum Feudalium in primis *Brauneckensis* egregie illustrantes, præmissa est cordata præfatio de genuino vsu iuris ciuilis Romani & Longobardici in patria nostra. Honoratissimi quondam Collegæ Dn. IOA. GEORGII ESTORIS *Obseruationes Iuris Feudalis Ienæ 1739.* 4. editæ, argumenta varia antiquaria iuris feudalis, statum inprimis militarem & ministerialium conditionem, erudite illustrant. An, quæ edidit CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER *Amoenitates Iuris Feudalis, Obseruationibus selectis, ex actis libellisque publicis, literis clientelaribus monimentisque fide dignis erutæ*, quæ *Ienæ* prodiere *1741. 8.* locum heic inuenire possint, æquis & peritis iudicibus permittit auctor. Magni momenti annotata de Feudis variis prouincialibus Germaniæ leguntur in B. GEORGII MELCHIORIS de LVDOLF tribus Voluminibus *Symphorematis Rerum* in Camera Iudicatarum, quæ *Wezlariæ 1731. 1734. 1739. f.* prodierunt, atque in EIVSD. *Variarum Obseruationum forensium* Partibus tribus, cum *Supplementis Wezl.* ab a. *1732.* ad *1734. 4.* editis, quæ vir summus ex Actis Cameralibus excerpsit & erudite grauiterque illustrauit. B. CASPARIS HENRICI HORNII *Decas Obseruationum Feudalium, Wittebergæ 1717. 4.* sententias varias de casibus Feudalibus in Collegiis Wittebergensium Iuridicis agitatas, continet. IOA. ANDREAE WESTPHAL *Quæstiones Feudales, Lipsiæ 1719.* 4. tritissimas materias, obsoletasque Quæstiones, more antiquorum Feudistarum, qui nullum antiquitatibus pretium statuunt, vulgariter pertractant. Ex antiquitatibus vero argumenta varia eruit V. C. CAROLVS FERDINANDVS HOMMELIVS, cuius *Oblectamenta Iuris Feodalis*, grammaticas Obseruationes Ius rei Clientelaris & Antiquitates Germanicas illustrantes sistunt *Lipsiæ 1755.* 4. GEORG. AEGIDII von SICKENHAVSEN *Obseruationes Feudales Iuridico-Politico Practicæ Selectæ, Norimb. 1689. 8.* germanico idiomate conscriptæ, singulares quosdam casus accurate decidunt. IOAN. KAVFFMANN *Dominum & Vasallum* in sua *Medulla* descripsit, *Vlmæ 1730.* 4.

§. XIV.

§. XIV. Succedunt nunc, qui DECISIONES & CONSILIA FEVDALIA scripserunt. De *Feudis* extant *Consilia variorum*, *Spiræ* 1603. *f*. atque alia *Francofurti* 1573. *f*. ALBERTI BRVNI *Consiliorum Feudalium* Tomi Duo, iunctim editi *Francofurti ad Mœnum* 1578. *f*. prior ab ipso *Alberto*, alter a filio IOA. BAPTISTA BRVNO *a*. 1575. *f*. primum fuerat editus. OCTAVII CORSETTI *Consilia feudalia*, *Venetiis* 1617. *f*. IOANNIS KOEPPENS *Obseruationes Iuris Feudalis*, *Francofurti* 1630. 8. IACOBI CRAMERI *Consilia feudalia*, *Venetiis* 1567. *f*. SIGISMVNDI LOFFREDI, *Francofurti* 1575. *f*. IACOBI KLEISTI, *Feudalium Constitutionum Decades IV*. *Francof*. 1668. 8. IANI ab ARCEDVRA *conclusiones feudales*, *Francofurti* 1605. 4. CHRIST. SCHWANMANNI *Consilia Feudalia*, *Geræ* 1707. 4. Præ cæteris ad Feuda Germaniæ egregie facit *Tomus II. Consiliorum* CASPARIS KLOCKII, inque Consiliis LYNCKERI, BERGERI, HORNII, LVDEWIGII, BOEHMERI aliorumque, Consilia reperiuntur egregia, quæ ad caussas Feudales spectant.

Scriptores qui Decisiones & Consilia feudalia scripserunt.

§. XV. Tandem etiam non prætermittendi, qui *speciales Feudorum Materias* scriptis illustrarunt, quod in primis per *Opuscula* cum cura elaborata, & *Dissertationes Selectas* ab Eruditissimis Viris factum est, quarum præstantiores, quæ, ad manus sunt, enumerabimus. De vsu *Iurisprudentiæ Feudalis in caussis publicis & illustribus* scripta extat Epistola HAVBOLDI ERNESTI LICHTENHAHNII, *Lipsiæ* 1735. 4. De *origine ac fontibus Iuris Feudalis Germanici ex Diplomatibus adumbrati* Diss. priore quædam erudite annotauit IOAN. HENR. BOCRISIVS *Suinfurti* 1737. 4. De *Origine Feudorum* varias sententias conquisiuit IOANN. GEORGIVS BESOLDVS *Tubingæ* 1621. 4. cui coniungenda est oratio THOMAE FRANZII de *Carolo M. primo Feudorum auctore in Italia*, edita primum *Vitemb*. 1596. 4. Syntagmati Struuiano subnexa, qui etiam de *Feudorum origine & progressu Feudi* disputauit *Vuebergæ* 1596.

Scriptores de Specialibus Feudorum Materiis.

gæ 1596. 4. De *Qualitate Feudali Terrarum limitanearum apud Romanos* Progr. quædam obſeruauit Dn. GEORGIVS FRIDERICVS KRAVS, *Vitembergæ* 1753. 4. NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS Obſeruatione *vom Urſprung der Leben* in GVNDLINGIANIS P. I. p. 1. easdem a Romanis & Francis repetit. Eruditorum hominum ſententias de origine Feudorum recenſuit apte ac eleganter ſuamque curate ſtabiliuit ill. Dn. GEORGIVS CHRISTIANVS GEBAVERVS Diſſ. cuius inſcriptio: *Origines Feodi, qua vocem, qua rem non externas ſed Germanicas, Lipſiæ* 1732. 4. IDEM primum Programmate de *origine Feudorum* expoſuerat *ibid.* 1727. 4. De *Verborum Significatione atque vſu Diſtinctionis Rerum Germanorum Feudalium, allodialium* & *mobilium* vtilis Diſſ. ANDREAE FLORENTIS RIVINI, *Vitembergæ* 1744. De *Statu Reipublicæ Germanicæ feudali & Feudis Regalibus*, Præſide HENRICO BODINO diſputauit Dn. DIETERICVS HERMANNVS KEMMERICH *Halæ* 1707. 4. *Meditationum in ſingularia quædam Iuris Saxonici Feudalis & Publici Capita Antiquitatibus Danicis illuſtrata* Specimen eruditum expoſuit doctiſſimus BERNHARDVS MOELMANN, *Hafniæ* 1740. 4. Primas quoque Feudorum origines erudite illuſtrat CASPAR ACHATIVS BECK, ICtus doctiſſimus, *Diſſertationibus de paribus Reipublicæ Miniſtri & Vaſalli Iuribus, Ienæ* 1716. 4. *De Ortu* & Retractu *Feudali* elegans & pereruditа extat Diſſertatio CAROLI SCHENCKEN *Altorfii* 1717. 4. habita. De vſu & auctoritate *Iuris Feudalis Longobardici* amœno ſcribendi genere ſententiam ſuam aperuit RICCIARDVS de ANTIQVIS *Epiſtola* qua HERMANNI CONRADI F. SINCERI *ſententia de vſu Iuris Feudalis Longobardici exponitur ac trutinatur, Coloniæ* 1739. 4. ſub RICCIARDI nomine latet, quem ſæpius iam laudauimus, eruditiſſimus Vir H. C. SENCKENBERGIVS. De *præiudicio Principum ex abuſu Iuris Longobardici* elegantiſſima extat Diſſ. Præſide GEBHARDO CHRISTIANO BASTINELLERO habi-

habita, *Vitembergæ 1727. 4.* De *incongrua applicatione Iuris Longobardici ad Germaniæ Feuda* disseruit IVSTVS CHRISTOPHORVS WILLERDING, *Giessæ 1705. 4.* *Genera & Qualitates feudorum* exposuit IOAN. THOMAS MARINVS de MARINIS, *Coloniæ 1582. 8.* De *natura, qualitate & differentiis feudorum* HENRICVS BOCERVS, *Tubingæ 1600. 8.* Huc etiam pertinet IOA. PETRI LVDEWIGII *Dissertatio* exhibens *Iura Feudis vicina, Halæ 1708. 4.* Statum Feudorum *Vasallorumque* illustrant Scriptores qui de *Militia Francorum & Germanorum* commentati, nempe BERNH. CLEMENS METTINGH doctissimo libro, inscripto: *Status Militiæ Germanorum principalis & accessoriæ veteris & medii æui, Altonauii 1742. 4.* cum quo vtiliter iungi potest egregia Dissertatio ill. GEORGII LVDOVICI BOEHMERI de *Iuribus ex Statu militari Germanorum pendentibus, Gottingæ 1749. 4.* cui adhæret Programma de *Feudis ex veterum Francorum Beneficiis enatis, ibid. eod.* nec non: IOANNIS PAVLI HANF Specimen inaugurale: *de vario apud Germanos Militiæ statu, Altorfii 1748. 4.* Addi quoque poterit: *Histoire de la Milice Françoise par R. P.* G. DANIEL *à Amsterdam 1724. 4.* Iungi in quibusdam doctrinis antiquariis possunt IOA. PETRI ANCHERSEN Obseruationes *de* SOLDVRIS, *Halæ 1729.* & *Hafniæ 1734.* seqq. *4.* editæ *Particulis X.* Huc quoque pertinent de *Clypeis militaribus* commentantes PHILIPPVS nempe SPERL, cuius Tractatus de *Clypeis Militaribus, Noribergæ 1736. 4.* agit: de Clypeornm capacibus vel incapacibus; de Conciliis & Expeditionibus militaribus: de Corporibus Feudalibus Clypeis præditis. Obscuram hanc antiquitatis medii æui particulam turbauit magis quam illustrauit IOA. EHRENFRIED ZSCHACKWIZ, cuius *Tractatio de septem Clypeis militaribus* prodiit *Halæ Magdeb. 1729. 4.* Nitide eleganterque de *Ordinibus Exercitus Germanici, vulgo denen Sieben Heerschilden,* commentatus Dn. CHRISTIANVS HENRICVS SENCKENBERG *Giessæ 1742. 4.* inter *Semestria* sua. De Feudo *Aduoca-*

uocatiæ habemus Diss. PHILIPPI FERDINANI IOA. a MVNDOLZHEIM, *Argentorati 1699. 4.* De *Aduocatiis Feudalibus* vero extat Tractatus Iuridicus ERASMI a CHOCKIER Iurisconsulti Leodiensis *Coloniæ 1624. 4.* Copiosior & instructior MARTINVS MAGERVS a SCHOENBERG de *Aduocatia armata, seu clientelari Patronorum iure & potestate clientumque officio & obligatione Francofurti 1625. f.* cumque esset perrarus recusus fuit *Francofurti 1719. f.* cum erudita Præfatione B. BVRCARDI GOTTHELFFII STRVVII de *Aduocatia Maiestatica.* Eruditissima est Commentatio illustris Viri LVDOVICI MARTINI KAHLE de *variis constituendi Feuda* Aduocatiæ *modis, & Iuribus præcipuis ex illis manantibus tum in Germania generatim, tum in Terris Brunsuico-Luneburgicis, Gottingæ 1750. 4.* postea opusculis iunctim editis, inserta. De *Feudo solari* egit AHASVERVS FRITSCHIVS, *Ienæ 1674. 4.* & HVLDERICVS ab EYBEN *Helmstadii 1677. 4.* & inter Scripta iunctim edita ac E. HARTMANNVS ab ERFFA Dissertatione *de Bonis Germaniæ Feuda Solaria, Germanice, Sonnen-Lehn dictis, Lipsiæ 1716. 4.* Legatur omnino erudita B. NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII *Abhandlung von Sonnen-Lehn* GVNDLINGIANOR. *P. XII. p. 166.* IOANNIS GOTTLIEB de HACKEMANN proposuit Diss. *σιδηροξυλον de Feudo Solari, Halæ 1740. 4.* Rectius de iis sentit Dn. GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN in *Gedancken von Sonnen-Lehen* libello *Giessæ 1749. 4.* edito. *De Feudis antiquis Iure nouorum, & nouis Iure antiquorum præditis* Diss. extat Dn. GEORGII THEOPHILI BOERNERI, *Lipsiæ 1754. 4.* De *Feudo Gastaldiæ* Germanorum *Ambachts-Leben*, eruditus libellus academicus IOANN. GOTTLIEB GONNE, *Halæ 1736. 4.* De *Feudo Iurisdictionis* extat Diss. CHRIST. GOTTL. BVDERI, *Ienæ 1743. 4.* & Opusculis p. 533. inserta. De *Feudo Scultetico Ienæ 1709. 4.* disseruit CHRISTIANVS WILDVOGEL. De *Feudo Keminatæ (Kemnad* lapideo ædificio) elegans & erudita est Diss. quam Præside

ſide IOAN. SALOMONE BRVNNQVELLIO propoſuit IOANNES PHILIPPVS TREVNER, *Ienæ 1734. 4.* De *Iure Caſtrenſi* Præſide ADRIANO BEIERO diſputauit* GODOFR. APPOLD *Ienæ 1694. 4.* & egregia Præſide WALDSCHMIDIO protulit de *Feudis Caſtrenſibus* in ſupplementum quaſi GOTTH. FRID. APPOLD *Marp. 1722. 4.* De Feudo *Ædificii* plena bonæ frugis Diſſ. IO HENR. KLOTZ *Gieſſæ 1743. 4.* De *Vrbano Beneficio vom Burger Lehn* Diſſ. GOTTL. STVRMII *Ienæ 1726. 4.* De *Feudis oblatis* extat b. GEORGII ADAMI STRVVII in hac Academia habita diſſertatio, Reſpondente *Theophilo Friderico Borries, Ienæ 1678. 4.* & CHRISTIANI THOMASII de eadem materia Diſſertatio, *Lipſiæ 1687. 4.* & in *Selectis Feudalibus Tom. II. p. 166.* Præſtat vero IOAN. NICOLAI HERTII de *Feudis oblatis* liber, qui primum *Gieſſæ 1680. 12.* prodiit, poſtea Tomo ſecundo N. X. Commentationum acceſſit, auctus emendatusque in ſecunda Editione Opuſculor. *Hombergiana*, ſingillatim quoque typis excuſus *Halæ 1739. 8.* qui hiſtoriam, conſtitutionem & naturam feudorum oblatorum declarat, chartas quasdam ad hoc argumentum facientes adnectit, atque multa, quæ ad antiquitates non ſolum, ſed etiam ſtatum hodiernum & feuda Imperii faciunt, proponit. In eodem Tomo ſecundo extat eiusdem Diſſertatio *de Feudo Nobili*, coniungenda *Adami Antonii Meyer* Diſſertatio *de vera Indole Feudi & Officii Nobilis*, Præſide CASPARE ACHATIO BECKIO habita *Ienæ 1722. 4.* extat porro IOANNIS STRAVCHII Diſſ. de *Feudo nobili*, *Ienæ 1657. 4.* Egregia eſt *Hertiana* Diſſertatio de *Feudis ex illis, quæ data & oblata dicuntur mixtis & de pecunia vaſallitica, vulgo Statumgeld*, *Gieſſæ 1710. 4.* Non omittenda, licet non ſit magni momenti IOAN. HENRICI FELZII Diſſ. *de Feudis oblatis*, *Argentorati 1688. 4.* De *Oblatione Feudi in Sub-Feudum absque conſenſu Domini inualida*, Diſſ. DANIELIS NETTELBLADT, *Halæ 1755. 4.* De *eo quod refert feudum eſſe datum vel oblatum* accuratam Commentationem Academicam

 dedit

dedit CHRISTIANVS HANACCIVS *Vitemb. 1721. 4.* De *Euictione Feudi Oblati*, doctissima Diatriba extat V. C. IOA. GOTTLIEB GONNE, *Erlangæ 1751. 4.* De *Feudis Sceptri* Dissertatio CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI primum edita *Ienæ 1727. 4.* recusa quibusdam additis *ibid. 1737. & 1744. 4.* atque in *Opusculis*, secuta elegans & pereruditа ill. GOTTLIEB SAMVEL TREVERI de *Inuestitura per Sceptrum Feudis ecclesiasticis & secularibus communi*, *Gottingæ 1741. 4.* De *Feudis Vexilli* pererudita legenda est Diatriba NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII *Halæ 1715. 4.* & *Ienæ 1740. 4.* quumque B. MICHAEL HENR. GRIBNERVS Programmate quo *Obseruationes binas de Feudis Vexillorum* exhibuit, quædam dubia proposuisset, elaborauit GVNDLINGIVS *Erläuterung der Gräflichen Fahn-Lehen* in GVNDLINGIANORVM *Parte XXVI. p. 62.* De *Iure Vicariorum Imperii in Feudis Imperio apertis disponendi* elegans Programma V. C. HENRICI GOTTLIEB FRANCKE, *Lipsiæ 1748. 4.* Pertinet huc Viri celeberrimi IOA. HEVMANNI Dissert. pererudita *de S. R. Imperii Comites inuestiendi ratione*, *Altorfii 1743. 4.* & GEORGII FRANCISCI HEILAND de *Inuestitura circa Feuda regalia Comitum & Baronum & quatenus ea S. R. Imperii Vicariis competat*, *Erfordiæ 1748. 4.* De *Feudis Ecclesiasticis* extant Dissertationes ERASMI VNRVH *Vitembergæ 1619. 4.* & IGNATII IOSEPHI BARTMANNI *Argentorati 1711.* sed non comparandæ cum elegantissima de *feudis Ecclesiasticis*, *vom Krumstäbischen Lehn* Dissertatione IVSTI HENNINGII BOEHMERI *Halæ 1717. 4.* Iuris Ecclesiastici Tomo II. post ex parte inserta. De *Feudis Parochialibus* extat Diss. IOA. SIGISMVNDI SCHREIBERI *Altorfii 1741. 4.* De *Altaragio eiusque Infeudatione* legenda eleganter & eruditissime scripta Commentatio elegantissimi ICti Vitembergensis ERNESTI MARTINI CHLADENII, *Vitembergæ 4.* De *Feudo Campanario vulgo Glocken-Lehn* eruditum extat Programma Dn. GEORGII LVDOVICI BOEHMERI

MERI

MERI 1753. 4. De *feudis in Curte & extra Curtem vom Leben in- und ausser dem Lehn-Hoff* Dissert. AVGVSTI CHRISTIANI RHEFELDTI *Argentorati 1697.* & *1744. 4.* nec non IOAN. GVILIELMVS GOEBEL de *Feudis extra curtem*, *Helmstadii 1725. 4.* sub quibus Feuda extra Territorium intelligit, de quo argumento egregiæ extant Dissertationes illustrium duorum Iureconsultorum MICHAELIS HENRICI GRIBNERI ac BVRCARDI GOTTHELF STRVVII de *Dominio directo in alieno Territorio*, quas iunctim edidit doctissimus HENRICVS GOTTLIEB FRANCKE, *Lipsiæ 1743. 4.* cum erudita Præfatione, addita recensione Scriptorum de S. R. I. Territoriis. Prior harum Dissertationum edita *Vitebergæ 1717. 4.* altera *Ienæ 1724. 4.* Respondente & magnam partem auctore B. GOTTLIEB FRIDERICO HOEFFLICHIO. De *Iudice Feudorum extra Curtem* egregia extat Exercitatio ill. GEORGII LVDOVICI BOEHMERI, *Gottingæ 1746. 4.* De *Feudis Germaniæ gentilitiis quibuscumque* erudita est Tractatio doctissimi Viri CAROLI FRIDERICI SCHOEPFII, *Suinfurti 1739. 4.* CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER Diatribam dedit *de Feudis officialium hæreditariorum Procerum & Prouinciarum Regni Germanici*, *Ienæ 1736. 4.* ex diplomatibus & literis clientelaribus erutam. Secutæ ill. IOA. IACOBI HOMBERGK *Abhandlung von den Hessischen Erb-Aemtern Franckfurt 1743. 4.* IOA. PHILIPPI KVCHENBECKER *Abhandlung von denen Erb-Hoff-Aemtern der Land-Graffschaft Hessen*, *Marburg 1744. 4.* & *Nachrichten von den Erb-Aemtern des Fürstenthums Burggrafthums Nürnberg* auctore GODENDAMMIO, *Erlang 1745. 8.* Nec non B. IOA. DAVID KOEHLERI *Nachricht von den Erb-Land-Hoff-Aemtern des Hertzogthums Braunsweig und Lüneburg*, *Gœttingen 1746. 4.* in quibus Commentationibus insignis adparatus Literarum clientelarium editus, comparet. De *Feudo Pignoratitio* egit ARNOLDVS KRVPP, *Giessæ 1689. 4.* SAMVEL STRYKIVS de eodem *Vitebergæ 1692. 4.* & Vol. VI. Diss. n. 23. &

alia Differt. VLRICVS MARBACHIVS, Pater, *Argentorati 1710. 4.* De *Feudo pignoratitio, re fundamenti & validitatis egena, vom Pfand-Lehn, als einer ungegründeten und unnüzen Sache*, sententiam suam aperuit Diss Dn. IOAN. GOTTLIEB SIEGEL, *Lipsiæ 1742. 4.* De *Feudo Gratiæ* egit Diss. PETRVS SCHVLZIVS, *Francofurti 1684. 4.* & *Halæ 1736. 4.* De *Feudo Pœnæ*, raro argumento, Diss. legitur illustr. GODOFREDI DANIEL HOFFMANNI, *Tubingæ 1752. 4.* *De Feudo Manuali vulgo vom Handlehen* siue vt accipitur, Vasallagium sine re & possessione ingeniose egit B. FRANCISCVS CAROLVS CONRADI *Helmstadii 1750. 4.* *De Feudis ligiis & non ligiis* prodiit Diss. IOANN. IACOBI GERCKENROD, *Marburgi 1722 4.* de *Feudo ligio* disputauit quoque MAVRITIVS GVILIELMVS a GVELCHEN *Argentorati 1656. 4.* præstantior his & egregia illustrissimi LVDOVICI SIGFRIDI Comitis VICE DOMINI ab ECKSTEDT de *Feudis Ligiis Lipsiæ 1736. 4.* In libello *Hanoueræ 1708. 8.* edito, cuius inscriptio: *Considerationes feudales binæ*, vna agit *de obligatione ex Ligio resultante Feudo.* *De Feudis de Camera & Cauena* egit MATTHIAS ROESCH *Argentorati 1701. 4.* *De feudo ex pacto & prouidentia & feudo hereditario* CAROLVS a KIRCHBERG, *Augustæ 1616. 4.* Add. GEORGII OBRECHTI Diss. de *vulgata Feudi distinctione in hæreditarium & ex pacto & prouidentia*, *Argentorati 1588. 4.* CONRADI GVIL STRECKER de *Differentia Feudorum hæreditariorum & ex pacto & prouidentia talium*, *Erfurti 1730. 4.* adde GODOFREDI LVDOVICI MENCKENII Progr. *de dissensionibus & logomachiis Doctorum circa diuisionem inter Feudum hæreditarium & ex pacto & prouidentia*, *Lipsiæ 1712. f.* *De Feudo mere hæreditario* Diss. IOA. BALTHASARIS ROTH, *Ienæ 1687. 4.* & HENRICI COCCEII de *Feudo hæreditario mixto*, *Francofurti 1701. 4.* & Vol. II. n. 28. & IOAN. PETRI GASSERI *de Feudo sub formula Erb-Guth*, *Halæ 1741. 4.* *De Feudis impropriis in genere & in specie*

IOA.

IOA. WVRMSERVS *Tubingæ 1657. 1675. 8. De Feudo censuali* Diss. extat GOTTFRIDI THOMÆ LVDEWIG, *Lipsiæ 1724. 4. De Feudi hæreditarii Censualis qualitate vere Feudali* illudque apud Germanos non transire in Collaterales præsertim in Saxonia· nisi Inuestitura simultanea fuerit renouata, sententias varias edidit suamque adiecit Dn. IOA. GEORGIVS LAMM, *Vinariæ 1750. 4. De Feudo conditionato* IOSEPH ANTONIVS SCHVILGE *Argentorati 1708. 4. De Feudo Franco* excitatur ANTONII CHRISTOPHORI HVBNERI Dissert. *Altorfii 1678. 4.* & HERMANNI RICHARDI POLLMANN de *Feudo Franco, Giessæ 1699. 4. De Feudo Clypeari vom Adlichen Schild-Lehn* Dissertatio HENRICI HILDEBRANDI *Altorfi 1719. 4.* De Formula Inuestituræ: *cum omni honore* erudite commentatus Diss. B. FRANCISCVS CAROLVS CONRADI, *Helmstadii 1746. 4.* De Feudo Venationis Diss. IOSEPHI GABRIEL VLRICH, *Altorfii 1747. 4. De eo quod iustum est circa Rusticos in materia feudali* disseruit HENRICVS COCCEIVS *Francof. 1698. 4. De Feudis Rusticorum in Saxonia, von Sächsischen-Lehns-Krügen und Schultzen-Lehn* Diss. GOTTLIEB STVRMII *Vitemb. 1730. 4. De Feudo pecuniario* habemus NICOLAI CHRISTOPHORI LYNKERI Diss. *Ienæ 1680.* Est alia ANDREAE MYLII de *Feudo in Pecunia consistente, Lipsiæ 1693. 4.* egit quoque IACOBVS AVGVSTVS FRANCKENSTEIN de *Feudo in pecunia constituto,, Lipsiæ 1730. 4.* ad hoc argumentum porro pertinet AVGVSTI HENRICI FOERSTERI libellus *von Lehn-Stæmmen und deren Rechten, Altenburg 1726. 8. De Pecunia Feudali, vulgo Lehn-Stamm in specie Pomeranica* docte egit Dn. AVGVSTINVS BALTHASAR *Gryphiswaldiæ 1738. 4. De pecunia ex Feudo in Feudum redacta* disseruit IOANN. HENRICVS MEIER *Francofurti 1691. 4. De feudi communis* diuisione Progr. Dn. GEORGII LVDOVICI BOEHMERI, *Gottingæ 1748. 4.* & de *Diuisione Feudi Successionem simultanee inuestitorum, non restringente,* Diss. IOA. GOTTLIEB

SIEGEL. *Lipsiae 1748. 4.* *De feudo informi, inprimis praescriptione quaesito* accurate Dissertatione egit GEORGIVS HENRICVS BRÜCKNERVS *Erfurti 1690. 4.* *Iura Praediorum & feudorum Nobilium inprimis Saxonicorum*, eleganti Dissertatione exposuit Praeside AVGVSTINO LEYSERO, *Ioan. Adamus Laurentius, Helmstadii 1718. 4.* *De Iuribus Ciuium Misniae & Thuringiae acquirendi Feuda equestria* praeclara Diss. GOTTFRIDI LVDOVICI MENCKENII, *Witebergae 1724. 4.* *De genuina significatione Vasalli eiusque iure exinde fluenti* Commentatio plena bonae frugis extat Dn. RVDOLPHI FRIDERICI TELGMANNI *Brunsuigae 1728. 4.*

§. XVI. De *praesumtione Feudi Masculini* Diss. legitur GOTTFRIDI LVDOVICI MENCKENII *Vitebergae 1723. 4.* *Inuestituram Ernesti & Alberti Electoris & Ducum Saxoniae de Iure succedendi in Ducatus Iuliae & Montium Feuda masculina* Diss. exposuit Dn. IOA. GODOFREDVS BAVER *Lipsiae 1739. 4.* De *Incorporatione Allodii in Feudum Regale* ill. CAROLVS OTTO RECHENBERGIVS Diss. exposuit *Lipsiae 1728. 4.* Eleganti Diss. a. B. IOAN. PAVLLO KRESSIO assertiones propositae de *Iurisdictione omnimoda, formula: Richt und Ungericht in Feudum concessa, Helmstadii 1730. 4.* De *vestiturarum Pactionibus* Tractatum dedit ANDREAS KNICHEN *Hanouiae 1607. 4.* & inter Opera Viri *Hanouiae 1613. f.* impressa, addita Tertia Parte auctiorem. De *Feudi concessione* PETRVS GREGORIVS cum additionibus *Garsiae Mastrilli, Moguntiae 1600. 8.* De *Particulari territorio subinfeudato* GEORGIVS HENRICVS BRVCKNERVS, *Erfurti 1686. 4.* De *Iuribus & Actionibus Feudi titulo concessis* Diss. CHRISTIANI LVDOVICI STIGLITZ *Lipsiae 1747. 4.* De *Iure Expectatiuae* Dissertatio GODOFREDI STRAVS, *Wittebergae 1675.* & recusa *1706. 4.* ROMANVS TELLERVS, de *feudo pluribus promisso* egit *Lipsiae 1675. 4.* De *Consensu Feudali* Diss. extat CASPARIS ACHA-

TII

TII BECKII, *Ienæ 1718. 4.* FRANCISCVS de AMICIS *de his* exposuit, *qui feuda dare possunt, Venetiis 1600. f.* De *Feudificatione in fraudem Creditorum* facta PETRI MÜLLERI Diss. edita *Ienæ 1712. 4.* De *Pro-Domino feudi directo* IOAN. SAMVEL STRYKIVS, *Halæ 1711. 4.* De *Inuestitura Prælati feudalis circa Bona Ecclesiastica* Dissertatio CHRISTOPHORI WERTHERI MÜHLPFORT *Ienæ 1690. 4.* De *irrita Re-Infeudatione perpetua Bonorum feudalium Ducatus Magdeburgensis maioris quam 600. Thalerorum* breuis extat Disquisitio GEORGII HENRICI BRÜCKNERI, *Erfurti 4.* PETRVS VRSINVS de *feudorum successione*, *Neapoli 1639. f.* De *Praerogatiua Linearum in Successione ex 2. F. 50.* disseruit IEREMIAS EBERHARDVS LINCKIVS, *Vitemb. 1709. 4.* De *Successione feudali & allodali* Diss. egit LVDOVICVS FRANCISCVS van LANGEN *Trai. ad Rhen 1700. 4.* De *Successione in Feuda Imperii* an secundum proximitatem gradus an in stirpes fieri debeat disputatum inter *Dhaunios*, Comites Rheni Grumbachios & Rheingrauensteinios, multis libellis, pertinet ad hoc argumentum: *Gründliche Ausführung des Erb- und Leben Folg Rechts in die Helfte derer erledigten Rhein Græflich-Dhaunischen Lande 1751. f.* auctore Dn. CREMERO Consiliario Dhaunensi. Spectat huc etiam doctissimi Viri GEORGII ERNESTI LVDOVICI PREVSCHEN *Ausfuhrung der Lehns-Folge der Seiten-Verwandten in theilbaren Lehnen nach den Stæmmen und nicht nach dem næhern Grad, Franckfurt 1751. f.* CORNELIVS NEOSTADIVS de *Successione feudi scripti & Hollandici*, *Amstelodami 1603. 4.* De *Iuribus Fœminarum præcipuis in Feudis* egregia Diss. IOANNIS CAROLI NAEVII, *Witebergæ 1711. 4.* De *Feudis transmissione foemininis* non ignobilis Diss. est B. CASPARIS ACHATII BECKII *Ienæ 1720. 4.* De *Feudo fœmineo proprio* habita Diss. Præside IOA. GOTTLIEB SIGELIO, *Lipsiæ 1745. 4.* De *Successione Fœminarum in Feudis* vulgaria leguntur in Diss. FRANCISCI ANTONII THEODORI

PAPE, *Marburgi 1732. 4.* Extant præter eam IOA. CHRISTOFHORI HIEN Diss. inauguralis de *Feudo fœmineo Weiber-oder Kunckel Lehn, Argentorati 1685. 4.* MATTHAEI WENDT Diss. *de iuribus Fœminarum singularibus in Feudis* P. II. p. I. *Argentorati 1670. 4.* FRANCISCI IOSEPHI de KLINGLIN Diss. *de Successione Fœminarum in Feudo Franco, Argentorati 1707. 4.* IOAN. SEBASTIANI SALOMON Diss. de *Successione Fœminarum in Feudo emptitio, Argentorati 1709. 4.* De *Nepotibus ex filia ortis in successione Feudi pro masculis & foeminis concessi, materteras & patrui magni filios excludentibus*, Diss. habita Præside CONRADO WILHELMO STRECKER, *Erfordiæ 1738. 4.* Casum Practicum in argumento *Successionis feudalis in feudo foeminino*, Præside GABRIELE SCHWEDERO, proposuit *Iacobus Henricus Tafel, Tubingæ 1721. 4.* De *Successione legitimatorum in Feudis Diss.* legenda IOA. FRIDEMANNI SCHNEIDERI, *Halæ 1706. 4.* & AYRERI Programma *de exclusione Legitimatorum a successione Feudali, Gottingæ 1755. 4.* qua eam ad omnes legitimatos pertinere dicitur. De *Successione legitimatorum in Feudis per Nuptias exsule in Feudis* doctissima Dissertatio Dn. IOANNIS GODOFREDI BAVERI, *Lipsiæ 4. De eo quod iustum est circa Successionem in Feudo post Autochirian Vasalli* Specimen ill. IOA. IACOBO MASCOVIO dicatum, edidit IOA. GOTTLOB REINHARDTVS, *Lipsiæ 1745. 4.* De *Probatione Descendentiæ a primo Acquirente Feudi* Diss. WOLFFGANGI ADAMI SCHOEPFII, *Tubingæ 1745. 4.* De *Testamento feudali* VLRICVS MARBACHIVS, *Argentorati 1709. 4. Vtrum Feudo legato eius æstimatio debeatur* disquisiuit CHRISTOPHORVS LVDOVICVS CRELLIVS, *Vitembergæ 1743. 4.* Ad Constitutionem Iuris feudalis *qua Vasallus probibetur de Bonis Feudalibus in Testamento disponere*, quædam obseruauit Specimine inaugurali CHRISTIANVS HARTMANN *Argent. 1672. 4.* Ad Successionem specialem *Hobenbergici* Feudi controuersam, spectat *Deductio*

Regi-

Regimini Auſtriaco *Oeniponti* exhibita, cui Titulus: *Schiedliche Gegen-Nothdurfft im Namen Herrn Carl Ioſeph von Neuhauſen zu Hoven, in puncto ſucceſſionis feudalis des von den communi ſtipite Wernero II. Tucher genannt, beſeſſenen, und von ſeinen Söhnen Wernero V. und Reinhardo I. zu gleicher Helffte Lehnweiſe innen gehabten Stamm- und Nahmen-Güther, Neuhauſen, 1702. f.* HENRICVS BOCERVS, de *Inueſtitura feudorum, Tubingæ 1608. 8.* de eadem ANTONIVS CAPVTIVS, *Neapoli 1537. f.* De *eo, quod iuſtum eſt circa Inueſtituram ſolennem* Diſſ. habemus Præſide GODOFRIDO LVDOVICO MENCKENIO a CHRISTIANO HANACCIO, *Vitembergæ 1720. 4.* propoſitam De *Inueſtitura Feudorum Imperii* coram *Throno* & in *Camera*, tres habemus doctrinæ exquiſitæ libellos nempe ill. GODOFREDI DANIEL HOFFMANNI Exerc. *de Feudis Throni, von Thron-Lehen* ad Art. II. §. 7. Capit. Nouiſſ. *Tubingæ 1755. 4.* Et ad eundem Articulum IOANNIS CHRISTI. WILHELMI STECKII Comment. de *Feudis coram Solio Cæſaris ſolenniter accipiendis, Göttingæ 1755.* & celeberrimi Viri IOA. GOTTLOB BOEHMII Comment. qua *antiquiora Inueſtituræ Feudorum Imperii in Camera exempla* pereruditè illuſtrata exhibuit, *Lipſiæ 1755. 4.* De *ſymbolica inueſtiendi ratione per Pileum*, exquiſita eſt Diſſ. B. ADAMI HENR. LACKMANNI *Kiliæ 1744. 4.* De Natura & *Inueſtitura per Biretum* ad *Feuda atque Allodia* doctiſſima Diſſertat. ill. MARTINI LVDOV. KAHLE *Göttingæ 1749. 4.* De *curſu Equeſtri Feudali* in inaugurationibus Progr. CHRIST. GOTTL. BVDERI *Ienæ 1750.* De *eo*, *quod iuſtum eſt circa renouationem Inueſtituræ in caſu quo Dominus Feudi pluribus relictis Succeſſoribus deceſſit* commendabilis Diſſ. Dn. HIERONYMI FRIDERICI SCHORCH, *Erfordiæ 1722. 4.* Selectas Controuerſias de *Inueſtitura feudi* collegit PETRVS MASCOVIVS. *Gryphiswaldiæ 1700. 4.* *De Iure in Feudum ante Inueſtituram Præſcriptione quæſito* egit in Proluſione Dn. FRIDERICVS PLATNERVS, *Lipſiæ 1752. 4.*

ſub Præſidio IOA. HENRICI MEIERI, *Erford* 1711. 4. Problema Iuris Feudalis: *Num debita Feudalia a Vaſallo ſoluta Heres Allodii a Succeſſore in Feudo repetere queat* Generoſiſſimus BENED. BREMER inueſtigauit *Gottingæ* 1741. 4. GOTTFRIDI LVDOVICI MENCKENII Diſſ. de *reſiduo pretii ex Feudo ob debita feudalia ſub haſta vendito*, *Wittebergæ* 1728. 4. *De Dotatione virginum Nobilium in Pomerania* Diſſ. extat GEORGII ENGELBRECHT, *Helmſtadii* 1680. 4. *De Vidua Nobili Marchica* diſſeruit SAMVEL STRYKIVS *Francofurti ad V.* 1679. 4. *De Iuribus quibusdam Viduarum Mulierum equeſtrium ratione amittendi Vitalitii Dotalitii* egregia eſt Diſſ. ill. IOA. GEORGII ESTORIS, *Marburgi* 1748. *De Superuita, Eingeſchneidel viduis præſtanda* CHRISTIANVS WILDVOGELIVS, *Ienæ* 1713. 4. *De Prærogatiua portionis ſtatutariæ præ legitima eiusque computatione ex bonis feudalibus nouiter acquiſitis* Diſſ. Præſide IOANNE CHRISTIANO SCHROETERO, propoſita a Dn. LEBRECHT WILHELMO HENRICO HEYDENREICH, *Ienæ* 1725. 4 *De Iure Dotalitii* Tractatum compoſuit NICOLAVS HENELIVS ab HENNENFELD editum *Francof* 1660. 4. *De Dotalitio* erudita eſt IOA. GEORGII SCHERZII Diſſ. *Ienæ* 1739. 4. recuſa. HENRICI NETTELBLADT Libellus ſingularis de *Dotalitio* e Legibus & moribus Germanorum ſpeciatim Megapolenſium, *Roſtochii* 1746. 4. An *Dotalitium ceſſet propter ſecundas Nuptias*, erudite disquiſiuit ill. IOA. GEORGIVS ESTOR, *Ienæ* 1736. 4. *De Dotalitio ob abuſum non tollendo*, Diſſ. FRIDERICI VLRICI PESTEL, *Rintelii* 1741. 4. *De Vidua Vaſalli ab vſufructuaria cautione intuitu Dotalitii immuni* egregia Diſſ. Dn. GEORGII FRIDERICI DEINLINI, *Altorfii* 1735. 4. *De Impedimentis Dotis a Vidua Dotalitii gratia inferendæ* Diſſ. AVGVSTI FLORENTIS RIVINI *Lipſiæ* 1728. 4. *Selecta Iuris Dotalitii capita* Præſide CHRISTOPHORO HENRICO de BERGER propoſita *Wittebergæ* 1723. 4. SAMVEL. STRYKII Diſſ. *de Obligatione Feudi conſenſu*

sensu munita, von consentirten Lehn Schulden 1678. 4. habita, quæ Volumine III. Diss. Num. XX. extat & a. 1714. fuit recusa. *De Excussione Allodii ante feudum* elegans est Diss. HENRICI HILDEBRANDI, *Altdorfii 1712.* 4. Præclara est Diss. B. CHRIST. GOTTFR. HOFFMANNI de *Iure separandi Feudum ab Allodio, Francofurti 1727.* 4. *De Allodio eiusque Separatione a Feudo* itidem disputauit GODOFREDVS LVDOVICVS MENCKENIVS, *Vitemb. 1743.* Porro AVGVSTVS GOTTLOB PETERMANN Meditationes aperuit Diss. de *separatione Feudi & Allodii petenda & perficienda, Lipsiæ 1733.* 4. *Modum computandi fructus in separatione Feudi ab Allodio* Diss. ostendit DIETERICVS CHRISTOPHORVS IHRINGK *Marburgi 1746.* 4. *De Obligatione Successoris Feudalis ex facto Antecessoris, Regiomonti 1704.* 4. *De Beneficio Taxæ agnatis aliisque Feudi successoribus in Ducatu Pomeraniæ atque Principatu Rugiæ* competente egregie scripsit AVGVSTINVS BALTHASAR, *Gryphiswaldiæ 1738.* 4. *De Hypotheca feudali expressa* Dissertatio IVSTI HENNINGII BOEHMERI, *Halæ 1718.* 4. & alia GEORGII ADOLPHI SCHVBERTHI *de Consensu Agnatorum & simultanee inuestitorum temporario, in Hypothecam Feudi, Lipsiæ 1718.* 4. *De Hypotheca* vero *feudali absque consensu Agnatorum & simultanee inuestitorum subsistente* Exercitationem dedit IOANNES GODOFREDVS BAVER, *Lipsiæ 1721.* 4. Problema: *An Hypotheca tacita in Feudo debito feudali* contrahatur Diss. illustrauit Dn. IOANN. GOTTLIEB SIEGEL, *Lipsiæ 1736.* 4. *De Consensu Hypothecæ tam Magistratui quam Feudi Domino nociuo ac non nociuo* Diss. agit HENRICI HILDEBRANDI *Altorfii 1729.* 4. In Feudis quoque Illustrium de Debitis Antecessoris & Obligatione Successoris disceptatur, quas controuersias illustrant B. GEORGII BEYERI Dissertatio *de Obligatione Successoris Illustris, Wittebergæ 1714.* 4. proposita, & elegantissima Dissertatio IOA. PETRI LVDEWIG *de Obligatione Successoris in Principatus & Clien-*

Clientelas, *Halæ* 1714. 4. quibus omnino addi meretur GOTTHARTI NVNNROOD *Disceptatio forensis: An Successor in Primogenio teneatur de exsoluendis Antecessorum debitis*, *Francofurti & Wezlariæ* 1710. 4. Qua pro vtraque sententia argumenta adducuntur. Problema Iuris Feudalis: *Num Debita feudalia, a Vasallo soluta, Hæres allodii a successore in Feudo repetere possit?* Diss. excussit Dn. BENEDICTVS BREMER, Eques Bremensis, *Gottingæ* 1741. 4. *De Iure Creditorum Allodialium intuitu Feudi & Concursus Feudalis*, Diss. ill. IOA. AVG. HELLFELD, *Ienæ* 1755. 4. *De Vasallorum grauaminibus* IOANNES MARIA NOVARIVS Tribus Tomis *Geneuæ* 1686. f.

§. XIX. *De Feudorum Regalium iudice in imperio* Diss. PHILIPPI ADAMI VLRICI, edita *Herbipoli* 1739. 4. RVDOLPHI CHRISTOPHORI HENNE Præside TOBIA IACOBO REINHARTH de *iure cognoscendi in Feudis Regalibus Imperatori soli reseruato*, *Erfurti* 1734. 4. & IOAN. BASILII KÜCHELBECKERI Diss. de *Iure & modo cognoscendi de Feudis Imperii antiquo atque hodierno*, *Vltraiecti* 1729. 4. recusa *Halæ* 1731. 4. *De genuino Fundamento Iurisdictionis Feudalis eiusque limitibus* solide exponit Diss. ausp. ill. IOA. AVGVSTVS HELLFELD *Ienæ* 1753. 4. *De Caussis* vero *Feudalibus in Iudicio disceptandis* eleganter egit B. IOA. FRIDERICVS KAYSER *Giessæ* 1751. 4. *De iurisdictionis allodialis & feudalis conflictu, ac vtriusque ratione Feudorum competentia* Diss. sub Præsidio TOBIAE IACOBI REINHARTH, *Erfordiæ* 1730. 4. *De Potestate* autem *arbitri in litibus Feudalibus* sumendi Vasallis concedenda, CHRISTIAN. LVDEWIG SIGLIZ, *Lipsiæ* 1753. 4. *De Iurisdictione feudali* illustres Controuersias tractauit WENCESLAVS XAVERIVS NEVMANN de PVCHOLTZ, ICtus Pragensis, Dissertationibus, plurimis diplomatibus instructis, *de Iurisdictione feudali & Superioritate Territoriali, in Subfeudis Imperii, tam datis quam oblatis*, quæ editæ *Pragæ* 1716. 4. cui doctissime respondit illustrissimus nunc S. R. I. Co-

mes Dominus HENRICVS de BÜNAV, qui sub literis *B. D. H. E. M.* latere voluit *Examine Dissertationum Pucholzii, Lipsiæ 1718. 4.* edito, huc etiam pertinet LÜDERI MENCKENII Diss. *de Iudice competente Vasallorum simultaneeque inuestitorum* Respondente *Nicolao Henrico de Tilemann, Lipsiæ 1718. 4.* proposita. *De personis principalibus Iudicium Feudale constituentibus* Diss. extat PETRI MÜLLERI, *Ienæ 1688. 4. De Iurisdictione Curiarum Feudalium clientelarium Germanicarum & de Caussis feudalibus ibi tractandis* ad loca quæ Capitulationem illustrant agit elegans Diss. IOA. GEORGII ESTOR, *Marburgi 1746. 4. De Paribus Curiæ* Præside ill. IOANNE IACOBO MASCOVIO eruditissimam Diss. proposuit Dn. AVGVSTVS FERDINANDVS L. B. de ZECH, *Lipsiæ 1740. 4. De Vsu hodierno Parium Curiæ in Feudis Germaniæ prouincialibus* doctissime commentatus ill. GOTTLOB AVG. IENICHEN *Francofurti 1751. 4. De Vsu moderno Iudicii Parium Curiæ Würtenbergici* Præside ill. GODOFR. DAN. HOFFMANNO, exasciatam Diss. proposuit E. A. H. L. B. de SECKENDORFF, *Tubingæ 1753. 4. De Commissario Imperiali in Caussis Feudalibus* quædam conducta legas in CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI Diss. *Ienæ 1743. 4.* edita & *Opusculis* inserta. *De Iurisdictionis allodialis & feudalis conflictu* Diss. habita sub Præsidio TOBIAE IACOBI REINHARTH *Erfordiæ 1730. 4. De prædiatoria Iurisdictione Nobilium der ritterschafftlichen Güther* Diss. egit IOA. PETRVS de LVDEWIG *Halæ 1742. 4. De Primo foro Sub-feudorum Imperii im Reichs-Affter-Lehn* Parium curiæ exemplo in Hassiæ Comitatu Rittbergensi, Dissertatio IOA. PETRI LVDEWIG, *Halæ 1715. 4.* & aliæ plures, quas in Bibliotheca Iuris Publici vbi de *Landsassiatu* agitur, enumerabimus. *De Vasallo contra Dominum auctoritate propria sibi Ius dicente* exposuit SIGISMVNDVS GOTTLIEB HILLIGER, *Lipsiæ 1717. 4. De Recursu inordinato ad Curias Feudales in caussis non feudalibus* Diss. legenda HENRICI HILDEBRANDI, *Altor-*

Altorfii 1722. 4. *De Citatione Vasalli & simultanee inuestiti Saxonici eiusque insinuatione* vtilis & pragmatica Diss. extat ERNESTI HENRICI MYLII, *Lipsiae* 1739. *De Testimonio Vasalli in Causa Domini* egit IACOBVS FRIDERICVS LVDOVICI, *Halae* 1719. 4. *De Executione in Bona Feudalia* Diss. IOAN. PHILIPPI SLEVOGTII, *Ienae* 1692. 4.

§. XX. IOANNIS HENRICI BERGERI *quaestio, vtrum & quousque surdi ac muti feudorum sint capaces*, *Lipsiae* 1707. 4. exposita. *De praematura apprehensione Feudi morte possessoris nondum probata* Diss. HENRICI BROKES, *Vitembergae* 1733. 4. *De Iure inuestiendi Status Imperii Romano-Germanici von Reichs-Belehnungen* breuis Dissert. PETRI MÜLLERI, *Ienae* 1685. 4. *De Iure Expectatiuae* Dissert. GODOFREDI STRAVSSII edita *Wittebergae* 1675. 4. & ANTONII BESSEL de *Expectatiua Feudi*, *Vitembergae* 1672. & 1743. *De limitata Imperatoris potestate in concedendis Expectatiuis in Feuda Imperii Maiora*, IAC. GODOFREDI FEIGLERI extat Diss. *Argent.* 1753. & *de Exspectatiuis & inuestitura euentuali* egregia prostat Tractatio HENRICI ANDREAE KOCH cum Epistola praefante B. IOAN. PAVLLI KRESSII, *Helmstadii* 1735. 4. *De iniquitate Expectantiarnm* ingeniosa & vtilis Diss. ill. AVGVSTINI LEYSERI, *Helmstadii* 1726. 4. *De necessitate Consensus Vasalli in Expectantiam Feudi a Domino concedendam* disseruit SIGISMVNDVS GOTTLIEB HILLIGER, *Lipsiae* 1717. 4. *De Expectatiuis in feuda Imperii* Dissertatio pererudita illustris Dn. IOA. IACOBI MASCOV *Lipsiae* 1719. 4. *De Successione Expectatiuariorum in Feudum apertum* Diss. DANIELIS NETTELBLADT agit *Halae* 1752. 4. V. C. Dn. IOANNES IACOBVS HELFFRICH Dissertatione exhibuit *Casus potiores extinctae Expectatiuae cumprimis in Feuda Imperii R. G. immediata maiora concessae*, *Tubingae* 1741. 4. *De Refutatione feudorum Imperii* Dissertationem habemus IMMANVELIS WEBERI,

Giessæ 1721. 4. & aliam de *Alienatione Immediati feudi Imperii*, MATTHIAE STEIN, *Rostochii 1709. 4.* Singulare argumentum de *Domino Vasalli Vasallo* tractauit IACOBVS FRIDERICVS LVDOVICI *Giessæ 1722. 4.* *De ædificio Prædii nobilis*, vom Ritter-Sitz, Diss. PETRI MÜLLERI, *Ienæ 1687. 4.* *De Successione anomala in Feudis præsertim Imperii* Diss. GEBHARDI CHRISTIANI BASTINELLERI *Vitembergæ 1725. 4.* *De Tutela feudali eiusque differentiis ab allodiali* Dissertat. *Dn.* HIERONYMI FRIDERICI SCHORCHII *Erfordiæ 1745. & Ienæ 1752.* IACOBVS CAROLVS SPENER occasione motarum publice ob Tutelam Principis F. Comitis Mansfeldensis, controuersiarum, singularem eandemque eruditam adornauit tractationem de *datiua Tutela Subuasallorum Sacri Romani Imperii*, *Halæ Magdeburgicæ 1720. 4.* *De Iure custodiendi reditus vacantis Beneficii* Diss. B. IVSTI HENNINGII BOEHMERI ex parte ad Ius Clientelare ex parte ad Ius Canonicum pertinet, *Halæ Magdeb. 1742. 4.* *De Vasallagio Subiectionem non inferente*, extat Dissertatio HENRICI HILDEBRANDI, *Altorfi 1721. 4.* Ad Vasallos Italos facit elegans *Dissertatio de Vasallo non Statu Imperii* sub præsidio IOA. CHRIST. SCHROETERI habita, *Ienæ 1704. 4.* Nec omittendæ in hoc censu Opusculorum selectorum perillustris Dn. IOANNIS VLRICI de CRAMER *kurtze doch gründliche Abhandlung von Verleihung der Güther zu rechten Erb-Leben*, addito Responso Facultatis Iuridicæ Marpurgensis *1740. 4.* & perillustris HENRICI CHRISTIANI de SENCKENBERG *kurtzgefaßte Einleitung zu der Lehre von denen Erb- und Erb-Mann-Leben* adiectis chartis argumentum hoc illustrantibus & Responso Facultatis Iuridicæ Giessensis, *Giessæ 1740. 4.*

Thesaurus Iuris Feudalis Ienichii.

§. XXI. Eximie de Republica ICtorum meritus literatissimus Iurisconsultus ill. GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN, qui multa cura conquisiuit & digessit *Thesaurum Iuris Feudalis*, continentem optima atque selectissima *Opuscula*, quibus *Ius Feudale* explicatur,

catur, illustratur atque emendatur, Præfationes præmisit & suis annotationibus & Opusculis auxit & locupletauit, cuius vtilissimæ collectionis *Tomus Primus* editus *Francofurti ad Mœn. 1750. 4. mai. Secundus* ibid. 1751. & *Tertius* ibid. 1755. eadem forma prodierunt.

TOMO AVTEM PRIMO CONTINENTVR.

14. IOA.

14. IOA. GOTTFR. SCHAVMBVRGII Coniectura noua de Auctoris veteris de Beneficiis vetustate p. 347.

15. GEORGII CHRISTIANI GEBAVERI Oratio de Feudorum laudibus p. 359.

16. NIC. HIERONYMI GVNDLINGII Abhandlung vom Vrsprung der Lehen p. 368.

17. EIVSD. Erlæuterung über die Fundos militares und limitrophos der Roemer ingleichen über der Lehen Erblichkeit und die bekannte Constitution Conradi Salici p. 381.

18. IACOBI CAROLI SPENERI Prolusio Academica de primis Vestigiis Feudorum in Germanica Antiquitate peruestigandis p. 393.

19. EIVSD. Obseruatio de Originibus Feudalis Iuris ad Consuetudinem, minime vero ad Caroli M. instituta referendis p. 420.

20. GEORGII CHRISTIANI GEBAVERI Prolusio Academica de Feudorum Origine p. 473.

21. EIVSD. Diss. de Originibus Feudi, qua vocem, qua rem, non externis sed Germanicis, p. 486.

22. GEORGII LVDOVICI BOEHMERI Obseruatio de Beneficiis Romanorum, p. 545.

23. EIVSD. Prolusio de Feudis veterum Francorum Beneficiis enatis p. 553.

24. FRANCISCI CAROLI CONRADI Diss. de Nominibus Germanicis Feode & Lehen, p. 561.

25. IOA. HEVMANNI Explicatio Diplomatum quorundam antiquorum quæ Feudi vocis primam mentionem facere perhibentur p 569.

26. HAVBOLDI ERNESTI LICHTENHAHNII Epistola de vsu Iurisprudentiæ Feudalis in Causis publicis & illustribus, p. 597.

27. IOA. HENR. BOCRISII Diss. de Origine ac Fontibus Iuris Feudalis Germanici ex Diplomatibus adumbrati p. 609.

28. IO. GABR. WOLFFII Commentatio de Feudorum Imperii Origine atque indole sub primis Francorum Regibus, p. 631.

29. MICH. HENR. GRIEBNERI Diss. de Feudis Imperii masculinis non femininis p. 669.

30. IO. WOLFGANGI TEXTORIS Diss. de Feudis Imperii propriis, non oblatis, annumerandis p. 687.

31. IO. BASIL. KÜCHELBECKERI Diss. de Iure & modo cognoscendi de Feudis Imperii antiquo atque hodierno, p. 716.

32. PHILIPPI ADAMI VLRICI Diss. de Feudorum Regalium Iudice in Imperio, p. 746.

33. GIESE WEISBACH Diss. de Iure Vicariorum cognoscendi de Feudis Imperii, 847.

34. HENR. GOTTLOB FRANCKII Progr. de Iure Vicariorum Imperii cognoscendi de Feudis Imperii apertis, p. 869.

35. MICH. HENR. GRIEBNERI Diss. de Sub-Feudorum Imperii, quae olim immediata Feuda fuerunt Praerogatiua, p. 882.

36. PHIL. FERD. IO. a MVNDOLSHEIM Diss. de Feudo Aduocatiae, p. 903.

37. IOA. HENRIC. KLOTZ Diss. de Feudo Aedificii, p. 926.

38. LVDERI MENCKENII Diss. de Feudo ex pacto cum simultanee inuestitis alienabili. 965.

39. ERN. MART. CHLADENII Progr. de Altaragio eiusque infeudatione p. 990.

40. BENIAMIN AVG. FRID. QVEHL Epistola de Feudo alternatiuo p. 1034.

41. PHIL. HOFFMANNI Diss. de Differentiis Feudi noui & antiqui p. 1041.

42. ERN. IO. FRID. MANZEL de eo quod refert Feudum esse vel antiquum, vel nouum Iure antiqui concessum, p. 1047.

43. IOA. RVDOLPHI ENGAV Prolusio Academica de Feudis Bursaticis, p. 1069.

TOMO SECVNDO EXTANT:

1. MATTHIAE ROESCHII Diss. de Feudis de Camera & Caneua p. 3.

2. IOA. GVIL. WALDSCHMIDII Diss. de Feudis castrensibus p. 21.

3. GOTTFR. THOMAE LVDWIGII Diss. de Feudo censuali p. 44.

4. HENRICI HILDEBRANDI de Feudo clypeari, p. 59.

5. GEORGII LVDOVICI BOEHMERI Prolusio de Feudi communis diuisione p. 75.

6. IOSEPHI ANTONII SCHWILGE Diss. de Feudo conditionato p. 83.

7. GEORG. FRIDERICI DEINLINI Obseruationes de Feudo culinario, p. 89.

8. AVG. CHR. REHFELDTI de Feudis in curte & extra curtem p. 104.

9. IO. GVIL. de GOEBEL Diss. de Feudis extra curtem p. 129.

10. HENR. GOTTLIEB FRANCKII Obseruationes de comparatione Feudorum in curte & extra curtem cum Feudis in territorio & extra Territorium domini dirigentis, p. 167.

11. LVDOVICI GEORGII BOEHMERI Exercit. de iudice Feudorum extra curtem, p. 175.

12. MICH. HENR. GRIEBNERI Diss. de dominio directo in territorio alieno p. 194.

13. BVRCARDI GOTTHELF STRVVII Comment. de Dominio directo in Territorio alieno p. 214.

14. IOA. GEORGII ESTORS, Gedancken von den Rechten der theil-und untheilbaren Lehen, wie auch von der Verwandelung.

15. IVSTI HENNINGII BOEHMERI Diss. de Feudis ecclesiasticis p. 237.

16. IOA. CHR. PESLERI Diss. de Feudo fideicommissario p. 305.

17. CASPAR. ACHATII BECKII Diss. de Feudis transmissione fœmininis p. 327.

18. IOA. GOTTLIEB SIEGELII Diss. de Feudo fœmineo proprio p. 356.

19. ANTON. CPH. HÜBNERI Diss. de Feudo franco, p. 377.

20. HERM. RICHARDI POLLMANNI Diss. de Feudo franco p. 400.

21. ANTON. GVIL. PAGENSTECHERI Prolusio Acad. de Feudo franco non allodio p. 439.

22. FRANCISCI IOSEPHI de KLINGLIN Diss de Successione Fœminarum in Feudo franco, p. 450.

23. IOA. GOTTLIEB GONNE Commentatio de Feudis Gastaldiæ, p. 465.

24. EIVSD. Gedancken vom Ambacht Lehen p. 491.

25. CAR. FRID. SCHOEPFII Comment. de Feudis Germaniæ gentilitiis quibuscunque p. 498.

26. PETRI SCHVLTZII Diss. de Feudo Gratiæ p. 541.

27. HENRICI BALTHASARIS ROTHII Diss. de Feudo hæreditario, p. 569.

28. IOA. VLRICI de CRAMER Abhandlung von Verleihung der Güther zu rechtem Erb-Lehen p. 585.

29. MARTINI LAMBERTI Diss. de spuriis & genuinis Feudi hæreditarii notis p. 609.

30. HENR. CHRIST. L. B. de SENCKENBERG Einleitung zu der Lehre von denen Erb- und Erb-Mann Lehen p. 636.

31. SIMON PETRI GASSERI Diss. de Feudo sub formula: Erb-Guth p. 696.

32. GOTTFR. LVDOVICI MENCKENII Prolusio academica de Logomachiis & dissensionibus Iuris Feudalis Interpretum circa diuisionem Feudorum in hæreditaria atque ex pacto & prouidentia talia, p. 711.

33. IOA. FRIDERICI KOENIGII Diss. de differentiis Feudo-

TOMVS TERTIVS COMPLECTITVR:

2. NIC.

2. NIC. CPH. L. B. de DVNCKER Diss. de Feudo pecuniario, p. 20.
3. ANDR. MYLII Diss. de Feudo in Pecunia consistente p. 62.
4. IAC. AVG. FRANCKENSTEINII Diss. de Feudo in Pecunia constituto, p 88.
5. SAM. STRYKII Diss. de Feudo pignoratitio p. 110.
6. VLR. MARBACHII Diss. de Feudo pignoratitio, p. 156.
7. IOA. GOTTLIEB SIGELII Diss. de Feudo pignoratitio, re fundamenti & vtilitatis egena, p. 170.
8. CHR. WILDVOGELII Diss. de feudo Sculterico, p. 192.
9. MICH. HENR. GRIEBNERI Obseru. I. de Feudis Vexilli, p. 124.
10. EIVSD. Obseru. II. de feudis Vexilli, p. 221.
11. NIC. HIER. GVNDLINGII Erleuterung derer Græflichen Fahn-Lehen, p. 226.
12. LVD. ANT. MVRATORII Diss. de allodiis, vassis, Vasallis, beneficiis, Feudis & castellanis, cui insertus, est Anonymi Tractatus de Feudis olim a Patriarcha Aquileinsi concessis, p. 241.
13. CHRISTI. GOTTLIEB IOECHERI Prolusio de Feudis Langharum, p. 361.
14. 19. Responsa Feudalia selectiora IENICHIANA, a p. 377. ad p. 466.
20. CAR. GVIL. L. B. de GAERTNER Diss. de S. R. I. Electorum, inprimis Saxoniæ Feudis & Officiis Bambergensibus, p. 481.
21. WENCESLAI XAVERII NEVMANNI de PVCHOLTZ Diss. de *Iurisdictione* feudali & superioritate territoriali in Sub-Feudis Imperii tam datis, quam oblatis, nec non de natura Feudorum Regni Bohemiæ, p. 505.
22. B. D. H. E. M. Examen Dissertationum ex Iure Publico & Feudali de Iurisdictione feudali & superioritate territoriali, nec non de natura & prærogatiua Feudorum Bohemiæ nuper editarum a Cl. ICto WENCESLAO XAVERIO NEVMANNO de PVCHHOLZ, p. 659.
23. Supplique der Herren von Thüngen an den Herrn Marggrafen von Brandenburg-Onolzbach, um ihnen ihre von ihm tragende Lehn-Güther in gewoehnlicher alter Form zu leihen p. 770.
24. 25. Literæ clientelares binæ Marchionum Brandenburgicor, Onoldinorum p. 773.
26. BVRCARDI GOTTH. STRVVII Diss. de dominio directo Serenissimorum Marggrauiorum Brandenburgicorum in Austria p. 774.
27. IOA. ZACHARIAE HARTMANNI Prolusio de similitudi-

tudinibus Equitum Holſatorum cum Equitibus Bremenſibus p. 798.

28. SYLVESTRI FRIDERICI WISSMANNI Diſſ. de Feudis Brunſuicenſibus & Lüneburgicis, p. 804.

29. AVGVSTINI de LEYSER Obſeruationes & Annotationes in S. F. Wiſsmanni Diſſ. de Feudis Brunſuicenſibus & Luneburgicis p. 844.

30. 31. 32. Literæ Clienteſares Caroli IV. Ioanni Naſſouio datæ p. 881. 83.

33 - 47. Diplomata XV. ſingularia de Feudis Caſtellenſibus p. 884.

48. IOA. FRIDER. RHETII Diſſ. de Feudis Cliuenſium & Zutphanienſium more conceſſis, p. 904.

49. Burg-Friede uber Dalburg p. 932.

50 Diplomata ſingularia de Feudo Dornborg continentia p. 934.

51. 52. 53. Edicta & Literæ ad Feuda Haſſiaca p. 938. 948.

54. vsque 60. De Feudis Herbipolenſibus varia monimenta p. 946. ad 958.

61. De Feudis Kropsburgenſibus de anno 1415.

62. 63. De Feudis Luſatiæ Narrationes p. 965. 1007.

64. 66. De Feudis Pappenheimenſibus p. 1011. & 1013.

67. Guilielmi Nicolſoni Diſſ. de iure Feudali veterum Saxonum, p. 1014.

68. De Feudis Saxo - Hildpurghuſanis ſpeciatim de vi expectatiuæ & ſimultaneæ Inueſtituræ, p. 1027.

69. 70. 71. De Feudis Saxo - Martisburgenſibus varia Reſcripta, p. 1037. 1040.

72. De Feudis Saxo - Vinarienſibus BERNH. FRID. RVDOLPHI Abhandlung von dem Vnterſcheid der Lehns-Pflicht bei der Fürſtl. Sachſen - Weimariſchen Lehn Curie p. 1041.

73. GOTTLOB AVG. IENICHEN Oratio de Iudicio feudali p. 1049.

74. EIVSD. Præfatio de Feudis Eichſtadienſibus.

§. XXII. Proceſſum in cauſſis *Feudalibus* egregie commonſtrauit IACOBVS FRIDERICVS LVDOVICI *in der Einleitung zum Lehns-Proceſſe*, *Halæ* 1718. 4. & inde ſæpius recuſa. Qua non Proceſſum ſolum, ſecundum Longobardici Iuris placita, ſed & Iura Germaniæ Feudalia cum antiquiora, tum recentiora, prouincialia, eleganter & vtiliter inſtruit. Acceſſit *der* Proceſſus Feudalis.

 Richt-

Richt-Steig über das Sæchſiſche Land- und Lehn-Recht, quam ex MSCto *Thomaſiano* edidit.

Gloſſaria & Concordantiæ ad Ius Feudale.

§. XXIII. Ad ſolidam *Feudalis* Iuris interpretationem faciunt potiſſimum GLOSSARIA, quæ inter alia diuerſos terminos Iuris Feudalis ex moribus antiquitatibusque Gentium repetendos, probe illuſtrant. Principem inter hæc locum meretur CAROLI du FRESNE Domini du CANGE *Gloſſarium ad Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis*, *Pariſiis 1678. f.* & *Francof. 1681. f.* & *ibid. 1710. f.* cuius vtiliſſimi Operis noua & amplior longe Editio opera & ſtudio doctiſſimorum e Congregatione S. Mauri Monachorum Benedictinorum adornata editaque *Pariſiis 1733. ſeq. f. VI. Tomis.* Illud non diſſimulandum eruditiſſimos cetera editores, eam variæ lectionis & eruditionis iuridicæ adparatum adferre haut potuiſſe qualem in *Dn. Freſnii* laboribus omnibus eruditi ſuſpiciunt. HENRICI SPELMANNI *Gloſſarium Archailogicum*, cuius *prima* Editio *Lond. 1626. f. minori* formis impreſſa ad Literam L. ſaltim producta *ex Editione* autem *Tertia auctiori & correctiori* prodiit *Lond. 1687. f.* quo voces potiſſimum Anglicas illuſtrauit & ad ſupplendum du Freſnii Gloſſarium facit. Vetuſtas *Anglo Saxonicas*, & Gallicas voces quales in Feudalibus deprehendimus illuſtrant GVILIELMI SOMNERI *Dictionarium Saxonico-Latino-Anglicum, Oxonii 1659. f.* maximeque GEORGII HICKESII *Linguarum veterum Septentrionalium Theſaurus, Oxonii 1703 1705. f.* 3. Tomis editus. STEPHANI SKINNERI *Etymologicon Linguæ Anglicanæ, Londini 1671. f.* Addatur quod nuper editum *Dictionarium Britannicum: Or, a more compleat Vniverſal Etymologial Dictionary, London 1742. f.* quod deriuationes ab antiquis vocibus Britannicis & Germanicis, & conuenientiam cum aliis Linguis Europæis ſiſtit. Ad illud ornandum diuerſi eruditi viri ſtudium operamque contulerunt. NATHAN BAILEY auxit multum. Ad res mathematicas pertinentia vocabula communicauit G. GORDON, ad Botanicas P. MILLER. MENAGII porro *Dictionarium Etymologicum Originum Linguæ Fran-*

Francicæ, *Parisiis 1694. f.* gallico sermone, eiusdemque *Origines Linguæ Italicæ*, Italice scriptæ & *Geneuæ 1685. f* editæ, his OCTAVII FERRARII *Origines Linguæ Italicæ*, *Patauii 1676. f.* formis expressæ adiungendæ, quibus varias voces Longobardicas explicat. Quales ante *Ferrarium* explicauit Tractatu *de verborum significatione Iuris Longobardici* IVLIVS FERRETTVS, Rauennas, quæ additæ ipsius libello de *Differentiis Iuris Romanorum & Longobardorum*, edito *Venetiis 1599 8. p. 129.* Conferri potest FRANCISCI HOTOMANNI ICti elegantis de *Verbis feudalibus* Commentarius, in ipsius de *Feudis Commentatione tripartita*, *Coloniæ 1574. 8. Lugduni 1575. f.* Insignem quoque vsum præstat GOTTOFREDI WENDELINI *Glossarium Salicum Vocum Atuaticarum*, adiectum ipsius *Legibus Salicis illustratis*, *Antwerpiæ 1649. f.* Huc facit etiam *Glossarium* quod Codici Legum Antiquarum subiecit LINDENBROGIVS, quem secutus est STEPHANVS BALVZIVS, qui Capitularibus Regum Francorum tale quid subiunxit. Simile adiectum videmus MARQVARD. FREHERI Scriptoribus Rerum Germanicarum, quod in recentiori horum Scriptorum Editione, a B. BVRCARDO GOTTHELFIO STRVVIO magna cura fuit auctum, & aliud MATTHAEI PARISII Historiæ Maiori additum, quæ sane lucem præferunt haut minimam verbis, terminis atque antiquitatibus Feudalibus. *Germanicæ* Linguæ veteris & medii æui addiscendæ in primis inseruiunt egregii labores eruditissimi & ingeniosissimi viri IOAN. GEORGII WACHTERI, cuius *Glossarium Germanicum continens Origines & Antiquitates Linguæ Germanicæ hodiernæ*, tanquam *Specimen* ex ampliore farragine decerptum, editum *Lipsiæ 1728. 8. mai.* quod subsecutum: EIVSD. *Glossarium Germanicum*, *Lipsiæ 1737. f.* nitide editum, continens origines & antiquitates totius Linguæ Germanicæ & omnium pene vocabulorum *vigentium* & desitorum, quinque Indicibus instructum & summa cura ex veris fontibus diductum. Reale magis est, addita tamen erudita illustratione priscorum verborum IOAN-

NIS SCHILTERI *Glossarium ad Scriptores Linguae Francicae & Alemannicae veteris*, in quo colligendo & digerendo tot annis desudauerat, quod *Tomum Tertium Thesauri Antiquitatum Teutonicarum* efficit, & cum eruditissima Praefatione IOANNIS FRIKII *Vlmae 1728. f.* editum, in hoc enim Vocabula & formulae obsoletae, aut obscurioris significationis, aut vsus rarioris *Alemannica* & *Francica* in primis, sed & *Gothica, Anglo-Saxonica, Longobardica*, ex vetustissimis, quae haberi potuerunt, tam editis quam MSS. libris, legibus, statutis, chartis & documentis ad res diuinas pariter & humanas pertinentibus explicantur, origines & variae significationes reteguntur, leges, mores, antiquitates Teutonicae passim recensentur & illustrantur, *Glossis* insuper a BERNARDO PEZIO publicatis, THOMAE REINESII *Vocabulario Theodisco*, DIECMANNI, STADENII, SCHERZII, PALTHENII, & aliorum obseruationibus insertis. V. C. IOANNIS LEONHARDI FRISCHII *Additiones* ad hoc Glossarium extant *Miscellaneorum* BEROLINENSIVM Tomo VI. P. II. *N. V.* vbi & *n. 4.* illustratio vocum: *Hallunck*, & *Zohensuhn* it. EIVSD. *Fortsetzung der Vrsprünge einiger Franzœsischer Wœrter, & Anmerkungen zu* MENAGII *Originibus Linguae Gallicae.* Parem, si genuinas vocum inuestigationes respicimus vtilitatem adferunt GLOSSARIA Linguae veteris *Septentrionalis Gothicae, & Celticae*, ac aliarum inde descendentium vel adfinium. Iuuabit itaque inspexisse OLAI VERELII *Indicem Linguae veteris Scytho-Scandicae, siue Gothicae, ex vetusti aeui monimentis, maximam partem manuscriptis collectum*, atque opera OLAI RVDBECKII editum *Vpsalae 1691. f.* qui liber in oris Germanicis est rarissimus. Coniungi potest HAQVINI SPEGEL *Glossarium Sueo-Gothicum, eller Swensk-Ordabook Lund 1712. 4.* quod recentiora, sed mixta antiquis vocabulis exhibet. Nec harum deliciarum amatori displicebit GVDMVNDI ANDREAE Islandi, *Lexicon Islandicum, siue Gothicae Runae, vel Linguae Septentrionalis Dictionarium*, in lucem productum per PE-

TRVM

TRVM IOHAN. RESENIVM, *Havniæ 1683. 4.* Nec a cultore Iuris prudentiæ *Feudalis* negligenda GODOF. GVILIELMI LEIBNITII *Collectanea Etymologica*, cum erudita Præfatione IOAN. GEORGII ECCARDI *Hanouerae 1717. 8.* edita, quæ illustrationi Linguarum veteris *Celticæ*, Germanicæ &c. inseruiunt & Fragmenta *Glossariorum* exhibent. Ad Ius Longobardicum maximam partem facit FRANCISCVS HOTTOMANNVS & NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI *Concordantiæ Iuris feudalis*, non quidem in censum *Glossariorum* veniunt, ipsa tamen Præfatio præmissa de vsibus illarum condocet. *Ienæ 1688. f.* Alia *Glossaria* recensui in Præfatione REPERTORIO IVRIS PVBLICI & FEVDALIS Ienæ 1751. 4 mai. duobus Voluminibus edito, præmissa. *De vsu linguæ Germanicæ veteris in studio Iuris Feudalis Longobardici* præclare quædam monuit B. IOA. SALOMO BRVNQVELLIVS Programmate *Ienæ 1734. 4.* edito.

§. XXIV. Insigne lumen Iuri Feudali Longobardico accendit vir nominis celebratissimi LVDOVICVS ANTONIVS MVRATORIVS, qui inter alia opera sua nobilissima, summo labore & erudito studio conduxit *Antiquitates Italicas medii Aeui*, quorum *Tomi Sex* splendide impressi *Mediolani f.* Palatinis Mediolanensibus Sociis editionem curantibus, quarum Tomus *Primus 1738.* Tomus *Secundus 1739.* *Tertius 1740.* *Quartus 1741.* *Quintus 1741.* Tomus *Sextus* 1742. prodiere, quo pretiosissimo Thesauro exhibentur Dissert. de moribus, ritibus, religione, regimine, magistratibus, legibus, studiis literarum, artibus, lingua, MILITIA, nummis, PRINCIPIBVS, libertate, seruitute, FOEDERIBVS aliisque faciem & mores *Italici Populi* referentibus post declinationem Romani Imperii ad Annum vsque 1500. quæ omnia illustrata & confirmata ingenti copia Diplomatum & Chartarum primum ex Archiuis Italiæ depromtarum.

Commendatio Antiq. Italiæ Medii æui Muratorii.

CAPVT DECIMVM QVINTVM
DE
BIBLIOTHECA IVRIS CANONICI.

§. I.

Scriptores de Historia, Natura & Vsu Iuris Canonico Ecclesiastici.

Bibliotheca alia est IVRIS CANONICI, alia IVRIS ECCLESIASTICI. Istius Fontes sunt CANONES *Veteris Ecclesiæ.* Horum collectores recenset PETRVS de MARCA de *Veteribus Canonum collectionibus*, qui libellus cum aliis eiusdem opusculis, cura STEPHANI BALVZII editis, prodiit *Parisiis 1681. 8.* quæ Opuscula eiusdem illustrissimi Auctoris Commentariis de *Concordiæ Sacerdotii & Imperii*, Editionis BOEHMERIANAE *Lipsiæ 1708. f.* accesserunt. Egregia est GERHARDI von MASTRICHT *Historia Iuris Ecclesiastici, Duisburgi 1676. 8.* edita, quæ cum Præfatione CHRISTIANI THOMASII *de neglectu studii Iuris Canonici, eiusque vsu frequente & methodo* denuo prodiit *Halæ 1705. 8. & ibidem 1719. 8.* Liber est præclarus, in quo fontes Iuris Canonici a prima sua origine, a Canonibus scilicet Conciliorum, per subsequentia secula declarat, ita vt singulos Canonum Collectores, Iuris Canonici compilatores, dilucidissime exponat auctor celeberrimus. Huic iungi meretur accurata *Historia Iuris Canonici* Excellentissimi hujus Bibliothecæ Auctoris, quæ *Capite VII. Historiæ Iuris* comparet, nec non Cap. II. *Historiæ Iuris* illustris KOPPII. CHRISTIANVS THOMASIVS *Cautelis circa præcognita Iurisprudentiæ Ecclesiasticæ, Halæ 1712. 4.* defectus maxime Iuris Canonici in Historia ecclesiastica demonstrat. Cum fructu legitur a iuuenibus B. IOA. SALOMONIS BRVNNQVELLII Diss. de *vtilitate ex historia atque antiquitatibus sacris in Iuris prudentiæ ecclesiasticæ studio capienda*, quæ præmissa nouæ Editioni *Obseruationum Iuris Canonici* INNOCENTII CIRONII, *Ienæ 1726. 4.* Huc quoque pertinet IOA. STRAVCHII hoc in Iure egregie plane versati *Exercitationum Canonicarum* quæ *Ienæ 1673. 4.* prodiere prima, de *Origine*,

Origine, Libris, nec non Auctoritate Iuris Canonici, cui iungenda CASPARIS ZIEGLERI *Dissertatio præliminaris de ortu & progressu Iuris Canonici,* perelegans, quæ Notis & Animaduersionibus in Lancellottum *Wittebergæ 1669. 4.* editis, est præmissa, recusa singulatim *Ienæ 1723. 4.* Nec prætermittendus HENRICI LINCKII *Discursus Præliminaris, de Iuris Canonici Origine & Auctoritate,* qui in fronte Tractatus *de Iuribus Templorum,* comparet. Ex Pontificiis HVNOLDVS PLETTENBERGIVS in *Introductione* sua *ad Ius Canonicum,* quæ *Hildesiæ 1692. 8.* prodiit, de collectoribus canonum & conciliis generalibus egit. Addimus ZEGERI BERNHARDI van ESPEN *Tractatum Historico Canonicum exhibentem Scholia in omnes Canones Conciliorum, tam Græcos, quam Latinos vnanimi vtriusque ecclesiæ græcæ & latinæ consensu probatos, nec non famosiores Canonum Codices siue Collectiones, tam veteres, quam recentiores, quibus modernum Corpus Canonicum constat. Vna cum variis reflexionibus, regulis & principiis perueniendi ad veram & vtilem sacrorum Canonum & Iuris Canonici notitiam, Leodii 1693. 4.* & inter Opera, *Coloniæ 1715. f. ac Louanii* iunctim edita. *De emendatione Gratiani* erudita est commentatio Libris duobus comprehensa ANTONII AVGVSTINI, quam cum notis STEPHANI BALVZII denuo edidit GERHARDVS von MASTRICHT *Duisburgi ad Rhenum 1676. 8. Arnhemii 1678. 8.* ANTONIVS ARRIGHIVS publicus in Academica Patauina Iuris Pontificii Professor, multa quæ ad Historiam Iuris Canonico-Pontificii faciunt cordate, stiloque graui & comto monuit in *Acroasibus* IV. de *Iure Pontificum vniuerso,* habitis in Gymnasio Patauino Mense Nouembri 1727. editisque nitide *Pataui 1728. 4.* recusæ sub titulo: *Iuris Pontificii Historia quatuor Disputationibus comprehensa,* additæ in vtraque editione *Orationes* tres: 1) de Iurisdictione Pontificum, 2) de Ecclesiis Suburbicariis; & 3) de Agro limitato. *De origine & vsu Iuris Canonici in Terris Protestantium* erudita est dissertatio

HVLDERICI EYBENII, *Helmstadii 1672. 4.* ADAMVS RICCIVS de *Librorum Iuris Canonici quantitate & qualitate* egit *Regiomonti 1637. 8.* Sed melior est ALBERICI GENTILIS Tractatus de *Libris Iuris Canonici*, *Helmstadii 1674. 4.* Alias *Historiam Iuris Canonici* publicauit IOACHIMVS CLVTENIVS, *Argentorati 1609. 4.* contra quem tamen scripserunt Colonienses *1621. 4.* *Historia* I.C. ill. KOPPII ceteris Historiis Iurium addita. V. C. IOA. AVGVSTI HELLFELD *Historia Iuris Canonico Pontificii* addita ipsius *Historiae Iuris Germanici*, *Ienae 1741. 8.* Egregius Iuris Canonici Interpres B. IOA. GEORGIVS PERTSCHIVS concinne eruditeque dedit: *kurze Historie des Canonischen und Kirchen-Rechts besonders zum Gebrauch Academischer Vorlesungen*, *Leipz. und Breslau 1753. 8.* Erudita est *Histoire du Droit Canonique* (*Historia Iuris Canonici*) a IOANNE DOVIATIO *gallice* scripta *Parisiis 1677. 8.* cum explicatione locorum, in quibus celebrata fuerunt concilia. Adiungenda quae in Galliis prodiit, mihi tamen nondum visa: *Histoire du Droit Canonique & du Gouvernement de l'Eglise par Mr. *** Avocat au Parlement*, *à Paris 1720. 12.* ad Ius Canonicum & Libertates Ecclesiae Gallicanae illustrandas scripta. Secutus ANONYMVS qui sub literas D. B. latet, in copiosiori expositione sub titulo: *Histoire du Droit Public Ecclesiastique François*, *Londini*, vti titulus praefert, sine mentione anni, *in 4. 2. Tomis.* PETRI PAYEN *Iurisprudentiae Propylaeum ad historicam & chronologicam Iuris Canonici & ciuilis oeconomiam & ordinem*, *Parisiis 1685. 12.* editum. Quem iam laudauimus DOVIATIVS, eruditissimis *Praenotionum Canonicarum Libris Quinque*, *Parisiis 1687. 4:* editis, Iuris Canonici Naturam, Definitionem, Diuisionem, Proprietates, a cognatis Materiis differentiam, Fontes Corporis Iuris Canonici, adminicula, luculenter exponit maximeque Iuris Canonici studiosis venirent commendandae, nisi in Germania nostra perrarae essent. CHRISTIANI GOTTFRIDI HOFFMANNI *Delineatio Historiae Iuris Canonico Ecclesiastici*

clesiastici subiuncta fuit ALEXANDRI CHASSANAEI & NICOLAI FREROTII *Paratitlis* in *Ius Canonicum*, quae sub titulo: *Introductionis in Iurisprudentiam Canonico Pontificiam* typis repetita *Francofurti ad Viadr.* 1725. 8. Addi potest Dn. GEORGII HENRICI AYRERI eruditum Programma de *collectione Iuris Canonici, tum veteris, tum recentioris*, *Gottingae* 1737. 4. De *Clementinis* egregia Diatriba Dn. GEORGII LVDOVICI BOEHMERI *Gottingae* 1742. 4. lucem vidit. Vtiles & eruditas *Praenotiones Iurisprudentiae Ecclesiasticae* secundum Protestantium statum in vsum Cultorum Iurisprudentiae Ecclesiasticae dedit ill. IOAN. ERNESTVS FLOERCKIVS, *Ienae* 1724. 8. quae ex *secunda Editione*, variis & necessariis annotationibus & Obseruationibus adiectis, auctiores editae *Halae* 1756. 8. quibus adiungendae fructuosae ipsius *Meditationes* quibus Studiosis Theologiae *necessitatem & vtilitatem culturae Iuris Canonici Pontificii & Protestantium Ecclesiastici* forma Programmatis commendauit *Ienae* 1723. 8.

Fontes Iuris Ecclesiastici antiqui.

§. II. Fontes *Iuris Ecclesiastici Antiqui* priorum Seculorum aperuit eruditissimis *Iuris Ecclesiastici Antiqui ad Plinium Secundum & Tertullianum Dissertationibus*, IVSTVS HENNINGIVS BOEHMERVS ICtus limati iudicii & solidissimae doctrinae, *Lipsiae* 1711. 8. quibus origines materiarum praecipuarum Iuris Ecclesiastici praeclare demonstrantur. Hunc excepit qui cum eodem omnino iungendus CHRISTOPH. MATTHAEI PFAFFII, Theologi Tubingensis doctissimi, Liber Singularis *de Originibus Iuris Ecclesiastici, veraque eius indole*, *Tubingae* 1719. 4. & iterum *Tubingae* 1721. 4. eleganti eruditione refertus. His, in Plinii & Tertulliani de primitiuis Christianis Testimonia Commentatores, ad latus ponendi.

Collectores Canonum.

§. III. Fontes *Iuris Canonici* sunt *Canones*, de quibus horumque Collectoribus iam exponendum. Primo loco veniunt *Canones Apostolorum* vulgo dicti, licet tales non sint. Hos edidit IOA. TILIVS Graece *Lutetiae Parisiorum* 1540. & *latine* cum Commentario

THEODORI BALSAMONIS, interprete *Gentiano* HERVETO, *Parisiis 1561. f.* IOA. BOVIVS, *Parisiis 1564. 8.* FRANC. TVRRIANVS *Ven. 1563. 4.* & *Florentiae 1572. f.* qui eosdem contra Centuriatores Magdeburgenses defendere conatus, & DIONYSIVS GOTHOFREDVS, *Lugd. 1583. 4.* Eosdem vna cum Canonibus Concilii Nicaeni, Ancirani, Neo-Cæsariensis, Gangrensis, Antiocheni, Laodiceni, Constantinopolitani I. Ephesini, Chalcedonensis, Sardicensis, Carthaginensis, Constantinopolitani III. in Trullo, Nicæni II. e Canonicorum Diui Hilarii Pictauiensis & Augustana Bibliothecis edidit ELIAS EHINGERVS *Wittebergæ 1614. 4.* Licet autem hi Canones Apostolis a Binio Labbeoque adscribantur, a Protestantibus tamen satis id est explosum, iisdem non deberi, immo inter Pontificios ipsi Natali Alexandro. Huic tamen P. ANTONIVS CONSTANTINVS *a Castrouillare*, Ord. Minimorum S. Francisci de Paula Ex-prouincialis opposuit *Dissertationem de Canonibus Apostolorum*, *Romæ 1697. 4.* Verum, supposititias easdem agnouit docuitque THOMAS COMBENVS, qui *fraudes Romanas* in editione Conciliorum priorum quatuor seculorum commissas, detexit *Londini 1689. 4.* Cum GVILIELMVS WHISTONVS, Anglus, in *Tentamine* peculiari, Constitutiones has omnibus Noui Testamenti Libris præferendas, nescio quibus temerariis assertis putasset. ROBERTVS TVRNER *Dissertationem de Constitutionibus Apostolicis vulgo dictis* anglice scriptam *Londini 1715. 8.* edidit, quæ argumenta contraria examinat & confutat. *De antiquitate Canonum Apostolicorum* quoque solide commentatus IOA. GVILIELM. IANVS *Vitembergæ 1740. 4.* in qua IOA. DALLAEI & GVIL. BEVEREGII sententiæ inter se comparantur.

Canones Ecclesiæ vniuersæ.

§. IV. Post hos cœperunt *Collectiones* siue *Codices Canonum*, inter quos primus est *Codex Canonum Ecclesiæ vniuersæ.* Hic post concilium Nicænum fuit collectus, vt certam regulam haberent, qua vterentur in ecclesia, & quidem auctore incerto, post ex diuersis Conciliorum Canonibus auctus. Hunc primum edidit

edidit CHRISTOPHORVS IVSTELLVS, *Parisiis 1610. 8.* postea recusum cura GEBHARDI THEODORI MEIERI, *Helmstadii 1663. 4.* Demum eundem Iustellus filius in Bibliotheca Iuris Canonici veteris denuo publicauit, *Parisiis 1661. f.* additis Canonibus Ephesinis & Chalcedonensibus. Ex hoc potissimum desumtus est *Codex Canonum Ecclesiæ Africanæ*, quem CHRISTOPHORVS IVSTELLVS edidit *Parisiis 1615. 8.* Inde secutus fuit *Codex Canonum vetus Ecclesiæ Romanæ, Lutetiæ Parisiorum 1609. 8.* editus, post maiori cura a FRANCISCO PITHOEO ad veteres manuscriptos Codices restitutus & notis illustratus, quem edidit splendida forma CLAVDIVS PELLETIERVS, *Parisiis 1687. f.* Accesserunt PETRI PITHOEI *Miscellanea ecclesiastica*, ABBONIS FLORIACENSIS *Apologeticus, epistola, & formulæ antiquæ Alsaticæ.* Licet quam maxime dubium sit, an hic ipse Codex sit, quo ecclesia Romana olim fuit vsa. Alium Canonum ecclesiasticorum Codicem congessit DIONYSIVS EXIGVVS, *Parisiis 1642. 8.* editum, qui post illum veterem Codicem collectus, in quibusdam ab eo discrepat, præcipue vero circa Canonum dinumerationes. Faciunt huc etiam *Capitularia Regum Francorum*, de quibus in superioribus, quæ multa etiam ex Canonibus excerpta in se continent. Hos atque similes Canones collegit HENRICVS IVSTELLVS & GVILIELMVS VOËLLVS in *Bibliotheca Iuris Canonici veteris, Parisiis 1661. f.* Duobus *Tomis* ista absoluitur, quorum priori continetur: *Codex Canonum Ecclesiæ vniuersæ a concilio Chalcedonensi & Iustiniano Imper. confirmatus, græce & latine emendatior, quam in prima patris Christophori Iustelli, editione, cum ipsius notis, Codex Canonum Ecclesiasticorum* DIONYSII EXIGVI, *Epistolæ Synodicæ* S. CYRILLI *& Concilii Alexandrini contra Nestorium a Dionysio Exiguo in latinum sermonem translatæ, Collectio Decretorum Pontificum Romanorum, auctore* DIONYSIO EXIGVO; *Prisca Canonum editio latina, complectens Canones Conciliorum Ancyrani, Neocæ-*

Neocæsariensis, Nicæni, Sardicensis, Gangrensis, Antiocheni, Laodicensis, Constantinopolitani & Chalcedonensis ex vetustissimo Codice edita, Codex Canonum Ecclesiæ Africanæ, græce & latine ex editione Christophori Iustelli, cum eiusdem notis, FVLGENTII FERRANDI *Breuiarium Canonicum, Indiculi duo in Ferrandum & Crisconium*, MARTINI BRACARENSIS *collectio orientalium Canonum* cura Ioan. Douiatii edita, CRISCONII *liber Canonum*. Secundo Tomo continentur IOANNIS ANTIOCHENI *collectio Canonum in quinquaginta titulos distributa, Ei: Nomocanon græce & latine*, ALEXII ARISTINI *Synopsis Canonum, græce & latine*, SIMEONIS MAGISTRI & LOGOTHETAE *epitome Canonum, græce & latine*, ARSENII *Monachi, diuinorum Canonum synopsis siue Nomocanon gr. & lat.* PHOTII *Nomocanon cum Theodori Balsamonis Commentariis græce & latine.* PHOTII *Opusculum de septem synodis œcumenicis gr. & lat.* NILI *Metropolitæ Rhodii de sanctis & œcumenicis synodis enarratio synoptica gr. & lat. Auctoris anonymi de sex œcumenicis synodis opusculum gr. & latine. Anonymi Libellus synodicus, omnes synodos tam orthodoxas quam hæreticas a tempore Apostolorum ad octauam œcumenicam complectens gr. & lat.* THEODORI BALSAMONIS *collectio constitutionum ecclesiasticarum ex Codice; Digestis & Nouellis Iustiniani congesta*, CAROLI ANNIBALIS FABROTTI *notæ perpetuæ in eadem collectione* THEODORI BALSAMONIS, IOA. LEVNCLAVII in *paratitla Notatorum libri duo.* Post hanc GVILIELMVS BEVEREGIVS *Synodica* edidit, *seu Pandectas Canonum, Conciliorum & Apostolorum ab ecclesia Græca receptorum, Oxonii 1676. f. 2. Voll.* in quibus variorum Conciliorum Canones, quos ecclesia Græca adprobauit, nec non canonicas Patrum epistolas, vna cum scholiis antiquorum, quæ plerumque ex Bibliotheca Bodleiana sumsit & congessit. Cum autem Anonymus *obseruationes in Eiusdem Canones Apostolorum*, quos seculo secundo & tertio demum com-

positos

positos fuisse putarat Beueregius, edidisset *Rotomagi 1674 8.* ipse *Codicem Canonum* publicauit *ecclesiæ primitiuæ vindicatum ac illustratum, Londini 1678.* & *Amstelodami 1697. 4.* in quo sententias Turriani & Dallæi examinat, suamque defendit. Sic etiam paucos ante annos prodiit *Delectus Actorum Ecclesiæ Vniuersalis seu noua Summa Conciliorum, Epistolarum, Decretorum SS. Pontificum, Capitularium &c quibus ecclesiæ fides & disciplina niti solet*, cum Notis ad Canones, *Lugduni 1706. f.* Tomis II. continetur eodem Collectio potiorum Canonum ex Labbei Conciliorum Tomis, quibus Collector notas quasdam adiecit. Licet hæc Collectio prolixior sit circa Concilium Tridentinum, atque ea quæ statum recentiorem concernant.

§. V. Ex his Conciliorum Canonibus, adiectis quibusdam Imperatorum Constitutionibus collectum est Ius Canonicum Græcorum. Ad hoc facit PHOTII *Nomocanon*, quem ex Constitutionibus Græcis, Basilicis & Canonibus ecclesiasticis congessit, quod breuiarium est Iuris Canonici Græcorum. Hunc deinde Constantinus Porphyrogenitus repetita lectione edidit, repurgauit & promulgauit. In hunc aliosque Conciliorum canones commentarios amplissimos dedit THEODORVS BALSAMO, quos ex græcis conuersos græce & latine edidit GENTIANVS HERVETVS, *Parisiis 1561. 1620. f.* Continetur etiam *Nomocanon* in Bibliotheca Iuris Canonici Iustelli. Inter recentiores ENIMVNDVS BONEFIDIVS *Iuris Orientalis collectionem* græce exposuit addita latina versione & notis, *apud Henricum Stephanum* forte *Geneuæ 1573. 8.* In eadem pleraque, quæ ad Ius Ecclesiasticum faciunt, videmus collecta. Post hunc MARQVARDVS FREHERVS edidit *Ius Græco-Romanum* duobus Tomis græce & latine, quod magna solertia collegerat & Freheri curæ commiserat IOANNES LEVNCLAVIVS. Tomus eiusdem primus totus pertinet ad Ius Canonicum. Continetur in eodem CONSTANTINI HARMENOPVLI *epitome Iuris Canonici Græcorum, Nouellarum Augustalium*

Ius Canonicum Græcorum.

gustalium de rebus ecclesiasticis liber vnus, Decretorum Synodalium libri duo, THEODORI BALSAMONIS *meditata siue responsa,* MATTHAEI MONACHI *quæstiones & causæ matrimoniales, Iustiniani Imp. edictum de fide orthodoxa,* CONSTANTINI HARMENOPVLI *de Sectis, & veræ fidei confessione liber vnus.* Alter vero Tomus ad Ius Ciuile spectat. Extant porro *Canones Græci Concilii Laodiceni, cum versionibus* GENTIANI HERVETI, DIONYSII EXIGVI, ISIDORI MERCATORIS *& Obseruationibus* WOLFGANI GVNDLINGII, *Norimbergæ 1684. 8.*

Collectores Conciliorum. §. VI. Ad Fontes Iuris Canonici spectant praeterea *Concilia,* quorum diuersos tum Compilatores, tum Commentatores habemus. Introductionem criticam in Concilia, eorumque *Collectiones* magno labore compositam, & eximia doctrina refertam ex scriptoribus de hoc argumento præstantissimis Mabillonio, Sirmondo, Labbeo, Cossartio, Tillemontio, Pinio & eruditissimis porro libris Protestantium exhibuit FRANCISCVS SALMON Doctor & Bibliothecarius Sorbonæ Parisiensis inscriptam: *Traité de l' Etude des Conciles & de leurs Collections, Paris 1724. 4.* vtiliter recusus fuit correctus & emendatus *Lipsiæ 1726. 8. mai.* qui elegantissimus liber lectioni & euolutioni Conciliorum omnino præmittendus. Varii autem sunt Conciliorum Collectores, atque Editores, quos in compendio recensent *Acta Eruditorum Lipsiensium* mense Augusti 1684. p. 348. Primum autem IACOBVS MERLINVS Ecclesiæ Parisiensis Pœnitentiarius, *Parisiis* anno *1524. f.* duos Conciliorum Tomos edidit a Petro Quentelio *Coloniæ 1530. f.* demum *Parisiis 1535. f.* recusos: vno quidem Tomo Concilia vna cum Romanorum Pontificum epistolis decretalibus ab Isidoro quondam compilata, Altero vero acta duorum Constantinopolitanorum, nec non Constantiensis & Basileensis Conciliorum complectitur. Hunc secutus fuit PETRVS CRABBE, Mechliniensis, Ordinis Franciscani, qui *Coloniæ 1538. f.* duos conciliorum Tomos longe ampliores edidit, in quibus præter

ter appendices & Supplementa Concilii Constantiensis & Basileensis, variasque Synodos & epistolas, gesta concilii Chalcedonensis ex recensione Russici, Romanæ Ecclesiæ Diaconi, Libertati Carthaginensis Breuiarium, Concilium Lateranense sub Innocentio III. celebratum, gesta Concilii Florentini ex interpretatione Bartholomæi Abrahami Cretensis & vitas Romanorum Pontificum adiecit. Cum vero ne sic quidem Conciliorum Historiæ satisfecisse sibi videretur, anno 1551. *Nouum Conciliorum Opus* tribus Tomis comprehensum, Nicæno II. Lateranensi V. plurimisque aliis Conciliis additis in publicum emisit. Inde FRANCISCVS IOVERIVS *Sanctiones Ecclesiasticas tam Synodicas, quam Pontificias, in Tres Classes distinctas, Parisiis 1555. f.* edidit, quarum Prima Classis Synodos vniuersales, altera particulares, Tertia Pontificum Decreta continet. Hic tamen potius de contrahendo volumine, ne vltra modum excresceret, fuit sollicitus. Post hunc LAVRENTIVS SVRIVS Quinque Volumina Conciliorum edidit *Coloniæ 1567. f.* in quibus non solum aliquot locorum millia ad MSCtorum fidem emendauit, sed etiam diuersis ecclesiasticæ antiquitatis monumentis hunc Conciliorum Thesaurum locupletauit. Surianam editionem excepit *Veneta*, quæ in quinque Tomos distributa *a. 1585.* ex *Dominici Nicolini* officina prodiit, actis quibusdam Conciliorum auctior, adnotationibus etiam hinc inde adiectis. Hinc SEVERINVS BINIVS Canonicus Coloniensis, Nouam Conciliorum editionem, *Coloniæ 1606 f. V. Voluminibus*, procurauit, scholiis & adnotationibus ex Baronio maxime depromptis, & ad Curiæ Romanæ placita accommodatis, Latina tantum continet. Nouam igitur *anno 1618. Nouem Voluminibus* procurarunt Colonienses, priori longe ampliorem atque illustriorem, cui etiam Græca, quæcunque reperiri potuerunt, accesserunt, singulis Tomis in duo vel tria volumina distributis. Quamquam postea *Parisienses*, cum posteriorem Binii editionem *Anno 1638.* prelo iterum subiicerent, totum Opus in Nouem Tomos, septimo in duo volumina diuiso, digesserunt. Huic etiam *Binianæ* Editioni

Editioni inserta videmus GARSIAE LOAYSAE *Concilia Hispanica*, quæ cum eiusdem Scholiis atque Adnotationibus prodierunt *Madriti 1593. f.* & *Tomos IV. Græco-Latinos Conciliorum Generalium*, quæ Pauli V. auspiciis *anno 1608. f. Romæ* ex Vaticana Bibliotheca prodierunt. Omnes vero anteriores & Voluminum numero, & augustæ chartæ ac typorum apparatu antecellit REGIA, quæ *Parisiis 1664. fol.* maiori prodiit in XXXVI. Tomos diffusa. In hac autem collectione præter IACOBI SIRMONDI *Concilia Gallicana*, HORATII IVSTINIANI *Concilium Florentinum*, quod *Romæ 1638. fol.* excusum fuerat, VIGELII Epistola pro confirmatione Synodi V. & appendix ad Concilium Claromontanum, cum dissertationibus PETRI de MARCA, antiqua Angliæ Concilia, Concilium Lemouicense ex MSCto Bibliothecæ Thuaneæ Codice suppletum, aliaque quæ priores Collectores latuerunt, reperiuntur. Inde nominanda *Conciliorum Collectio*, quam PHILIPPVS LABBEVS in se suscepit, & operi immortuus, GABRIELI COSSARTIO perficiendam reliquit, quæ *Parisiis 1672. f. XVII. Tomis* fuit absoluta. Hæc equidem Regiæ editioni cedit voluminum numero, eidem tamen adhuc plenior longe & quarta parte auctior, græca etiam quæ omissa erant, adiecta, atque ita comparata, vt ad tempus Collectionis Conciliorum optimæ laudem mereatur, typis quidem minutioribus, elegantibus tamen est expressa. Successit tandem, cuius pleniorem titulum refero. *Conciliorum Collectio Regia Maxima ad P. Philippi Labbei & P. Gabrielis Cossartii e Societate Iesu labores, haut modica accessione facta, & emendationibus plurimis additis, præsertim ex Codicibus Manuscriptis; cum nouis & locupletissimis Indicibus, studio* P. IOANNIS HARDVINI *ex eadem Societate Iesu Presbyteri, Tomis duodecim, Parisiis ex Typographia Regia, 1715. f.* Hæc caractere minutiori quidem multo, quam Labbeana, eleganti tamen & nitido est excusa diuersasque accepit accessiones, quas Editor Præfatione, longa serie enumerauit; sed quod insigniter dolendum, plurima quæ in patrum Societatis Iesu

rem,

rem, doctrinæque Pontificiæ caussam, facere haud videbantur, cumprimis Acta Synodalia, Epistolæ Synodales, quæ magnam rebus in Conciliis gestis lucem adfundunt, sunt omissæ (*). Has vniuersales Conciliorum Editiones subsecuta omnium præstantissima, *Veneta*, hoc titulo inscripta: *Sacro-Sancta Concilia ad Regiam Editionem exacta, quæ olim quarta parte prodiit auctior studio* PHILIP. LABBEI, *&* GABR. COSSARTII *Soc. Iesu Presb. nunc vero integre insertis* STEPHANI BALVZII *&* IO. HARDVINI additamentis, pluribus præterea vndecunque conquisitis monumentis, notis insuper ac obseruationibus, firmiori fundamento Conciliorum Epochas præcipue fulcientibus, longe locupletior & emendatior exhibetur, curante NICOLAO COLETI Ecclesiæ S. Moysis Venet. Sacerdote Alumno, *Venetiis 1728.* seq. XXIII. Tomis fol. mai. Huic bona fide illata præter ea quæ inscriptio ipsa indicat, multa ex Holstenii, Mabillonii, Montfauconii, Loaisæ, Aguirrii, Sirmondi, Lambecii, Dacherii, Martenii, Pezii aliorumque eruditissimorum virorum Collectionibus ad Conciliorum apparatum pertinere videbantur. Additus his *XXIII. Tomis* duplex vti

(*) *De hac Conciliorum Collectione Vir Summus* GODOFREDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS *in Epistola ad B. huius Bibliothecæ Auctorem, Hanoueræ XXIX. Decembris 1715. perscripta, ita iudicat: Conciliorum Collectio, quam Iohannes Harduinus curauit, absoluta est, sunt ni fallor duodecim Volumina. Non pauca inseruntur, quæ in priori illa Labbeana omissa sunt, quæ ad Concilia proprie non spectabant. Sed cum Constitutionem Vnigenitus, aliaque displicentia in fine Operis adiecta sint, Parisiensis Archi-Episcopus effecit, vt distractio prohiberetur, donec hoc quicquid esset, emendatum. Et alia ad eundem Hanoueræ XXVII. Septembris 1716. exarata: Editio Conciliorum Harduiniana si non plane supprimetur, certe multis modis reformabitur, dederat enim vnice operam, vt placerent Romæ, quas fecisset fabulas, nulla non Gallicanæ tantum, sed & vniuersalis Ecclesiæ libertatum & sententiarum cura. Editio Conciliorum, non Harduino, aut alteri Iesuitæ Gallo, (neque enim hodie Sirmondos habent) sed Baluzio committenda erat.*

vti inscribitur *Apparatus*, binis Tomis exhibitus. *Tomus primus* huius *Apparatus*, *Venetiis 1733. f.* prodiit, atque *Praefationes*, praecipuis Collectionibus Conciliorum a suis Editoribus praemissas, exhibet. Adhaec Synopsin historicam Collectionis Conciliorum; GVILIELMI SANSON Tabulam Geographicam Patriarchatuum; Conciliorum Indicem Alphabeticum; Tabulam eiusdem SANSON Geographicam, regionum, vrbium, & locorum vbi Concilia Oecumenica, Nationalia, Prouincialia, & Synodi Dioecesanae celebratae sunt, Conciliorum Index per Gentes Terrarum praecipuas; Tabula Geographica SANSONIS regionum, vrbium & locorum, per Italiam, Galliam & Angliam vbi Concilia habita fuerunt & Synodi; Romanorum Pontificum Index Chronologicus & Alphabeticus; Index Imperatorum Romanorum; Chronologia Regum Hispaniae, nec non Galliae; Index Episcoporum & aliorum, qui Conciliis interfuerunt; Index Geographicus Episcopatuum, qui in his Conciliorum Tomis appellantur, vna cum nominibus Episcoporum, qui singulos eos Episcopatus rexisse in iisdem Voluminibus perhibentur, denique Index locupletissimus rerum quae omnibus Conciliorum Tomis continentur. *Tomus secundus Venetiis* iam *1728. f.* in lucem productus, & Editioni *Labbeo-Cossartianae*, tanquam Volumen alterum *Apparatus*, editus *Parisiis 1672.* fuerat, typis iam repetitus Septem sistit Auctores de *Conciliis* exponentes; nimirum:

1. DOMINICI IACOBATII de *Concilio* Librum, *Romae* iam *1598. f.* editum.
2. IOANNIS ANTONII DELPHINI librum *de tractandis in Concilio Oecumenico*, *Romae 1561. 4.* typis impressum.
3. HIERONYMI DONATI Apologeticum ad Graecos de *Principatu Sedis Romanae;* EI. Epistolam in qua Ecclesiam Romanam primatum Ecclesiasticae dignitatis obtinere & Petrum esse Petram & fundamentum Ecclesiae comprobare voluit, iam editus *Romae 1525.*
4. MARCI MANTVAE Bonauiti ICti Patauini, dialogus de *Concilio*, ex edit. *Veneta 1541.*
5. Fr. PAVLI FABVLOTTI Disp. Theol. de Potestate Papae supra Concilium, edit. *Venetiis 1613.*
6. BARTHOLOMAEI CARANZAE IV. Controuersiarum

de

de *auctoritate Pontificis & Conciliorum* explicatio ad edit. *Venetam 1546.*

7. PETRI de MONTE Episcopi Brixiensis, de *Monarchia*, siue de *Pontificis & Conciliorum generalium potestate* ex edit. *Romae 1537.*

Ex iis qui dederunt Supplementa *Collectionum Conciliorum Generalium* & Collectiones Conciliorum Nationalium sequentes annotabimus: Talis est *noua Conciliorum Editio* quam procurauit STEPHANVS BALVZIVS, *Parisiis 1683. f.* Supplementum hoc est superiorum Collectionum, cuius Tomus hic ab Anno Christ. 1 3. ad sexti vsque Seculi medium pertingit, in quo praeter Concilia in prioribus plane omissa, aliorumque appendices, Syntagma Epistolarum Lupi, aliaque complectitur. *Sanctorum Conciliorum & Decretalium* COLLECTIO NOVA, *seu Collectionis Conciliorum, a PP.* PHILIPPO LABBEO & GABRIELE COSSARTIO, *primum vulgatae dein emendatioris & amplioris opera* NICOLAI COLETI *Venetiis recusae* SVPPLEMENTVM IO. DOMINICI MANSI, Lucensis *T. I.* editus *Lucae 1748. f. T. II. III. & IV. T V. Lucae 1751. Tomus VI. ibid. 1752.* Inter Conciliorum quoque Collectores referendus CHRISTIANVS LVPVS, qui *Synodorum Generalium & Prouincialium Decreta & Canones* congessit, quorum pars prima & secunda prodiit *Lonanii 1665. f. 2. Vol. & Operum Venetiis 1721. f.* editorum *T. I.* vsque *VI.* In quibus octo priora Concilia generatim saltim persequitur. Alii *Conciliorum diuersorum Regnorum & Nationum Collectiones* nobis procurarunt. Inter hos IACOBVS SIRMONDVS, *Galliae antiqua Concilia* congessit *Parisiis 1639. f. III. Tomis*, quae etiam in Regia continentur. Accesserunt postea PETRI *de la* LANDE *Conciliorum Antiquorum Galliae, a Iacobo Sirmondo editorum Supplementa, Lutetiae Parisiorum 1666. fol. Concilia Nouissima Galliae a tempore Concilii Tridentini celebrata*, & in Editione Regia Parisiensi omissa, prodierunt studio LVDOVICI ODESPVN *Parisiis 1646. f.* GVILIELMI BESSIN *Concilia Rotomagensis Prouinciae* edita *Rotomagi 1717. f.*

Hispaniæ Concilia, prout antea diximus, GARSIAS LOAYSA congessit, *Madriti 1593. f.* quæ etiam in Biniana reperiuntur editione. Nouam Collectionem longe maiori apparatu procurauit IOSEPHVS SAENTZ de AGVIRRE Benedictinus, Cardinalis, qui primum dedit *Notitiam Conciliorum Hispaniæ atque noui orbis, epistolarum decretalium & aliorum monumentorum sacræ antiquitatis ad ipsum spectantium, magna ex parte ineditorum, Salmanticæ 1686. 8.* Hunc tanquam prodromum præmisit in eodem que Sciagraphiam integri Operis, quod meditabatur, delineauit. Tandem vero prodiit Eiusdem *Collectio Maxima Conciliorum omnium Hispaniæ & Noui Orbis, Epistolarumque Decretalium, nec non plurium monumentorum ad illos spectantium, cum notis & Dissertationibus, quibus S. Canones, Historia, disciplina Ecclesiastica, & Chronologia illustrantur,* cuius *Tomus primus* prodiit *Romæ 1693. f.* in quo ad annum 569. procedit. *Tomus secundus, Romæ 1694. f.* in Concilio Toletano XVIII. anno 710. celebrato, desinit. *Tomus Tertius, Romæ 1694. f.* In singulis eruditas de memorabilibus rebus immiscuit dissertat. Tandem *quartus & vltimus Tomus* prodiit *Romæ 1695. f.* in quo nuda Conciliorum Acta, sine Auctoris dissertationibus ad Synodum vsque Limensem diœcesanam X. in Peruuia anno 1604. coactam, procedit. *Concilium Vetustissimum Illiberritanum* quarto ineunte Seculo in Hispania celebratum, cum discursibus Apologeticis de eo Concilio confirmando FERDINANDI de MENDOZA & Notis vberioribus instar Commentarii EMANVELIS GVNDISALVI TELLEZ primum in lucem editum *Lugduni 1665. f.* Inde consideranda HENRICI SPELMANNI *Concilia, Decreta, Leges & Constitutiones Ecclesiæ Britannicæ, ab initio Christianæ Religionis itidem ad nostram vsque ætatem celebrata, Londini 1639. f. duobus Tomis*, quæ omnia *Editio Labbeana* complectitur, Aguirreana Hispanorum Conciliorum editione excepta. Locupletior longe *Spelmanniana* est illa Collectio, quam debemus eruditis laboribus Reuerendissimi DAVIDIS WILKINS Archi-Diaconi tum Suffol-

Suffolciensis & Canonici Cantuariensis, quae inscripta: *Concilia Magnae Britanniae & Hiberniae a Synodo Verolamiensi A. D. CCCCXLVI. ad Londinensem A. D. MDCCXVII. Accedunt Constitutiones, & alia ad Historiam Ecclesiae Anglicanae spectantia, Londini 1737. fol. mai.* IV. Tomis. *Concilii Tridentini Canones & Decreta* multis additionibus aucta edita a PHILIPPO LABBE, *Parisiis 1667. f.* Nolumus iam omnes coaceruare Scriptores, qui singula Concilia scriptis suis illustrarunt, quorum magna est copia. Commendanda tamen *Iuris Pontificii recentioris* studiosis editio CONCILII TRIDENTINI, quod, additis Declarationibus Cardinalium Concilii Interpretum, ex vltima recognitione IOANNIS GALLEMART & Citationibus IOANNIS SOTEALLI, Theologi, & HORATII LVCII Iurisconsulti, nec non Remissionibus AVGVSTINI BARBOSAE, quibus accesserunt Additiones BALTHASARIS ANDREAE cum Decisionibus variis *Rotae Romanae* e Bibliotheca PROSPERI FARINACII, Annotationibus quoque practicis Reformationem & Forensia concernentibus Cardinalis de LVCA illustratum prodiit *Coloniae Agrippinae 1722. 4.* Cum autem Concilia vastis sint comprehensa voluminibus gratiae habendae iis, qui *Summas* & *Compendia* nobis fecerunt, quorsum praeter FRANCISCVM QVERIVM superius iamdum memoratum, faciunt BARTHOLOMAEI CARANZAE *Summa omnium Conciliorum, Antwerp. 1564. 8. Lugduni 1600. 4. & Francofurti 1671. 8.* quae tamen est perbreuis minusque accurate verba & sensum refert. SIMONIS STAROVOLSCII *Epitome Conciliorum tam Generalium, quam Prouincialium in Graeca & Latina Ecclesia celebratorum, itemque Vitarum Romanorum Pontificum & Epistolarum Decretalium, Romae 1653. fol.* Praestant omnino: FRANCISCI LONGI a CORIOLANO *Summa Conciliorum omnium*, quae a Petro ad Gregorium XV. fuerunt celebrata, *Antwerpiae 1723. f.* atque *Parisiis 1639. f.* cui editioni accessit Appendix omnium Conciliorum Galliae. Qua *Summa* praemissis Praeludiis, in quibus Catholicam religionem

ex Conciliorum Canonibus illustrare conatur, decreta singulorum Conciliorum iuxta Chronologiam Annalium Baronii exhibet, adiectis hinc inde variis adnotationibus. LVDOVICI BAILII *Summa Conciliorum omnium ex Merlini, Iouerii, Baronii, Binii, aliorumque collectionibus*, edita *Patauii 1701. f.* 2. Tomis. IOANN. LVDOVICI RVELII ac IOAN. LVDOVICI HARTMANNI *Concilia omnia illustrata, cum Historia Hæresium Tomis IV. Noribergæ 1675. 4.* multa diligentia ex sumtuosis conciliorum Voluminibus sunt contracta. Addimus IOAN. CABASSVTII *Notitiam Ecclesiasticam Historiarum, Conciliorum & Canonum inuicem collatorum, veterumque iuxta ac recentiorum ecclesiæ rituum, ab ipsis Ecclesiæ Christi incunabulis ad nostra vsque tempora, secundum cuiusque seculi seriem accurate digesta, Lugd. 1685. f.* & *1690. f.* Licet hoc Opus potius ad Historiam faciat Conciliorum, quam horum Canones. Coniungitur vtiliter LVDOVICI THOMASSINI *Dissertationum in Concilia generalia & particularia Tomus Singularis, Lucæ 1728. f.* Eandem illustrat EDMVNDI RICHERII *Historia Conciliorum Generalium in Quatuor Libros distributa, Coloniæ* siue potius *Amstelodami 1683. 4. Tomis Quatuor.* Coniungendæ HERMANT *Histoire des Conciles, où l'on voit en abregé ce qui s'est passé de plus considerable dans l'Eglise depuis sa naissance jusqu'à present*, ex Editione tertia *Rouen 1699. 12.* IV. Vol. & quæ cum grano salis legenda MARCO BATTAGLINI *Istoria vniuersale de Concilii*, in *Venezia 1686. f.* & ibid. *1704. f.*

Pœnitentialia Veteris Ecclesiæ.

§. VII. Post Canonum Collectores veniunt *veteris Ecclesiæ Pœnitentialia*, e quibus multa fuerunt hausta, prout Decreti Rubricæ nos docent. Tria potissimum memorat Burcardus Wormatiensis, *Theodori* Archi-Episcopi Cantuariensis, quod editore IACOBO PETIT, cum præclaris Ecclesiasticæ Disciplinæ monumentis aliis, prodiit *Lutetiæ Parisior. 1679. 4. Romanum &* venerabilis BEDAE. *Canones Pœnitentiales Romanos* edidit ANTONIVS AVGVSTINVS, *Tarra-*

Tarraconæ & Venetiis 1584. 4. Parisiis 1641. f. Sed isti plane alii sunt ab iis, qui a Burcardo fuerunt adlegati. Accessit etiam RABANI MAVRI *Liber Pœnitentium*, in quo de variis pœnis ecclesiasticis egit. Addatur IOANNIS MORINI Commentarius de *pœnitentia in administratione Sacramenti*, *Bruxellis 1685. f.* vbi plures *Canones Pœnitentiales*, & cumprimis *Index* apud SALMON *Traité de l'Etude des Conciles*, *p. 963. Editio Lipsiens.*

§. VIII. Separatum a Iure Canonico est *Pontificium*, quod in *Decretalibus Pontificum epistolis*, rescriptis & constitutionibus consistit (*). Ad eiusdem Fontes referuntur omnes Pontificum constitutiones, decreta, Epistolæ Decretales & quæ sunt similia. Inter antiquissimos Collectores a quibusdam pontificiorum, refertur ISIDORVS MERCATOR, cuius *collectio Conciliorum & Decretalium* extat, qua primis Romanis Pontificibus a Clemente vsque ad Siricium epistolas Decretales supposuit, cum tamen tales supra Siricii tempora haut reperiantur; FRANCISCVS TVRRIANVS quidem in sua defensione contra Centuriatores Magdeburgicos eandem collectionem omni modo conatur defendere; Verum DAVID BLONDELLVS scripsit *Pseudo-Isidorum & Turrianum vapulantes, seu epistolas supposititias, quas aliquibus ex Papis Romanis tribuebat Isidorus Mercator & defendere conatus est Turrianus, cum censura & notis in eadem, Geneuæ 1628. 4.* Idem demonstrauit Caue Histor. litteraria Script. Eccles. p. 369. & Gerhardus von Mastricht Historia Iuris Eccles. n. 22.

Fontes Iuris Pontificii.

§. IX. Antiquissimus Pontificii Iuris Collector habetur IARLANDVS CHRYSOPOLITANVS, quem se MSCtum vidisse ait Ericus Mauritius de Libris Iuris Communis §. XXVIII. in Bibliotheca Canonicorum ad S. Victorem. Opus inscribitur *Candela*, atque e pontificum decretis & patrum scriptis est consarcinatum. Seculo vndecimo BVRCHARDVS, Wormatiensis Episcopus,

Fontes Iuris Pontificii.

(*) *Vberius hæc omnia sunt exposita in* Historia Iuris Cap. VIII. p. 637. *seqq.*

ſcopus, rogatu Brunichonis, præpoſiti Eccleſiæ Wormatienſis ad vtilitatem ſuæ eccleſiæ digerere cœpit Iura eccleſiaſtica & quidem ex Canonibus, Pontificum Decretis, ſacra Scriptura, Patribus, Pœnitentiali Romano, Theodori & Bedæ. Hanc collectionem inſcripſit *Decretorum Libri XX. ex Conciliis & orthodoxorum Patrum decretis, tum etiam diuerſarum nationum Synodis, ceu loci communes digeſti* præmiſſa BARTHOLDI QVESTENBVRCH Præfatione, editi ſunt *Coloniæ 1548. f.* ex officina *Melchioris Neueſiani & Pariſiis 1550. 8.* atque *Coloniæ 1560. f.* quam tamen non vidi. In colligendo non adeo magno iudicio fuit vſus, cum multa ex Pſeudo-Iſidoro ſuppoſititia infereret. Præmiſſa eſt Vita huius Burchardi. Poſt hanc prodiit ANSELMI Lucenſis *Collectio Canonicarum ſententiarum*, quam ab Antonio Auguſtino editam memorat Schottus Bibl. Hiſpan. 313. qua tamen æque multa ſuppoſititia fuerunt inſerta. Sub finem eiusdem Seculi vndecimi Opus adgreſſus eſt IVO CARNOTENSIS. Huic bina tribuuntur, *Liber Decretorum, & Panormia*, ſiue *Pannomia*. Ille in XVII. partes eſt diſtinctus, in quibus Burcardum potiſſimum ſequitur. Prodiit cum eiusdem epiſtolis, cura & ſtudio IOANNIS MOLINAEI Gandenſis, *Louanii 1561. f.* Altera *Panormia* Decretorum eccleſiaſticorum quaſi ſumma quædam eſt, in VIII. partes diuiſa. Hanc plures Iuoni abiudicant, atque inter hos Gerhardus von Maſtricht Hiſtoria Iuris eccleſ. num. 267. verum Iuoni vindicat Baluzius & cum eo Caueus. Edita ſub titulo: *Liber Decretorum*, ſeu *Panormia*, *Baſileæ 1499. 4.* eademque *Panormia* ſeu *Decretum Iuonis reſtitutum, correctum & emendatum* per MICHAELEM a VOSMEDIANO *Louanii 1557. 8.* vtraque Compilatio extat correctior & emendatior inter IVONIS *Opera omnia*, quæ iunctim edita *Pariſiis 1647. f.* Secutus Iuonem fuit GRATIANVS, qui Volumen illud Decretorum compoſuit, quod hodie primam partem facit Corporis Iuris Canonici, illudque Eugenio III. Pontifici obtulit. Hoc quidem primo ſtatim tempore publice rece-

receptum non est, magnæ tamen semper fuit auctoritatis, & quidem ipse Opus suum inscripsit *concordiam discordantium Canonum*, eo quod dissentientia a canonibus ecclesiastica decreta inuicem conciliare esset conatus. Hæc autem collectio continet dicta Patrum, canones Conciliorum, verba Gratiani, Paleas siue varias Doctorum sententias & opiniones atque excerpta ex Iure Ciuili. Editionum numerum amplissimum heic consignare non est locus. Inter præstantiores *Romana 1582. f.* IV. Voll. quæ typorum elegantia se commendat. *Lugdunensis 1513. f.* III. Voll. & *Parisiensis 1687. f.* II. Voll. PITHOEANA, quæ textum inprimis accurate exhibet.

§. X. Decretales Pontificum Epistolæ post Gratiani collectionem sequuntur, quæ fere integræ insertæ sunt Iuri Canonico. Hæ enim in synodo Romana anno 494. sub Gelasio habita Canonibus fuerunt æquiparatæ. Orationem *pro Decretalibus Pontificum Romanorum Epistolis* scripsit IACOBVS VOORDA Antecessor Traiectinus, adiectam eius *Interpretationibus & emendationibus Iuris Romani*, *Traiecti 1735. 8.* editis, qua eas, rerum qui tum erat, statui accommodatissimas, saluti ciuium, id est clericorum inseruientes, & fini, quem intendebat Legislator, respondentes esse putat. Primi quidem Canonum Collectores ex iisdem etiam multa collectionibus suis inseruerunt. Postea DECRETALES a *Canonibus* cœperunt *separari & singulatim colligi*. *Prima* Compilatio est BERNHARDI CIRCAE, qui priuata opera Pontificum, Lucii III. & successorum vsque ad Cœlestinum III. Decretales collegit, quæ supplementum quasi est *Gratiani*. De hac legenda Dn. HENRICI CHRISTIANI SENCKENBERGII Obseruatio de collectione antiquarum Decretalium epistolarum BERNARDI CIRCAE, quæ inuenitur in EI. *Meditationum de vniuerso iure & historia Volumine*, *p. 372.* *Secunda* Decretalium antiquarum Collectio Seculo XIII. facta, cuius compilatores GILBERTVS, ALANVS, & IOANNES VALLENSIS,

Epistolæ Pontificum Decretales.

SIS, habentur. *Tertia* BERNHARDI est COMPOSTELLANI ex Regulis Innocentii III. quæ & *Romana* dicta. Has Tres priuata auctoritate factas excepit alia, *Tertia* etiam dicta auctoritate Innocentii III. Seculo XIII. per PETRVM BENEVENTANVM compilata. *Quartam Collectionem* idem Innocentius III. ex Concilii Generalis Lateranensis Canonibus & Libris Registri post duodecimum colligi curauit. Edidit has Quatuor Collectiones ANTONIVS AVGVSTINVS in *Antiquarum Decretalium Collectione*, cum eruditis Notis, *Ilerdæ* 1576. *f.* & cum *eiusd.* AVGVSTINI *Commentarius* & IACOBI CVIACII Notis *Parisiis* 1609. & 1621. *f.* *Quintam* TANCREDI Bononiensis, quam omisit *Antonius Augustinus*, *Compilationem Epistolarum Decretalium* HONORII III. *P. M.* e tribus veteribus MSCtis, veteris Bibliothecæ Albiensis in lucem dedit & eruditissimis Notis illustrauit INNOCENTIVS CIRONIVS Professor & Canonicus ac Ecclesiæ & Academiæ Tolosanæ Cancellarius, *Tolosæ* 1645. *f* inter Opera iunctim edita primo loco, qua in Compilatione Honoriana, quam plurima & singularia siue Iuris Pontificii cognitionem, siue illorum temporum, quibus Honorius vixit, historiæ seriem spectemus, reperiuntur, quæ in Compilatione Decretalium Gregorii Noni desiderantur. Cui inde ex Iure & historiarum monimentis eximiam lucem attulit, cuius scripta in paucissimorum manibus sunt, doctissimus Cironius. Plures INNOCENTII III. *Epistolas Decretales* edidit ANTONIVS DADINVS ALTESERRA, hoc titulo: *Innocentius III. Pontifex Maximus*, seu *Commentarius perpetuus in singulas Decretales huiusce Pontificis quæ per libros Quinque Decretalium sparsæ sunt*, *Parisiis* 1666. *f.* Omnium optima tamen harum Epistolarum post Editiones SIRLETI, CHOLINI, FRANCISCI BOSQVETI, quæ *Tolosæ* 1635. *f.* cum eruditis notis prodiit, & perrara est; ea habenda, quam procurauit STEPHANVS BALVZIVS, *Parisiis* 1682. *f.* 2. Tomis, qua Epistolarum Libri Vndecim, Gesta porro eiusdem Innocentii, & prima Decretalium Innocentii III. R. P. collectio a

RAI-

RAINERIO Diacono & Monacho Pompoſiano compoſita, Libro III. exhibentur. *Nouam* demum ex his Decretalibus Collectionem adeoque *Septimam* fieri fecit GREGORIVS IX. Papa, per RAIMVNDVM de PENNAFORTI, quæ nunc partem facit Iuris Canonici. Ampliſſimam Epiſtolarum Pontificum, quarum quædam ſingillatim editæ, Collectionem orſus ANTONIVS CARAFA, Cardinalis, qui *Epiſtolas Pontificum a Clemente I. ad Gregorium VII.* vsque collegit, quæ curante ANTONIO de AQVINO, *Romæ 1591, f.* fuit impreſſa atque Epiſtolas ab a. C. 93. ad 1073. habet. Quæ Collectio locupletior edi cœpta *Epiſtolis Romanorum Pontificum a Clemente I. ad Innocentium III.* adiectis Notis criticis & doctiſſimis Diſſertationibus cura PETRI COVSTANT. *Tomus I.* continet Epiſtolas ab A. C. LXVII. ad CCCCXXX. *Pariſiis 1721. f.* Huc quoque pertinent varia vti vocantur BVLLARIA, quæ plures Bullas & literas Pontificum ac Codicillos Ius Pontificium illuſtrantes, exhibent. Quorundam Pontificum Bullæ & Epiſtolæ ſingulatim ſunt editæ, quarum Editiones omnes recenſere nimis eſſet prolixum. In vnum Corpus ſub *Bullarii* elogio eas cogere voluit LAERTIVS CHERVBINVS. Quod vsque ad *Paulli III.* tempora pertexuit ipſe, filius vero eiusdem ANGELVS MARIA LAERTIVS Monachus Caſinenſis, *noua collectione* vsque ad *Vrbani VIII.* Pontificatum produxit. Tandem illud *Bullarium* Patres ANGELVS a LANTVSCA & IOAN. PAVLLVS a ROMA Ordinis S. Franciſci ſtrictioris Obſeruantiæ vsque ad annum 1672. quo Pontificatum geſſit *Clemens X.* continuarunt. Editum ſic adornatum *Romæ VI. Voll. f.* & *Magnum Bullarium Romanum ab Leone* ſ. anno 1051. *ad Clementem X. Lugduni 1692. f. V. Voll.* *Sex* illa *Volumina* Editionis *Romanæ* typis ſuis denuo impreſſit HIERONYMVS MAINARDI Typographus Vrbinas, ſub titulo: *Bullarum, Priuilegiorum & Diplomatum Romanorum P. ampliſſima Collectio, cui acceſſere Pontific. omn. vitæ, notæ & Indices opera & ſtudio* CAROLI COQVELINES atque ab anno 1670. & auſpiciis Pontificatus

tificatus *Clementis X.* Constitutiones Pontificias addendas curauit, adiecitque Tomos VII. VIII. IX. & Xmi P. I. *Romæ 1733 34. 35. f.* *Tomus* autem *Septimus* continet Constitutiones a Clemente X. Pontifice editas; Tomus *Octauus* ab *Innocentio XI.* Tomus *Nonus* ab Alexandro VIII. & Innocentio XII. Tomi *Decimi Pars Prima* a *Clemente XI.* ab anno *1700.* vsque ad *1713.* editas. Vnusquisque Tomus locupletissimis Indicibus instructus. An. 1743. prodiere *T. XII. & XIII.* & sqq. ad an. vsque *1753.* ex Typographia congr. de propaganda Fide. Singulatim edita: INNOCENTII XII. *P. R. Bullarium, Romæ 1697. f.* CLEMENTIS XI. P. R. *Bullarium, Romæ 1723.* splendidissime editum vti & *Epistolæ* eius & *Breuia selectiora Romæ 1724. f.* duobus Tomis magnifice typis excusa, vtraque illata *Operibus, Francof. 1729. f.* editis. CLEMENTIS XII. *Bullarium, Romæ 1736. f.* editum. Noua Editio *Magni Bullarii Romani a Leone M. vsque ad Benedictum XIII. post Editionem Romanam* prodiit, vti titulus præfert *Luxenburgi f. Geneuæ 1721. VIII. Tomis f. successit Magni Bullarii Romani Continuatio,* quæ *Supplementi* loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt Editionibus *Romanæ* & *Lugdunensi. Tomus Nonus* & *Decimus, Luxenburgi 1730. Vndecimus* & *Duodecimus, ibid. 1739. Decimus Tertius* & *Decimus Quartus ibid 1740. Decimus Quintus* & *Sextus, ibid. 1748.* & *52.* complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno V. vsque X. *Decimus Septimus, ibid. 1753.* complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab anno 1746. ad annum 1749. *Decimus Octauus ibid. 1754. f.* complectens Constitutiones *Benedicti XV.* an 1748. vsque ad Ann. 1752. cum Supplementis ad annos 1742. 1745. 1746. 1748. Bullarium secundum *Editionem Romanam a 1617. f.* in Epitomen redegit & auxit variasque Notulas addidit FLAVIVS CHERVBINVS filius, quæ hoc titulo prodiit: *Compendium Bullarii ad annum 1617. Scholiis auctum ad cuiusque Pontificis Sanctiones editumque Romæ*

Romae & *Venetiis 1623. f* cum Indice copiosissimo. Quae Epitome rara est & a Iuris Pontificii cultore ob additas explicationes, si eius copia habetur, non negligenda. Iungenda vtiliter VINCENTII PETRAE R. E. Presbyteri Cardinalis Tituli S. Onuphrii *Commentaria ad Constitutiones Apostolicas, seu Bullas singulas summorum Pontificum in Bullario Romano contentas secundum Collectionem* CHERVBINI, Quinque Tomis, *Venetiis 1729 f.*

XI. Ex his ergo Fontibus collectum fuit, quod nunc communi nomine adpellamus CORPVS IVRIS CANONICI. Constat illud *Decreto*, *Quinque Libris Decretalium* iussu Gregorii IX. collectarum, Libro Sexto Decretalium Bonifacii VIII cui in recentioribus editionibus accessit etiam Liber Septimus, qui primum Gregorii XIII. iussu compositus, tempore Clementis VIII. tamen suppressus fuit, Constitutionibus Clementis V. Extrauagantibus Ioannis XXII & Extrauagantibus Communibus. Hoc Corpus maximam partem Gregorii XIII. iussu a mendis est repurgatum & publica auctoritate in terris Pontificiis, in Germania vero consuetudine est receptum. Inter editiones Iuris Canonici, quarum habemus varias, optima est PETRI & FRANCISCI Fratrum PITHOEORVM, quae *Parisiis 1687. f.* prodiit, post *Lipsiae* recusa *1695. f. & 1705. f.* quae satis est emendata. Post hanc alia est commendanda, quae *Coloniae Munatianae 1661. 1696. & 1716. 4.* prodiit, & quae aeque emendata est PETRI MATTHAEI Editio, *Francofurti 1590. 8.* Nunc vero summa cura adornata & ex MSCtis Codicibus emendata eaque praestantissima Editio prostat cura B. IVSTI HENNINGII BOEHMERI, *Halae Magdeburgicae 1747. 4. mai. II. Voll.* Corpus Iuris Canonici.

§. XII. Postquam editum esset Opus Gratiani, statim orti fuerunt varii, qui Decretum ab illo collectum notis illustrarent. (*) Inter hos fuerunt LAVRENTIVS CREMENSIS VINCENTIVS CASTELLIONAEVS & HVGO VERCELLENSIS, quem secutus fuit IOANNES SEMECA, Halberstadiensis Praepositus, qui Glossa Iuris Canonici.

(*) *Historia Iuris Cap. VII. §. XXI.*

qui anteriorum glossas reformauit & paucis adiectis suas fecit. Ideo sequens illi epitaphium in Cathedrali apud Halberstadienses templo datum fuit:

Est, erit atque fuit, qui desiit esse Ioannes,
dogma tuum viguit, florebit omnibus annis
Lux Decretorum, Dux Doctorum, via Morum
hic iacet, & placet, vt vacet a pœnis miserorum.

Hanc *Glossam* postea auxit BARTHOLOMAEVS BRIXIENSIS atque edidit AEGIDIVS FORSCHERARIVS, *Bononiæ 1589. f.* & STEPHANVS DAOYS, *Antwerpiæ 1624. f.* Alia editio Corporis glossati prodiit *Venetiis 1490. f. 4. Vol.* & *Lugduni 1618. f 3. Vol.* quæ optima est & emendatissima. GRATIANI *Gregorianos Decretalium libros Quinque*, secundum *Gregorianos Decretalium libros titulosque* distinctos per IOANNEM de TVRRECREMATA ex Codice Bibliothecæ Barberinianæ cum erudita Præfatione edidit IVSTVS FONTANINI, *Romæ 1726. f.* Huc pertinet WENCESLAI STEIGERI *Corporis Iuris Canonici medulla*, *Norimbergæ 1713. f.* Lexicon est quasi Iuris Canonici, vbi ordine alphabetico regulæ, definitiones ac Canones Decreti & Decretalium iuxta seriem materiarum referuntur.

Commentatores in Decretum.

§. XIII. *Commentatores ad Decretum* paucos habemus. Inter antiquos huc facit AEGIDIVS BELLAMERA, *Lugduni 1550. f.* IOANNES a TVRRECREMATA, *Venetiis 1578. f. IV. Tomis III. Vol.* atque AZO, *Venetiis 1578. f.* GVILIELMVS de BAIISIO, *Venetiis 1481. f. 1580. f. Lugduni 1558. Venetiis 1588. f.* Secutus hosce est AVGVSTINVS BARBOSA, qui *Collectanea Doctorum* edidit *in Decretum*, *Lugduni 1637. & 1656. f.* sed pro more in citandis scriptoribus plerumque subsistit. In iisdem etiam ad Libros sex Decretalium, Clementinas & Extrauagantes omnes fuit commentatus. IOA. DARTIS doctissimi ICti *Commentarii in vniuersum Gratiani Decretum* varia elegantissimaque eruditione sunt repleti, extant inter Opera Eiusdem *Parisiis 1656. f.* Insignem quoque lucem

quibus-

quibusdam Decreti *Caussis* attulit eruditissimis Commentariis FRANCISCVS FLORENS. Condidit siquidem Tractatum ad Decreti Gratiani *Caus. XI. Quaest. I. de Iurisdictione Ecclesiastica*; Tr. ad eiusdem *Caussam XVI. XVII. XVIII. XIX. & XX. de Statu Regularium*; Tr. *ad Causae XVI. Canones aliquot & nonnulla Decreti loca, de antiquo iure Patronatus & eius origine*; Tr. *ad Causas XXVII. XXVIII. XXIX. & reliqua seqq. ad XXXVI. de Sponsalibus & Matrimoniis*; qui perelegantes Tractatus *Tomo II. operum* cura *Ioa. Doujatii Parisiis 1679. 4.* iunctim editorum extant, quae in Germania raro reperiuntur. Egregie itaque meritus illustris Vir IGNATIVS CHRISTOPHORVS LORBER a STOERCHEN Episcopi Bambergensis Consil. Aul. & Professor Iuris in Academia Bambergensi, qui FLORENTIS *Opera*, *Noribergae 1756. 4.* recudenda curauit & praemissa Praefatione ornauit. IOANNES STRAVCHIVS vtriusque Iuris peritissimus *Lucubrationes Canonicas* sub *Gratiani Conciliatoris* elogio, *Giessae 1677. 4* coepit, quas tamen fato praepeditus absoluere haut potuit, credoque pauculas tantum editas fuisse pagellas, cum Strauchianorum scriptorum cupidi exempla huius *Gratiani Conciliatoris* frustra vsque huc quaesiuerint.

§. XIV. Plures autem habemus in *Decretales*, vt SINIBALDVM FLISCVM, seu INNOCENTIVM IV. in *Quinque Libros Decretalium, Lugd. 1535. f. Francofurti 1570. f.* AEGIDIVM BELLAMERAM, *Lugduni 1548. f. 3. Vol.* PETRVM de ANCHORANO, *Lugduni 1535. f.* HENRICVM BOICH *Venetiis 1576. f.* IOANNEM ANDREAE, *Venetiis 1505. f. & 1583. f.* IOAN. ab IMOLA *Venetiis 1575. fol.* atque plures alios, inter quos tamen vsum adhuc aliquem habent Commentarii HENRICI HOSTIENSIS, *Argentorati 1512. f. 3. Tomis.* FELINI SANDEI, *Lugduni 1519. f.* 2. Voll. *1630. f.* & praecipue NICOLAI de TVDESCHIS, vulgo dicti PANORMITANI *Lugduni 1635. ibid. 1550. f. III. Tomis*, qui iudicio adhuc vtitur accurato, atque ad variorum obiectiones respondet. Horum

Commentatores in Decretales.

Horum omnium instar esse possunt PROSPERI FAGNANI *Commentaria in quinque Libros Decretalium* quae nouissime prodiere, *Coloniae 1704. f.* Inter recentiores breuior est HENRICI ZOESII *Commentarius* a VALERIO ANDREA DESSELIO, *Louanii 1647. f.* editus, & fere ad systematis formam est directus, prodiit postea cum GEISMARI additionibus, *Coloniae 1692. 4.* ERASMI VNGEPAVERI *Commentarius super Decretales, Ienae 1660. & ibidem 1672. 4.* opere postumo editus, breuis est, sed eruditus, cuius auctor ni fallor, primus, qui Lutheranae Ecclesiae addictus Ius Canonicum integre secundum ordinem Decretalium explicauit. CASPARIS ZIEGLERI *Praelectiones Publicae in Decretales*, post mortem summi Viri ex MSCto eiusdem publicatae *Dresdae 1699. 4.* quibus ita se gessit, vt statum caussae cuiuscunque ex Decretalium capitulis quod explicandum sumsit, exponat, Pontificum sententias cum rationibus dubitandi & decidendi neruose explicet, iudicium deinde suum interponat, praxinque tandem Consistorialem & Forensem adiiciat. Neque tamen dissimulare possum, in quibusdam vltimam manum requiri. HENRICI LINCKII *Commentarius ad Decretales* editus *Noribergae 1697. 4.* Optimi sunt ex Pontificiis ERNESTVS PIRHING & EMANVEL GONZALEZ de TELLEZ. Illius quidem Commentarius, *Dilingae 1674. 1676. 1677. 1678. f.* prodiit V. Tomis, cuius etiam *synopsin* Dilingenses dederunt *Augustae Vind. 1693. & 95. 4.* Iste capitula Titulorum promiscue & confuse posita in doctrinae ordinem digessit, textus suppleuit, horum verba explicauit, vsumque demonstrauit, adeoque ad decidendas quaestiones Canonicas adprime est vtilis. Huius Commentarius cum in Germania rarissimus esset *Francofurti* recusus fuit *1690. fol. IV. Tomis, Venetiis 1699. f. IV. Voll.* satis nitide & *Lugduni 1715. f. IV. Tomis*, atque ad explicationem Capitulorum, quam ex antiquitatibus ecclesiasticis & historia conciliorum, depromsit, egregie facit. Ad vsum & praxin fori ecclesiastici Pontificii multum conducit HENRICI WAGNERECK *Commentarius Exegeticus*

Canonum

Canonum opere postumo, sed ab auctore typis parato, *Dilingæ 1672. f.* vbi singulorum capitulorum sensum maxime practicum & forensem iuxta ordinem Decretalium exhibet. Raram & insignem eruditionem spirant INNOCENTII CIRONII *Paratitla in Quinque Libros Decretalium Gregorii IX. Tolosæ 1645. f.* inter *Opera Canonica* iunctim edita medio loco. Eam doctrinam equidem non ostendunt, vtiles tamen quasdam cumprimis in foro Pontificiorum exhibet quæstiones PLACIDI BOECKHN Monachi Benedictini & Procancellarii Salisburgensis *Commentarius in Ius Canonicum vniuersum, siue in Quinque Libros ac Titulos Decretalium Gregorii IX. & concordantes alios, tam eiusdem Iuris Canonici, quam Ciuilis in tres Tomos distributus*, cuius operis *Tomus primus, Salisburgi 1735. f.* complectens Librum I. & II. Decretalium GREGORII IX. *Decretalium Libri I. II. & III. per principia & exempla explicati, per rationes confirmati* auctore IOAN. FRANC. HERTHALS prodiere *Tom. I. & II. Louanii 1708. 12.*

§. XV. Alii separatim in *certos tantum Libros Decretalium* fuerunt commentati. Quam ad Classem referendi IANI a COSTA Antecessoris Tholosani eruditissimi *Summaria & Commentarii in quosdam Libri I. II. & III. Decretalium Titulos* prodiere *Lutetiæ Parisiorum 1676. 4.* inque Germania raro inueniuntur. Titulos Iuris Pontificii, quos ornandos sumsit, non vulgari more, sed humanissima & accuratissima ratione illustrat, Epistolas Decretales cum Romano Iure confert, iisdem ex omnis æui historia lumina adfert, Græcis Latinisque litteris, electissimisque Patrum sententiis ornat, iureque optimo eruditissimi Commentarii laudem promeretur, vt nihil fere deficiat, quam ad Libros Titulosque reliquos Continuatio. Additus est eiusdem Auctoris Commentarius ad Nouellas III. & IV. Iustiniani de Rebus Ecclesiasticis. Cultissimi & rara eruditione pleni sunt FRANCISCI FLORENTIS *Tractatus IX. in IX. Priores Titulos Libri I. Decretalium, Parisiis 1641.* edidi *4. mai.* cum ampla Præfatione, de Methodo & auctoritate Gratiani & reliquo-

Commentatores in speciales quosdam Decretalium libros.

rum post Gratianum Collectorum Decretalium. Accessit *p. 381. seq.* Auctoris Oratio *de recta Iuris Canonici discendi ratione* & IANI A COSTA *in nouem priores Decretalium Titulos Summæ* ex ipsius ore exceptæ. FR. huius FLORENTIS *Dissertationes*, diuersa Iuris Canonici argumenta illustrantes, separatim in lucem produxit FRIDERICVS AVG. CHRIST. WAHL *Helmstadii 1748. 4.* Postea ab ipso Florente quibusdam passim insertis, vel adiectis Notis aucti & emendati, eruditis iterum restituti cura IOA. DOVIATII Operibus *Florentis* Iuridicis iunctim *Parisiis 1679. 4.* editis *Tomo I. p. 67. seq.* Adiungendæ eiusdem Dissertationes in Cap. *Auditis, de præscriptionibus* & ad Cap. XVII. de priuilegiis Lib. II. Decretalium, atque Tractatus ad *Libri III. Decretalium Tit. I. de vita & honestate Clericorum*, quæ eodem *Tomo Primo* Operum comparent. *Tomo Secundo* vero extant Tractatus ad Libri I. Decretalium Titulos Tres XXIX. *de Officio & potestate Iudicis Delegati: XXX. de Officio Legati: XXXI. de Officio Iudicis Ordinarii*; Tr. ad *Libr. III.* Decret. *Tit. V. de Præbendis & Dignitatibus* & Tr. ad *Libr. III. Decret. Tit. XXXVIII. de Iure Patronatus.* IOAN. ZANGERVS *librum secundum Decretalium, Wittebergæ 1620. 4.* exposuit. *In tertium* HENRICVS CANISIVS, *Ingolstadii 1643. 8.* In *Librum quintum Decretalium*, qui agit *de Delictis*, commentatus fuit ex antiquioribus MARIANVS SOCINVS, Senior, cuius Commentaria secunda Editione nitidissime excusa *Parmæ 1575. II. Tomis:* GEORGIVS ADAMVS STRVVIVS, cuius labor editus a Filio *Georg. Gottl. Struuio, Ienæ 1691. 4.* Liber SEXTVS *Decretalium, Moguntiæ 1465. f.* excusus & *ibid. 1473. f.* In *Librum sextum* IOANNES ANDREAE *Venetiis 1499. f.* ALEXANDER TARTAGNVS, dictus IMOLENSIS, *Lugduni 1585. f.* PETRVS de ANCHORANO, *Lugduni 1535. f.* In *septimum* PETRVS MATTHAEI, *Francofurti 1590. 4.* In Libros *Clementinarum* post Glossas *Ioannis Andreæ* Commentarios solida eruditione refertos dedit ANTON. DADINVS ALTESERRA *Parisiis 1680. 4.* eosque perraros.

§. XVI.

§. XVI. Pergimus nunc ad eos, qui *Compendia Iuris Canonici* maxime vero *Decretalium* scripserunt. Inter antiquos PETRVS BAYSIVS *Definitiones* scripsit *Iuris Ciuilis & Canonici*, *Cadomi* 1586. 8. PETRI CRESPETII habemus *summam Iuris Canonici*, *Lugduni* 1590. 8. NICOLAVS FREROTIVS scripsit *Paratitla* seu *Synaxes Iuris Canonici*, in vniuersum Iuris Canonici Corpus, in quibus iudice Innocentio Cironio, multa immo fere omnia desiderantur. Idem CIRONIVS, cuius *Paratitla* supra §. XIV. memorata, huc quoque pertinent, ALEXANDRI CHASSANAEI doctissimi ICti *Paratitla Decretalium* Gregorii IX. valde commendat, sed propter breuitatem maiora incrementa desiderat. Notis hæc Paratitla illustrauit FRANCISCVS FLORENS quæ *Tom. II.* Operum *p.* 308. extant, alias *cum notis Caroli Molinæi*, *Parisiis* 1603. 8. prodiere. CHASSANAEI *Paratitla*, FRANCISCI FLORENTIS suisque animaduersionibus illustrata, vna cum NICOLAI FREROTI *Paratitlis* sub titulo: *Introductionis in Iurisprudentiam Canonico-Pontificiam*, *Francofurti* 1725. 8. edidit B. CHRISTIANVS GOTTFRIED HOFFMANNVS. Eadem *Paratitla* cum *Notis suis Franequeræ* 1731. 8. recudenda curauit ABRAHAMVS WIELINGIVS. Sic etiam extat IOANN. HONORII ab AXEL *Compendium Iuris canonici*, *Coloniæ* 1630. 4. 1656. 4. PETRI ALAGONAE *compendium Iuris Canonici*, *Lugd.* 1623. 4. HENR. CANISII *summa Iuris Canonici*, *Ingolstadii* 1600. 1604. 8. & inter Opera, *Louanii* 1649. 4. MARCI ANTONII CVCCHII *Institutiones Iuris Canonici Venet.* 1566. 8. cum Notis SAMVEL. MARESII prodierunt, *Grœningæ* 1660. 4. CLAVDII FLEVRII *Institutiones Iuris Canonici* gallice scriptæ atque editæ *Parisiis* 1688. 8. in quibus, licet ipse pontificius, multos tamen errores suæ Ecclesiæ & concilii Tridentini reprehendit. Has e gallico in latinum transtulit IOAN. DANIEL GRVBER & adiectis IVSTI HENNINGII BOEHMERI præclaris Notis edidit *Halæ* 1727. 8. Ad methodum Institutionum Iuris ciuilis *in IV. Institutionum Canonicarum*

Compendia & Paratitla Iuris Canonici Pontificiorum.

Libros Commentaria, sed vulgaria exhibuit DOMINICVS AVLISIVS, *Neapoli 1721. 4.* Per Erotemata Iuris Canonici doctrinam tractat BIARNOY de MERVILLE in *examine Iuris Canonici, Parisiis 1685. 12.* quo etiam praxin fori Gallicani vbique subnectit, vti & FRANCISCVS de ROYE *Institutionum Iuris Canonici* Libros Tres ad ecclesiarum Gallicarum Statum accommodauit, prodierunt *Parisiis 1681. 12.* post adnotationibus CASPARIS ZIEGLERI illustrati, *Lipsiæ 1699. 8.* & cum docta Præfatione CHRISTIANI GODOFREDI HOFFMANNI *Lipsiæ 1722. 8.* LVDOVICI du BOIS *Præcepta Iuris Canonici* per *Dionysium Simonem*, variis obseruationibus aucta, ex *Editione Quinta* prodierunt *Parisiis 1703. 8.* & ad vsum potissimum Ecclesiarum Gallicarum sunt directa. Inter recentiores habemus HVNOLDI PLETTENBERGII *Introductionem ad Ius Canonicum, Hildesii 1692. 8.* quæ tamen, vt antea fuit monitum, ad historiam potius Iuris Canonici facit. ROBERTI KOENIGII *Principia Iuris Canonici ad Libros V. Decretalium redacta, Salisburgi 1714. 4.* Nuper post fata autoris editæ IANI VINCENTII GRAVINAE *Institutiones Canonicæ, Augustæ Taurinorum 1710. 8.* agit de Iure ecclesiastico, sacris ministeriis & officiis, fundationibus, septem sacramentis, sanctitate templorum, monasteriorum & sepulcrorum, Iudiciis demum ecclesiasticis. Non quidem æquali accuratione opusculum hoc elaboratum, bene tamen ius vetus, medium & nouum distinguit. Optimum vero compendium præbent VALERII ANDREAE, *Desselii, Erotemata Iuris Canonici, Coloniæ 1660. 12.* iuxta ordinem librorum Decretalium. Hoc postmodum cum animaduersionibus, quibus vsum Consistoriorum commonstrauit, edidit b. G. A. STRVVIVS, idque cum noua præfatione ex editione quarta denuo edi curauit, b. B. G. STRVVIVS, *Ienæ 1709. 8. & Lipsiæ 1720. 8.* Accesserunt IVLII PACII *Isagogica in Decretales*, EBERHARDI SPECKHAHNII *exegesis Decretalium Gregorii IX.* HAGEMEYERVS de *Iure Canonico*, IOA. SERPILII *delineatio Iuris Ciuilis*

nilis & Canonici in allegando & abbreuiando, *Rubricæ Digestorum & Codicis*. Prodierunt etiam in eadem Erotemata *Analecta Lynckeriana, Ienæ 1691. 4.* quibus Praxin Consistoriorum sæpius videmus explicatam. DESSELIANI vt vocant, huius Compendii quatuor priores titulus, variis conductis illustrare voluit IOANNES HENRICVS MOLLENBECIVS in libro cui titulos: *ICtus religiosus Giessæ 1729. 4.* Ex recentissimis RCatholicorum compendiariis expositionibus annotandæ ADAMI IOSEPHI GRENECK *Examen Iuris Canonici iuxta V. Libros Decretalium Viennæ 1728. 8.* qui recentiores Canonistas allegat. ADAMI HVTH *Ius Canonicum ad Libros V. Decretales Gregorii IX. explicatum, Augustæ Vindelicorum 1731. 8.*

§. XVII. Nec defuere inter *Protestantes*, qui Iuris Canonici doctrinam in Compendium redegerunt. Inter hos reperitur REGNERVS SIXTINVS, qui *exegesin Iuris Canonici* edidit *Francofurti 1617. 8.* IOACHIMI STEPHANI *Institutiones Iuris Canonici* proposuit *1612. 8.* ARNOLDI CORVINI a BELDEREN *Ius Canonicum* per aphorismos explicatum, & methodo Institutionum dispositum, prodiit *Amstelodami 1648. 1663. 8.* ob vtilitatem vero quam præstat curante SAMVELE STRYKIO additis Præfatione & *Ioannis Iacobi Wissenbachii Contractionibus Iuris Canonici & Ioachimi Hassæi Differentiis Iuris Romani & Canonici*, recusum *Halæ 1704. 8.* demum cultissimis instructum Notis IVSTI HENNINGII BOEHMERI, *Halæ 1717. 8.* CAROLVS ANDREAS ARTNERVS *Nucleum* edidit *Iuris Canonici Coloniæ 1700. 8.* cui etiam addidit vsum Protestantium, licet non omnem rem exhauriat. ANTONII MATTHAEI *Manuductio ad Ius Canonicum*, quæ *Lugduni Batauorum 1696. 8.* fuit edita, per est erudita ac multa illustrat ex antiquitatibus ecclesiasticis. GERHARDVS GOTTLIEB TITIVS dedit *eine Probe des Teutschen Geistlichen Rechts*, *Lipsiæ 1741. 8. ex Editione tertia*, quo vtilissimo Compendio Ius Ecclesiasticum, ordine concinno in vsum Ecclesiarum Protestantium, missis Ponti-

Compendia Iuris Canonici Protestantium.

ficiis principiis, ac vtriusque Iuris confusione euitata, multo iudicio exhibuit multasque veritates breuiter insimul proposuit. Eruditissimae sunt IOANNIS SCHILTERI *Institutiones Iuris Canonici*, quae primum *Ienae 1681. 12.* prodierunt, post, ex quarta editione, eademque correctiore & magna parte auctiore prodierunt *Ienae 1708. 8.* Accessit *Quinta* cum Praefatione Iusti Henningii Böhmeri, *Ienae 1713. 8.* & *Sexta Ienae 1719. 8.* Hae autem ad Ecclesiae veteris & hodiernae Statum fuerunt accommodatae, praecipue veram Iuris Canonici rationem ex ecclesiasticis antiquitatibus probe demonstrant. Accesserunt FRANCISCI DVARENI de *sacris Ecclesiae ministeriis ac beneficiis Libri VIII.* & *Concordata Nationis Germanicae* cum Notis Schilteri. Cum vero hae Institutiones Schilteriano more, conciso, quandoque obscuro scribendi genere sint conceptae, vtiles quaedam materiae omissae, sententiaeque ad seculi genium, quo viuebat Schilterus, quoque varia adhuc regnabant praeiudicia, propositae, magno studiosorum Canonico-Ecclesiastici Iuris commodo, illustris Vir IVSTVS HENNINGIVS BÖHMERVS *Schilterum* edidit *suppletum & continuatum Halae 1712. 8.* Hunc excepit CASPAR HENRICVS HORNIVS, ICtus grauissimus praematuro nimis fato defunctus, qui *Additamenta* in has Institutiones dedit *Wittebergae 1718. 8.* iisdemque vtiles quasdam ac elegantes Obseruationes cum in Schola tum Foro versantibus, profuturas, exposuit, documentisque publicis & responsis ICtorum quandoque illustrauit, compendiosam praeterea expositionem doctrinae de Computatione & Prohibitione Graduum intuitu rei matrimonialis, adiecit. Plenae bonae frugis illustris IOANNIS ERNESTI FLOERCKII *Obseruationes selectae ad Schilteri Institutiones Iuris Canonici, Ienae 1726. 8.* Obseruationes varias in foro vtiles legas in Viri Celeberrimi FRIDERICI GOTTLIEB STRVVII *Introductione ad Praxin Iuris Canonici in foris Protestantium, Ienae 1714. 4.* in qua controuersiae & euolutae & rariores casus additi. Multa accuratione ex optimis Scriptoribus digesta est, IOANNIS LAVRENTII

TII FLEISCHERI *Einleitung zum Geistlichen Recht Halæ 1724. 8.* quæ inde multis accessionibus aucta *Halæ 1729. 4.* edita. Præstantissimæ hodie Iuris Canonico-Pontificio-Ecclesiastici compendiariæ expositiones sunt B.[a] IOANNIS GEORGII PERTSCHII *Elementa Iuris Canonici & Protestantium Ecclesiastici, Francofurti s. Ienæ 1731. 8.* iterum auctæ & emendatæ *ibid. 1735. 8.* & ex Editione Tertia prioribus multo auctiore & emendatiori, *Ienæ 1741. 8.* B. IOANNIS RVDOLPHI ENGAV *Elementa Iuris Canonico-Pontificio-Ecclesiastici, Ienæ 1739. & ib. 1744. 49. & 1753. 8.* & summi viri IVSTI HENNINGII BOEHMERI *Institutiones Iuris Canonici tum Ecclesiastici tum Pontificii ad methodum Decretalium, nec non ad fora Catholicorum atque Protestantium compositæ, Halæ 1738. 8.* Protestantium Iuris Ecclesiastici nitidum compendium dedit V. C. IVSTVS CAROLVS WIESENHAVER in *Grundsætzen des allgemeinen und besondern Kirchen-Staats-Rechts der Protestirenden in Teutschland, Lipsiæ 1749. 8.*

§. XVIII. Alii fuerunt, qui *amplioribus Systematibus* Ius Canonicum exposuerunt. IOA. STREINIVS in *summa Iuris Canonici* tribus partibus comprehensa, *Coloniæ 1658. 4.* singulari vtitur methodo, & personarum ecclesiasticarum statum ex Iure Pontificio accurate describit. Præterea habemus ANDREAE VALLENSIS *Ius Canonicum, Coloniæ 1651, 4.* quod praxin & vsum Iuris Pontificii accurate satis exponit. BAPTISTAE VIVIANI *Rationale Iuris Pontificii, Coloniæ 1628. 4.* FRANCISCI ZYPAEI *Analysin Iuris Pontificii Noui, Coloniæ 1640. 4.* NICOLAI VIGELII *Methodus Iuris Pontificii, Basileæ 1618. 8.* plane singularis est. Aestimatur apud Pontificios PAVLI LAYMANNI *Ius Canonicum*, notis illustratum, *Dillingæ 1670. 4.* ANTONII AVGVSTINI *Epitome Iuris Pontificii veteris* in tres partes diuisa, agit de personis, rebus & iudiciis, quarum prima pars edita fuit *Taraconæ 1586. f. Romæ 1611. 1614. Venetiis 1616. Parisiis 1641. f.* de cuius vtilitate atque excellentia multa

Systemata Iuris Canonici R. Catholicorum & Protestantium.

multa præfatus fuit homonymus Antonius Augustinus, Iesuita, nostris in oris paucissimis visa. Huius iteratam editionem promisit V. C. WALTHERVS. Maximi apud Pontificios fiunt IOA. PAVLI LANCELOTTI *Institutiones Iuris Canonici*, quæ diuersis editionibus Corporis Canonici fuerunt adnexæ, sæpiusque typis impressæ. Inter præstantiores Editiones habenda, illa quæ facta *Lugduni 1588. 4.* cui accessere Interpretationes, quas Glossas vocant, quibus loca omnia, vnde contextus desumptus est, indicantur, pleraque declarantur, nonnulla per Concilium Tridentinum mutata annotantur, additæ porro *Annotationes* IOANNIS BAPTISTAE BARTHOLINI Perusini ICti, & aliæ ad sensum Theologorum exactius explicandum ANTONII TIMOTHEI Theologiæ Professoris, item: Commentariolum, quo conscripti operis & ratio & historia quædam continetur. Eædem *Institutiones* cum Glossis LANCELTI, BARTHOLINI, TIMOTHEI, RICCII, SOLIERII editæ *Venetiis 1704. f.* Noua eademque notabilis est quæ prodiit *Venetiis 1739. 12.* 3. Voll. in qua adiectæ IOAN. DOVIATII nouæ atque veteres *Notæ* & adpendix quo continetur breuis historia iuris Canonici, recensus librorum necessariorum, & Index chronologicus omnium conciliorum tum in græca tum in latina ecclesia. Hæ etiam suum vsum habent inter Protestantes ob ordinem accuratum & formulas quas explicant Canonicas. In has primum commentarium scripsit CASPAR ZIEGLERVS, *Wittebergæ 1669. 4.* quo Ius Canonicum doctissime exponit, simul vero, ostensis eiusdem næuis & iniquitatibus destruit. IOANNIS HENRICI BERGERI in has *Institutiones Annotationes Wittebergæ 1710. 4.* maximam partem remissiones tantum ad scriptores antiquos continent. Omnium optime de iisdem meritus est summus Vir CHRISTIANVS THOMASIVS, qui easdem cum Notis variorum, potissimum Ziegleri, quas fere omnes exhibet, aliasque multas obseruationes, ex huius Viri scriptis Ius Canonicum illustrantibus, desumtas, adiecit, reliquas ex Brunemanni Iure Ecclesiastico inque illud Stry-
kia-

kianis Notis, Mareſianis ad Cucchi Inſtitutiones, Bœhmeri Iure Eccleſiaſtico aliisque bonis ſcriptoribus deſumſit, propriasque demum & Ziegleri de origine & incrementis Iuris Canonici Diſſertationem, elegantemque Præfationem addidit, iisque omnibus arcana dominationis papalis, epiſcopalis & clericalis eleganter magnoque ſine ſententiis præconceptis legentium cum fructu aperuit, prodiit præclarum Opus, *Halæ 1716. & 1717. 4.* Eruditisſimus quoque Galliæ ICtus IOANNES DOVIATIVS, easdem Inſtitutiones notis illuſtrauit, *Pariſiis 1681. 12. 1685. 12. II. Tomis*, quibus Ius eccleſiaſticum Regni Gallicani optime declarat. Inter Italos in easdem commentatus fuit IOAN. BAPTISTA NERI a PETRA SANCTA, *Florentiæ 1686. 4:* Multam quoque commendationem habent & ad Ius Pontificium accurate pernoſcendum comparatæ IACOBI WIESTNERI Soc. Ieſu Canonum Doctoris, Profeſſoris *Inſtitutiones Canonicæ, ſiue Ius Eccleſiaſticum prælectionibus & exercitationibus Academicis ad Decretalium Gregorii Papæ IX. Libros Quinque, Monachii 1705. 4. 5. Voll.* Maiorem in ſentiendo candorem & libertatem cum eruditionis adparatu adgnoſcimus in ZEGERI BERNHARDI van ESPEN *Iure Eccleſiaſtico vniuerſo, Coloniæ 1702. & 1715. f.* atque *Louanii 1721. f.* inter *Opera*, quorum iunctim editorum præſtantisſima & auctior Editio prodiit *Louanii 1753. IV. Tomis fol. mai.* IOAN. CABASSVTIVS *Iuris Canonici theoriam & praxin* ſcripſit ad forum cum ſacramentale, tum contentioſum, tum eccleſiaſticum, tum ſeculare, *Lugduni 1769. 4. & Pariſiis 1703. 4.* Huc porro referri poſſunt PHILIPPI BRAVN *Principia Iuris Canonici, Norimbergæ 1698. 4.* Scriptor ordinem Decretalium ſequitur, neque Proteſtantibus inutilis. Inter omnia Iuris Canonici Syſtemata quæ ad mentem praxinque Pontificiorum ſcripta ſunt optimum eſt LVDOVICI ENGELII *Collegium vniuerſi Iuris Canonici, Salisburgi, ex Editione Tertia 1688. 4.* & ex *Decima, Salisburgi 1710. 4.* quod & ab ordine qui ad Decretalium ſeriem dirigitur & quæſtionum Cano-

nicarum solida decisione singulariter est commendandum. MIGLIORVCCII Iuris Canonici in Academia Pisana *Institutiones Iuris Canonici, Pisis 1723. 4. IV. Tomis editæ*, additis elucidationibus, in quibus vniuersum Ius Pontificium proponitur, & notitia Historiæ ecclesiasticæ passim illustratur, nec non variis disputationibus aliqua nouitate ad vsum scholasticum excitatis discussisque elucidatur. Apud R. Catholicos multum quoque commendationis habent ampla opera, nempe: FRANCISCI SCHMALZGRVEBER *Ius Ecclesiasticum Libris V. Ingolstadii 1726. f. 3. Voll.* ANA. REIFFENSTVEL *Ius Canonicum, Monachii 1726. f. V. Tomis, Venetiis f.* recusum. FERDINANDI KRIMER, *1706. f.* & PLACIDI BOECKHN *Ius Canonicum vniuersum* commentario ad quinque Decretalium Libb. expositum *Salisb.* Tom. I. *1735. f.* Tom. II. *ibid. 1738.* & Tom. III. *ibid. 1739.* Inter Protestantes omnium curas superauit eruditissimus ICtus deque Iure Canonico-Ecclesiastico immortaliter meritus IVSTVS HENNINGIVS BOEHMERVS elegantissimo opere, cui *Iuris Ecclesiastici Protestantium* titulum præscripsit, cuiusque *Tomus I. Halæ 1714. & edit. IV. 1738. 4. Tomus II. Halæ 1717. & 1723. 1732. 4.* quibus fere Libri Tres Decretalium illustrantur, *Tomus III. Tit. XXX. seqq. & Libri III. Halæ 1723. 1727. & 1736. 4.* ad Libri IV. Tit. VIII. vsque facit, *Tomus IV. ibid. 1731. & 1733. 1740.* ad Librum IV. Tit. IX. seqq. & Libr. V. Tit. I. seq. & *Tomus V. ibid. 1736. 4.* ad Libr. V. Tit. X. seqq. vsque ad finem Decretalium. Adiecti sunt Indices Generales Titulorum, Auctorum ac Rerum præcipuarum in *Quinque* Tomos & Ius Parochiale, auctore V. C. CAROLO AVGVSTO BOEHMERO. Ad Decretalium seriem directum est, quod multi qui Iuris ecclesiastici Protestantium inscriptionem respiciunt, dolent, atque alium & ad naturam Ecclesiæ Euangelicæ directum ordinem peroptant, accuratissima tamen ratione Iuris Canonici, pontificii, demum Iuris Ecclesiastici moderni Protestantium doctrinas tradit, atque ex probatissimis antiquitatis sacræ, & historiarum omnis æui monimen-

tis,

tis, est illustratum, responsis quoque & obseruationibus magnæ vtilitatis refertum, atque ita comparatum, vt omnibus qui solidam amant Iuris prudentiam & eruditionem, debeat esse commendatissimum. Huic iungi possunt eiusdem excellentissimi Auctoris Dissertationes, vna: *De Praxi Iuris Canonici in Terris Protestantium*, *Halæ 1712. 4.* qua eandem ante & post Reformationis Ecclesiæ tempora demonstrat & altera: *de Obseruantia Ecclesiastica, Halæ 1707. 4.* illustris & eruditissimi Viri LVDOVICI MARTINI KAHLE *Elementa Iuris Canonici, Pontificii, Ecclesiastici* apta methodo exposita, *Halæ 1743. 4.* IOA. LAVRENTII FLEISCHERI *Einleitung zum Geistlichen Recht*, edita *Halæ 1729. 4.* CHRISTIANI GOTTLIEB WOLFII *Syntagma Iuris Ecclesiastici, Lipsiæ 1732. 4.*

§. XIX. Succedunt nunc, Collectiones *Operum Iuris Canonici*, & qui *Consilia* & *Responsa* Iuris Canonici ediderunt. IOANNIS DARTIS eruditi Iuris Canonici interpretis Parisini *Opera Canonica in tres Partes distributa, Parisiis 1656. f.* iunctim edita, continent: Commentarios in vniuersum *Gratiani Decretum*; Tractatum *de Beneficiis Ecclesiasticis*; Opuscula varia. AVGVSTINI BARBOSAE *Opera* decem Tomis comprehensa *Lugduni* Super. & nostro Seculo sæpius recusa. CHRISTIANI LVPI *Opera* cura THOMAE PHILIPPINI *Venetiis 1724. 1729. f.* XI. Tom. prodierunt. FRANCISCI ZIPAEI *Opera omnia, Antwerpiæ 1675. f.* BERNARDI van ESPEN *Opera Tom. I. & II. Louanii 1721. f.* & ex Editione præstantissima, *quatuor Tomis Louanii 1753. f. mai.* PETRI de MVRGA *Opera Canonica & Moralia, Lucernæ 1684. f.* duobus Tomis. FRANCISCI SARMIENTO *Opera, Antwerpiæ 1616. f.* HENRICI CANISII *Opera*, quæ de Iure *Canonico* edidit *Louan. 1649. 4. Coloniæ 1662. 4.* IOANN. GVTTIEREZ *quæstiones Canonicas* scripsit *vtriusque Fori, Francofurti 1607. f.* quæ etiam æstimantur. Meliores tamen sunt FRANCISCI ZYPAEI *Consultationes Canonicæ, Antwerpiæ 1640. & 1675. f.* nec non *Responsa de Iure Canonico*,

Opera iunctim edita Consilia & Responsa Iuris Canonici.

nico, *Antwerpiæ 1645. f.* atque IACOBI PIGNATELLI *Consultationes Canonicæ*, *Tomis X. Coloniæ Allobrog. 1700. f. & eius nouissimæ Consultationes Canonicæ duobus tomis comprehensæ*, *Cosmopoli 1711. f.* Omnibus tamen ob neruum atque accuratum iudicium palmam præripiunt IOANNIS WAMESII *Consilia Canonica*, *Louanii 1643 f.* duobus Tomis. In P. FRANCISCI SCHMIER Canonum in Academia Salisburgensi Professoris *Iurisprudentia Practico-Consiliaria*, *Augustæ Vindelicorum 1737. f.* edita, plura de argumentis vsu frequentibus Consilia Canonica occurrunt. Huc etiam faciunt Canonica, quæ in Operibus Cardinalis de LVCA continentur, atque ad Statum Pontificium plurimum spectant.

Regulæ Iuris Canonici.

§. XX. Alii sunt, qui de *Regulis Iuris Canonici* exposuerunt, vti diuersas *Regulas Iuris Ciuilis & Canonici* coniunctas videmus *Venetiis 1572. f. & Lugduni 1550. 8. 1579. f.* In ipsas Iuris Pontificii Regulas, quæ in libro sexto Decretalium continentur commentati fuerunt varii, vtpote IOANNES ANDREAE, *Venetiis 1583. f.* GEORGIVS VIVIENNVS, *Coloniæ 1571. 8.* DAMASVS, *Coloniæ 1663. 8.* & in Tractatu Tractatuum Vol. IV. f. 137. HENRICVS CANISIVS, *Ingolstadii 1600. 4.* & qui summæ Streinii additus est Commentarius. Optimæ vero sunt IOANN. BRVNNEMANNI *Prælectiones publicæ in Regulas Iuris Canonici*, quæ Iuri Ecclesiastico adiectæ & præ cæteris PETRI PECKII *Commentarius in regulas Iuris Canonici*, *Helmstadii 1588. f.*

Scriptores de Regimine Ecclesiastico. Pontificii

§. XXI. De *Regimine Ecclesiastico* e Pontificiorum magno numero egit HIERONYMVS GARZIAS de *Politia ecclesiastica regulari & seculari*, *Cæsaraugustæ 1652. 8.* NICOLAVS SANDERVS, de *visibili Monarchia Ecclesiæ*, Libris VIII. *Antwerpiæ 1578. f.* LVDOVICI CELLOTII S. I. de *Hierarchia & Hierarchis* Libri IX. *Rothomagi 1641. f.* in quibus omnes Hierarchici gradus & ordines, Episcopalis principatus, clericalis dignitas, sanctitas, secundum Patrum doctrinam, decreta Conciliorum, Ecclesiæ ritus & mores explicantur.

plicantur. Eadem fere commentandi ratione MICHAEL MAVCLERVS Parisinus Doctor Sorbonicus de *Monarchia diuina ecclesiastica & seculari christiana* XXX. Libris exposuit *Lutetiae Parisiorum 1622. f.* sanctamque inter ecclesiasticam & secularem coniurationem, vt appellat, declarare voluit, parum felici, vt videtur, successu. Spissum est volumen cui multa aliena adspersa. Prae caeteris MARCVS ANTONIVS de DOMINIS de *Republica Ecclesiastica, Heidelbergae & Francofurti 1618. f. 2. Tomis.* In rubro quidem memorantur Libri X. sed VIII. de Directione externa Ecclesiae per Leges & Iudicia & X. de *Ecclesiastica libertate & priuilegiis* non fuere impressi. Hic licet multa minus necessaria prolixius deduxisset, plurima tamen arcana aulae Papalis detexit. Hinc, cum non in omnibus adplauderet Sedi papali, censuram in eum dedit FIDELIS ANNOSVS, siue potius IOANNES FLOYDVS, *Antwerpiae 1620. 8.* & NICOLAVS COËFFETAV ex ordine Praedicatorum, Theologus Parisiensis *pro sacra Monarchia Ecclesiae Catholicae aduersus Rempublicam M. A de Dominis, Parisiis 1673. f.* AVBERTVS MIRAEVS *Politiae Ecclesiasticae,* siue *Status Religionis Christianae per Europam, Asiam, Africam & Orbem Nouum* Libris IV. admodum breuis est, atque Hierarchiam Pontificiam potissimum describit, prodiit *Colon. 1619. 8. Lugd. 1620. 12. Ius Publicum Romano-Ecclesiasticum* Dissertat. Quinque Statum Romanae Ecclesiae complectentibus exposuit IOA. FRANCISCVS BESSELIVS, *Erfurti 1714. 4.* quibus ad mentem Pontificiorum, sed non adeo solide & erudite egit.

§. XXII. Ex Protestantibus de *Sacra Politia Forensi* scripsit RENATVS CHOPPINVS *Parisiis 1577. 4.* & *1609. f.* & praecipue ROBERTVS PARKERVS de *Notitia ecclesiastica, Francofurti 1616. 4.* cuius tamen editionem mutilatam esse docet Ioannes Hornbeck in summa controuersiarum Libri *XVII.* p. 762. Conferendus cum eodem est SAMVEL PARKERVS de *Regimine Christianae, Ecclesiae, Londini 1683. 4.* Praeterea huc faciunt CHRISTIANVS LIEBENTHAL de *Regimine*

Scriptores Protestantes de Regimine ecclesiastico.

Regimine Ecclesiastico, *Giessæ 1622. 4.* THEODORVS REINKING de *Regimine Seculari & Ecclesiastico*, *Francofurti 1659. 4.* & quod melius adhuc est scriptum Germanicum sub titulo: *Biblische Policey*, quod *Francofurti 1656. 4.* prodiit. HENRICVS GEBHARDVS alias WESENERVS, de *potestate seu regimine ecclesiastico* egit *Francofurti 1627. 8.* Præcipui tamen sunt IOA. OTTO TABOR de *Regimine Imperantium ecclesiastico*, *Argentorati 1656. 4.* HENRICVS ISSELBVRGIVS de *Iure Protestantium contra Pontificem*, *eiusque Concilia*, *Imperium anathema*, *Bremæ 1616. 8.* & IOA. SITHMANNVS, in *Idea Iuris episcopalis*, *Stettini 1657. 8.*

Scriptores de Iure Principum circa Sacra.

§. XXIII. *Iura principum circa Sacra* alii vel defenderunt, vel impugnarunt. Præcipue vero nota est controuersia, hac de re in Belgio, vel ante vel post Synodum Dordracenam mota. Non deerant enim, qui potestati Ciuili omnem denegarent potestatem, cum alii e contrario eandem acerrime defenderent, prodiit inde longa libellorum series, e quibus præcipuos notabimus. Primum sine dubio scriptum erat IOANNIS VYTENBOGARD *van t' Ampt ende Auteriteyt eener hoogen Christeliken Overkeyd in kerkelike Zaaken*, quod sub initia dissidiorum Arminianorum prodiit, post in latinum sermonem translatum prodiit sub titulo: de *auctoritate Magistratus in rebus ecclesiasticis*, *Roterodami 1647. 8.* *Decretum illustrium & potentum Ordinum Hollandiæ & West-Frisiæ pro Pace Ecclesiarum*, latino sermone editum fuit *Lugduni Batauorum 1614. 4.* munitum sacræ Scripturæ auctoritate & Conciliorum, antiquorum Patrum, Confessionum publicarum & recentiorum Doctorum testimoniis. Hoc decretum defendit HVGONIS GROTII *Ordinum Hollandiæ & Westfrisiæ Pietas*, *ab improbissimis multorum*, *præsertim vero a nupera* SIBRANDI LVBERTI *Epistola*, *quam ad Reuerendissimum Archi-Episcopum Cantuariensem scripsit*, *vindicata*, edita auctoritate publica *Lugduni Batauorum 1613. 4.* qua Ius statuendi in rebus Ecclesiasticis Magistratui Ciuili non tribuit

buit solum, sed etiam laudat. Hic autem SIBRANDVS LVBERTVS *responsionem* dedit *ad pietatem Grotii, Francofurti 1614. 4.* Cui Grotius obiecit *Pietatem vindicatam*, reposuit LVBERTVS *bonam fidem demonstratam ex libro, quem inscripsit Responsionem ad pietatem Hug. Grotii, Lugduni Batauorum 1615. 4.* Scripserat etiam IOA. BOGERMANNVS *notas in Grotii Pietatem illustrium Ordinum Hollandiæ*, cui respondet CASPAR BARLAEVS in *Bogermanno elenchomeno, Lugduni Batauorum 1615. 4.* in quo potissimum epistolam Bogermanni dedicatoriam examinat. IOA. ARNOLDVS CORVINVS etiam *admonitiones* scripsit *in pietatem Ord. Hollandiæ, Lugduni Batauorum 1616. 4.* Postquam autem e custodia euasisset Grotius, scripsit *Apologeticum eorum, qui Hollandiæ Westfrisiæque & vicinis quibusdam nationibus ex legibus præfuerunt ante mutationem, quæ euenit anno 1618. Parisiis 1620. 1622. & 1665. 12.* Vltimo demum scripsit de *Imperio summarum potestatum circa Sacra*, quod Opus postumum est & priora saltim repetit, prodiit cum scholiis DAVIDIS BLONDELLI, & EI. Tr. de *regimine plebis in Ecclesia, Parisiis 1648. 8. ex Editione IV. Hagæ 1661. 8.* editioni quoque Becmannianæ Grotii de Iure Belli & Pacis fuit adnexum. Immiscuit sese controuersiæ NICOLAVS VEDELIVS, edita dissertatione Theologica de *Magistratu aduersus Bellarmini Librum de Laicis, Franeckeræ 1638. 4.* qua Magistratus auctoritatem circa res sacras nimium extollit. Cum autem permultis ipsius sententia displiceret, secundam procurabat disputationis suæ editionem hoc Titulo: *de Episcopatu Constantini Magni, seu de potestate Magistratuum Reformatorum circa res ecclesiasticas, dissertatio repetita, cum responsione ad interrogata quædam, Franeckeræ 1642. 12. & Delphis 1661. 12.* Hunc tractatum & viuo ipso & mortuo varii fuerunt adgressi. Scripsit enim contra eundem IACOBVS REVIVS *examen dissertationis Vedelii de Episcopatu Constantini Magni, Amstelodami 1642. 12.* & IACOBVS TRIGLANDVS, de *Episcopatu*

contra Vedelium, *Amstelodami 1642. 12.* Antequam respondere posset Vedelius, moriebatur, quod ipsum moribundum adhuc cruciabat. Post Vedelii mortem ipsius doctrinis ex auctoritate & iussu Classis Walachrianæ se opposuit GVILIELMVS APOLLONIVS in libro de *Iure Maiestatis circa Sacra*, *Medioburgi Zelandorum 1642. 8.* Defensionem tamen VEDELII susceperunt Amici quidam hoc titulo: *Grallæ*, *seu vere puerilis cothurnus sapientiæ*, *quo se iactat apud imperitos Guilielmus Apollonius in centonibus*, *quos edidit contra libellum Cl. Nicolai Vedelii Franekeræ*, *1646. 8.* Hic liber qui inscribitur *Grallæ* &c. insertus est cum aliis huius argumenti collectioni, quæ edita sub indice, vel potius vti videtur, libellis istis editis saltim præfixus titulus: *Tractatus varii pro iure Maiestatis circa Sacra contra Guillelmum Apollonium &* IODOCVM LARENVM *aliosque eiusdem iuris oppugnatores*, *Eleutheropoli 1675. 8.* Protrusæ in hac concertatione, aliæ plene acerbitatis scriptiones, sub his titulis: *Bombomachia Vlissingana*, *Walachro-Papistica*, *discussa*, *Franekeræ 1647. 8.* quo continetur: *Responsio ad Epistolam* IODOCI LARENII Mystæ Vlissingani, quam nuperrime in lucem dedit ad solandum Gulielmum Apollonium grallatorem Vereanum Walachro-Papistam. *Colus*, vt audit *Vlissinganus*, *seu anilis strena*, *quam nuper classi Walachræ obtulit* IODOCVS LARENVS, *Traiecti ad Rhenum 1648. 8.* *Cauterium*, porro *Frisium aduersus Deleterium Walachrum*, *hoc est*, *Responsio ad* IODOCI LARENII *Polymachiam pro nouo Papatu Zelandico*, *Traiecti ad Rhenum 1650. 8.* libelli hi satyrici raro in Bibliothecis occurrere solent. Prodiit quoque: *Grallopæus detectus*, *seu Epistola ad* IODOCVM LARENVM *de Grallarum auctore*, *Medioburgi 1647. 8.* cui tamen opponitur: *Grallator furens*, *seu responsio ad epistolas* GVILIELM. APOLLONII *&* IODOCI LARENI, *Franekeræ 1647. 8.* Addi potest GERARDI IOA. VOSSII *Dissertatio Epistolica*, *de Iure Magistratus in Ecclesiasticis*, *Amstelodami 1669. 4.*

§. XXIV.

§. XXIV. Præter dictos, sunt etiam alii, qui hoc argumentum curate peruestigarunt. Inter hos ALEXANDER PRVINVS scripsit *de summarum potestatum auctoritate Sacra, Helmstadii 1671. 4.* Nota quoque sunt scripta THOMASIANA *de regimine ecclesiastico*, quæ postea coniunctim in Germanicum idioma translata a IOAN. GODOFREDO ZEIDLERO, prodierunt *Francofurti ad Mœnum 1701. 4.* Titulus libri est *Dreyfache Rettung des Rechts Euangelischer Fürsten in Kirchen-Sachen.* Et quidem primo continet THOMASII Disputationem de hac materia; Deinde *Weitere Vntersuchung der einfæltigen Anweisung, wie die protestirende Kirche unter sich zu vereinigen und zu verbessern sey;* Tertio defensionem Thomasii contra apologiam regiminis Ecclesiæ. Singulis scriptis regimen Ecclesiasticum, quantum in coactiua, quæ dicitur gubernatione consistit, principibus, excluso clero, concedit, atque variis argumentis firmat. Idem celeberrimus Vir CHRISTIANVS THOMASIVS Iura Principum Euangelicorum in decidendis controuersiis Theologicis asserere nititur in tractatu suo, cui titulus: *Das Recht Euangelischer Fürsten in Theologischen Strittigkeiten, Halæ 1696. 4.* Eodem conducit eiusdem Autoris Dissertatio: *Vindiciæ Iuris Maiestatis circa Sacra, Halæ 1699. 4.* composita potissimum est aduersus Autorem Consilii, quo modo Ecclesiæ Protestantium sint vniendæ. Prodiit postea *Disputatio Theologi Lipsiensis*, IOANNIS BENEDICTI CARPZOVII *de Iure decidendi controuersias Theologicas cum scholiis Iurisconsulti Halensis*, CHRISTIANI THOMASII, *Halæ 1701. 4.* in qua sententiam suam magis adhuc explicat. Addimus IVSTI HENNINGII BOEHMERI *Dissertationem de Iure Episcopali Principum Euangelicorum, Halæ 1712. 4.* atque aliam Dissertationem plenam bonæ frugis IO. PETRI LVDEWIGII, illustris Viri, *de Præcipuo Principis Euangelici, Halæ 1719. 4.* qua præcipua Principum Euangelicorum Iura circa Personas & Res Ecclesiasticas exponit. ANONYMI, felicissimi inge-

Scriptores recentiores de Iure Principum circa Sacra.

ingenii, siue C. F. BVDDEI *Untersuchung des wahren Grundes aus welchem die hœchste Gewalt eines Fürsten über die Kirche herzuleiten ist*, *Halæ 1719. 8.* qua culta scribendi ratione celeberrimorum de hoc argumento scriptorum sententiæ, eleganti compendio, referuntur, quibus multa de suo addidit doctissimus Auctor, iisdemque ingenium & eruditionem commonstrauit. Huic ex parte & supra recensitis opposita est IOANNIS ABRAHAMI KROMAYER Commentatio Theologica *de Potestate Ecclesiastica*, *quam vocant Externa*, penes quem radicaliter sit, & quibus partibus contineatur, historice, dogmatice, polemice & practice instituta, cum Præfatione summi Theologi ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI *Gothæ 1721. 4.* accessit Appendix, qua recentissimi de hoc argumento Libri examinantur. Omni Ecclesiæ potestatem hanc vindicat venerandus Auctor. Hoc systema doctrinæ curatius excusserunt atque asseruerunt summe venerabilis CHRISTOPH. MATTHAEVS PFAFFIVS Præpositus & Cancellarius Academiæ Tubingensis Dissertatione de *Iure Sacrorum absoluto & collegiali*, quæ adiecta quoque est ipsius *Institutionibus Iuris Ecclesiastici*, editionis secundæ & *Pseudonymus* CONSTANTINVS LIBER *in Untersuchung der Conuentional- oder Collegial-Rechte der Euangelischen Kirchen*, *und deren rechtmæssigen Verwaltung*, *Freystatt 1733. 4.* & *Frf. und Leipzig 1742. 8.* Alii Systema quoddam Christocraticum statuunt, quale adscribitur IOANNI HENRICO le MAITRE quodque confutauit ill. I. H. BOEHMERVS Præf. T. V. Iuris Eccles. Protest. §. 12. seqq. & Consultat. Iur. Resp. XV. f. 161. 162. cui opposuit le MAITRE sub nomine MAESTRAEI *Vindicias disciplinæ Euangelicæ Systematis Christocratici nomine nuper a celeberrimo D. Bœhmero impugnatæ*, *Amstelodami 1737. 4.* addi possunt: *Quatre lettres sur la Discipline ecclesiastique écrites entre Mr.* NECKER *& Mr. le* MAITRE *Vtrecht 1740. 8.* & præcipue Dn. IOA. VLRICI CRAMERI Diss. *de iure circa Sacra Collegiali & maiestatico*, *Marpurgi 1736. 8.*

§. XXV.

Scriptores Iuris Ecclesiastici Protestantium.

§. XXV. Ad *hodiernum* vero *Ius Protestantium Ecclesiasticum* facit AHASVERI FRITSCHII *Ius Ecclesiasticum*, quod prodiit *Ienæ 1682. 4.* quo plures minores Tractatus, qui ad Ius Consistoriorum faciunt, videmus congestos. Continet autem HENRICI GEBHARDI Tractatum *de potestate, seu Regimine ecclesiastico, religione, ministeriis*, HERMANNVM CONRINGIVM de *auctoritate & officio Maiestatis Ciuilis circa sacra*, MICHAELEM HAGEMANNVM *de Iure episcopali*, CASPAREM VNRATH *de Iure Patronatus*, CHRISTIANVM WEBERVM *de Iure Consistoriorum*, AHASVERVM FRITSCHIVM *de Iure visitandi ecclesias*, IOA. CALOVIVM *de Iure decimarum*, *Transactionem Passauiensem & Pacem Religiosam*, *Instrumenti Pacis Articulum V. de statu religionis cum* WILHELMI IGNATII SCHÜTZII *Manuali*, ABRAHAMI CALOVII Tractatum *de natura ac indole pacificationis religiosæ. Consilia quædam Ius ecclesiasticum concernentia, & Ordinationem de rebus Ecclesiasticis Gothanum, aliasque.* In *Manuale* vero *Schützianum* separatim prodierunt *Notæ & Animaduersiones*, auctore HEYDENO BORROMAEO RICCRVNTO, sub quo nomine latet HIERONYMVS BRÜCKNERVS, *Veronæ 1689. 12.* in quibus potissimum quæ ad Pacem faciunt religiosam, proponit. Egregiam *Iuris Publici Ecclesiastici Protestantium Delineationem* dedit ill. IOA. GEORGIVS ESTOR, *Francofurti & Lipsiæ 1732. 4.* Quotidiani vsus sunt BENEDICTI CARPZOVII *Definitiones Consistoriales*, seu *Iurisprudentia Ecclesiastica*, *Lipsiæ 1695. f. 1708. f.* Hanc suppleuit, Rescriptis, Decretis & Responsis recentioribus ad caussas Consistoriales pertinentibus auxit ac emendauit quandoque ANDREAS BEYERVS *Additionibus ad Benedicti Carpzovii Iurisprudentiam Ecclesiasticam*, *Dresdæ 1718. f.* quæ in Saxonia cum primis agentibus perutilia esse possunt. *Synopsin Iurisprudentiæ* huius *Ecclesiasticæ* dedit IOA. CHRISTIANVS STARCKIVS *Dresdæ & Lipsiæ 1722. 8.* & qui præ cæteris huc facit IOAN. BRVNNEMANNI

Tractatus egregius *de Iure Ecclesiastico*, notis & supplementis adauctus a SAMVELE STRYKIO, *Francofurti & Lipsiae 1681. 4.* & ex *Editione V.* reuisa & emendata *Francofurti ad Viadrum 1709. 4.* in quo quidquid ad statum Ecclesiarum Euangelicarum & Iura Consistoriorum facit, egregie declarat, multosque ingenue commonstrat morbos, quibus res ecclesiastica laborauit ipsius tempore, & adhuc laborat. Addi potest B. IVLII BERNHARDI de ROHR *vollstændiges Ober Sæchsisches Kirchen Recht, Franckfurt und Leipzig 1723. 4.* atque summe venerabilis Praepositi & Cancellarii CHRISTOPHORI MATTHAEI PFAFFII *Academische Reden über das sowohl allgemeine als auch Teutsche Protestantische Kirchen-Recht, Tübingen 1742.* in quibus recitationibus obseruationes vtilissimae & monita praeclarae frugis leguntur. *Institutiones* huius iuris IDEM dedit in vsum *Auditorii* sui concinnatas cum vtilibus accessionibus *Ffti & Lips. 1727. 8.* atque B. IOA. BALTH. WERNHER, cuius *Principia Iuris Ecclesiastici Protestantium, Viteb 1727. 8.* edita GEORGIVS GOTTFRID KEVFFELIVS *Elementis Iurisprudentiae Ecclesiasticae vniuersae, Rostochii 1728. 8.* & V. C. IACOBI GABRIELIS WOLFFII *Institutiones Iurisprudentiae ecclesiasticae, Lipsiae 1713. 8.* Hisce addi potest MARTIN. SCHRADERVS *de caussis Fori ecclesiastici Euangelicorum, Hildesiae 1692. 12. & Guelpherbyti 1710. 4.* ex secunda Editione eademque auctiori & emendatiori.

De Iure Ecclesiastico Gallicanae & Anglicanae Ecclesiar.

§. XXVI. Iura *Gallicanae Ecclesiae* multum illustrant: *Les Loix Ecclesiastiques de France de leur Ordre naturel, & une Analyse des Livres du Droit Canonique conferez avec les Vsages de l'Eglise Gallicane* par LOVIS de HERICOVRT, *à Paris 1719. f.* Ad *Ecclesiam* vero *Anglicanam* faciunt praeter *Concilia* a SPELMANNO & WILKINS collecta, magno & erudito labore conquisitus EDMVNDI GIBSON *Codex Iuris Ecclesiastici Anglicani 1713. f.* 2. Voll. quo Statuta, Canones. & quae in Actis Senatus Anglicani (Parliamenti) disposita continentur additis commen-

mentariis. Neruum inde dedit *Prouinciale* seu *Constitutiones Angliae* quod composuit GVIL. LYNDWOOD Officialis Curiae Cantuariae, dein Priuati Sigilli Custos, demum Episcopus Meneuensis, quo continentur Constitutiones quatuordecim Archi-Episcoporum Cantuariensium, cum Summariis & eruditis Annotationibus denuo reuisum & impressum, adiectae *Constitutiones Legatinae Othonis & Othoboni* Cardinalium Sedis Romanae Legatorum cum annotationibus IOA. de ATHONA Canonici Lincolniensis, *Oxoniae 1679. f.* IOANNIS IOHNSON *Collectio omnium Legum, Canonum, responsorum aliorumque monimentorum ecclesiasticorum ad Regimen, disciplinam & religionem ecclesiae Anglicanae spectantium a prima eius fundatione ad tempora reformationis; partim latina, partim Saxonica lingua editorum, nunc vero primum Anglice versorum cum notis sensum eorum explanantibus & Glossis* LYNDWOODI & ATALONII *praecipuis Londini 1720. 8.* coniungendum ROBERTI SCHARROCK *Prouinciale vetus prouinciae Cantuariensis,* cum selectioribus GVILIELMI LYNDWOODI *annotationibus, Oxonii 1664 8. Reformatio Legum ecclesiasticarum ex auctoritate primum Regis Henrici 8. inchoata, deinde per Regem Eduardum 6. prouecta, adauctaque in hunc modum atque nunc ad pleniorem ipsarum reformationem in lucem edita* prodiit *Londini 1640. 4.* RICHARDI COSINI *Ecclesiae Anglicanae Politia in tabulas digesta, Oxonii 1684. f.* Sedecim constat tabulis, quae in vsum cleri potissimum fuerunt concinnatae, vt exactiorem regiminis ecclesiastici typum ante oculos haberent. Post hanc prodiit MOCKETI *Politia Ecclesiae Anglicanae, Londini 1683. 8.* Hic liber aliquando flammis fuit traditus eo quod editus fuerat cum IVELLI *Apologia Ecclesiae Anglicanae*, & aliis quibusdam libris, qui cum suspecti quid & Statui Ecclesiastico minime conueniens continere credebantur, flammis subiiciebantur. Describit autem & hierarchiam & statum ecclesiae Anglicanae satis dilucide. Cum eodem prodiit RICHARDI ZOVCHAEI descriptio *Iuris &*

& Iudicii ecclesiastici secundum canones & constitutiones Anglicanas, *Londini 1683. 8.* Hac tamen adhuc plenior est FRANCISCI CLARKE *praxis fori ecclesiastici* per THOMAM BLADEN *Londini 1684. 4.* Præ cæteris vero æstimandum est scriptum, quod sub titulo: EDVARDI DIDOCLAVII *Altare Damascenum, siue Ecclesiæ Anglicanæ Politia Ecclesiæ Scoticanæ obtrusa, a Formalista quodam delineata, illustrata & examinata*, prodiit *1623. 4.* Sub hoc nomine latet DAVID CALDERWOOD, qui dum Iacobus I. Stuartus Scotiæ, Angliæ Liturgiam vellet obtrudere, hoc scriptum publicauit, in quo omnem Politiam Anglicanæ Ecclesiæ exponit, hoc simul demonstrans, multum illam a praxi veteris Ecclesiæ discrepare, id quod multis argumentis ex Scriptura sacra & Patrum scriptis depromptis, declarat. Denuo hoc Opus prodiit *Lugduni Batauorum 1708. 4.* cui locis suis inserta *Confutatio Parænescos Tileni ad Scotos, Genevensis disciplinæ Zelotas*, quæ eiusdem est Calderwodii, & adiecta epistola HIERONYMI PHILADELPHI *de regimine Ecclesiæ Scoticanæ, eiusque vindiciæ contra calumnias Ioannis Spotsuodi, Tuni Andreæ Pseudo-Archiepiscopi, per Anonymum.* Breuiter Ecclesiæ Anglicanæ Politiam describit HENRICVS LVDOLPHVS BENTHEIM *im Engellændischen Kirchen- und Schul-Staat, Lüneburg 1694. 8.* & ex aucta insigniter *secunda Editione* cum Præfatione B. MENZERI *Leipzig 1732 8. mai.* vtilissime iungi possunt quæ curate obseruauit de Statu Ecclesiastico Britanniæ GEORGIVS WILHELMVS ALBERTI *Epistolis*, vernacula editis, *Hannoueræ 1752. 8.* Parte in primis *Tertia & Quarta.*

Scriptores de Iure ecclesiastico & Iurisdictione Ecclesiastica.

§. XXVII. Ad Ius Ecclesiasticum Pontificiorum tendit ANTONII PAVLVTII *Iurisprudentia sacra, Romæ 1684. f.* BERNHARDVS SANNIG in *Scholiis Canonicis, seu vniuerso Iure Canonico, noua methodo digesto, Pragæ 1692. f.* Commendandum autem maxime est volumen AVGVSTINI BARBOSAE *de Iure Ecclesiastico, Lugduni 1654. f. & ibid. 1699. f.* editum, quod

quod tamen alieno labore partum esse testatur Erythræus in Pinacotheca p. II. n. 18. & Morhofius in Polyhist. lib. I. c. IX. multaque laude dignum ZEGERI BERNHARDI van ESPEN *Ius Ecclesiasticum vniuersum hodiernæ disciplinæ, præsertim Belgii, Galliæ, Germaniæ & vicinarum Prouinciarum accommodatum, Louanii 1700. f. Coloniæ 1703. f. & Coloniæ 1715 f.* cum aliis operibus ex *Editione Germanica secunda*, quaquæ Gallici Idiomatis in prioribus extabant, versione latina donata. Vltima Editio reuisa, correcta & aucta ab Auctore *Louanii 1721. f. & Louanii 1754.* Hoc autem Opus ex Canonibus, Iure Decretalium, Synodis, potissimum Belgicis, Principum Edictis, & Magistratus tam Ecclesiastici quam Ciuilis iudicatis depromptum, egregium plane est & ad pernoscendum Ius Pontificium hodiernum in regionibus præsertim quæ in titulo sunt memoratæ, apprime conducit. Facit etiam huc FRANCISCVS SALGADO de SOMOZA *de supplicatione ad Sanctissimum, Lugduni 1664. f.* PYRRHVS CORRADVS in *Praxi Dispensationum Apostolicarum, Coloniæ 1691. f.* & præcipue CLAVDIVS BLONDEAV, cuius *Bibliotheca Canonica*, sub Titulo: *La Bibliotheque Canonique, contenant par ordre alphabetique toutes les matieres ecclesiastiques & beneficiales qui ont été traitées par Mr. le Bouchel, Avocat au même Parlament, dans la somme beneficiale à laquelle ont été ajoutés dans la même ordre plusieurs traités, arrets, reglements, ordonnances & notes sur les mêmes matieres, à Paris 1689. f. 2. Vol.* *De Foro Ecclesiæ* extat Tractatus FELICIANI de OLIVA e SOVZA *Coloniæ Allobrogum 1678. f.* *Ecclesiasticæ Iurisdictionis Vindicias aduersus* CAROLI FEVRETI *& aliorum Tractatus de Abusu* scripsit ANTONIVS DADINVS ALTESERRA *Aureliis & Parisiis 1703. 4.* Præ ceteris vero huc facit PETRVS de MARCA *de Concordia Sacerdotii & Imperii*, cuius prima Editio lucem adspexit *Parisiis 1663. Secunda ibid. 1669. f. Tertia ib. 1704. f.* singulæ cura STEPHANI BALVZII. Hic enim Ius Ecclesiasticum Pontificiorum egregie declarat, Ius Pon-

tificis, Episcoporum, Vicariorum & Principum circa sacra probe distinguit, & libertatem Ecclesiæ Gallicanæ vindicat. Recusum ob præstantiam & vtilitatem in Germania hoc opus *Francofurti 1708. f.* cura *Iusti Henningii Boehmeri*. Accesserunt huic editioni Eiusdem Marcæ *Dissertationes* quædam *Selectæ* hunc Tractatum de Concordia Sacerdotii & Imperii illustrantes, atque inter has illa de veteribus collectionibus Canonum, additæque IVSTI HENNINGII BOEHMERI *selectæ Obseruationes Ecclesiasticæ* dictum Tractatum eruditissime illustrantes. Referri etiam huc merentur doctissimæ & cordatissimæ LVDOVICI ELLIES du PIN *de antiqua Ecclesiæ Disciplina Dissertationes*, quæ *Parisiis 1686. 4.* primum prodiere, dein apud *Batauos 1691. 4.* sunt recusæ, quæ potiores quasdam Iuris Ecclesiastici Pontificii materias, non tamen semper ea ratione, quæ ad palatum Curiæ Romanæ, exponunt.

Scriptores de Hierarchia Ecclesiastica Pontificiorum.

§. XXVIII. Pergimus ad *Hierarchiam* & *Statum ecclesiasticum Pontificiorum*. De *Hierarchia* quidem *ecclesiastica* egit SEBASTIANVS CAESAR, *Conimbriæ 1628. f.* ALEXANDER TVRRIANVS libris X. *Hierarchiæ ecclesiasticæ, Venetiis 1664. 4.* Copiosiores tamen sunt ALBERTVS PIGHIVS in Libris VI. *de hierarchia ecclesiastica*, *Coloniæ 1572. f.* & præcipue IOANN. CARAMVEL de LOBKOWIZ *de Hierarchia ecclesiastica deque Pontificis*, *Archiepiscoporum &c. electione & promotione*, *Pragæ 1653. f.* THEOPHILVS BANOSIVS *de Politia ciuitatis Dei & hierarchia Romana*, *Francofurti 1592. 4.* *De Ecclesiasticæ Hierarchiæ originibus* extat *Dissertatio* BENEDICTI BACHINII *Mutinæ 1703. 4.* Diuisa ea est in tres partes. In prima examinat & reiicit illorum sententiam, qui putant, Apostolos in fundanda Ecclesiæ hierarchia imperii Rom. statum pro norma habuisse, & tandem in causas inquirit, ob quas serius in Occidente Hierarchia Ecclesiæ ad recentiorem Imperii formam componere tentatum fuerit. In secunda parte ad Italicarum Metropoleωn origines descendit, quas demum Seculo IV. natas asserit. Tandem

dem in Tertia de Rauennatensis Ecclesiæ Metropolitanæ Iure eiusque initiis agit. *De Hierarchia Ecclesiastica enucleanda* Tractatum pereruditum, vt omnia huius sunt Viri, scripsit IOANNES DARTES, qui inter Opera *Parisiis 1656. f.* edita *Parte III. p. 25.* comparet. *Metropolitanarum Vrbium*, inter quas diuisa Romana Hierarchia, *Historiam* ciuilem & ecclesiasticam, exhibuit PETRVS IOANNES CANTELIVS S. I. cuius Tomus Primus *Parisiis 1684. 4.* prodiit. *De antiquis* vero *Italiæ Metropolibus* Exercitatio extat DOMINICI GEORGII, *Romæ 1722. 4.* Facit huc etiam HVNOLDI PLETTENBERGII *Notitia Congregationum & Tribunalium Curiæ Romanæ, Hildesii 1693. 8.* qua de Cardinalibus, horum iuribus, officiis, Titulis agit, de Legatis & Nuntiis Sedis papalis, de Conclaui & electione Pontificis, de Consistoriis, de sacra pœnitentiaria, dispensationibus matrimonialibus, absolutione papali, Signatura, Dataria, Cancellaria, Camera, Rota Romana, Tribunali Inquisitionis, & diuersis Congregationibus Romanis, vt exinde multa Status Romani hodierni petatur notitia. Iungi meretur IOANNIS BAPTISTAE de LVCA, Cardinalis, *Relatio Curiæ Romanæ, Coloniæ Agrippinæ 1683. 4.* singulatim edita, *Theatro* quoque *Veritatis & Iustitiæ* inserta, quo omnium Congregationum, Tribunalium aliarumque iurisdictionum Vrbis Romanæ, Status & Praxis dilucide describitur. Add. OCTAVIANI VESTRII in *Romanæ Aulæ Actionem & Iudiciorum Mores Introductio, Ven. 1553. 8.* & cum Not. *N. A. Grauatii Colon. A. 1574. 8. Formulare Registrorum seu Terminorum obseruandorum in Curia Romana,* impressum *Liptzk, Lipsiæ 1506. f.* Summum Ecclesiæ Romanæ in sacris & profanis Tribunal optime descripsit DOMINICVS BERNINVS in Libro inscripto: *il Tribunale della S. Rota Romana*, in *Roma 1717. f. De S. Romanæ Ecclesiæ Vice-Cancellario, illiusque munere, auctoritate & potestate, deque Officialibus Cancellariæ Apostolicæ aliisque ab eodem dependentibus* diligenter ac erudite commentatus IOANNES CIAMPINI, *Romæ 1697. 4.* IDEM de *Abbreuiato-*

rum de Parco Maiori siue Assistentium R. E. Vice-Cancellario, statu, munere, priuilegiis exposuit *Romæ 1619. f.* IDEM *Abbreuiatoris de Curia* compendiariam Notitiam dedit, *Romæ 1696. 4.* *Regularum Cancellariæ* cognitio & vsus in *Curia Romana negotia tractantibus* summe necessaria, de quibus inter alios consulendi QVINTILIANI MANDOSII Romani, *Commentarii in Regulas Cancellariæ Apostolicæ Iudiciales*, *Romæ 1572. f.* LVDOVICI GOMES Episcopi Sarnensis Commentaria in *Regulas Cancellariæ iudiciales*, *Venetiis 1540. f.* & qui pro libertate Gallica quædam monuit CAROLVS MOLINAEVS Commentariis *in Regulas Cancellariæ Romanæ hactenus in Regno Franciæ vsu receptas*, *Lugduni 1560. 4.*

Scriptores de Electione & Potestate Pontificis nec non Cardinalibus.

§. XXIX. Plures de *Pontificum Electione* exposuerunt. *Ceremoniale Electionis & Coronationis Pontificis Romani*, iuxta prima, genuina & rarissima exemplaria *Romana*, *Veneta*, & *Taurinensia*, cum anecdota narratione curiosa de *Creatione Papæ Pii II.* & AVGVSTINI OLDOINI *Catalogo Auctorum, qui de Romanis Pontificibus scripserunt*, præmissa erudita Præfatione edidit summe venerabilis IOANNES GERHARDVS MEVSCHEN, *Francofurti 1732. 4.* *Cæremoniale continens ritus electionis Romani Pontificis Gregorii XV. iussu editum Romæ* prodiit *1621. 4.* & *1689. 4.* recusum *Coloniæ 1622.* & a S. R. MEVSCHENIO repetitum. Minorem talium Scriptorum collectionem dedit summus Vir HERMANNVS CONRINGIVS *de Electione Vrbani VIII. & Innocentii X. Pontificum* titulo: *Commentariorum Historicorum* cum luculenta præfatione, *Helmstadii 1651. 4.* accessit Bulla Gregorii XV. de Conclaui, IO. FRANCISCI LOTTINI *de sacris Cardinalium Comitiis, siue de Conclaui Dissertatio*; Anonymi dissertatio de Creatione Pontificum, ONVPHRIVS PANVINIVS *de Comitiis Pontificialibus*, Pii IV. & Greg. XV. Bullæ de Conclaui eiusque Cæremoniis, Greg. XV. cæremoniale Conclauis. Ex hac igitur collectione statum & formam electionis Pontificialis optime perspicimus. Huc quoque pertinent *de Conclauibus*, in

in quibus Electio Pontificum peragi solet, *Narrationes*, quae separatim post Electionem Pontificum prodeunt, varioque idiomate cum singulatim, tum iunctim editae, prostant. *Tria Conclauia siue Historicae Narrationes de Vrbani VII. Georgii XIV. & Clementis VIII. Electionibus*, ex Italico translatae, excusae sunt *Francofurti ad Moenum 1617. 4.* LAVRENTIVS BANCK produxit *Romam triumphantem* seu *Actum inaugurationis & coronationis Innocentii X. Franequerae 1645. 12. Conclaue in quo Fabius Chisius nunc Alexander VII. Pontifex electus est* cura LEVINI NICOLAI MOLTKENII cum editoris Praefatione editum *Slesuici 1656. 8.* Talia quoque Electionum Pontificiarum *Conclauia* a Clemente VII. ad Alexandrum VII. italico sermone descripta, sine loci impressionis adnotatione prodiere *1668. 12.* nitido caractere. Haec excepit HENRICI ab HVYSSEN illustris Viri, *Historia Conclauium* (*Histoire des Conclaves*) Gallice scripta, quae ex *Editione Tertia* prodiit *Coloniae*, siue potius apud *Batauos 1703. 8.* duobus Tomis, atque Narrationes eiusmodi a Clemente V. ad Clementem XI. vsque continet, cum ab Huysseno aliis ex linguis translatas, tum ab ipsomet concinnatas, praemisso sermone de Caeremoniis, quae post mortem Pontificis & in Electione noui adhiberi solent, & Notitia Cardinalium ac Familiarum illustrium Romanarum. Multae variaeque lectionis collectanea videas in IOANNIS GEORGII FVESLINI libro, cui titulus: *Conclauia Romana reserata, Tiguri 1692. 4.* Sub Cardinalis AZZOLINI nomine prodiit Scriptum: *Candidatus Papalis dignitatis* siue, *quid in Conclaui obseruandum, Osnabrugae 1691. 4.* His iungimus MARTINI BONACINA librum de *legitima S. Pontificis electione, Venetiis 1638. 4.* IO. CHRISTOPHORI WAGENSEILII *Dissertationem de electione Romani Pontificis, Altorfii 1670. 4.* & qui huius curas superauit IO. FRIDERICVM MAYERVM in Commentario suo *de Pontificis Romani electione, Hamburgi 1670. 4. & Hamburgi 1700. 4.* nouis accessionibus locupletatum, quo multa cura ex Scriptoribus tum antiquis, tum recentio-

centioribus, quæ ad electionem Paparum & Historiam Conclauium faciunt, congessit. Licet fabulam de Ioanna Papissa mordicus defendere conetur, cui tamen ab aliis haut immerito contradicitur: Accesserunt binæ Dissertationes, quarum prior de Titulo papali agit: *Seruus seruorum Dei*, altera *an dogma Papistarum sit: Pontificem Romanum esse Deum. De Iure Exclusiuæ, vt appellant, quo Cæsar. Aug. vti potest, quum Patres Purpurati in creando Pontifice sunt occupati* erudita extat Commentatio IO. GEORGII ESTOR, *Ienæ 1740. 4.* De *Cardinalibus* legenda IACOBI COHELLII *Notitia Cardinalatus, siue de S. R. E. Cardinalium origine, dignitate, & de præcipuis Romanæ Aulæ officialibus, Romæ 1653. f.* Conferri potest libellus sub titulo: *L' Origine des Cardinaux du S. Siege & particulierement des François, avec deux Traitez curieux des Legats de Latere, Cologne 1670. 12.* Huc quoque spectat HIERONYMI PLATI liber *de Cardinalis dignitate & officio* prodiit primum *Romæ 1602. 4.* & inde *1713. 4.* recusus *Lugduni 1623. Moguntiæ 1621. 8.* ac demum *Romæ 1746. 4.* additionibus, notis, & dissertationibus auctus ac distinctis capitibus illustratus a IOA. ANDREA TRIA *Archi-Episcopo Tyri.* De *Sacri Consistorii* (Cardinalium) *consultationibus* exposuit GABRIEL PALAEOTTVS, & ex altera Editione, quæ in Germania prima, *Ingolstadii 1594. 4. Venetiis 1596. 4.* CARLO BARTHOLOMAEO PIAZZA *la Gerarchia Ecclesiastica*, Italico sermone perscripta & *Romæ 1703 f.* excusa, inter alia, Ecclesiarum potissimum, quæ *Tituli* audiunt, singulis Cardinalibus concreditarum, statum antiquum & hodiernum eleganter & accurate exponit. Leguntur quoque quædam huc spectantia in libro, qui inscribitur: *il Cardinalismo di Santa Chiesa divise in tré parti 1668. 12.* & germanice: *der Cardinals-Hut 1667. 12.* tribus Tomis. De *Cardinale impubere* Diatribæ binæ elegantes IOANNIS GEORGII ESTORIS editæ *Ienæ 1737. & 1738. 4.* Adriani VI. Conclaue ex MSCto Actis litterariis fasciculo tertio inseruit B. BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS.

VIVS. De *Exclusiua*, vt vocant *quandoque a Principibus interposita, ne aliquis in summum Ecclesiae Pontificem eligatur*, extat libellus inscriptus: *Dictamen* P. Mag. Fr. GABRIELIS ADARZO de SANTANDER Episcopi Vigleuanensis editus *Francofurti 1660. 4.* De eodem argumento exposuit erudito Programmate Dn. IOA. GEORG. ESTOR *Ienae 1740. 4.* IVLIVS vero LAVORINVS de LAVRINO *De Conclaui & Conclauistis* librum conscripsit. MARCI ANTONII MAZZARONI extat libellus *de tribus Coronis Pontificis Romani, nec non de' Osculo Pedum eius, Romae 1588. 8.* *An Romanus Pontifex Baculo pastorali vtatur?* excussit IOA. CIAMPINVS *Romae 1690. 4.* De *Osculo* quoque *Pedum Pontificis Romani* disseruit IOANNES FRIDERICVS MEYER, *Vitembergae 1718. 4.* De *Benedictione Papae* extat Diss. GEORGII HENR. GOEZII *Lubecae 1715. 4.* Romani Pontificis Maiestas ample copioseque laudata in THEOPHILI RAYNAVDI Libro, cuius index: *Corona aurea supra Mitram Romani Pontificis*, siue *Collectio Titulorum, quibus Concilia & Patres Romani Pontificis & Sedis Apostolicae maiestatem coronarunt, Romae 1647. 4.* Huc & pertinet: IOA. BELTRANI GVEVARA ICti Hispani & Archiepiscopi Salernitani *Propugnaculum Ecclesiasticae Libertatis & Pontificiae Potestatis aduersus Leges Venetiis latas, & contra earum defensores, Romae 1607. 4.*

Scriptores de Potestate & Iuribus Pontificis Romani, & contra Primatum eiusdem.

§. XXX. *De Potestate porro & Iuribus Pontificum Romanorum* amplissima Scriptorum & adulatorum series, quorum enumeratio peculiarem Bibliothecam requirit. Collegit tales Scriptores opere vasto, ordine Alphabetico IO. THOMAS de ROCABERTI Archi-Episcopus Valentinus & Hispaniarum Inquisitor Generalis in *Bibliotheca Maxima Pontificia, Romae 1695. 1697. 1698. & 1699. Fol. XXI. Tomis*, qua *Auctores* qui vsque huc pro Romana Sede & Pontificia potestate, cum theologice, tum historice & canonice scripserunt continentur, ex his praecipui:

contra Vedelium, *Amstelodami* 1642. 12. Antequam respondere posset Vedelius, moriebatur, quod ipsum moribundum adhuc cruciabat. Post Vedelii mortem ipsius doctrinis ex auctoritate & iussu Classis Walachrianæ se opposuit GVILIELMVS APOLLONIVS in libro de *Iure Maiestatis circa Sacra*, *Mediobürgi Zelandorum* 1642. 8. Defensionem tamen VEDELII susceperunt Amici quidam hoc titulo: *Grallæ*, *seu vere puerilis cothurnus sapientiæ, quo se iactat apud imperitos Guilielmus Apollonius in centonibus*, *quos edidit contra libellum Cl. Nicolai Vedelii Franekeræ*, 1646. 8. Hic liber qui inscribitur *Grallæ* &c. insertus est cum aliis huius argumenti collectioni, quæ edita sub indice, vel potius vti videtur, libellis istis editis saltim præfixus titulus: *Tractatus varii pro iure Maiestatis circa Sacra contra Guillelmum Apollonium &* IODOCVM LARENVM *aliosque eiusdem iuris oppugnatores*, *Eleutheropoli* 1675. 8. Protrusæ in hac concertatione, aliæ plene acerbitatis scriptiones, sub his titulis: *Bombomachia Vlissingana*, *Walachro-Papistica*, *discussa*, *Franekeræ* 1647. 8. quo continetur: *Responsio ad Epistolam* IODOCI LARENII Mystæ Vlissingani, quam nuperrime in lucem dedit ad solandum Gulielmum Apollonium grallatorem Vereanum Walachro-Papistam. *Colus*, vt audit *Vlissinganus*, *seu anilis strena*, *quam nuper classi Walachræ obtulit* IODOCVS LARENVS, *Traiecti ad Rhenum* 1648. 8. *Cauterium*, porro *Frisium aduersus Deleterium Walachrum*, *hoc est*, *Responsio ad* IODOCI LARENII *Polymachiam pro nouo Papatu Zelandico*, *Traiecti ad Rhenum* 1650. 8. libelli hi satyrici raro in Bibliothecis occurrere solent. Prodiit quoque: *Grallopæus detectus*, *seu Epistola ad* IODOCVM LARENVM *de Grallarum auctore*, *Mediobürgi* 1647. 8. cui tamen opponitur: *Grallator furens*, *seu responsio ad epistolas* GVILIELM. APOLLONII *&* IODOCI LARENI, *Franekeræ* 1647. 8. Addi potest GERARDI IOA. VOSSII *Dissertatio Epistolica*, *de Iure Magistratus in Ecclesiasticis*, *Amstelodami* 1669. 4.

§. XXIV.

§. XXIV. Præter dictos, sunt etiam alii, qui hoc argumentum curate peruestigarunt. Inter hos ALEXANDER PRVINVS scripsit *de summarum potestatum auctoritate Sacra, Helmstadii 1671. 4.* Nota quoque sunt scripta THOMASIANA *de regimine ecclesiastico*, quæ postea coniunctim in Germanicum idioma translata a IOAN. GODOFREDO ZEIDLERO, prodierunt *Francofurti ad Mœnum 1701. 4.* Titulus libri est *Dreyfache Rettung des Rechts Euangelischer Fürsten in Kirchen-Sachen.* Et quidem primo continet THOMASII Disputationem de hac materia; Deinde *Weitere Vntersuchung der einfæltigen Anweisung, wie die protestirende Kirche unter sich zu vereinigen und zu verbessern sey;* Tertio defensionem Thomasii contra apologiam regiminis Ecclesiæ. Singulis scriptis regimen Ecclesiasticum, quantum in coactiua, quæ dicitur gubernatione consistit, principibus, excluso clero, concedit, atque variis argumentis firmat. Idem celeberrimus Vir CHRISTIANVS THOMASIVS Iura Principum Euangelicorum in decidendis controuersiis Theologicis adserere nititur in tractatu suo, cui titulus: *Das Recht Euangelischer Fürsten in Theologischen Strittigkeiten, Halæ 1696. 4.* Eodem conducit eiusdem Autoris Dissertatio: *Vindiciæ Iuris Maiestatis circa Sacra, Halæ 1699. 4.* composita potissimum est aduersus Autorem Consilii, quo modo Ecclesiæ Protestantium sint vniendæ. Prodiit postea *Disputatio Theologi Lipsiensis*, IOANNIS BENEDICTI CARPZOVII *de Iure decidendi controuersias Theologicas cum scholiis Iurisconsulti Halensis*, CHRISTIANI THOMASII, *Halæ 1701. 4.* in qua sententiam suam magis adhuc explicat. Addimus IVSTI HENNINGII BOEHMERI *Dissertationem de Iure Episcopali Principum Euangelicorum, Halæ 1712. 4.* atque aliam Dissertationem plenam bonæ frugis IO. PETRI LVDEWIGII, illustris Viri, *de Præcipuo Principis Euangelici, Halæ 1719. 4.* qua præcipua Principum Euangelicorum Iura circa Personas & Res Ecclesiasticas exponit. ANONYMI, felicissimi inge-

Scriptores recentiores de Iure Principum circa Sacra.

ingenii, siue C. F. BVDDEI *Untersuchung des wahren Grundes aus welchem die hœchste Gewalt eines Fürsten über die Kirche herzuleiten ist*, *Halæ 1719. 8.* qua culta scribendi ratione celeberrimorum de hoc argumento scriptorum sententiæ, eleganti compendio, referuntur, quibus multa de suo addidit doctissimus Auctor, iisdemque ingenium & eruditionem commonstrauit. Huic ex parte & supra recensitis opposita est IOANNIS ABRAHAMI KROMAYER Commentatio Theologica *de Potestate Ecclesiastica*, *quam vocant Externa*, penes quem radicaliter sit, & quibus partibus contineatur, historice, dogmatice, polemice & practice instituta, cum Præfatione summi Theologi ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI *Gothæ 1721. 4.* accessit Appendix, qua recentissimi de hoc argumento Libri examinantur. Omni Ecclesiæ potestatem hanc vindicat venerandus Auctor. Hoc systema doctrinæ curatius excusserunt atque asseruerunt summe venerabilis CHRISTOPH. MATTHAEVS PFAFFIVS Præpositus & Cancellarius Academiæ Tubingensis Dissertatione de *Iure Sacrorum absoluto & collegiali*, quæ adiecta quoque est ipsius *Institutionibus Iuris Ecclesiastici*, editionis secundæ & *Pseudonymus* CONSTANTINVS LIBER *in Untersuchung der Conuentional- oder Collegial-Rechte der Euangelischen Kirchen*, *und deren rechtmæssigen Verwaltung*, *Freystatt 1733. 4.* & *Frf. und Leipzig 1742. 8.* Alii Systema quoddam Christocraticum statuunt, quale adscribitur IOANNI HENRICO le MAITRE quodque confutauit ill. I. H. BOEHMERVS Præf. T. V. Iuris Eccles. Protest. §. 12. seqq. & Consultat. Iur. Resp. XV. f. 161. 162. cui opposuit le MAITRE sub nomine MAESTRAEI *Vindicias disciplinæ Euangelicæ Systematis Christocratici nomine nuper a celeberrimo D. Bœhmero impugnatæ*, *Amstelodami 1737. 4.* addi possunt: *Quatre lettres sur la Discipline ecclesiastique écrites entre Mr.* NECKER *& Mr. le* MAITRE *Vtrecht 1740. 8.* & præcipue Dn. IOA. VLRICI CRAMERI Diss. *de iure circa Sacra Collegiali & maiestatico*, *Marpurgi 1736. 8.*

§. XXV.

§. XXV. Ad *hodiernum* vero *Ius Protestantium Ecclesiasticum* facit AHASVERI FRITSCHII *Ius Ecclesiasticum*, quod prodiit *Ienæ 1682. 4.* quo plures minores Tractatus, qui ad Ius Consistoriorum faciunt, videmus congestos. Continet autem HENRICI GEBHARDI Tractatum *de potestate, seu Regimine ecclesiastico, religione, ministeriis*, HERMANNVM CONRINGIVM de *auctoritate & officio Maiestatis Ciuilis circa sacra*, MICHAELEM HAGEMANNVM *de Iure episcopali*, CASPAREM VNRATH *de Iure Patronatus*, CHRISTIANVM WEBERVM *de Iure Consistoriorum*, AHASVERVM FRITSCHIVM *de Iure visitandi ecclesias*, IOA. CALOVIVM *de Iure decimarum*, *Transactionem Passauiensem & Pacem Religiosam*, *Instrumenti Pacis Articulum V. de statu religionis cum* WILHELMI IGNATII SCHÜTZII *Manuali*, ABRAHAMI CALOVII Tractatum *de natura ac indole pacificationis religiosæ. Consilia quædam Ius ecclesiasticum concernentia, & Ordinationem de rebus Ecclesiasticis Gothanam, aliasque.* In *Manuale* vero *Schützianum* separatim prodierunt *Notæ & Animaduersiones*, auctore HEYDENO BORROMAEO RICCRVNIO, sub quo nomine latet HIERONYMVS BRÜCKNERVS, *Veronæ 1689. 12.* in quibus potissimum quæ ad Pacem faciunt religiosam, proponit. Egregiam *Iuris Publici Ecclesiastici Protestantium Delineationem* dedit ill. IOA. GEORGIVS ESTOR, *Francofurti & Lipsiæ 1732. 4.* Quotidiani vsus sunt BENEDICTI CARPZOVII *Definitiones Consistoriales*, seu *Iurisprudentia Ecclesiastica*, *Lipsiæ 1695. f. 1708. f.* Hanc suppleuit, Rescriptis, Decretis & Responsis recentioribus ad caussas Consistoriales pertinentibus auxit ac emendauit quandoque ANDREAS BEYERVS *Additionibus ad Benedicti Carpzovii Iurisprudentiam Ecclesiasticam*, *Dresdæ 1718. f.* quæ in Saxonia cum primis agentibus perutilia esse possunt. *Synopsin Iurisprudentiæ* huius *Ecclesiasticæ* dedit IOA. CHRISTIANVS STARCKIVS *Dresdæ & Lipsiæ 1722. 8.* & qui præ cæteris huc facit IOAN. BRVNNEMANNI Tra-

Scriptores Iuris Ecclesiastici Protestantium.

Tractatus egregius *de Iure Ecclesiastico*, notis & supplementis adauctus a SAMVELE STRYKIO, *Francofurti & Lipsiae 1681. 4.* & ex *Editione V.* reuisa & emendata *Francofurti ad Viadrum 1709. 4.* in quo quidquid ad statum Ecclesiarum Euangelicarum & Iura Consistoriorum facit, egregie declarat, multosque ingenue commonstrat morbos, quibus res ecclesiastica laborauit ipsius tempore, & adhuc laborat. Addi potest B. IVLII BERNHARDI de ROHR *vollstændiges Ober Sæchsisches Kirchen Recht, Franckfurt und Leipzig 1723. 4.* atque summe venerabilis Praepositi & Cancellarii CHRISTOPHORI MATTHAEI PFAFFII *Academische Reden über das sowohl allgemeine als auch Teutsche Protestantische Kirchen-Recht, Tübingen 1742.* in quibus recitationibus obseruationes vtilissimae & monita praeclarae frugis leguntur. *Institutiones* huius iuris IDEM dedit in vsum *Auditorii* sui concinnatas cum vtilibus accessionibus *Ffti & Lips. 1727. 8.* atque B. IOA. BALTH. WERNHER, cuius *Principia Iuris Ecclesiastici Protestantium, Viteb 1727. 8.* edita GEORGIVS GOTTFRID KEVFFELIVS *Elementis Iurisprudentiae Ecclesiasticae vniuersae, Rostochii 1728. 8.* & V. C. IACOBI GABRIELIS WOLFFII *Institutiones Iurisprudentiae ecclesiasticae, Lipsiae 1713. 8.* Hisce addi potest MARTIN. SCHRADERVS *de caussis Fori ecclesiastici Euangelicorum, Hildesiae 1692. 12. & Guelpherbyti 1710. 4.* ex secunda Editione eademque auctiori & emendatiori.

De Iure Ecclesiastico Gallicanae & Anglicanae Ecclesiar.

§. XXVI. Iura *Gallicanae Ecclesiae* multum illustrant: *Les Loix Ecclesiastiques de France de leur Ordre naturel, & une Analyse des Livres du Droit Canonique conferez avec les Vsages de l'Eglise Gallicane* par LOVIS de HERICOVRT, *à Paris 1719. f.* Ad *Ecclesiam* vero *Anglicanam* faciunt praeter *Concilia* a SPELMANNO & WILKINS collecta, magno & erudito labore conquisitus EDMVNDI GIBSON *Codex Iuris Ecclesiastici Anglicani 1713. f.* 2. Voll. quo Statuta, Canones. & quae in Actis Senatus Anglicani (Parliamenti) disposita continentur additis commen-

mentariis. Neruum inde dedit *Prouinciale* seu *Constitutiones Angliæ* quod composuit GVIL. LYNDWOOD Officialis Curiæ Cantuariæ, dein Priuati Sigilli Custos, demum Episcopus Meneuensis, quo continentur Constitutiones quatuordecim Archi-Episcoporum Cantuariensium, cum Summariis & eruditis Annotationibus denuo reuisum & impressum, adiectæ *Constitutiones Legatinæ Othonis & Othoboni* Cardinalium Sedis Romanæ Legatorum cum annotationibus IOA. de ATHONA Canonici Lincolniensis, *Oxoniæ 1679. f.* IOANNIS IOHNSON *Collectio omnium Legum, Canonum, responsorum aliorumque monimentorum ecclesiasticorum ad Regimen, disciplinam & religionem ecclesiæ Anglicanæ spectantium a prima eius fundatione ad tempora reformationis; partim latina, partim Saxonica lingua editorum, nunc vero primum Anglice versorum cum notis sensum eorum explanantibus & Glossis* LYNDWOODI & ATALONII *præcipuis Londini 1720. 8.* coniungendum ROBERTI SCHARROCK *Prouinciale vetus prouinciæ Cantuariensis,* cum selectioribus GVILIELMI LYNDWOODI *annotationibus, Oxonii 1664 8. Reformatio Legum ecclesiasticarum ex auctoritate primum Regis Henrici 8. inchoata, deinde per Regem Eduardum 6. prouecta, adauctaque in hunc modum atque nunc ad pleniorem ipsarum reformationem in lucem edita* prodiit *Londini 1640. 4.* RICHARDI COSINI *Ecclesiæ Anglicanæ Politia in tabulas digesta, Oxonii 1684. f.* Sedecim constat tabulis, quæ in vsum cleri potissimum fuerunt concinnatæ, vt exactiorem regiminis ecclesiastici typum ante oculos haberent. Post hanc prodiit MOCKETI *Politia Ecclesiæ Anglicanæ, Londini 1683. 8.* Hic liber aliquando flammis fuit traditus eo quod editus fuerat cum IVELLI *Apologia Ecclesiæ Anglicanæ,* & aliis quibusdam libris, qui cum suspecti quid & Statui Ecclesiastico minime conueniens continere credebantur, flammis subiiciebantur. Describit autem & hierarchiam & statum ecclesiæ Anglicanæ satis dilucide. Cum eodem prodiit RICHARDI ZOVCHAEI descriptio *Iuris*

& Iudicii ecclesiastici secundum canones & constitutiones Anglicanas, *Londini 1683. 8.* Hac tamen adhuc plenior est FRANCISCI CLARKE *praxis fori ecclesiastici* per THOMAM BLADEN *Londini 1684. 4.* Prae caeteris vero aestimandum est scriptum, quod sub titulo: EDVARDI DIDOCLAVII *Altare Damascenum, siue Ecclesiae Anglicanae Politia Ecclesiae Scoticanae obtrusa, a Formalista quodam delineata, illustrata & examinata*, prodiit *1623. 4.* Sub hoc nomine latet DAVID CALDERWOOD, qui dum Iacobus I. Stuartus Scotiae, Angliae Liturgiam vellet obtrudere, hoc scriptum publicauit, in quo omnem Politiam Anglicanae Ecclesiae exponit, hoc simul demonstrans, multum illam a praxi veteris Ecclesiae discrepare, id quod multis argumentis ex Scriptura sacra & Patrum scriptis depromptis, declarat. Denuo hoc Opus prodiit *Lugduni Batauorum 1708. 4.* cui locis suis inserta *Confutatio Paraeneseos Tileni ad Scotos, Geneuensis disciplinae Zelotas*, quae eiusdem est Calderwodii, & adiecta epistola HIERONYMI PHILADELPHI *de regimine Ecclesiae Scoticanae, eiusque vindiciae contra calumnias Ioannis Spotsuodi, Tuni Andreae Pseudo-Archiepiscopi, per Anonymum.* Breuiter Ecclesiae Anglicanae Politiam describit HENRICVS LVDOLPHVS BENTHEIM *im Engellændischen Kirchen- und Schul-Staat, Lüneburg 1694. 8.* & ex aucta insigniter *secunda Editione* cum Praefatione B. MENZERI *Leipzig 1732. 8. mai.* vtilissime iungi possunt quae curate obseruauit de Statu Ecclesiastico Britanniae GEORGIVS WILHELMVS ALBERTI *Epistolis*, vernacula editis, *Hannouerae 1752. 8.* Parte in primis *Tertia & Quarta.*

Scriptores de Iure ecclesiastico & Iurisdictione Ecclesiastica.

§. XXVII. Ad Ius Ecclesiasticum Pontificiorum tendit ANTONII PAVLVTII *Iurisprudentia sacra, Romae 1684. f.* BERNHARDVS SANNIG in *Scholiis Canonicis, seu vniuerso Iure Canonico, noua methodo digesto, Pragae 1692. f.* Commendandum autem maxime est volumen AVGVSTINI BARBOSAE *de Iure Ecclesiastico, Lugduni 1654. f. & ibid. 1699. f.* editum, quod

quod tamen alieno labore partum esse testatur Erythræus in Pinacotheca p. II. n. 18. & Morhofius in Polyhist. lib. I. c. IX. multaque laude dignum ZEGERI BERNHARDI van ESPEN *Ius Ecclesiasticum vniuersum hodiernæ disciplinæ, præsertim Belgii, Galliæ, Germaniæ & vicinarum Prouinciarum accommodatum, Louanii 1700. f. Coloniæ 1703. f. & Coloniæ 1715 f.* cum aliis operibus ex *Editione Germanica secunda*, qua quæ Gallici Idiomatis in prioribus extabant, versione latina donata. Vltima Editio reuisa, correcta & aucta ab Auctore *Louanii 1721. f. & Louanii 1754.* Hoc autem Opus ex Canonibus, Iure Decretalium, Synodis, potissimum Belgicis, Principum Edictis, & Magistratus tam Ecclesiastici quam Ciuilis iudicatis depromptum, egregium plane est & ad pernoscendum Ius Pontificium hodiernum in regionibus præsertim quæ in titulo sunt memoratæ, apprime conducit. Facit etiam huc FRANCISCVS SALGADO de SOMOZA *de supplicatione ad Sanctissimum, Lugduni 1664. f.* PYRRHVS CORRADVS in *Praxi Dispensationum Apostolicarum, Coloniæ 1691. f.* & præcipue CLAVDIVS BLONDEAV, cuius *Bibliotheca Canonica*, sub Titulo: *La Bibliotheque Canonique, contenant par ordre alphabetique toutes les matieres ecelesiastiques & beneficiales qui ont été traitées par Mr. le Bouchel, Avocat au même Parlament, dans la somme beneficiale à laquelle ont été ajoutés dans la même ordre plusieurs traités, arrets, reglements, ordonnances & notes sur les mêmes matieres, à Paris 1689. f. 2. Vol.* *De Foro Ecclesiæ* extat Tractatus FELICIANI de OLIVA e SOVZA *Coloniæ Allobrogum 1678. f.* *Ecclesiasticæ Iurisdictionis Vindicias aduersus* CAROLI FEVRETI *& aliorum Tractatus de Abusu* scripsit ANTONIVS DADINVS ALTESERRA *Aureliis & Parisiis 1703. 4.* Præ ceteris vero huc facit PETRVS de MARCA *de Concordia Sacerdotii & Imperii*, cuius prima Editio lucem adspexit *Parisiis 1663. Secunda ibid. 1669. f. Tertia ib. 1704. f.* singulæ cura STEPHANI BALVZII. Hic enim Ius Ecclesiasticum Pontificiorum egregie declarat, Iura Pontifi-

tificis, Episcoporum, Vicariorum & Principum circa sacra probe distinguit, & libertatem Ecclesiæ Gallicanæ vindicat. Recusum ob præstantiam & vtilitatem in Germania hoc opus *Francofurti 1708. f.* cura *Iusti Henningii Boehmeri*. Accesserunt huic editioni Eiusdem Marcæ *Dissertationes* quædam *Selectæ* hunc Tractatum de Concordia Sacerdotii & Imperii illustrantes, atque inter has illa de veteribus collectionibus Canonum, additæque IVSTI HENNINGII BOEHMERI *selectæ Obseruationes Ecclesiasticæ* dictum Tractatum eruditissime illustrantes. Referri etiam huc merentur doctissimæ & cordatissimæ LVDOVICI ELLIES du PIN *de antiqua Ecclesiæ Disciplina Dissertationes*, quæ *Parisiis 1686. 4.* primum prodiere, dein apud *Batauos 1691. 4.* sunt recusæ, quæ potiores quasdam Iuris Ecclesiastici Pontificii materias, non tamen semper ea ratione, quæ ad palatum Curiæ Romanæ, exponunt.

Scriptores de Hierarchia Ecclesiastica Pontificiorum.

§. XXVIII. Pergimus ad *Hierarchiam* & *Statum ecclesiasticum Pontificiorum.* De *Hierarchia* quidem *ecclesiastica* egit SEBASTIANVS CAESAR, *Conimbriæ 1628. f.* ALEXANDER TVRRIANVS libris X. *Hierarchiæ ecclesiasticæ, Venetiis 1664. 4.* Copiosiores tamen sunt ALBERTVS PIGHIVS in Libris VI. *de hierarchia ecclesiastica*, *Coloniæ 1572. f.* & præcipue IOANN. CARAMVEL de LOBKOWIZ *de Hierarchia ecclesiastica deque Pontificis, Archiepiscoporum &c. electione & promotione*, *Pragæ 1653. f.* THEOPHILVS BANOSIVS *de Politia ciuitatis Dei & hierarchia Romana, Francofurti 1592. 4.* *De Ecclesiasticæ Hierarchiæ originibus* extat *Dissertatio* BENEDICTI BACHINII *Mutinæ 1703. 4.* Diuisa ea est in tres partes. In prima examinat & reiicit illorum sententiam, qui putant, Apostolos in fundanda Ecclesiæ hierarchia imperii Rom. statum pro norma habuisse, & tandem in causas inquirit, ob quas serius in Occidente Hierarchia Ecclesiæ ad recentiorem Imperii formam componere tentatum fuerit. In secunda parte ad Italicarum Metropoleων origines descendit, quas demum Seculo IV. natas asserit. Tandem

dem in Tertia de Rauennatensis Ecclesiæ Metropolitanæ Iure eiusque initiis agit. *De Hierarchia Ecclesiastica enucleanda* Tractatum pereruditum, vt omnia huius sunt Viri, scripsit IOANNES DARTES, qui inter Opera *Parisiis 1656. f.* edita *Parte III. p. 25.* comparet. *Metropolitanarum Vrbium*, inter quas diuisa Romana Hierarchia, *Historiam* ciuilem & ecclesiasticam, exhibuit PETRVS IOANNES CANTELIVS S. I. cuius Tomus Primus *Parisiis 1684. 4.* prodiit. *De antiquis* vero *Italiæ Metropolibus* Exercitatio extat DOMINICI GEORGII, *Romæ 1722. 4.* Facit huc etiam HVNOLDI PLETTENBERGII *Notitia Congregationum & Tribunalium Curiæ Romanæ, Hildesii 1693. 8.* qua de Cardinalibus, horum iuribus, officiis, Titulis agit, de Legatis & Nuntiis Sedis papalis, de Conclaui & electione Pontificis, de Consistoriis, de sacra pœnitentiaria, dispensationibus matrimonialibus, absolutione papali, Signatura, Dataria, Cancellaria, Camera, Rota Romana, Tribunali Inquisitionis, & diuersis Congregationibus Romanis, vt exinde multa Status Romani hodierni petatur notitia. Iungi meretur IOANNIS BAPTISTAE de LVCA, Cardinalis, *Relatio Curiæ Romanæ, Coloniæ Agrippinæ 1683. 4.* singulatim edita, *Theatro* quoque *Veritatis & Iustitiæ* inserta, quo omnium Congregationum, Tribunalium aliarumque iurisdictionum Vrbis Romanæ, Status & Praxis dilucide describitur. Add. OCTAVIANI VESTRII in *Romanæ Aulæ Actionem & Iudiciorum Mores Introductio, Ven. 1553. 8.* & cum Not. *N. A. Grauatii Colon. A. 1574. 8. Formulare Registrorum seu Terminorum obseruandorum in Curia Romana,* impressum *Liptzk, Lipsiæ 1506. f.* Summum Ecclesiæ Romanæ in sacris & profanis Tribunal optime descripsit DOMINICVS BERNINVS in Libro inscripto: *il Tribunale della S. Rota Romana, in Roma 1717. f. De S. Romanæ Ecclesiæ Vice-Cancellario, illiusque munere, auctoritate & potestate, deque Officialibus Cancellariæ Apostolicæ aliisque ab eodem dependentibus* diligenter ac erudite commentatus IOANNES CIAMPINI, *Romæ 1697. 4.* IDEM de *Abbreuiato-*

rum de Parco Maiori siue Assistentium R. E. Vice-Cancellario, statu, munere, priuilegiis exposuit *Romæ 1619. f.* IDEM *Abbreuiatoris de Curia* compendiariam Notitiam dedit, *Romæ 1696. 4.* *Regularum Cancellariæ* cognitio & vsus in *Curia Romana negotia tractantibus* summe necessaria, de quibus inter alios consulendi QVINTILIANI MANDOSII Romani, *Commentarii in Regulas Cancellariæ Apostolicæ Iudiciales*, *Romæ 1572. f.* LVDOVICI GOMES Episcopi Sarnensis Commentaria in *Regulas Cancellariæ iudiciales*, *Venetiis 1540. f.* & qui pro libertate Gallica quædam monuit CAROLVS MOLINAEVS Commentariis *in Regulas Cancellariæ Romanæ hactenus in Regno Franciæ vsu receptas*, *Lugduni 1560. 4.*

Scriptores de Electione & Potestate Pontificis nec non Cardinalibus.

§. XXIX. Plures de *Pontificum Electione* exposuerunt. *Ceremoniale Electionis & Coronationis Pontificis Romani*, iuxta prima, genuina & rarissima exemplaria *Romana*, *Veneta*, & *Taurinensia*, cum anecdota narratione curiosa de *Creatione Papæ Pii II.* & AVGVSTINI OLDOINI *Catalogo Auctorum*, *qui de Romanis Pontificibus scripserunt*, præmissa erudita Præfatione edidit summe venerabilis IOANNES GERHARDVS MEVSCHEN, *Francofurti 1732. 4.* *Cæremoniale continens ritus electionis Romani Pontificis Gregorii XV. iussu editum Romæ* prodiit *1621. 4.* & *1689. 4.* recusum *Coloniæ 1622.* & a S. R. MEVSCHENIO repetitum. Minorem talium Scriptorum collectionem dedit summus Vir HERMANNVS CONRINGIVS *de Electione Vrbani VIII. & Innocentii X. Pontificum* titulo: *Commentariorum Historicorum* cum luculenta præfatione, *Helmstadii 1651. 4.* accessit Bulla Gregorii XV. de Conclaui, IO. FRANCISCI LOTTINI *de sacris Cardinalium Comitiis, siue de Conclaui Dissertatio*; Anonymi dissertatio de Creatione Pontificum, ONVPHRIVS PANVINIVS *de Comitiis Pontificialibus*, Pii IV. & Greg. XV. Bullæ de Conclaui eiusque Cæremoniis, Greg. XV. cæremoniale Conclauis. Ex hac igitur collectione statum & formam electionis Pontificialis optime perspicimus. Huc quoque pertinent *de Conclauibus*, in

in quibus Electio Pontificum peragi solet, *Narrationes*, quae separatim post Electionem Pontificum prodeunt, varioque idiomate cum singulatim, tum iunctim editae, prostant. *Tria Conclauia siue Historicae Narrationes de Vrbani VII. Georgii XIV. & Clementis VIII. Electionibus*, ex Italico translatae, excusae sunt *Francofurti ad Moenum 1617. 4.* LAVRENTIVS BANCK produxit *Romam triumphantem* seu *Actum inaugurationis & coronationis Innocentii X. Franequerae 1645. 12. Conclaue in quo Fabius Chisius nunc Alexander VII. Pontifex electus est* cura LEVINI NICOLAI MOLTKENII cum editoris Praefatione editum *Slesuici 1656. 8.* Talia quoque Electionum Pontificiarum *Conclauia* a Clemente VII. ad Alexandrum VII. italico sermone descripta, sine loci impressionis adnotatione prodiere *1668. 12.* nitido caractere. Haec excepit HENRICI ab HVYSSEN illustris Viri, *Historia Conclauium* (*Histoire des Conclaves*) Gallice scripta, quae ex *Editione Tertia* prodiit *Coloniae*, siue potius apud *Batauos 1703. 8.* duobus Tomis, atque Narrationes eiusmodi a Clemente V. ad Clementem XI. vsque continet, cum ab Huysseno aliis ex linguis translatas, tum ab ipsomet concinnatas, praemisso sermone de Caeremoniis, quae post mortem Pontificis & in Electione noui adhiberi solent, & Notitia Cardinalium ac Familiarum illustrium Romanarum. Multae variaeque lectionis collectanea videas in IOANNIS GEORGII FVESLINI libro, cui titulus: *Conclauia Romana reserata, Tiguri 1692. 4.* Sub Cardinalis AZZOLINI nomine prodiit Scriptum: *Candidatus Papalis dignitatis* siue, *quid in Conclaui obseruandum, Osnabrugae 1691. 4.* His iungimus MARTINI BONACINA librum de *legitima S. Pontificis electione, Venetiis 1638. 4.* IO. CHRISTOPHORI WAGENSEILII *Dissertationem de electione Romani Pontificis, Altorfii 1670. 4.* & qui huius curas superauit IO. FRIDERICVM MAYERVM in Commentario suo *de Pontificis Romani electione, Hamburgi 1670. 4. & Hamburgi 1700. 4.* nouis accessionibus locupletatum, quo multa cura ex Scriptoribus tum antiquis, tum recentio-

centioribus, quæ ad electionem Paparum & Historiam Conclauium faciunt, congessit. Licet fabulam de Ioanna Papissa mordicus defendere conetur, cui tamen ab aliis haut immerito contradicitur: Accesserunt binæ Dissertationes, quarum prior de Titulo papali agit: *Seruus seruorum Dei*, altera *an dogma Papistarum sit: Pontificem Romanum esse Deum. De Iure Exclusiuæ, vt appellant, quo Cæsar. Aug. vti potest, quum Patres Purpurati in creando Pontifice sunt occupati* erudita extat Commentatio IO. GEORGII ESTOR, *Ienæ 1740. 4.* De *Cardinalibus* legenda IACOBI COHELLII *Notitia Cardinalatus, siue de S. R. E. Cardinalium origine, dignitate, & de præcipuis Romanæ Aulæ officialibus, Romæ 1653. f.* Conferri potest libellus sub titulo: *L'Origine des Cardinaux du S. Siege & particulierement des François, avec deux Traitez curieux des Legats de Latere, Cologne 1670. 12.* Huc quoque spectat HIERONYMI PLATI liber *de Cardinalis dignitate & officio* prodiit primum *Romæ 1602. 4.* & inde 1713. 4. recusus *Lugduni 1623. Moguntiæ 1621. 8.* ac demum *Romæ 1746. 4.* additionibus, notis, & dissertationibus auctus ac distinctis capitibus illustratus a IOA. ANDREA TRIA *Archi-Episcopo Tyri.* De *Sacri Consistorii* (Cardinalium) *consultationibus* exposuit GABRIEL PALAEOTTVS, & ex altera Editione, quæ in Germania prima, *Ingolstadii 1594. 4. Venetiis 1596. 4.* CARLO BARTHOLOMAEO PIAZZA *la Gerarchia Ecclesiastica*, Italico sermone perscripta & *Romæ 1703 f.* excusa, inter alia, Ecclesiarum potissimum, quæ *Tituli* audiunt, singulis Cardinalibus concreditarum, statum antiquum & hodiernum eleganter & accurate exponit. Leguntur quoque quædam huc spectantia in libro, qui inscribitur: *il Cardinalismo di Santa Chiesa divise in tré parti 1668. 12.* & germanice: *der Cardinals-Hut 1667. 12.* tribus Tomis. De *Cardinale impubere* Diatribæ binæ elegantes IOANNIS GEORGII ESTORIS editæ *Ienæ 1737. & 1738. 4.* Adriani VI. Conclaue ex MSCto Actis litterariis fasciculo tertio inseruit B. BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS.

VIVS. De *Exclusiua*, vt vocant *quandoque a Principibus interposita, ne aliquis in summum Ecclesiæ Pontificem eligatur*, extat libellus inscriptus: *Dictamen* P. Mag. Fr. GABRIELIS ADARZO de SANTANDER Episcopi Viglouanensis editus *Francofurti 1660. 4.* De eodem argumento exposuit erudito Programmate Dn. IOA. GEORG. ESTOR *Ienæ 1740. 4.* IVLIVS vero LAVORINVS de LAVRINO *De Conclaui & Conclauistis* librum conscripsit. MARCI ANTONII MAZZARONI extat libellus *de tribus Coronis Pontificis Romani, nec non de Osculo Pedum eius, Romæ 1588. 8.* *An Romanus Pontifex Baculo pastorali vtatur?* excussit IOA. CIAMPINVS *Romæ 1690. 4.* De *Osculo* quoque *Pedum Pontificis Romani* disseruit IOANNES FRIDERICVS MEYER, *Vitembergæ 1718. 4.* De *Benedictione Papæ* extat Diss. GEORGII HENR. GOEZII *Lubecæ 1715. 4.* Romani Pontificis Maiestas ample copioseque laudata in THEOPHILI RAYNAVDI Libro, cuius index: *Corona aurea supra Mitram Romani Pontificis*, siue *Collectio Titulorum, quibus Concilia & Patres Romani Pontificis & Sedis Apostolicæ maiestatem coronarunt, Romæ 1647. 4.* Huc & pertinet: IOA. BELTRANI GVEVARA ICti Hispani & Archiepiscopi Salernitani *Propugnaculum Ecclesiasticæ Libertatis & Pontificiæ Potestatis aduersus Leges Venetiis latas, & contra earum defensores, Romæ 1607. 4.*

Scriptores de Potestate & Iuribus Pontificis Romani, & contra Primatum eiusdem.

§. XXX. *De Potestate porro & Iuribus Pontificum Romanorum* amplissima Scriptorum & adulatorum series, quorum enumeratio peculiarem Bibliothecam requirit. Collegit tales Scriptores opere vasto, ordine Alphabetico IO. THOMAS de ROCABERTI Archi-Episcopus Valentinus & Hispaniarum Inquisitor Generalis in *Bibliotheca Maxima Pontificia, Romæ 1695. 1697. 1698. & 1699. Fol. XXI. Tomis*, qua *Auctores* qui vsque huc pro Romana Sede & Pontificia potestate, cum theologice, tum historice & canonice scripserunt continentur, ex his præcipui:

TOM. I.

TOM. I.

1. ABRAHAMI BZOVII Pontifex Romanus, ſingillatim *Coloniæ 1609. f.* editus.
2. ABRAHAMI ECHELLENSIS de origine nominis *Papæ* eiusque *Primatu.*
3. ADAMI TANNERI de ſummo Pontifice.

TOM. II.

4. AEGIDII COLVMNAE de renunciatione Papæ.
5. ADOLPHI SCHVLKENII Apologia pro Bellarmino de poteſtate Romani Pontificis temporali.
6. AGOBARDI Tr. de comparatione vtriusque Regiminis eccleſiaſtici & politici.
7. ALANI COPI Dialogus contra ſummi Pontificis oppugnatores.
8. ALBERTI PII Dialogus de primatu D. Petri.
9. ALEXANDRI de S. EPIDIO de Poteſtate eccleſiaſtica.

TOM. III.

10. AMBROSII CATHARINI excuſatio Diſputationis contra M. Lutherum.
11. A. DAVALII de ſuprema Rom. Pontificis in Eccleſia poteſtate.
12. LAO de ſummo Pontifice.
13. AVGVSTINI PETRICCA de Somnio, de appellatione omnium Eccleſiarum ad S. Petri Cathedram, & de poteſtate Apoſtolorum.

TOM. IV.

14. AVG. ROCCHAE de S. Communione ſummi Pontificis.
15. ANNIBAL de GRASSIS de Iurisdictione Pontificia in temporalibus.
16. S. ANSELMI Defenſio *Gregorii VII.* P. R.
17. ANTONINI DIANAE de primatu D. Petri.
18. ANTONII FLOREBELLI de Auctoritate Eccleſiæ.
19. ANTONII POSSEVINI de poteſtate Rom. Pontificis.
20. ANTONII SANTARELLI de poteſtate Pontificis R. in puniendis Principibus hæreticis.
21. AVGVSTINI de BELLIS de abſoluta D. Petri Monarchia.

TOM. V.

22. BALT. NARDVS contra ignotum de Papatu.
23. BARLAAMI Epiſtolæ de Vnione Romanæ Eccleſiæ.
24. BERNALDI Apologeticus pro *Gregorio VII.*

TOM. VI.

TOM. VI.

25. CATALDINVS de BONCOMPAGNIS de translatione S. concilii Basilea & potestate Papæ.
26. CHRISTIANI LVPI de variis Appellationibus ad Sedem Romanam.

TOM. VII.

27. CAES. PETRI MICHAELIS Decisio de proport. Papæ ad Concil.
28. CAIETANVS de Primatu Petri.
29. CAMILLVS CAMPEGIVS de Primatu Pontificis contra Matth. Flacium.
30. CVPRIANVS BENETVS de prima Orbis Sede.
31. CVNERI PETRI de BROWERSHAGEN vera designatio Ecclesiæ Christi.

TOM. VIII.

32. DID. de CEA Archiologia Petri & Pauli.

TOM. X.

33. DOMINICI SEGNERI Opus Dei admirabilis.

TOM. XI.

34. ELIAE ASTORINI Prodromus de potestate S. Sedis.
35. EVGENII LOMBARDI i. e. COELESTINI SFONDRATI Regale Sacerdotium Ro. Pontifici assertum.
36. FRANCISCI VARGAS de auctoritate Pontificis.

TOM. XII.

37. FR. AGRICOLA de Principatu Petri.
38. FR. PENIA de Regno Christi.

TOM. XIII.

39. GENNADIVS SCHOLARIVS de Principatu Papæ.
40. HENRICI VIII. R. Angliæ de Primatu Papæ & Indulgentiis.
41. HIERONYMVS MARIVS de Romana Ecclesia.
42. IACOBVS LATOMVS de primatu Pontificis

TOM. XIV.

43. IOANNES ECCIVS & I. FABER de Primatu Pontificis.
44. IOANNIS MATT. CARIOPHILI Confutatio NILI de Primatu Pontificis.

TOM. XV.

45. LAELIVS IORDANVS de causis Episcoporum ad Papam deferendis & de origine & autoritate Sedis Romanæ.

46. LEON-

46. LEONHARDI MAXII Catholicæ Hierarchiæ ecclesiasticæ assertio.
47. LEONARDI COQVAEI Anti-Mornæus.
48. LVDOVICI THOMASSINI Dissertationes in Concilia.

TOM. XVI.

49. MARCI ANTONII CAPELLI Diss. de Pontificatu Petri.
50. MICHAEL de ANINYON de *unitate ouilis & Pastoris.*
51. MARTINVS BECANVS de Anti-Christo reformato.

TOM. XVII.

52. NICOLAI SANDERI de Claue Dauid seu Regno Christi.
53. ONVPHRII PANVINII de Primatu Pontificis contra Centuriatores Magdeburgenses.

TOM. XVIII.

54. PAVLLVS FABVLOTVS de potestate Papæ supra Concilium.
55. PETRI a SOTO Assertio fidei Catholicæ contra Ducis Würtenbergensis articulos oblatos Concilio.
56. FRIDERICI PETRI a MONTE de Concilio, vbi de potestate Papæ & Maiestate Imp. actum.
57. REGINALDVS POLVS de summo Pontifice.
58. ROBERTVS BELLARMINVS de potestate summi Pontificis &c. contra GVILIELMVM BARCLAIVM.

TOM. XIX.

59. RVDOLPHI CVPERI de vniuersali Ecclesia.
60. PRIERIAS de veritate Ecclesiæ & Pontificis potestate.
61. STANISLAI HOSII Epistolæ de autoritate Pontificis in Concilio.
62. THOMAE CAMPEGII de autoritate & potestate Papæ.

TOM. XX.

63. THO. STAPLETONI de magnitudine Romanæ Ecclesiæ.
64. WILHELMI LINDANI de vera Christi Ecclesia.

TOM. XXI.

65. Extant Indices amplissimi Operis.

De Prærogatiua *Oecumenicæ Nomenclationis & Potestatis Romani Pontificis a Constantinopolitanis Præsulibus vsurpata*, integro Tractatu, quem *Dissertationem* inscripsit commentatus ANTONIVS VAIRA, *Patauii*

Patauii 1704. *f.* STEPHANI A NIVIBVS CARDEIRA Lusitani, & ICti Patauini, *Claua Pontificia, seu Authoritas in Conciliis tum generalibus, tum prouincialibus, Patauii*, 1697. 4. Conferri tamen potest CHRISTOPHORI MATTHAEI PFAFFII Diss. de *Titulo Patriarchæ Oecumenici Pomo Eridos inter Græcam & Latinam Ecclesias, Tubingæ* 1735. 4. Cum his *Pontifici* plene addictis conferendi Romanis quidem doctrinis addicti, sed cordatiores quidam scriptores, in quorum censum referendus ob hunc suum veritatis amorem infelix PETRVS GIANNONE ICtus Neapolitanus, ex cuius præstantissima Historia Neapolitana, *italice* ab auctore edita, post *gallice* versa, decerptæ sunt: *Anecdotes ecclesiastiques contenant la Police & la Discipline de l' Eglise Chretienne depuis son Etablissement jusq' au XI. Siecle; Les Intrigues des Eveques de Rome & leurs Vsurpations sur le Temporel des Souverains tirées de l' Histoire du Royaume de Naples de Giannone, brulée à Rome en* 1726. *à Amsterdam* 1738. 8. Conferri potest: *Origine de la Grandeur de la Cour de Rome & de la Nomination aux Eveches & aux Abbaiës de France par Mr. l'Abbé de* VERTOT, *à la Haye* 1737. 8. Ex Protestantium cœtu conferendi GVILIELMI BARCLAII Liber postumus de *Potestate Papæ: An & quatenus in Reges & Principes seculares ius & imperium habeat?* 1609 8. MATTHAEI SVTLIVII de *Pontifice Romano eiusque iniustissima in Ecclesia dominatione, Hanouiæ* 1605. 8. qui Libri Quinque scripti sunt aduersus ROBERTVM BELLARMINVM. Huc pertinent quoque illi qui contra *Primatum Papæ* scripserunt, vtpote CLAVDIVS SALMASIVS *Lugduni Batauorum* 1645. 4. Egregium quoque laborem præstitit DAVID BLONDELLVS in Opere suo eruditissimo *de la Primauté en l' Eglise*, quod *Geneuæ* 1641. *f.* prodiit, in quo ex historia ecclesiastica & conciliorum doctissime confirmatur, ignorasse ecclesiam antiquam hunc Primatum. Huc quoque pertinet E. R. i. e. EDMVNDI RICHERII *Apologia pro* IOANNE GERSONIO, *pro suprema Ecclesiæ & Con-*

cilii generalis auctoritate, *Lugd. Bat. 1676. 4.* & EIVSDEM *Vindiciae Doctrinae Maiorum Scholae Parisiensis*, contra Defensores Monarchiae vniuersalis & absolutae Curiae Romanae, *Coloniae 1683. 4.* Quumque EDVARDVS STILLINGFLEET Decanus Londinensis quaedam contra absolutam Pontificis potestatem in suis *Originibus Britannicis* obseruasset, EMANVEL a SCHELSTRATE Bibliothecae Vaticanae Praefectus opposuit *Dissertationem de auctoritate Patriarchali & Metropolitica*, *Romae 1687. 4.* Breuis sed neruose scripta GEORGII GODOFREDI KEVFFEL *Historia Pontificatus Romani ad illustrandam Ecclesiae disciplinam scripta*, *Helmstadii 1741. 8.* Secularem Pontificis Romani potestatem in Romam & alias Italiae Prouincias adserere conatus F. G. A. ORSI dell' Ord. de' Predicat. in libro inscripto: *Della Origine & della Sovranità de' Romani Pontefici sopra gli Stati loro temporalmente soggetti*, *in Roma 1742. 12. mai.* MARCVS ANTONIVS MARCELLVS *de Iure seculari Pontificis Romani* egregius est, *Francofurti 1627. 4.* examinat enim potestatem secularem Pontificis Romani, quam in diuersa regna Europae praetendit, & talem non esse probat, atque quidem Genebrardus aliique contendant. De *Romani Pontificis iudiciaria Potestate* Tomus Primus, FRANCISCI ANTONII de SIMEONIBVS *Romae 1717. 4. splendide* excusus. ANTONII ARRIGHII Diss. de *Iurisdictione Pontificum* stilo graui & eleganti perscripta atque edita, cum ipsius *Acroasibus IV. de Iure Pontificio*, *Patauii 1728. 4. & 1731. 4.* cordate de Pontificia Iurisdictione pronunciauit, quod ea, quae in nuda simplicique primum versata fuerit animaduersione, mox rebus auctis libere traducta ad indolem imperii ac potestatis. Contra Papae adfectatam potestatem quoque facit LEONHARDI WARAMVNDI *admonitio in Anathematismum Gebhardi Truchsesii a Georgio XIII. factum*, *Lugduni 158,. 4.* & alia Scripta publica, magno numero in hac caussa edita.

§. XXXI.

De Episcopis horumque potestate. Scriptores Pontificii.

§. XXXI. Episcoporum & Presbyterorum differentiam erudite eleganterque demonstrauit IOANNE DARTES, egregio *de Ordinibus & Dignitatibus Ecclesiasticis* commentario, qui CLAVDII SALMASII Tractatui de *Primatu Papæ* oppositus *Parisiis 1648. 4.* impressus & rarus est. Extat etiam inter Opera Viri. Idem SALMASIVS sub nomine WALONIS MESSALINI de *Episcopis & Presbyteris* contra Pataauium *Lugduni Batauor. 1641. 8.* Diss. exposuit. De *Potestate Episcoporum*, *Abbatum* aliorumque scripsit STEPHANVS de ALVIN, *Parisiis 1614. 8.* & ALFONSVS de MADRIGAL Ordinis Prædicatorum de *Episcopis*, *Parochis*, *Prædicatoribus*, *Confessoribus*, *Clericis*, *Prælatis* &c. *Neapoli 1608. 4.* P. ANDREAE GERVNDA S. I. *Episcopus* typis expressus *Neapoli 1648. f.* addita obseruatione de Ordine, quo insignitus esse debeat eligendus ad Episcopatum. MAVRITII ab ALZEDO de *Præcedentia Episcopalis Dignitatis*, *nec non de Generalis Vicarii auctoritate & muneribus Lugduni 1630. 4.* præcipue AVGVSTINVS BARBOSA *de officio & potestate Episcopi*, cum formulario episcopali, *Lugd. 1644. 1698 f. Coloniæ 1681. 4. Venetiis 1707. f.* Commendari etiam meretur, quod tamen in Germania rarius reperitur IOANNIS FONTANAE Episcopi Cæsenatis, *Tyrocinium Episcoporum*, seu *Methodus tenenda Episcopis recens inauguratis*, *Venetiis 1717. 8.* quo de Episcopi electione, vita, munere, œconomia, variisque officiis exponit & Cautelas Episcopo Pontificio variis in negotiis, præscribit. Huic iungimus FRANCISCI PRIVITERAE *Manuale Antistitum*, seu *de Dextera & Sinistra Episcoporum*, *Cataneæ, 1683. 4.* ex Bullis Papalibus & Canonistis Italis collectum, in quo quid possit quidue non possit Episcopus fere qualibet in causa, ordine Alphabetico, proponuntur. De *Electione* Episcoporum & aliorum Prælatorum *Canonica* exposuit copiose PETRVS PASSERINVS de *Electione Canonica*, *Romæ 1693. f. Coloniæ 1692. fol.* PETRVS LEVRENIVS cuius *Vicarius Episcopalis*, *Coloniæ 1707. fol.* recusus, *De Adiu-*

 toribus

toribus Episcoporum seu *Coadiutoribus & Vicariis* binas Disputationes easdemque egregias dedit ANTONIVS DADINVS ALTESERRA, Antecessor Tholosanus, quae dimidiam partem Dissertationum Iuris Canonici faciunt, *Tholosae 1657. 4.* editarum & LVDOVICI de SARAVIA Tr de *Iurisdictione Adiunctorum coadiuuantium Episcopum, contra Praebendarios suos criminaliter procedentem, Caesar Augustae 1624 4* FRANCISCI SCHMIER *Consultationes* de *Coadiutoribus* & *Coadiutoriis* perpetuis adiectae ipsius *Iurisprudentiae.* In Germania hoc argumentum expositum in TH. SIEGFR. RING Diss. de *Coadiutoribus*, *Francof. ad Viadr. 1688. 4.* Add. elegans Exercitatio de *Adiutoribus Praesulum Germaniae* V. C. IO. CHRIST. WILHELMI STECKII ICti Halensis quae *Lipsiae 1755. 4.* proposita. De *Reseruatione mensium & alternatiua Episcoporum* egit HIERONYMVS GONZALEZ *Francofurti 1619. f.* De *Iurisdictione Episcoporum* FRANCISCVS VARGAS, *Romae 1563. 4.* *Iurisdictionis inter Episcopos & Monasteriorum Praelatos* controuersis lites exposuit CAROLVS ANDREAS de MANENTIBVS tractatu *de potestate Iurisdictionis ac de Iurisdictione contentiosa, an & quo modo Praelatis inferioribus ex Priuilegio & Praescriptione competere valeat, Romae 1708. 4* De *ordine, Iurisdictione & residentia Episcoporum* M. ANTONIVS PAGANVS, *Venetiis 1592. 8.* De *Maioribus rerumque capitalium Episcoporum caussis ad Papam deferendis.* TR. LAELII IORDANI Episcopi Acernensis *Venetiis 1572. 4.* De *antiquis & maioribus Episcoporum caussis* eruditum Librum dedit Theologus Parisiensis, siue IACOBVS BOILEAV, *Leodii*, siue potius *Lugduni 1678.* quo errores Dauidis in Libro eius Gallico: *du Iugement canonique des Eveques*, *Parisiis 1681. 4.* edito, iussu Cleri Gallicani confutauit. Huc facit IOANNES GERBAIS Diss. de *caussis Maioribus*, ad Caput Concordatorum *E. G.* de Caussis, *Parisiis 1679. Lugduni 1685. 4. & Parisiis 1691. 4.* De *necessaria residentia Episcoporum* BARTHOLOMAEVS CARANZA, *Venetiis 1570. 4.* De *Episcoporum inuesti-*

inuestitura WALTRAMVS, Episcopus Numburgensis in SCHARDII Sylloge de *Iurisdict. Imp. & Pontif.* Inuestituras has Episcoporum Pontifici vindicauit ENRICO NORIS, (HENRICVS NORIS) Cardinalis in *Historia delle Investiture della dignita ecclesiastiche* contra MAIMBVRGIVM in *Mantoua 1741. f.* De *Pallio Archi-Episcopali* erudite commentati NICOLAVS de BRALION Congregationis Oratorii Presbyter Parisinus, breui sed erudito libello, *Parisiis 1669. 8.* edito. Elegans quoque est THEDORICI RVINART ex Congregatione S. Mauri Dissertatio de *Pallio Archi-Episcopali*, quae volumine secundo *p. 399. des Ouvrages posthumes de* IEAN MABILLON *& du* THIERRI RVINART, prostat. Occasione concessi a Pontifice Episcopo *Wirzburgensi Pallii*, inter *Moguntinos* non solum & *Herbipolitanos* multis libellis certatum fuit, sed eruditissimi quoque Viri hoc argumentum disceptarunt, nempe: Ex Romano-Catholicis illustris & celeberrimus Vir IOANNES CASPAR BARTHEL pro Pallio a Reuerendissimo suo Domino beneficio Pontificio impetrato edidit plenam variae eruditionis *Dissertationem* de *Pallio, vna cum insertis Vindiciis Pallii Herbipolensis, Herbipoli 1753. 4. Romae* quoque recusam, qua libellum *Moguntinum*, editum sub inscriptione: *Series Facti & Iuris circa concessionem Pallii Herbipolensis ac laesa Sedis Metropolitanae Moguntinae &c. iura*, oppugnauit. His assertionibus oppositi a Moguntinis publici libelli, Iura quoque Moguntina asseruit B. IOANNES GEORGIVS PERTSCHIVS in eruditissima Tractatione *de Origine, Vsu & auctoritate Pallii Archi-Episcopalis, vbi simul Iura Sedis Moguntinae contra Herbipolensem, de collato huic nuper Pallii vsu vindicantur*, & IOA. CASPAR. BARTHEL *Diss. de Pallio sub incudem reuocatur, Helmstadii 1754. 4.* accesserunt DAN. PAPEBROCHII *Dissertationes* de *Forma Pallii* cum quibusdam obseruationibus & figuris aeri incisis. Exposuerat iam hoc argumentum de Pallio B. auctor quatuor Dissertationibus iam auctis & locupletatis. *Pertschiano* libro oppositum scriptum sub indice: *Pal-*

 lium

lium Herbipolitanum impugnatum & defensum biga Opusculorum, Francof. & Lipsiæ 1755. 4. Ex sacris potestatem episcopalem illustrat CHRISTIANI WEBERI *Introductio Episcopalis*, *1658. 4.* nec non FRIDERICVS GRICKIVS *in Episcopo bono & christiano 1621. 4.* In controuersia electione Coloniensi prodiit: *Innocentius III. Papa Romanus Dn. Cardinali Fürstenbergio propter Archiepiscopatum Coloniensem valde aduersus, Coloniæ 1688. 4.* Id quod ex Innocentii III. Epistola de Electione Patriarchæ Constantinopolitani, quam exhibet Stephanus Baluzius Epistolarum Tomo II. ep. CLVI. demonstrare conatur. Sic etiam extat *Relation, was in der Chur-Cölnischen Wahlsache seithero auf gegenwärtigen Reichs-Conuent in Regenspurg vorgegangen.* Præ ceteris vero hanc controuersiam ex fundamento eruit ZACHARIAS de BONA CASA *in Consultatione super controuerso Archiepiscopatu & Electoratu Coloniensi, Coloniæ 1690. 4.* in qua grauissimæ Quæstiones de electionis & postulationis iustitia vel iniustitia, Cæsaris potestate, summi Pontificis arbitrio, Christianissimi regis conatu, & Cardinalis Fürstenbergii moderamine, iuxta genuina historiæ, politices, Iuris publici & Canonici fundamenta deciduntur. Quibus adiungenda: *Exacta Facti Species cum solida Remonstratione*, non existentis prætensæ Electionis Serenissimi Principis Iosephi Clementis Bauariæ Ducis; iuncta resolutione diuersarum Quæstionum pro firmanda eminentissimi Cardinalis Landgrauii de Fürstenberg &c. in Archi-Episcopum & Principem Electorem Coloniensem solemni Postulatione a maiori & saniori parte Illustrissimi Capituli Metropolitani Coloniensis die 19. Mensis Iulii 1688 canonice celebrata *Anno 1689.* quo Scripto in fauorem Fürstenbergii publicato, diuersa, quæ ad hoc argumentum pertinent, reperiuntur. De *Iuribus Episcopi Catholici in Germania* Præside IOA. GEORGIO ESTOR vtiliter disseruit Dn. CAROLVS ADOLPHVS BRAVN *Ienæ 1740. 4.* De *Episcopis, quos Titulares appellant* extat HIERONYMI VIELMII Ordinis

nis Prædicatorum, Aemoniæ Episcopi, *Lucubratio. Venetiis 1580. 4.* ANDREAE HIERONYMI ANDREVCCI, e Soc. Iesu Tr. de *Episcopo Titulari, seu in partibus Infidelium* Tractatus *Romæ 1732. 4* de quo recudendo cogitarunt Lipsienses. NICOLAVS le MAITRE Theologus Sorbonicus conscripsit: *Instaurationem antiqui Episcopatus Principatus & religiosæ erga eosdem venerationis Monachorum & Clericorum omnium, Parisiis 1633. 4.* ad monendos eos, qui eam, quam debent Episcopis venerationem non exhibuerunt. De *Iurisdictione Ordinarii in Exemtos* copiosius extat Tractatus ERASMI a CHOCKIER, *Coloniæ Agrippinæ 1684. 4.* PAVLI PIASECII *Praxis Episcopalis, Coloniæ 1620. 4.* ea quæ officium & potestatem Episcopi concernunt, designat. De *Vicarii Episcopi Officio & potestate* Tractatus IACOBI SBROCCII editus *Venetiis 1606. 4.* De *Exarchis Ecclesiæ Orientalis* agit Diss. IOA. FRIDERICI MAGER *Lipsiæ 1731. 4.* De *Iure & Priuilegiis Abbatum, Prælatorum, Abbatissarum & Monialium* amplissimum volumen collegit ASCANIVS TAMBVRINVS *Coloniæ 1691. f* ac *Augustæ Vindelicorum 1698. f.* cui adiungendus *de Iure Abbatum* Tractatus ANDREAE DALNERI, *Ingolstadii 1600. 4.* V. C. IOANNIS CASPARIS BARTHEL ICti Wirzburgensis extat Diss. *de Iure & iurisdictione Abbatum spirituali & temporali, Herbipoli 1736. 4.* Pertinet huc quoque IGNATII RODERIQVE Disc. de *Abbatibus & origine primæua & hodierna constitutione Abbatiarum inter se vnitarum Malmundariensis & Stabulensis oppositæ obseruationibus Martene & Durand, Wirceburgi 1728. f.* De *modis acquirendi & amittendi Prælaturas Ecclesiasticas* Tractatus P. FRANCISCI SCHMIER, quoque huc pertinet & Commentarium in Tit. V. VI. VII. VIII. Libri Decretalium præbet, editus *Salisburgi 1704 4.* Add. ROMELINI Tract. de *Iure Abbatum, Ingolstadii 1731. 4.* Ad cognoscendas breuiter Dignitates varias Ecclesiasticas facit BLASII BAGNI Centensis, Canonicorum regularium SS. Saluatoris, Prioris Generalis Tra-

ctatus Sexdecim de *præcipuis S. R. E. Dignitatibus*, *Bononiæ* 1625. 4.

Scriptores de Episcopis & Presbyteris Protestantes.

§. XXXII. *De Episcopis, eorumque Iuribus & Priuilegiis ac viuendi ratione* eruditus est liber commentarius CASPARIS ZIEGLERI, ex variis veteris ecclesiæ monumentis atque scriptis collectus, *Norimbergæ* 1686. 4. *Episcopum militem in veteri ecclesia inuisum* erudite demonstrauit idem ZIEGLERVS, *Wittebergæ* 1672. 4. & *ex Editione iterata Wittebergæ* 1719 4. cui accessit Eiusdem de *Tonsura Clericorum* elegans Dissertatio. Idem etiam *Superintendentem ad normam Constitutionum ecclesiasticarum* in electoratu Saxonico descripsit *Dresdæ* 1688. 4. & *Wittebergæ* 1712. 4. Vtilis quoque est CHRISTIANI GOTTLOB LEHMANNI Tr. de *Officio Superintendentis in Electoratu Saxoniæ*, quod præstat Consistorio, Ecclesiis & Pastoribus, *Chemnitii* 1725. 4. De *Translatione Episcopi ab Ecclesia Maiori ad Minorem* occasione Canonis Primi Concilii Sardicensis erudite singulari Dissertatione commentatus IOHANNES ANDREAS SCHMIDIVS *Helmstadii* 1715. 4. Ad forum Protestantium spectat HENRICI LINCKII *Tractatus de Iure Episcopali*, *Francofurti & Lipsiæ* 1697. 4. vbi materiam hanc & diuersas functiones ex principiis pariter Iuris Canonici ac perpetua ad Protestantium Ecclesias applicatione, deducit. Ad Iura etiam & Regimen Episcoporum pertinet erudita Dissertatio IOANNIS PAVLI KRESSII, qua expositio continetur *Parœmiæ: Vnter dem krummen Stabe ist gut wohnen*, *Ienæ* 1712. 4. In *Ecclesiis Euangelicis* veros Presbyteros esse comprobat: *Beweiß, daß die Protestantische Kirche rechtschaffene Priester habe herausgegeben von einem Protestantischen Iuristen* i. e. B. PERTSCHIO, *Hildesheim* 1732. 4. De *Presbyterissis Veteris Ecclesiæ* exponit MATTHIAS ZIMMERMANNVS *Annabergæ* 1681. 4. & IO. PHILIPPI ODELEMI dissertatio *de Diaconissis primitiuæ Ecclesiæ*, *Lipsiæ* 1700. 4. ex antiquitatibus ecclesiasticis quoque est eruta. De *Origine Bonorum Mensæ*

Episco-

Episcopalis erudita est Diatribe illustris IOANNIS ERNESTI FLOERCKII *Ienæ 1724. 4.* De Scholis Episcoporum elegans & eruditus extat Liber sub titulo: *Traitté des Ecoles Episcopales & Ecclesiastiques* par CLAVDE IOLY, *à Paris 1678. 12.* De *Sigilliferis Episcoporum cumprimis Germaniæ* breui schedula quædam collegit CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER, *Ienæ 1720 4.* eodem Præside de *Capitulationibus Episcoporum Germaniæ* erudite exposuit amplissimus vir IO. IACOB. SCHWARZIVS *Ienæ 1737. 4.* De *Iuramentis Episcoporum Germaniæ*, Diatriba extat CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI quæ *Opusculis* inserta & recusa *Ienæ 1748. 4.* IDEM, De *Confirmatione Pontificia Episcoporum & Prælatorum Germaniæ* Obseruationes quasdam exhibuit in *Symmictis Obseruationum, p. 37.* De Capitulationibus edita publica scriptio, sub titulo: *Factum & Ius Iuramenti Episcopalis siue Capitulationum Herbipolensium &c. Herbipoli 1697. & 1742. f.* quæ magnam partem inserta extat in LVNIGII *Scriptis singularibus p. 450. seqq.*

§. XXXIII. De *Ecclesiis Cathedralibus, harumque priuilegiis & prærogatiuis* scripsit MICHAEL ANTONIVS FRANC. *de* VRRVTIGOYTI, *Lugduni 1665. f.* De *Basilicis eorumque Iuribus* disputauit TOBIAS IACOBVS REINHARTHVS, siue FRID. HENR. de GERSTENBERG, *Erfurti 1733. 4.* De *Imaginibus sacris* quæ in Templis coluntur Libros Quinque dedit GABRIEL PALAEOTVS, qui latine prodierunt *Ingolstadii 1594. 4.* Huc pertinet Anonymi *kurtzgegründetes Bedencken, ob im heiligen Römischen Reiche, die Ertz- hohe und andere Stiffter bestændiglich in ihrem Esse und Wesen zu erhalten? Halberstadt 1617. 4.* Eiusdem materiæ est scriptum *ad Sacram Cæsaream Maiestatem Iudicium duorum Theologorum super translatione restituendorum in Imperio Monasteriorum ab antiquis ordinibus ad Societatem Iesu*, vbi rationibus partim politicis, partim

Scriptores de Canonicis, & Capitulo.

tim moralibus euincere conatur, non esse ex re Imperii Rom. Monasteria tollere. *Ius Capituli Sedis Episcopalis* NICOLAI ZALASZOWSKI editum 1706. 4. cum ipsius *Historia Episcoporum Posnaniensium.* De *potestate Capituli sede vacante* NICOL. RODRIQVEZ FERMOSINVS, egit *Lugduni* 1666. *f.* & IO. MICHAELIS ROTERMVNDI Diss. de *Officio, potestate & iure Capituli Sede vacante, Erfordiæ* 1726. 4. IVSTI HENNINGII BOEHMERI dissertatio *de Iuribus Capituli sede impedita, Halæ* 1704. 4. De *origine Canonicorum* scripsit IOANNIS CAPETIVS *Antwerpiæ* 1592. 8. Idem argumentum erudite exhibent de *Canonicorum ordine Disquisitiones* auctore P. (PENNOTIO) e Gallicana Canonicorum regularium Congregatione *Parisiis* 1697. 4. quibus huius ordinis origo, propagatio varia ac multiplex & natura dilucide articulateque tractantur. RAYMVNDI CHAPONELLI *Historia Canonicorum* gallico sermone scripta *Parisiis* 1699. 12. prodiit. IO. MOLANVS Libros Tres scripsit *de Canonicis, eorum vita, officiis, de Dominio Canonicorum & Seruis Ecclesiarum, Louanii* 1670. 8. AVBERTI MIRAEI *de Collegiis Canonicorum* liber, vt alia omnia Viri, eruditus est, prodiit *Coloniæ* 1615. 8. De *Ordine & statu Canonico* IOANNES BAPTISTA SIGNIVS, *Bononiæ* 1605. 8. De *Canonicis regularibus, eorumque ordine & disciplina* IO. TRVLLVS *Bononiæ* 1605 4. Horum tamen ex parte labores excussit AVGVSTINVS BARBOSA in Tractatu suo *de Canonicis & dignitatibus, aliisque beneficiariis, eorumque officiis in Choro & Capitulo, Lugduni* 1640. *f.* & *Ib.* 1700. *f.* Quam *de Vita Moribusque Canonicorum* Caroli M. successorumque æuo ad Seculi vsque XIV. tempora, ex antiquitatibus germanicis erundam promisit Commentationem, eruditissimus Vir IO. GEORG. ECCARDVS, eam magno desiderio expectauimus. De *Emancipatione Canonica in Capitulis Germaniæ* quædam obseruauit CHRIST. GOTTLIEB BVDER in *Symmictis Obseruatt. p.* I. IOA. LASSENII *de Statu Canonicorum Reformato-Lutheranorum*, Diss. agit olim *Helmstadii*

stadii

stadii habita *Ienæ 1733. 4.* recusa. *De Decanis & Decanissis* erudita extat Diss. IOAN. GVIL. HOFFMANNI *Vitembergæ 1739. 4.* & T. ECKHARDI Opusculum sub titulo: *Discours von Decanis und Decanissen*, *Quedlinburg 4.* *De Præbenda regia* in quibusdam Capitulis & *historia Canonicatuum Imperatorum Regumque Germaniæ* Dissertatione egit CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER, *Ienæ 1738. 4.* *Collator dignitatum maiorum in Cathedralibus & Principalium in Collegiatis Ecclesiis* probe descriptus, MICHAELIS GODOFREDI WERNHERI prodiit Sectionibus tribus *Wittebergæ 1745. 46. 4.* De *Canonico Scholastico*, primum Programmate *Ienæ 1731. 4.* deinde eruditissima Commentatione de *Canonici Scholastici nomine, origine, officio, dignitate & præbenda* exposuit illustris Vir IOANNES ERNESTVS FLOERCKIVS, *Gothæ 1727. 4.* qua simul quæstio: *an Præbenda Canonici Scholastici a Capitulo separari, & ad vsum Academiæ transferi possit?* variis responsis & sententiis illustrata. De Quæstione: *Teneat Canonicus Scholasticus verum Beneficium Ecclesiasticum & dignitatem nec ne?* inquisiuit B. IOA. GEORGIVS PERTSCHIVS, *Helmstadii 1743. 4.* *Cæremoniale Canonicorum* conduxit NICOLAVS de BRALION Parisinus Congregationis Oratorii Presbyter, edidirque *Parisis 1657. 12.* quo traditur praxis omnium R. E. Rituum qui in Ecclesiis, tam in persoluendis Horis Canonicis, & celebranda solenni Missa, quam in aliis functionibus Ecclesiasticis exercendis per totum annum obseruari debent. De *institutione*, *obligatione & religione Horarum Canonicarum* scripsit OLIVERIVS BONARTIVS, siue CLAVDIVS SCRIBANIVS Iesuita, Libros Tres, *Duaci 1625. 8.* cui adiungendi ALBERTVS de FERRARIIS *de Horis Canonicis* in Tractatu Tractatuum *Vol. VI. f. 212.* & separatim *Venetiis 1506. 8.* & BRVNO NEVSER, Minorita, de *Horis Canonicis*, *Moguntiæ 1669. 8.*

§. XXXIV. Quantum ad origines pertinet *Monasteriorum*, commendari merentur ANTONII DADI- Scriptores de Monasteriis.

NI

NI ALTESERRAE *Ἀσκητικῶν siue Originum Rei Monasticæ libri decem*; *Parisiis 1674. 4.* quos ex antiquitatum ecclesiasticarum monumentis egregie declarauit. RENATI CHOPPINI *Monasticon seu de Iure Cœnobitarum*, Libri II. *Parisiis 1601. f.* & ex Editione *Secunda ibid. 1610. f* post *Francofurti 1709. f.* excusum, cum variis documentis, diplomatibus & priuilegiis Monasteriorum. In quo originem & priuilegia potissimum Monasteriorum illustrata videmus. Addantur MICHALIS GALENI *Origines Monasticæ, Dilingæ 1563. 8.* non vbiuis obuiæ. GREGORII RIVII Puritani, siue potius GEORGII BVRCHARDI LAVTERBACHII *Monastica historia scabra & salebrosa floribus constrata, sesamo & papauere delibuta*, vti index habet, *Lipsiæ 1737. 8.* excerpta sistit varia ex libris singularibus huius argumenti. Huc pertinet *Vetus Disciplina Monastica*, quæ edita fuit opera & studio *Presbyteri & Monachi Benedictini* e Congregatione S Blasii in Silua nigra, *Parisiis 1726. 4.* Est Collectio Auctorum Ordinis S. Benedicti maximam partem ineditorum, qui ante sexcentos fere annos per Italiam, Galliam, atque Germaniam de Monastica disciplina tractarunt. Conferendus LVCAE HOLSTENII *Codex Regularum quas S. Patres Monachis & Virginibus sanctimonialibus seruandas præscripsere, Romæ 1659. Paris 1663 4.* IV. Volum. & qui ad varias *Regulas Monasticas* commentati fuere e. gr. HVGO MENARDVS qui *Concordiam Regularum S Benedicti* dedit *Parisiis 1638 4.* EDMVNDI MARTENE *Commentarius in Regulam S. Benedicti, Parisiis 1690. 4.* Hoc argumentum quoque illustrant EDMVNDI MARTENE de *antiquis Monachorum Ritibus* Libri V. *Lugd. 1690. 4.* collecti ex variis Ordinariis, Consuetudinariis, Ritualibusque MSCtis, ex antiquis Monachorum Regulis, ex diuersis SS. Actis, Monasteriorum Chronicis, & Historicis aliisque probatis Auctoribus. Iuuabit porro consuluisse eos Scriptores, qui de variis ad externa Monachorum pertinentibus scripserunt originem & rationem Ordinum Monachalium simul tradentes, vtpote: *Histo-*

Histoire des Ordres Monastiques, religieux & militaires par HIPPOLYTE HELYOT. *à Douay 1714. 4. seqq. Tomes VIII.* & in linguam Germanicam translatus *Lipsiæ 1754. 4. & Gerarchia Ecclesiastica da* PHILIPPI BONNANI in *Roma 1720. 4.* nec non P. CORONELLI *Catalogus Ordinum religiosorum, eorumque indumenta, Iconibus expressi latine & italice* cum Iconibus *Venetiis 1704. 4.* Pars I & II. FRANCISCVS quoque FLORENS ad *Gratiani Decreti Causas XVI. XVII. XVIII. XIX & XX* breuem sed eruditissimum Tractatum de *Statu regularium* composuit, quo de origine & variis institutis Eremitarum, Monachorum, Cœnobitarum, Anachoretarum cæterorumque Regularium, tam in Oriente, quam in Occidente multa delibat, extat in *Sylloge Dissertationum 1630. 8.* editarum, & *Tomo II.* Operum iunctim editorum *p. 34.* Ex nostratibus habemus HENRICI PETRI Tractatum, *quo maiores primum consilio fundarint Cœnobia, qua deinceps ratione creuerint, qua a prisca veterum sanctimonia degenerarint, quo tandem modo alicubi vastata, non vero nusquam reformata sint, grauibus adiunctis rationibus: cur semel res Deo dicatæ adusus profanos non sint transferendæ, 1699. 4.* LVDOVICI ENGELII *de Priuilegiis Monasteriorum* Tractatus accessit Eiusdem Collegio Vniuersi Iuris Canonici, quod *Salisburgi 1688. 4.* & deinde sæpius prodiit. P. BENEDICTI STOLTE Lectoris in Monasterio S. Michaelis Hildeshemii Tr. Historico-Iuridicus de *Præcedentia controuersa Monachos Benedictinos inter & Canonicos regulares S. Augustini Erfordiæ* prodiit *1730. 8.* quo Benedictinis procedriam præ Canonicis etiam Cathedralibus tribuit, ex Decreto tamen Congregationis Cardinalium ad libros diiudicandos deputatorum, plane fuit suppressus. Varia ad antiquitates Monasteriorum obseruauit CHRISTOPHOR. FRIDERICVS AYRMANN de *Monasterio Carcere, Francofurti 1747. 4.* De *Simonia Monasteriorum* Dissertatio est CHRISTIANI LVPI, quæ prostat *Operum Tomo XI.* p. 42.

p. 42. *Venetiis* cura *Philippini* editorum, in eodem Tomo *p. 281.* legitur: *Exhibitio sacrorum Canonum circa Ius Regularium Ecclesiarum quoad prædicationem diuini Verbi. Iura Statuum Protestantium circa Monasteria Catholicorum* elegantissima Dissertatione exposuit IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER, Respondente *Ioa. Frickio, Halæ 1719. 4.*

Scriptores de Clericis Pontificii.

§. XXXV. *De Anniuersariis & Capellaniis* extant ILDEPHONSI PEREZ de LARA Libri Duo *Moguntiæ 1610. 4.* & *Lugduni 1672. 4.* perrari. *De Iuridica potestate confessariorum* egit CLAVDIVS SOLERIVS, *Lugduni 1618. 8.* *De vita & honestate Clericorum* ad *Titulum I. L. III. Decretalium Gregorii IX.* egregius & eruditus est Tractatus CAROLI ANNIBALIS FABROTI, *Parisiis 1651. 4.* propter raritatem a primo huius Bibliothecæ auctore *Bibliothecæ Rariorum Librorum* Thecæ I. insertus, cui adiungendus breuis, sed elegantissimus Tractatus FRANCISCI FLORENTIS ad eundem Titulum, inter eiusdem Dissertiones Canonicas ab ipso Auctore primum a. 1632. editus, postea ab eodem multis passim insertis, & notis adiectis auctus reperitur *Tomo primo* Operum iunctim editorum *Parisiis 1679. 4. p. 290.* Ad hanc materiam quoque facit & Edictum Clementis Papæ XI. explicat IOAN. BAPTISTAE GADDI *Gemma Clericalis* typis exposita *Forliuii 1709 4.* *De Clericorum institutione* LAELIVS de ZANCHIS, *Veronæ 1588. 8.* Notabilis & rarus est libellus CLAVDII FONTEJI de *antiquo Iure Presbyterorum in Regimine Ecclesiastico, Taurini 1676. 8.* *De Vita communi Clericorum* tractatum, sub Titulo: *Clericus Secularis in suo splendore,* italice scriptum dedit POMPEIVS SARNELLI *Romæ 1688. 4.* ALEXANDER PEREGRINVS *constitutiones clericorum regularium* edidit *Romæ 1628. 8.* *De exemtionibus* vero & *subiectionibus clericorum* scripsit IOANNES FRIDERICVS KARG *Herbipoli 1682. 12.* *De Tonsura Clericorum* iuxta principia canonum egit CASPAR ZIEGLERVS *Wittebergæ 1685. 4.* Addi potest AVGVSTINI

NI BARBOSAE scriptum de *officio & potestate Parochi*, *Ven. 1705. & 1720. 4.* *De Ordinatione ad Titulum Patrimonii & Paupertatis legenda* culta commentatio V. C. IOA. CHRIST. WILHELMI STECKII, *Lipsiæ 1755. 4.* *Archi-Diaconum*, seu *de ipsius Iure & officio* Librum præclarum dedit NICOL IANVARIVS Presbyter Gallus, Iuris Pontificii Doctor, in Carnutensi Ecclesia Dunensi Archi-Diaconus *1629.* primum editum, inde cura *Ioa. Doutatii* FRANCISCI FLORENTIS Operum Iuridicorum *Tomo Primo Parisiis 1679 4.* adiectum. De ordine, Iurisdictione & dependentia Archi-Diaconorum extat: *Kurze Deduction und Erläuterung von dem Herkommen, Ambt und Iurisdiction der Archi-Diaconorum und Archi-Diaconatuum, wie solche sowohl nach gemeinen Rechten, als Particular-Statuten heut zu Tage im Brauch seynd. Aus der Feder eines auffrichtigen Römisch-Catholischen Theologi zu Papier und auf gnädigsten Landes-Fürstlichen* (Ernesti Augusti Ducis Brunsuico-Lüneburgensis, Episcopi Osnabrugensis) *Befehl zum Druck gebracht im Iahr 1717. Osnabrück bey Gottfried Kießling fol.* quod Scriptum contra molimina Archi-Diaconi Osnabrugensis, ni fallor, conditum, auctorem SONNEMANNVM Canonicum olim Hildesheimensem habet. Successit B. IOANNIS PAVLLI KRESSII *rechtsbegründete vollständige Erläuterung des Archi-Diaconal-Wesens und der Geistlichen Send-Gerichte, wie sie beyde sowohl bey andern Stifftern in und ausser Teutschland als absonderlich in dem Hoch-Stifft Oßnabrück von Zeit zu Zeit beschaffen gewesen, und noch sind*, *Helmstedt 1725. f.* insigni solidæ eruditionis adparatu instructum scriptum luculentumque testimonium quam egregia præsidia adferat ICto notitia Rerum Germanicarum. Idem argumentum diligenter & erudite tractauit B. IOAN. GEORGIVS PERTSCHIVS in *Abhandlung von dem Vrsprung der Archi Diaconen, Archi-Diaconal-Gerichte, Bischöfflichen Officialn und Vicarien*, simulque de *Hildesheimensibus Archi-Diaconis* &c. egit eorumque Iura controuersa illustrauit, *Hildesheim 1743. 8.*

§. XXXVI.

Scriptores de Canonicis Protestantes.

§. XXXVI. Ex Protestantibus quoque sunt, qui in hac materia elaborarunt. *Origines Titulorum & dignitatum Ecclesiasticarum* breuiter eruit ANONYMVS *Lipsiæ 1734. 4.* IOA. HIMMELIVS de *Canonicatu & Iure Canonico* Tractatum scripsit *Ienæ 1632. 12.* editum sed perbreuem. *De Canonicis, Canonicatu, & Canonicorum Capitulo* dissertationem proposuit PETRVS MASCOVIVS *Gryphiswaldi 1693. 4.* Abusum bonorum ecclesiasticorum sub nudis officiorum titulis Romano-Papalibus demonstrauit ANDREAS ESSENIVS in *defensione Consilii Theologici Vltraiectini, de Canonicatibus, Vicariatibus, Vltraiecti 1658. 4.* Huc etiam MARTINI SCHOOCKII de *Bonis* vulgo *Ecclesiasticis* Liber ex parte spectat, *Grœningæ 1651. 4.* editus, quo de *Canonicis* speciatimque *Vltraiectinis* agit. Ad vsum Imperii & Capitula Protestantium facit GOTTLIEBII GERHARDI TITII Dissertatio de *Iure Nobilitatis Lutheranæ ad immediata Germaniæ Capitula & Canonicatus, Lipsiæ 1709. 4.*

Scriptores de Clericis Protestantes.

§. XXXVII. Ad statum Clericorum Protestantium commendanda præ cæteris sunt Scripta egregia CASPARIS ZIEGLERI, cuius est *Superintendens ad normam Constitutionum Ecclesiasticarum in Saxonia descriptus, Dresdæ 1688. 4. & Witteberga 1712. 4.* Eiusdem est Tractatio de *Diaconissis Veteris ecclesiæ, Wittebergæ 1678. 4.* Add. CHRIST. GOTTL. LEHMANNI Tr. de *Officio Superintendentis, Chemnitii 1725. 4.* De *Adiunctis Superintendentium, Chor-Episcoporum veteris Ecclesiæ* propagine erudite commentatus ill. GEORGIVS HENR. AYRER *Gœttingæ 1739. 4.* & in *Opusculis. De exemtione & subiectione Clericorum* egit HENNINGIVS ARNISAEVS, *Argentorati 1648. 4. De Exemtione Clericorum Euangelicorum* Liber prodiit *Wittebergæ 1657. 8.* qui IOANNEM BRVNNEMANNVM adgnoscit auctorem, adiungenda elegans CHRISTIANI THOMASII Dissertatio *de Foro competente & Subiectione Clericorum sub potestate Ciuili, Halæ 1709. 4. De clerico renitente* CASPAR ZIEGLERVS, *Wittebergæ 1684. 12.* exposuit, in quo tractatu potissimum Leonis Imp.

Imp. Constitutionem, repetitam a Iustiniano in *l. 31. C.* de Episcopis & Clericis explicat, atque docet, in quantum munera ecclesiastica fugere liceat; idque ea occasione, dum Martinus Geierus delatum munus Concionatoris aulici supremi, detrectaret, vt historia Welleriana docet p. 116. Huc facit etiam IVSTI HENNINGII BOEHMERI Tractatus Iuris Ecclesiastici de *Iure Parochiali, Halæ 1701. 4.* Secunda Editione auctior & emendatior *Halæ 1716. 4.* ac Vol. II. Iuris Ecclesiastici adiici solet, Editione *Quinta* cum *Supplemento nouo* editus *Halæ 1738. 4.* quo parochorum statum, iura, bona & priuilegia probe illustrat. Quo pertinet etiam IO. CAROLI NAEVII *Ius Clericorum oder das Priester-Recht, Wittebergæ 1708.* & ex *iterata Editione, Wittebergæ 1712. 8.* *De Expectatiua Ecclesiastica* in officia Clericorum concessa, extat *Dissertatio* CASPARIS HENRICI HORNII, *Wittebergæ 1712. 4.* *De Sorte Suffragatoria Ecclesiæ vom Priester-Loß* erudita Dissertatione IOA. PETRVS LVDEWIG excussit Quæstionem: *Vtrum Electio Ecclesiæ Ministrorum fieri queat iudicio sortis, Halæ 1704.* *De Concione Docimastica germanis Prob-Predigt* Dissert. IOAN. GODOFREDI KRAVSSII *Vitemb. 1720. & 39. 4.* *De Successione Clerici in Geradam Maternam* Dissertationem proposuit MARTINVS LANGE, *Lipsiæ 1708. 4.* ex Iure Saxonico deductam. Cui adiungenda IVSTI HENNINGII BOEHMERI elegans Dissertatio de *Successione in Bona Clericorum singulari, Halæ 1716. 4.* habita, quæ ad Clericos tum veteris Ecclesiæ, tum Pontificiæ & Protestantium spectat. *De Anno Deseruito* seu *Salario promerito* quoque extat Dissertatio eiusdem IVSTI HENNINGII BOEHMERI, *Halæ 1715. 4.* cuius Capite II. de Anno deseruito Clericorum præclare agitur, qui eruditissimus vir & de *Clerico Debitore* singularem dedit Dissertationem *Halæ 1715. 4.* *De Iuribus Stolæ* Diss. GEORGII PETRI STELZERI, *Altorfii 1700. 4.* & de *Iure Vsufructuario Parochi in Parochialibus Bonis speciatim Syluis vulgo Pfarr-Hœlzern* Diss. IOANNIS MARTINI ENDTER, *Altorfii 1733. 4.* *De*

Incarceratione vero *Clericorum cum & sine Carena* disputauit IOANNES GAERTNER *Altorfii 1715. 4. De Iure Principis circa Dimissionem Clericorum* Dissertatio IVSTI HENNINGII BOEHMERI *Halæ 1716. 4.* habita, de Dimissione Clericorum Aulicorum potissimum agit. *D Ecclesiæ Ministro a Patrono solo, minime ab Officio remouendo*, agit Dissert. CHRISTOPHORI HENRICI ZEIBICHII, *Vitembergæ 1739.* SIGISMVNDI GOTTLIEB HILLIGERI *De Foro Clerici delinquentis* Dissertatio *Lipsiæ 1715. 4.* exposita, ad vtriusque quoque Religionis Clericos est directa, vt & MICHAELIS GRASSI *de Negotiatione Clericorum prohibita, Tubingæ 1705. 4.* nec minus CHRISTIANI THOMASII *de Desertione Ordinis Ecclesiastici* Dissertatio, quam *Halæ 1717. 4.* edidit. *De Actionibus Iniuriarum Sacerdotes concernentibus* Diss. IOA. GEORGII SIMONIS extat, recusa *Ienæ 1739. 4.*

Scriptores de Beneficiis Ecclesiasticis.

§. XXXVIII. Qui *Ius Rerum* Scriptores illustrant speciales, materiam de Beneficiis præsertim plenius exposuerunt. Frequentissimam Materiam de *Beneficiis*, multis amplissimisque Libris plures illustrarunt: NICOLAVS nempe GARCIA Tractatu *de Beneficiis, Coloniæ 1636. 58. 1701. f. Lugduni 1680. f.* duobus Tomis. PETRI de MVRGA Tr. *de Beneficiis Ecclesiasticis, Lugduni 1684. f.* MICHAELIS LOTTERII *de Re Beneficiaria Libri Tres, Lugduni 1667. f.* & *Coloniæ 1710. f.* PETRI LEVRENII *Forum Beneficiale, Coloniæ 1704. f.* STEPHANI BAVNY *Noua Praxis Beneficiorum, Parisiis 1648. fol. Praxin Beneficiorum* PETRVS REBVFFVS, *Lugduni 1579. f. & Coloniæ 1586. f. 1610. 4.* commemorauit. Huic posteriori Editioni accesserunt Concordata inter Leonem X. & Franciscum I. cum glossa Petri Rebuffi & Georgii Branden Commentarius in Concordata Nationis Germanicæ, & de iisdem ANTONIVS BENGEVS, *Parisiis 1654. f.* PYRRHI CORRADI *Praxis Beneficiaria* edita *Neapoli 1656. f.* recusa *Coloniæ 16 9. f. & 1736. f.* LAVRENTII NICOLARTS *Praxis beneficiaria, Coloniæ 16 3. 1658. & 1704. 4.* Præclarus quoque est de *Beneficiis Ecclesiasticis*

sticis Tractatus MELCHIORIS PASTORIS, qui singulatim primum editus, postmodum inter Opera Viri relatus, atque Obseruationibus *Ioannis Solier* illustratus. Quæ opera prodiere *Tolosæ 1712. f.* FRANCISCVS DVARENVS de *sacris ecclesiæ ministeriis & beneficiis Libros VIII.* scripsit *Lutetiæ 1551. 4. & ibid. 1557. 8.* apud *Andr. Wechelum* nitide editos plenosque præclara eruditione & contra Pontificum ausus libertate, quos inde *Ioannes Schilterus* Institutionibus Iuris Canonici suis subiecit. *De Præbendis & Dignitatibus* ad Libri III. Decretal. Tit. V. egregium Tractatum dedit FRANCISCVS FLORENS, qui inter Opera reliqua *Parisiis 1679. 4.* edita *Tom. II. p. 189.* reperitur. *De variis adpellationibus & diuisionibus Beneficiorum Ecclesiasticorum* disseruit B. IOA. GEORGIVS PERTSCHIVS *Helmstadii 1752. 4. De Executoribus Literarum Apostolicarum tam Gratiæ, quam Iustitiæ* egit THOMAS de ROSA *Coloniæ Agrippinæ 1683. fol.* Quum *Dispensationes* in causis *Beneficiorum* sæpe petantur PYRRHVS CORRADVS *Praxin Dispensationum in vtroque Foro*, exposuit *Coloniæ 1697. f.* Ex Collegio *Datariæ Bullæ Beneficiorum* expediuntur & ære redimuntur; consulendus itaque THEODORI AMYDENI Tr. *de officio & iurisdictione Datarii, nec non Stylo Datariæ*, recusus *Coloniæ 1701. f. De Gratiis Expectatiuis & aliis Literis Gratiæ* habemus Tr. IOAN. STAPHYLEI Episcopi Sibinicensis, *Venetiis 1540. 4. Aduocatum Romanum* in *Resignatione Beneficiorum* descripsit FLAMINIVS PARISIVS, *Romæ 1581. 1591. Venetiis 1595. 1605. & Coloniæ 1683. f.* recusum, qui etiam ad omnem Beneficiorum materiam facit. IOANNES SAMVEL HERINGIVS Discussione eleganti & docta Quæstionem; *An venditio Præbendæ pro Simoniaca habenda in Terris Protestantium?* exposuit *Stettini 1717. 4.* qua hanc Quæstionem ex Protestantium principiis negatiue decidit. *De Re Beneficiaria siue de non possidendis simul pluribus Beneficiis* Libri Tres ad Sorbonæ Prouisorem & Magistros aduersus Librum singularem Abbatis personati *Sidichembechensis* prodiere *Parisiis 1710. 8*, quibus

egregia multa exponuntur. *De Optione Canonica*, in re Beneficiaria extat ALEXANDRI MONETAE Tractatus alter, *Marpurgi 1628. 8.* *De reditibus Beneficiorum Ecclesiasticorum* legendus Tractatus MARTINI ab AZPILCVETA, in qua docetur, quibus vsibus sint impendendi, & quibus Personis dandi aut relinquendi, *Romae 1568. 8.* Idem argumentum excussit FRANCISCVS SARMENTVS *de Reditibus Ecclesiasticis* ad Pium Papam V. Liber vnus, *Romae 1569. 8.* *De Beneficiis Ecclesiasticis sine Deminutione conferendis* luculenta Dissertatione ad Titulum Decretalium huius argumenti, commentatus fuit CASPAR HENRICVS HORNIVS *Vitembergae 1717. 4.* *Beneficii* Ecclesiastici species est *Praebenda Equestris die Reit-Pfründe*, de qua singulari Dissertatione Respondente *Ioachimo Friderico Hanser* egit FRIDERICVS GOTTLIEB STRVVE *1716. 4.* *De Beneficio a Latere* breuis sed erudita est Diss. Viri doctissimi AVGVSTI BENEDICTI MICHAELIS, *Halae 1753. 4.* edita. *De Commutationibus Beneficiorum* commentatus IOA. a CHOKIER, *Leodii 1616. 8.* ex iterata editione prodiit *Leodii 1732. 8.* & *Romae 1700. f.* Vitia, quae in beneficiis consueta tangit PAVLVS SARPIVS de *Materiis beneficiariis* ex Italico in Latinum translatus atque editus *Ienae 1681. 12.* IOA. ARNOLDI CORVINI Tractatus geminus de *personis* & *Beneficiis ecclesiasticis*, *Francofurti 1708. 4.* *De Beneficiis ecclesiasticis & secularium officiorum coadiutoriis* scripsit NICOLAVS REMOCAMPVS, *Leodii 1651. 4.* qui rarus est. Omnium vero curas superat LVDOVICI THOMASSINI *Vetus & Noua Ecclesiae Disciplina circa Beneficiarios*, quae *gallice Parisiis 1679. 1725. f.* edita, *latine Parisiis 1691.* & *Lugdun. 1706. f.* atque *Lucae 1728. f.* qua in Editione accesserunt IOAN. DOMINICI MANSI *Animaduersiones* Tomo Tertio subiunctae. Tribus Tomis prodiit, quibus haec ipsa materia tota absoluitur, Clericorum Ordines declarantur, immo, quidquid fere facit ad statum ecclesiasticum, ex genuinis fundamentis illustratur. Huic omnino coniungendus IOANNIS DARTIS de *Beneficiis Ecclesiasticis* Tractatus, qui secundam

cundam Operum *Parisiis 1556. f.* iunctim editorum doctissimi Iure Consulti Partem implet, atque eruditissime est perscriptus. *Historiam Iurium Principis circa Beneficia Ecclesiastica & Territoria Ecclesiæ* condidit GILBERTVS BVRNETVS, *Londini 1682. 8.* editam. *Anglice* prodiit: *The History of the Original and Progreß of ecclesiastical Revenues, written in French by a learned Priest. and now done into Englisch, London 1685. 8. De Literis Gratiæ, Expectatiuis &c.* (in Caussis Beneficiariis concedi solitis) Tractatus IOANNIS STAPHILAEI, IOANNIS NICOLAI GIMONTEI, LVDOVICI GOMESII, ex principiis Iuris Pontificii elaborati, iunctim prodiere *Romæ 1587. 8.* Alios Scriptores vide infra §. LI.

§. XXXIX. *De Decimis Obseruatio* extat quæ CHRISTIANO THOMASIO adscribenda in *Obseruationum Halens. T. X. p. 221.-223. De Censibus, Decimis, Oblationibus* Dissertationes binas elegantissimas perscripsit ANTONIVS DADINVS ALTESERRA, quæ dimidiam partem faciunt Dissertationum ipsius Iuris Canonici *Tolosæ 1651. 4.* editarum, & iam rarissimarum. *Historiam Decimarum* edidit a. 1618. doctissimus Anglus IOANNES SELDENVS *Londini 1680. 4.* recusam. Cuius Præfatione magna libertate scripta, ita irritauit Clerum Anglicanum, vt non solum acres opponeret libellos, sed etiam, coram supremo Commissionum iudicio, ad reuocandos errores, libello complexos, quos animo tamen non adgnoscebat, compelleret, Ab IOA. CLERICO ex *anglico* in latinum translata, notis illustrata, commentario in Pentateuchum fuit subiecta. *De Origine Decimarum & Obligatione eas soluendi* scriptus Gallice Tractatus C. B. *Traité touchant l'Origine des dixmes e de l'obligation de les payer* editus *Parisiis 1687. 4.* Adiungi potest eadem lingua exarata HIERONYMI a COSTA s. RICHARDI SIMONII *Historia Redituum Ecclesiasticorum.* Historia redituum Ecclesiasticorum: *The History of Reditibus, Ecclesiastical Reuenues* ex gallico in anglicum translata, prodiit *London 1685. 8.* Sic quoque HERMANNVS

Scriptores de Decimis, Bonis Ecclesiasticis & Salariis Clericorum.

ADOLPHVS MEINDERS ICtus Bielfeldensis Westphalus perdoctus, singulari Dissertatione *de Origine & Iure Decimarum in Westfhalia*, quæ ipsius de Statu Religionis & Rei publicæ in Westphalia Opere subiungitur, præclara de iisdem exposuit. Ex genuinis fontibus dióducta illustr. GEORGII LVDOVICI BOEHMERI Diss. *de Origine & ratione Decimarum in Germania, Gottingæ 1749. 4.* *De Novis* conscripta Dissertat. Dn. ACHATII LVDOVICI CAROLI SCHMIDII, *Ienæ 1753. 4.* *Tractatus variorum de Decimis* veteres iunctim editi *Coloniæ 1590. 8.* Farraginem Collectaneorum de *Decimis tam feudalibus, quam aliis noualibusque* exhibet PETRVS REBVFFVS, *Coloniæ 1571. Lugduni 1564. f. Francofurti 1670.* IOANNIS PETRI MONETAE tractatus de *Decimis tam spiritualibus, quam papalibus, optione canonica & distributione quotidiana Venetiis 1621. 4. Coloniæ 1520. 8. Vlmæ 1696. 8.* In hunc MONETAM prodierunt LAVRENTII VIGILII de NICOLLIS *Annotationes theoretico-practicæ, Augustæ Vindelicor. 1737. f.* quibus accessit Centuria R. Rotæ Decisionum recentiorum ac recentissimarum materiam decimarum illustrantium. De *Decimis* disputauit V. C. IOANNES CASPAR BARTHEL *Herbipoli 1729. 4.* De *Pensionibus Ecclesiasticis* Tr. HIERONYMI GIGANTIS prodiit *Venetiis 1570. 4.* Singulare argumentum sistit NICOLAI RICHARDI & THOMAE scriptio, cui datus titulus: *Ius Pastorum titularium & ecclesiarum parochialium ad oblationes, decimas & maxime nouales* contra Diss. Z. B. van ESPEN, *Leodii & Bruxellis 1716. 12. 2 Voll.* Propius ad Praxin hodiernam facit IOA. BLVMENS *Nützlicher Unterricht vom Zehend-Recht, Leipzig 1696. 4.* & IOAN. WERNDLE *Zehend-Recht Ingolstadt 1656. 8. Nürnberg 1693. 8.* & *ibid. 1722. 4.* De *Clerico Clericum non decimante* ad Cap. II. X. de Decimis habemus Dissertationem elegantem CASPARIS HENRICI HORNII, *Vitembergæ 1713. 4.* De *Dote Ecclesiæ* eruditus est Tractatus CASPARIS ZIEGLERI, *Wittebergæ 1676. 4.* & iterum *Witte-*

Witteberga 1717. 4. addimus CASPARIS HENRICI HORNII *Capita quædam Iuris Ecclesiastici circa Præstationes Parochianorum & Dotalium. Vitembergæ 1713. 4.* De *Natura* vero *& Iure bonorum ecclesiasticorum* egit MICHAEL BVSIVS, *Franeckeræ 1666. 12.* & MARTINVS SCHOOCKIVS de *Bonis Ecclesiasticis, Gröningæ 1651. 4.* De *Bonis Ecclesiæ eorumque reditibus in alieno territorio debitis* IOANNES WILHELMVS ITTERVS. *Francofurti 1687 4.* De *Decimis Laicorum in Terris Protestantium* binæ extant Dissertationes CHRISTOPHORI REDECKERI, quarum vnam sub Præsidio MVHLPFORTII *Ienæ 1689. 4.* proposuit, alteram *Rostochii 1691. 4.* propugnauit. De his Decimis laicalibus an ad refectionem ædis sacræ sint adhibendæ in defectu aliorum subsidiorum orta in Franconia controuersia, quæ varia scripta erudita procreauit. Consilium enim Ecclesiasticum Wirzburgense iusserat decimas laicales hunc in finem adhibere, ill. vero Facultas Iuridica Tubingensis & Halensis auctore IVSTO HENNINGIO BOEHMERO negarant. Iunctim hæc scripta prodierunt sub titulo: *Abdruck verschiedener Rechtlichen Bedencken, 1729. 4. Bœhmerianum* Responsum ceteris viri summi insertum. Vide quoque *Collectionem scriptorum libertatem Decimarum laicalium a contributione ad refectionem ecclesiarum parochialium, asserentium, impugnantium, vindicantium,* quæ reperitur in *Appendice Dissertationum* B. SCHWEDERI *T. II. p. 1. 275.* De emendata occasione Reformationis B. Lutheri doctrina de Decimis præcipue Noualium, Diss. inaugurali Præside GVILIELMO HIERONYMO BRVCKNERO egit PAVLVS GVILIELMVS SCHMIDIVS, *Ienæ 1730. 4.* De *Præscriptione circa Decimas Ecclesiasticas & Seculares* egregia Diss. est IVSTI HENNINGII BOEHMERI, *Halæ 1720. 4.* De *Bonis Parochialibus* Tractatum vtilem dedit PETRVS MÜLLERVS, *Waldenburgi 1714. 4.* Augmenta *Salarii & Honorum Ministrorum Ecclesiæ* illustris ICtus CHRISTIANVS THOMASIVS commendauit Dissertatione *de Officio Principis* circa

circa augenda Salaria & Honores Ministrorum Ecclesiæ Halæ 1707. 4. De *Priuilegiis Legatorum piorum genuinis & spuriis* disseruit IVSTVS HENNINGIVS BOEHMERVS, *Halæ* 1716. 4. De *eo vero, quod in piis caussis impium est* IOA. BALTHASAR WERNHERVS siue CAROLVS OTTO RECHENBERGIVS, *Vitemb.* 1710. 4. De *iusto Causarum vere piarum fauore* Progr. extat B. DIET. HERMANNI KEMMERICHII *Ienæ* 1736. 4.

Scriptores de Alienatione Rerum Ecclesiasticarum.

§. XL. De *Alienatione* Rerum ad Ecclesiam pertinentium commentati sunt MARTINVS BONACINA de *Alienatione Bonorum Ecclesiasticorum.* Extat in Tractatu de Clausura, *Lugduni* 1628. 4. PETRI REBVFFI *de Alienatione Rerum Ecclesiæ* Tractatus, cum ipsius de Decimis & aliis Iuris Canonici Scriptis prodiit *Lugduni* 1564. *f.* BENEDICTVS CANOPHILVS de *Rebus Ecclesiæ non alienandis*, *Venetiis* 1587. *f.* FERDINANDVS MVNNOZ, de *Rebus Ecclesiæ alienandis vel non*, *Bononiæ* 1622. 4. MARTINVS NAVARRVS de *Alienatione rerum Ecclesiasticarum, & de spoliis Clericorum*, *Romæ* 1573. 8. ALPHONSVS VILLAGVT *de Rebus Ecclesiæ non rite alienatis recuperandis atque in integrum restituendis vna cum fructibus inde perceptis nec non de Bonis immobilibus cuiusque vniuersitatis*, *Coloniæ* 1609. 8. Et in primis GVIL. REDOANVS, de *non alienandis rebus Ecclesiæ* prodiit cum notis PETRI ANTONII *a* PETRA, *Venetiis* 1572. 1589. *f.* De *Bonis Temporalibus Ecclesiæ acquirendis & conseruandis* breuiter, accurate tamen egit MELCHIOR PASTOR, quem tractatum separatim alias editum, inter Opera Viri retulit *Ioannes Solier*, Notisque illustrauit *Tolosæ* 1712. *f.* *Legis amortizationis & immunitatis Ecclesiasticæ Anatomia Iuridica* Tractatu postumo exposita auctore IOSEPHO BERNHARDO GLETTLE, *Argentorati* 1714. 12.

Scriptores de vnione & diuisione Ecclesiarum.

§. XLI. Elegantissimus est Liber IOA. PHILIPPI SLEVOGTII, de *vnione ecclesiarum & beneficiorum*, *Ienæ* 1678. 4. & qui hunc insecutus est Tractatus alius de *diuisione ecclesiarum & beneficiorum*, *Ienæ* 1681. 4.

olim

olim per disputationes in Ienensi Academia propositus, in quibus rarissimum argumentum de matribus ac filiabus ecclesiis, & de vnione ac diuisione bonorum ecclesiasticorum, ex Iuris Canonici principiis, antiquitatibus ecclesiæ atque vsu Consistoriorum, accurate eruitur & multi textus Iuris Canonici solide explicantur. Recusum vtrumque Opusculum *Francof. & Lipsiæ. 1746. 4.* Ante eum eodem de argumento exposuerant IOAN. BAPTISTA CACCIALVPVS *de Vnionibus Ecclesiarum & Beneficiorum* qui in Tractatu Tractatuum extat *Vol. VI. f. 200.* & NICOLAVS THILEN breui Dissertatione de *Vnionibus Ecclesiarum atque Beneficiorum Ecclesiasticorum, Argentorati 1671. 4.* Sed quæ a Sleuogtiana tractatione longissime recedunt. Successit ERNESTI COLERI Diss. Inauguralis; de *Vnione Ecclesiarum, potissimum Protestantium, Altdorfii 1688. 4.* *De Ecclesia Matre* disputauit IOA. CHRISTO. BAVMGAERTNER, *Altorfii 1734. 4.*

Scriptores de Libertate Ecclesiarum.

§. XLII. De Libertate Ecclesiarum egerunt alii. *Romanæ* Ecclesiæ *libertas* in summum fastigium euecta est, de qua singulatim legendus IOANNES BAPTISTA BRASCHIVS de *libertate Ecclesiæ, Romæ 1718. f. IV. Tomis. Huc porro facit* IOANNIS BAPTISTAE FALTOLILLI *Theatrum immunitatis & libertatis ecclesiasticæ, Romæ 1714. f. 2. Voll.* ALEXANDRI AMBROSINI *Commentaria ad Bullam Gregorii XIV. Pont. M. de Immunitate & Libertate Ecclesiastica* typis impressa *Parmæ 1608. 4.* & *Bracciani 1633. 4.* Libertas Ecclesiæ *Gallicanæ* ab eruditissimis Viris exquisito studio defensa. Ex amplissimis eorum numeris a viro laboriosissimo *Iacques le Long Bibliotheque historique de France* Libro II. Cap. VII. *Art. I. p. 117. seq.* recensitis, commendamus *Traitez des Droits & Libertez de l' Eglise Gallicane, 1639. f.* collector & editor PETRVS est PVTEANVS (Pierre du Puy) locus impressionis *Rouen*, continet hæc collectio XIX. tractatus huius argumenti cum priuilegio Regio quondam editos. Hæc tamen sylloge ad preces Nuncii Papalis fuit suppressa, vulgata caussa, quia sine priuilegio Regis esset edita. Successerunt

ferunt eodem collectore: *Preuves des Libertez de l'Eglise Gallicane 1639. f.* qua compilatione magni momenti, sub certis titulis argumenta Libertatem Ecclesiæ Gallicanæ confirmantia, referuntur. Idem cordatissimus Vir porro produxit: *Preuves des Libertez de l'Eglise Gallicane: secondè Edition revüe & augmentée des plusieurs Observations nouvelles, Paris 1651. f. 2. Voll.* ex Archiuis Regni Galliæ, Conciliis, historicis variis repetita. Add. PETRI PITHOEI liber inscriptus: *Les Libertez de l'Eglise Gallicane, Paris 1594. 8.* accuratissime elaboratus, coniungendus omnino: *Commentaire* de PIERRE du PVY *sur le Traité des Libertez de l'Eglise Gallicane, Paris 1652. 4.* a IACOBO PVTEANO editus. Huc quoque pertinet Tractatus de *Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ*, autore M. C. S. qui continet amplam Discussionem Declarationis factæ ab illustrissimis Archi-Episcopis & Episcopis, Parisiis mandato Regio congregatis 1682. *Leodii 1689. 4.* Inter hos libertatis assertores referendus PETRVS de MARCA de *Concordia Sacerdotii & Imperii, seu de Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ*, Libris octo ex *Tertia Editione* auctiore, emendatiore & elegantiore studio STEPHANI BALVZII, qui *Opuscula* quædam adiecit *Parisiis 1704. f.* & *Lipsiæ 1708 f.* His iungimus PETRI ZORNII breuem Dissertationem de *Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ antiquæ & hodiernæ*, in qua cum de Capitibus Libertatum Ecclesiæ illius, tum de Scriptoribus Gallis antiquis & recentissimis, qui vel Libertates Ecclesiæ suæ defenderunt, vel oppugnarunt, agitur, commemoratis passim præcipuis Curiæ & Facultatis Parisiensis Decretis huc spectantibus, *Rostochii 4.* sine temporis annotatione. Varia huc egregie facientia leguntur in libro: *Histoire du Droit public Ecclesiastique François*, auctore D. B. *Londini 1737. 8.* in qua dum scriptor exponit vicissitudines status ecclesiastici Regni Galliæ multa admiscet de mediis tuendæ libertatis atque amissæ ex parte illius caussis. Quæ contra Constitutionem *Vnigenitus Dei F.* & occasione Collectarum Cleri & denegati Sacramenti Cœnæ, magno numero

numero pro Libertate E. G. edita sunt scripta, singulares Bibliothecas conficiunt. Ad imitationem cordatissimorum Gallorum IOANNES SCHILTERVS in elegantissimo suo Tractatu de *Libertate ecclesiarum Germaniæ*, *Ienæ 1683. 4.* hanc materiam ex historia & antiquitatibus Germanicis ita illustrauit, vt laudem promereatur eximiam. Statum enim Ecclesiarum Germaniæ vsque ad tempora Pacis Osnabrugensis egregie declarat. Addi possunt breui sed erudito libello complexæ V. C. IO. CHRIST. WILHELMI STECK *Vindiciæ Libertatis Ecclesiæ Germanicæ circa moliendas in Hierarchia Nouationes*, occasione noui Episcopatus *Fuldensis* & Pallii *Herbipolensis* propositæ *Halæ 1755. 4.*

Scriptores de Caussis Matrimonialibus Protestantes.

§. XLIII. Ad *Matrimonialia*, præter *Consilia Theologorum Wittenbergensium*, *&* GEORGII DEDEKENNI, quæ auctiora edidit IOANNES ERNESTVS GERHARDVS, *Ienæ 1671. f. 3. Tomis* ad vsum consistoriorum optima sunt HIERONYMI BRVCKNERI *Decisiones Iuris Matrimonialis controuersi*, *Francofurti 1692. 4.* & *Gothæ 1705. 4.* *Tertia Editione*, ex autographo B. Auctoris reuisa & correcta *Gothæ 1724. 4.* edita, multosque casus rariores continent. Adiunge tamen CHRISTIANI THOMASII Dissertationem *de Fundamentorum definiendi Caussas Matrimoniales insufficientia*, *Halæ 1698. 4.* Add. B. CHRISTIANI GODOFREDI HOFFMANNI Programma de *fundamentis variantium in doctrina de Matrimonio opinionum*, *Francofurti 1723. 4.* De *reformatione Iuris Ciuilis circa causas matrimoniales a Pontifice Romano peruerse tentata*, apte disseruit GVILIELMVS HERTOGHE, *Ienæ 1721. 4.* IOANNIS BECHSTADII *Collatio Iurium Connubialium, tam vniuersorum & communium, quam municipalium quorundam inter cognatos & affines, annexo Iure dispensandi, respectu vtrorumque, Coburgi 1627. 4.* ius commune cum Iuribus quibusdam municipalibus confert. PAVLI CYPRAEI Tr. de *Iure Connubiorum*, *Lipsiæ 1621. 4.* editus. Pereruditus est Tractatus HENRICI

CHRI-

CHRISTOPHORI HOCHMANNI de *benedictione Nuptiarum*, quam ex ipsis fontibus illustrat & per Consistoriorum vsum declarat, prodiit *Altorfii 1685. 4.* iungenda PETRI MÜLLERI de *Hierologia*, *siue Benedictione Sacerdotali* Dissertatio *Ienæ 1708. 4.* recusa. *Origines Benedictionis Sacerdotalis* eruit Diss. IOA. FRIDRICVS KAYSER *Giessæ 1735. 4.* De *Codicillis Indulti connubialis Militum siue vom Trau-Scheine & Militum Matrimoniis* erudite commentatus A. R. I. BÜNEMANNVS, *Halæ 1737. 4.* Facit huc etiam CHRISTIANI GOTTLIEB SCHWARZII Diss. de *antiquo ritu legitimandi liberos illegitimos per Pallium*, *Altorfii 1747. 4.* De *Iure Principum protestantium circa solemnia Matrimonii ecclesiastica* egregia est Diss. IVSTI HENNINGII BOEHMERI *Halæ 1718. 4.* De *Nuptiis Consobrinorum probibitis aut permissis*, ex vtroque Iure breuiter, sed accurate exposuit FRANCISCVS FLORENS, quæ Dissertatio 1636. primum edita, iam *Tomo I.* Operum iunctim editorum *p. 329.* comparet. De *Matrimonio Compriuignorum* extat *Disquisitio* IOA. HENRICI BERGERI, *Lipsiæ 1708. 4.* quæ potissimum historica est, eademque, quæ circa celebrem de hoc matrimonio controuersiam diuersis placuerint, neruose recensentur. IOA. GEORGII NICOLAI Tractatus de *repudiis & diuortiis* egregius est, prodiit *Dresdæ 1685. 4.* Communes opiniones de causis Matrimonialibus in quibusdam euertere conatur IOA. SAMVEL STRYKIVS Dissertatione de *reliquiis Sacramenti in matrimonialibus*, Respondente *Ioa. Philippo Odelem*, *Halæ 1704. 4.* & ex *Secunda editione*, *Halæ 1706. 4.* cui autem in quibusdam accurate respondit MICHAEL HENRICVS GRIEBNERVS eleganti Dissertatione *de his qui ex Iure Protestantium Matrimoniali ad Reliquias Sacramenti perperam referuntur*, *Wittebergæ 1715. 4.* Huic tamen & *Valentino Ernesto Læschero* quædam reposuit Dissertationis Respondens vel Auctor *Odelemius* Scripto: *De Reliquiis Sacramenti in Matrimonialibus*, *Brunsuigæ 1716. 4.* edito. *De eo, quod fit in honorem Matrimonii*

monii habemus Diss. SIGISMVNDI GOTTLIEB HILLIGERI, *Lipsiæ 1713. 4.* Perfrequens est materia de *Matrimonio ad Morganaticam*, quam tractauit erudito & pleno bonæ frugis Discursu HENRICVS LINCK, *de Matrimonio Lege Salica contracto, von der Vermæhlung zur Lincken Hand, Altorfii 1676. 4.* proposito. Coniungendæ Dissertationes GABRIELIS SCHWEDERI *de Matrimonio ad Morganaticam, Tubingæ 1684. 4.* Altorfii haut ita pridem recusa; aliaque PETRI MARCELLI HICCII *de Matrimonio ad Morganaticam donationem contracto, Argentorati 1703. 4.* & IOA. CAROLI NAEVII Dissertatiuncula: *An Matrimonium ad Morganaticam a Principibus & Personis illustribus tantum; an vero etiam a Nobilibus rite contrahi possit? Wittebergæ 1702. 4.* cum aliis edita. *De Coniugio inæquali Personarum illustrium* exposuit Dissertatione HENRICVS COCCEIVS *Heidelbergæ 1687. 4.* recusa *1714. 4.* eiusdem summi Viri extat Diss. de *Matrimonio momentaneo Francofurti 1701. 4.* & SAMVEL FRIDERICVS WILLENBERG *de Matrimonio Imparium, Gedani 1717. 4.* nec non GERHARDI FELTMANNI Liber de *Matrimonio impari, Bremæ 1691. 8.* ex Iure Ciuili maxime deductus. De *Matrimoniis Principum per Procuratores* lectu dignissima Dissertatio Dn. IOANNIS PETRI de LVDEWIG, *Halæ 1724. 4.* & iterum *Halæ 1736 4.* cum Appendicibus de sapienti fastidio ciuilium cæremoniarum & IOSEPHI VELA de ORENNA Libro de *Matrimonio contracto per Procuratores.* Egit quoque de *Matrimonio per Substitutum contrahendo* Diss. IOA. IOACHIMVS SCHOEPFER, *Rostochii 1709. 4.* *De Matrimonio Personarum diuersæ Religionis* extat Dissertatio THEODORI PAVLI, *Regiomonti 1712. 4.* & GEORGIVS CHRISTOPHORVS BREITENBACH de *Matrimonio Allophylorum siue Personarum diuersæ Religionis, Giessæ 1740. 4.* *De Matrimonio ex ratione status* ELIAE AVGVSTI STRYKII habemus Diss. *Kilonii 4.* atque de *Connubiis Infantum*, ex eadem potissimum ratione contractis, perillustris Dn.

FRIDER.

FRIDER. L. B. de WOLZOGEN pereruditam Diss. *Ienæ 1724. 4.* propositam. Elegans quoque est IOA. NICOLAI HERTII Dissertatio de *Matrimonio instaurato & Conscientiæ* (*Mariage de Conscience*, quod in Gallia vsu venit) *Giessæ 1703. 4.* & in Opusculis *Volum. I.* *De redintegratione Matrimonii* Diss. extat GEORGII NICOLAI GOERING *Altorfii 1699. 4.* atque IOA. BALTHASARIS WERNHERI de *redintegrando Matrimonio*, *Vitembergæ 1715. 4.* *De Matrimonio in mortis articulo contracto* STEPHANVS WAGA Dissertatione egit *Regiomonti 1735. 4.* Ad hæcce *irregularia Matrimonia* illustranda faciunt SAMVELIS FRIDERICI WILLENBERGII ingeniose & erudite scripta *Selecta Iuris Matrimonialis*, *Halæ Magdeburgicæ 1720. 4.* edita, quibus primum de Fundamentis decidendi Causas Matrimoniales, inde de Monogamia; Polygamia; De Matrimonio Virgineo; De Matrimonio Conscientiæ, Gallis *Mariage de Conscience;* De Matrimonio Imparium (quæ Dissertatio singulatim edita & supra iam indicata;) De Matrimonio ad Morganaticam contracto; De Matrimonio Amazonico; De Secundis Nuptiis Quinquagenariorum Coniugum; de Matrimonio Simulato. exponit. *De Eunuchi Coniugio*, varia Scripta, & Iudicia a Theologorum Collegiis occasione Coniugii inter Eunuchum & Iuuenculam virginem an. 1666. contracto, collecta edidit personatus HIERONYMVS DELPHINVS. recusa *Halæ 1647. 4.* iungi potest IOA. GEORGII SIMONIS *Breuis Delineatio Impotentiæ Coniugalis* physice & iuridice facta, *Ienæ 1682. 4.* IOA. IODOCI BECKII *Tr. de eo quod iustum est circa coniugalis Debiti præstationem*, *Francof. 1733. 4.* Add. curiosus liber, sub titulo: *Traité de la Dissolution du Mariage, pour cause l'Impuissance, avec quelques Piéces curieuses sur le même sujet, a Luxemburg 1735. 8.* De *Matrimoniis ob turpe facinus, quod Peccatum Sodomiticum vocant, iure soluendis* egregius legitur tractatus HERMANNI NORDKERK, *Amstelodami 1733. 8.* De *Matrimonio Coacto* habemus Dissertationem IVSTI HENNINGII BOEHMERI

MERI *Halæ 1717. 4.* quo etiam pertinent: *Acta Curiosa in Puncto Nullitatis Matrimonii Tullii & Tulliæ, welche ob sie gleich 12. Iahr in Ehestande gelebet und ein Kind mit einander gezeuget, dennoch solches ob defectum liberi Consensus pro nullo declariret worden,* quæ luci publicæ exposuit PETRVS ELIAS TRAVTMANN *Halæ 1715. 4.* De *Coniugio illicito* extat Dissertatio, HENRICI BODINI *Halæ 1703. 4.* proposita, quæ multo ingenio est perscripta, adiungendæ aliæ eiusdem Auctoris, vna: de *restringenda Libertate Matrimonii ineundi, Halæ 4.* & altera qua: *Errores quosdam circa Matrimonialia* commonstrauit, *Halæ 1696. 4.* quæ recusa est, *Halæ 1714. 4.* *Examen Iuris Canonici & Praxis fori Ecclesiastici in causa Raptus & affinibus,* multa doctrina & industria, pioque feruore breui libello instituit Pseudonymus IANVS VERRIVS Bassanensis Theologus Germanus, *Traiecti ad Rhenum 1738. 8.* De *Iure Dispensandi* in prohibitis coniugiis egit IOA. IOACHIMVS MVLLERVS docto scripto: *Das Dispensation-Recht in verbothenen Ehen der Chur-Fürsten und Stænde, wie auch andern unmittelbaren Reichs-Gliedern, samt aller seits Unterthanen Papistisch-und Protestantischer Religion,* quo, cui id ante & post Lutheri Reformationem competierit, commonstrauit *Ienæ 1706. 4.* Addatur IOA. IOACHIMI SCHOEPFERI Dissertatio *de Dispensatione Matrimoniali, Francofurti 1688. 4.* Egregia & doctissima est ill. GEORGII HENRICI AYRERI Commentatio de *Iure dispensandi circa Connubia Iure diuino non diserte prohibita,* quatuor antea Sectionibus singulatim edita, *Göttingæ 1742. 4.* Occasionem scribendi eruditissimo Iurisconsulto dedit Edictum Potentissimi Regis Prussiæ, adiecit in Appendice *Varia Responsa* Ius dispensandi illustrantia. Ad casum in Domo Oettingensi controuersum de matrimonio cum defunctæ vxoris sorore pertinet Scriptum sub Titulo: *Unterschiedliche Streit-Schriften, Responsa und Gutachten, samt den Actis eines in der Fürstlichen Residenz zu Oettingen den 10. Octobr. anno 1681.*

gehaltenen

gehaltenen Colloquii, über die Frage: Ob GOtt verbothen oder zugelassen habe, dass einer seines verstorbenen Weibes Schwester heyrathen möge? Oettingen 4. Quæ collectio non vbiuis est obuia, cum Principis sumptibus fuerit formis expressa, & ab eodem quibus voluit, donata. IAC. GABRIEL. WOLFII *Rechtliches Gutachten über die Zulæssigkeit der Ehe mit der verstorbenen Frauen Schwester, in welchem dieselbe nach hinlænglichen Gründen behauptet und wieder mancherley Einwürffe bescheidentlich gerettet werden, bey Gelegenheit einer anderweiten hohen Reichs-Fürstlichen Vermæhlung im Iahr 1732. ertheilet, Halle 1736. 4.* De *Computatione Graduum* in causis Connubialibus extant Lucubrationes I. A. HANNESEN cum erudita Præfatione ill. G. C. GEBAVERI, *Gottingæ 1736. 4.* Ad Iura *Diuortiorum* pertinent AVRELII AVGVSTINI Episcopi Hipponensis *Libri duo de Adulterinis coniugiis, quibus dogma Ecclesiæ de matrimonii dissolutione illustratur,* cum notis IOA. SCHILTERI, *Ienæ 1698. 4.* Idem summus Vir scripsit *Historiam Dogmatis Ecclesiæ Christianæ de Dissolutione Matrimonii quoad vinculum* adiectam HERENNIO Modestino *Argentorati 1687. 4.* Addimus IVSTI HENNINGII BOEHMERI Dissertationem *de Iure Principis Euangelici circa Diuortia*, Respondente *Ioa. Friderico Kayser, Halæ 1715. 4.* cui ob doctrinas quasdam oppositæ sunt a Theologis quædam schedæ, quas commemorare nostri non est instituti. HENRICVS quoque BODINVS de *Iure & Erroribus circa Diuortia* exposuit *Halæ 1711. 4.*

Scriptores de causis matrimonialibus Pontificii.

§. XLIV. *De Sponsalibus & Matrimoniis* ad Decreti *Causas XXVII. XXVIII. XXIX. & reliquas seqq. ad XXXVI.* accurate & erudite commentatus FRANCISCVS FLORENS, qui Commentarii *Tom. II.* Operum *Parisiis 1679. 4.* editorum, prostant. *Praxin Dispensationum matrimonialium in Curia Romana* optime explicauit VINCENTIVS de IVSTIS *Lucæ 1691. f.* IOA. LAVNOIVS *regiam in Matrimonium potestatem* vindicauit, siue Tractatum de *Iure secula-*

secularium Principium de faciendis impedimentis matrimonium dirimentibus, *Parisiis* 1674. 4. edidit, eodemque more suo, multas egregias veritates candide proposuit. Illatus liber *Operibus* iunctim editis. Contra hunc, ecclesiasticam in matrimonia potestatem defendit, siue de *Iure ecclesiæ in sanciendis legibus matrimonium impedientibus & dirimentibus* exposuit DOMINICVS GALESIVS, *Romæ* 1676. 4. Sed reposuit LAVNOIVS *Contentorum in Libro* GALLESII *erratorum Indicem*, *Parisiis* 1677. 4. Oppositæ quoque sententiæ Launoii, auctore IACOBO LEVLLIER, qui tamen nomen suum haut professus, *in Librum Ioannis Launoii, qui inscribitur Regia in Matrimonium potestas*, *Obseruationes* 1678. 4. Huc pertinet IOA. GERBAIS *Traité pacifique du pouvoir de l' Eglise & des Princes sur les Empechemens du Mariage*, *Paris* 1690. 4. itidem Launojo oppositus. Plures vide in IACQVES *le* LONG *Bibliotheque historique de France L. II. p.* 134. Singularem casum diiudicat Scriptum, quod sub Titulo prodiit: *Arrestum siue Placitum Parlamenti Tholosani continens Historiam in casu matrimoniali admodum memorabilem*, vna cum centum Annotationibus IOA. CORASII illius Processus Referentis, ex Gallico in Latinum conuertit *Hugo Suræus*, *Francofurti* 1576. 8. in quo impostoris cuiusdam, qui se pro vero marito iactauerat, factum examinatur.

§. XLV. Inter illos, qui Polygamiam defendunt, primus ni fallor, fuit BERNARDINVS OCHINVS, in *Dialogis*, præcipue dialogo XXI. de quo plenius fuit dictum Tomo V. obseruationum Halensium obs. I. §. XV. & seqq. Ochino respondit THEODORVS BEZA de *polygamia & diuortio*, *Geneuæ* 1576. 8. licet non in omnibus Ochini mentem adsequatur Beza. Respondet etiam Ioa. Gerhardus Loco de Coniugio, art. post §. XX. & seqq. Superiori seculo iterum hæc quæstio agitata fuit, cum Caroli Ludouici, Palatini Electoris amores innotescerent. IOA. FRIDERICVS BOECKELMANNVS enim primum dissertatione au-

Scriptores de Polygamia & Diuortio.

ſpiciali, per triduum magna contentione ventilata, Polygamiam defendebat, *Heidelbergæ 1661. 4.* Dein prodiit DAPHNAEI ARCVARII *kurtze doch unpartheyiſche und gewiſſenhaffte Betrachtung, des heiligen Eheſtandes, von Ehbruch, der Ehſcheidung und ſonderlich von dem vielen Weibernehmen, 1679. 4.* Auctorem Libri eſſe LAVRENTIVM BEGERVM apud omnes in propatulo eſt. Huic ſe oppoſuit SEVERINVS WALTHERVS SLÜTERVS, qui ſcripſit: *Pyrrhonii & Orthophili Vnterredung von den in den nechſten Iahren unter den Namen Daphnæi Arcuarii ans Licht gekommen Betrachtungen des heiligen Eheſtandes, Franckfurt 1680. 8.* Alias prodiit SINCERI WARENBERGII *kurzes Geſpræch von der Polygamie*, cui adiectum eſt BALTHASARIS MENZERI *Bedencken, Francofurti 1672. 4.* Sub Warenbergii nomine latere Fratres PVFENDORFIOS quidam olim ſuſpicabantur; quos tamen defendit Ioan. Deckherrus de ſcriptis adeſpotis pag. 341. & ipſe ſui vindex Samuel Pufendorfius in apologia ſua §. 2. & 3. IOANNI LYSERO, de quo ſtatim dicemus, rectius hunc Dialogum tribuit Kulpiſius Collegio Grotian. Exercit. IV. th. 6. Contra eandem prodiit CHRISTIANI VIGILIS, *Germani, ad Sincerum Warenbergium Suecum epiſtola, ſeu diſſertatio ſuper polygamia ſimultanea, Germanopoli 1673. 4.* Sub Vigilis nomine latere FRIDERICVM GESENIVM demonſtrauit Placcius de Pſeudonymis pag. 6. 7. Inde in forum prodiit THEOPHILVS ALETHAEVS, qui primum edidit *Diſcurſum politicum de Polygamia, 1674. 12.* quo eandem omni modo conatur defendere. Sub hoc nomine latere IOA. LYSERVM, Saxonem, Inſpectorem quondam Diœceſeos Portenſis, inquieti animi hominem, declarauit plenius Maſius in epiſtola ſua ad Allixium, quæ reperitur in Nouellis Reipublicæ litterariæ, & Placcius de Pſeudonymis p. 88. Idem auctor eſt libelli vernaculi, qui inſcribitur *das königliche Marck aller Länder, das iſt: Politiſcher Diſcours zwiſchen Polygamo & Monogamo von der Polygamia &c. Friburgi 1676*

1676. 4. Primus, qui contra Lyſerum calamum ſtringeret, erat IOA. MVSAEVS, in *diſſertatione ſua contra Alethæum, de quæſtione: An Coniugium inter plures, quam duos eſſe poſſit, Ienæ 1675. 4.* Alter erat SEVERINVS WALTHERVS SLÜTERVS, qui ſcripſit *Theologiſche Gedancken von der Polygamia, Roſtochii 1677. 8.* Secutus eſt GERHARDVS FELTMANNVS, qui edidit *Geſpräch von der Vielweiberey, Leipzig 1677. 8.* Prodiit etiam *die Göttliche Ordnung des heiligen Ehſtandes zwiſchen einem Männlein und Fräulein, gegen die Vnſläter der heutigen viel Weibernehmer oder Polygamiſten, Helmſtädt 1677. 4.* Sic etiam IOA. DIECMANN *vindicias* dedit *Legis Monogamicæ contra Lyſerum de Polygamia, Stadæ 1678. 4.* Subſecuta demum eſt IOA. BRVNSMANNI *Monogamia victrix, ſeu orthodoxa eccleſiæ Chriſtianæ ſententia de vnis duntaxat eodem tempore conceſſis Chriſtiano nuptiis, a criminationibus vindicata quibusuis, Francofurti ad Mœnum & Hafniæ 1679. 8* Poſt tot aduerſarios nouam opinioni ſuæ lucem adferre conatus fuit Lyſerus, dum priorem Tractatum nouis acceſſionibus edi curaret, hoc Titulo: *Polygamia Triumphatrix, id eſt, diſcurſus politicus de Polygamia. cum notis* ATHANASII VINCENTII, *omnibus antipolygamis vbique locorum, terrarum, inſularum, pagorum, vrbium, modeſte & pie oppoſita, Londini Scanorum 1682. 4.* Lyſerum auctorem eſſe vtriusque ſcripti, ſub Athanaſii Vincentii quoque nomine latere, plenius declarauit Maſius in epiſtola ante adlegata. Reſpondet vero huic Tractatui IOANNES MEYERVS *in vxore Chriſtiana, Amſtelodami 1688. 4.* Legantur, ſi quis de *Lyſero* noſſe plura cupiat Dn. IOACHIMI GOTTLOB am ENDE *Memoriæ Inſpectorum Portenſium, Vitemb. 1748. 4. p. 18. ſeq.* & CHRISTIANI GOTTLIEB CLVGII *Diſſ. Epiſtolica de Scriptis Ioannis Lyſeri ibid. eod. in 4.* Præter hosce C. CORNELIVS VYTHAGIVS diſputationem ſcripſit de *Polygamia, Roterodami 1680. 8.* qua probare contendit, eam nec Iuri diuino, nec

 naturali

naturali esse contrariam. Contra *Polygamiam* faciunt DIDACVS GARZIAS de TRASMIERA *de polygamia*, *Panormi 1638. f.* EDMVNDVS BANNIVS *de diuortiis ob adulterium, adulteriis & polygamia, secundis nuptiis*, *Oxonii 1610. 4.* ABRAHAMVS CALOVIVS *de Polygamia, Wittebergæ 1676. 4.* LAMBERTVS VELTHVYSEN in Tractatu *morali de naturali pudore & dignitate hominis, in quo agitur de incestu, scortatione, voto cœlibatus, coniugio, adulterio, polygamia & diuortiis, Traiecti 1676. 4. & Roterodami 1680. 4.* Paucis abhinc annis nouæ de *Polygamia* exortæ controuersiæ. Proposuerat celeberrimus Vir SAMVEL FRIDERICVS WILLENBERGIVS vnius plagulæ Dissertationem *de Finibus Polygamiæ*, *Gedani 1712. 4.* eodemque adseruerat Polygamiam quidem nec Iuri naturæ, nec diuino esse contrariam, Iure tamen humano, bono consilio, prohibitam. Huic sententiæ se opponebant Theologi Gedanenses *Schelwigius* & *Weickhmannus*; *Gottlieb* porro *Wernsdorfius*, *Ioan. Ioach. Weidnerus*, *Franciscus Iulius Lütkens* diuersisque ab vtraque parte libellis agitata est controuersia, vsque dum auctoritate Senatus Gedanensis Dissertatiuncula Willenbergiana prohiberetur. Tribunal in Polonia Petricouiense autem Auctorem cum Respondente & Opponentibus ad infamiam, laqueum & rogum condemnabat, quæ tamen sententia quemadmodum iniquitate sua perridicula est, ita & executione destituta. Libellos, in hac caussa editos, quorum plerique sunt ad manus, alia occasione enumerabimus. Legi possunt I. A. E. *Unpartheyische Gedancken über den bißherigen Wort-Streit Herrn D. Weickhmanns und Herrn D. Willenberg in der Materie von der Polygamie*, *Franckfurt 1716. 4.* & continuatio *ibid. 1717. 4.* De *Diuortio totali* quoad vinculum *Lege Euangelii licito* Diss. B. IOA. FRIDERICI KAYSER, *Giessæ 1740. 4.* De *Diuortio* autem *& Conuictus coniugalis separatione vulgo von der Scheidung zu Tisch und Bette*, IOA. GEORGIVS WAGNER, *Ienæ 1734. 4.*

§. XLVI.

§. XLVI *De Iure Patronatus variorum* Tractatus iunctim excusi *Lugduni 1579. f. & Francofurti 1581. & 1609. 8. De antiquo Iure Patronatus & eius origine* breuem sed eruditissimum Tractatum ad Decreti *Causæ XVI.* Canones aliquot & nonnulla alia Decreti loca dedit FRANCISCVS FLORENS, *Tomo II.* Operum *Parisiis 1679. 4.* editorum *p. 78. seq.* vbi etiam *p. 249.* eiusdem cultissimi Iurisconsulti Tractatus ad Lib. III. Decretalium *Tit. XXXVIII. de Iure Patronatus* extat. FRANCISCI ROYÉ eruditus Liber de *Iure Patronatus*, *Andegaui 1667. 4.* in Germaniæ oris rarus, cum quo coniungendus: *Traité des Droits Honorifiques* Patronorum par Mr. MARECHAL, cum alio libello huius argumenti *à Paris 1735. Tome Premier & Second 8.* Inter R. Catholicos præcipuus habendus FRANCISCI de FARGNA Commentarius *in singulos Canones de Iure Patronatus, qui sparsim tam intra quam extra corpus Iuris Canonici vagantur*, cuius *Tomus primus Montisfalisci 1717.* Tomus *Secundus Romæ 1718.* Tomus *Tertius ibid. 1719. f.* prodierunt. Ex Protestantibus de eodem Iure iuxta principia Iuris Canonici solide egit SIGISMVNDVS FINCKELTHAVS, *Lipsiæ 1619. 1639. 4. & ibid. 1680. 4.* cui accesserunt Conclusiones Iuridicæ de Iure *Sepulturæ.* Præside B. IOANNE SAMVEL BRVNQVELLIO editæ ad hoc argumentum illustrandum præclaræ Dissertationes, nimirum 1) *de diuerso Patroni ecclesiastici & laici iure, Ienæ 1730. 4.* 2) *de variis Iuris Patronatus acquirendi modis ibid. 1731. 4.* 3) *de iure Patronatus honorifico primario, nimirum iure præsentandi, ibid. 1733. 4.* 4) *de vtilibus Patronorum Iuribus ex corrupto Ecclesiæ significatu natis, parum, vel plane non vtilibus, ibid. 1734. 4.* successit EIVSD. Programma de *Iuribus Patronorum vtilibus spuriis, ibid. 1734. 4.* Speciatim etiam materiam tractat MATTHIAS STEPHANI de *Iure Patronatus*, *Gryphisw. 1631. 4. Gothæ 1672. 4.* vbi non tantum ad beneficia ecclesiastica descendit, verum etiam Ius Patronatus Academiarum & Scholarum inferiorum examinat. *Præcipua*

Scriptores de Iure Patronatus.

pua Iuris Patronatus Ecclesiarum Protestantium vulgaris Iura Præside CHRISTIANO THOMASIO breuibus complexus Thesibus exposuit IOA. GOTHOFREDVS NEVBER, *Halæ 1715.* 4. Notabilis est Diss. BERNARDI LVDOVICI PEYERI *de Iure Patronatus in Territorio alieno*, *Basileæ 1713.* 4. & alia TOBIAE IACOBI REINHARTH *de eo, quod circa dissensum plurium Patronorum in præsentatione Parochi iustum est*, *Erfurti 1728.* 4. *De Nominatore Hæretico ad Parochiam*, *vom Vorschlagungs-Recht*, erudita egit Dissertatione IOA. PETRVS de LVDEWIG *Halæ 1716.* qua de Iure Patronatus Catholici in Euangelica Parochia agit, huiusque Dissertationis *Cap. III. §. 1. n. 10.* plures de *Iure Patronatus* Scriptores enumerat.

Scriptores de Censuris Ecclesiasticis, in specie de Excommunicatione. De dispensationibus.

§. XLVII. *De Censuris Ecclesiasticis* habemus varios Tractatus, inter quos primo ponimus loco BARTHOLOMAEI VGOLINI Tractatum de *Censuris Ecclesiasticis*, quo de Excommunicatione, Suspensione, Interdictis tum vniuerse, tum sigillatim, accurate disseritur, eorundemque natura, caussæ, species, effectusque explicantur, *Venetiis 1597. f.* MARII ALTERII *Disputationes, de Censuris Ecclesiasticis Tom. II. Romæ 1619. f.* MARTINI BONACINAE Tr. *de Censuris & Pœnis Ecclesiasticis*, *Brixiæ 1623. 4.* STEPHANVS de AVILA de *Censuris Ecclesiasticis*, *Lugduni 1608. 4. Coloniæ 1623. 4.* GEORGII SAVRI *Thesaurus Casuum Conscientiæ, continens Praxin de Censuris Ecclesiasticis aliisque pœnis & Canonicis impedimentis*, *Venetiis 1619. f.* *De pœnis ecclesiasticis* praxis extat CAROLI ANTONII THESAVRI, *Romæ 1675. f.* *De Absolutione ad Cautelam* singularis Tractatus I. TOVRNET Aduocati Parisiensis, ad hoc quoque argumentum facit ann. 1625. primum editus, inde cura *Ioan. Douiatii* FRANCISCI FLORENTIS Operum Iuridicorum *Tomo Primo*, *Parisiis 1679. 4.* edito, adiectus. De *Dispensationibus Ecclesiasticis* Orationem siue Præfationem, in aperiendis Iuris Scholis anno 1648. publice habuit

FRAN-

FRANCISCVS FLORENS quæ *Tomo Primo Operum p. 317* comparet. Ad fora tamen Proteſtantium potiſſimum facit IOANNIS FRIDERICI KNORRII Tractatus de *Pœnitentia Eccleſiaſtica, Ienæ 1700. 4.* & cum acceſſionibus B. BVRCARDI GOTTHELFII STRVVII *1712. 4.* ex antiquitatibus, Iure eccleſiaſtico atque vſu Conſiſtoriorum deductus. *Confeſſionis* Pœnitentialis argumentum ex Pontificiis illuſtrat IACOBI de CORELLA Capucini *Praxis Confeſſionalis & explicatio propoſitionum damnatarum a PP. RR. Alexandro VII. & Innocentio XI. Veronæ 1723. 4.* De *Caſibus reſeruatis* Epiſcopis, extat Tr. IOANNIS CHAPEAVVILLE, acceſſit PETRI a S. AVDOMARE Tr. *de Caſibus reſeruatis Regularium Prælatis, Leodii 1596. 8.* Addimus CHRISTIANI THOMASII *Bedencken über die Frage: wie weit ein Prediger gegen ſeinen Landes-Herrn, welcher zugleich ſummus Epiſcopus mit iſt, ſich des Binde-Schlüſſels bedienen könne? Wolffenbüttel 1707. 8.* qua eam facultatem, iis qui principibus ſunt a confeſſionibus, denegat, & Dn. IOANNIS GEORGII PERTSCHII *Recht des Kirchen-Bannes worinnen der Urſprung und Fortgang deſſelben aus denen Kirchen- und andern Geſchichten gezeiget, auch was davon ſowohl überhaupt, als inſonderheit bey denen Proteſtirenden zu halten, dargethan wird, Halæ 1721. 4.* & ex ſecunda inſigniterque adaucta Editione *Guelpherb. 1738. 4.* Addatur celeberrimi huius ICti *Recht der Beicht-Stühle,* ex editione altera inſignibus acceſſionibus locupletata *Guelpherbyti 1738. 4.* in quo ſcripto inſignis eruditionis adparatus, cum libertate ſentiendi elucet. Oppoſitæ libro variorum ſcriptiones, ex quibus annotamus ICti ANONYMI *Stricturas, Francofurti & Lipſiæ 1739. 4.* editas, quibus reſpondit ill. PERTSCHIVS in *Vertheydigung der Lehre von der Macht Sünde zu vergeben, daß ſolche unter dieienige außerodentlichen Gnaden Gaben zu rechnen ſey, welche denen Apoſteln von Chriſto mitgetheilet, und von ihnen alſo ausgeübet worden &c. Hildesheim 1740. 4.* De *Sigillo Confeſſionis* legenda ADRIANI BEIERI Diſſ. *Ienæ 1675. 1683. & 1707. 4.*

atque alia BALTHASARIS TILESII de *Sigillo Confessionis*, *Regiomonti 1707. 4.*

De Sepulturis & Cœmeteriis.

§. XLVIII. *De Sepulturis Ecclesiasticis Praxin* ex Pontificiis edidit Fr. MARIA SAMVELLI, *Taurini 1678. 4.* Antiquitates ecclesiasticas illustrant MARCI ANTONII BOLDETTI *Osservazioni sopra i Cimiteri de SS. Martiri & antichi Cristiani, in Roma 1720. f.* cum quo coniungenda ANTONII BOSII & PAVLI ARINGHI *Roma Subterranea, Coloniæ & Lutetiæ Parisior. 1659. fol.* splendidis figuris ornata. HENRICI SPONDANI *Cœmiteria sacra* multa eruditione illustrata, *Parisiis 1638. 4.* *De Sepulturis* Tr. extat SEBASTIANI MEDICIS Protonotarii Apostolici, *Florentiæ 1580. 8.* *De Sepultura oratis concedenda* cordate scripta extat Diss. B. WILHELMI HIERONYMI BRÜCKNERI, *Ienæ 1708. 4.* *De Sepulcris* vero *Cœmiteriis aliisque rebus sacris & religiosis, illorumque iure* extat eruditus Tr. IOA. CAR. BACHOVII, *Gothæ 1725. 8.* *De Sepulturæ Denegatione* duabus exposuit Dissertationibus REINOLDVS FRIDERICVS SAHME, *Regiomonti 1710. 4.* *De Iure denegandi Communionem Cœmeteriorum vom Todten-Bann* erudita Dissertatione egit IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER, *Halæ 1717. 4.* qui & de *Iure erigendi Cœmeterium* respondente IO. GEORGIO PERTSCHIO, *Halæ 1716. 4.* disputauit. *De Cœmeteriis ex Vrbibus tollendis*, vtiles cogitationes proposuit CHRISTIANVS GOTTFRIDVS HOFFMANNVS, *Francof. 1729. 4.* Legi etiam meretur ABRAHAMI PERRENOT Diss. inauguralis *de probibenda in Vrbe & templis sepultura*, *Traiecti ad Rhenum 1748. 4.* *De Iure Sepulcrorum Familiarium atque hereditariorum eiusdemque illicita non omnibus consentientibus diuisione aliaue alienatione* Diss. GODOFREDI LVDOVICI MENCKENII, *Lipsiæ 1739. 4.* *De eo quod iustum est, circa Sepulturam Propricidarum* Dissertatione egit IOANNES CASPAR BOCRISIVS *Ienæ 1718. 4.* *Iura Principis* vero *circa Solemnia Sepulturæ* vindicauit eleganti Dissertatione CHRISTIANVS THOMASIVS *Halæ 1702. 4.* Ad

ritus

ritus Romanæ Ecclesiæ funebres noscendos facit CAROLI BARTHOLOMAEI PIAZZA *Necrologia, seu Discursus mysteriorum sacrorum Rituum & Caeremoniarum in Funeribus & exequiis mortuorum, Romæ 1711. 4.* Add. RVDOLPHI AVGVSTI NOLTENII erudita commentatio de *Iure Funerum in Ducatu Brunsuicensi, Brunsuigæ 1737. 4.*

§. XLIX. *De Sacramentis* extant binæ *Dissertationes* NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI. Vna, *de eo quod iustum est circa sacram Cœnam, Ienæ 1690. 4.* Altera *de eo, quod iustum est circa Baptismum* eodem anno habita. CHRISTIANI LVPI scripta ad mentem R. C. prostat *T. XI.* Operum *Venetiis* editorum *p. 333.* Diss. *de Sanctissimi Sacramenti publica expositione* & *de Sacris Processionibus, in quibus circumfertur cum sacris Sanctorum reliquiis & imaginibus venerabile Altaris sacramentum.* Cui addimus IACOBI FRIDERICI LVDOVICI *de Effectu Baptismi Iuridico* Dissertationem, *Halæ 1713. 4.* *De Baptismate non iterando* habemus Tractationem CASPARIS ZIEGLERI, *Witteberga 1661.* & ACHATII CHRISTIANI RANGERS Dissertationem *de Iure Baptismi, occasione Tituli Cod. ne sanctum Baptisma iteretur, Regiomonti 1689. 4.* *De Susceptoribus Infantium e Baptismo* eruditus est Tractatus GERARDI von MASTRICHT *1670 8.* *De Numero Patrinorum in Baptismo Infantum vsitato* extat Schediasma *Iuridicum* LVDOVICI GVNTHERI MARTINI, Consiliarii tum Stolbergensis *1683. 4.* *De Ritibus quibusdam formulisque a Manumissione ad S. Baptismum translatis* pererudite disseruit CHRISTIANVS GOTTLIEB SCHWARZIVS, *Altorfii 1738. 4.* De *Formula Absolutionis confitentium* cogitata sua exposuit Differt. IOA. IACOBVS MOSER *Francof. ad Viadr. 1739. 4.*

Scriptores de Sacramentis.

§. L. *De Ritibus* & Cæremoniis Romanæ Ecclesiæ Scriptores illi, qui magno numero prostant, equidem ad *Bibliothecam Librorum Iuris* proprie non pertinent. Quia tamen sine horum rituum cognitione multa loca *Bullarum* & *Constitutionum Pontificiarum* intelli-

De Ritibus & Cæremoniis R. E. Scriptores.

telligi vix possunt, ex infinita fere eorum librorum copia selectos quosdam commemorabimus. *Constitutiones* autem *Pontificias ad Romanarum Congregationum Decisiones ac sacros ritus spectantes in duos Tomos distributa* collegit IOANNES BAPTISTA PITTONVS, Sacerdos Venetus, *Venetiis 1741. 8.* *Codicem Constitutionum Canonizationis Sanctorum* E. R. edidit doctissimus Archi-Episcopus IVSTVS FONTANINI *Romae 1729. f.* *Constitutiones* vero *Apostolicae, & Decreta Consistorialia ac formula Iuramenti praestari solita a Cardinalibus dum promouentur,* iunctim editae *Vrbini 1728. f.* *De Ritibus Ecclesiasticis*, scriptores quosdam medii aeui conduxerunt edideruntque in lucem IOAN. COCHLAEVS sylloge, cui titulum dedit: *Speculum antiquae Deuotionis circa Missam & omnem alium cultum DEI ex antiquis & antea nunquam vulgatis* per Typographos Autoribus, *Moguntiae 1549. f.* Talem quoque collectionem produxit IAC. PAMELIVS inscriptam: *Rituale SS. Patrum Latinorum, Coloniae Agripp. 1675. 4.* duobus Tomis. Praestantissima omnium videtur, quam compilauit, quaeque auctuarii loco Bibliothecae veterum Patrum Tomis quandoque adiuncta MICHAELIS HITTORPII, quae inscripta: *de diuinis Catholicae Ecclesiae officiis & mysteriis varii vetustiorum aliquot ecclesiae Patrum ac scriptorum ecclesiasticorum Libri, Parisiis 1610. f.* & eadem continentur:

1. *Ordo Romanus* de Missa, & reliquis per annum officiis pag. 1.
2. B. ISIDORI Hispalensis Episcopi de ecclesiasticis *Officiis* Libri duo, p. 181.
3. A. FLACCI ALCVINI de Officiis diuinis Liber, seu Ordinis Romani expositio p. 225.
4. AMALARII Fortunati, *Officiale;* seu de diuinis *Officiis* Libri IV. p. 305.
5. EIVSD. de Ordine Antiphonarii Liber p. 503.
6. WALAFRIDI STRABONIS de exordiis & incrementis Rerum ecclesiasticarum Liber p. 661.
7. BERNONIS Augiensis Abbatis de quibusdam rebus ad Missae officium pertinentibus libellus p. 697.
8. PETRI DAMIANI Liber, qui vocatur; Dominus vobiscum p. 715.

9. MI-

9.] MICROLOGVS, de Ecclesiasticis obseruationibus, p. 729.
10. IVONIS Carnotensis de Ecclesiasticis Sacramentis & officiis Sermones p. 767.
11. HILDEBERTI Cenomanensis, de Mysterio Missæ p. 839.
12. RVPERTI Tuitiensis de diuinis officiis Libri XII. p. 849.
13. PETRI Cluniacensis Nucleus de Sacrificio Missæ p. 1091.
14. RADVLPHI de RIVO de Obseruantia Canonum Liber p. 1103.
15.] Missæ Expositio breuis transcripta ex venerandæ vetustatis codicibus p. 1169.
16. GEMMA ANIMAE de diuinis Officiis; siue de antiquo ritu Missæ p. 1179.
17. HVGONIS de S. VICTORE in Speculum de Mysteriis Ecclesiæ p. 1333.
18. EIVSD. de Cærimoniis, Sacramentis, officiis & obseruationibus Ecclesiasticis Libri III. p. 1367.
19. IDEM, in Canonem Missæ p. 1424.

Ex his aliisque vetustioribus monimentis sua decerpsit IOANNES BONA Cardinalis, cuius *Rerum Liturgicarum* Libri Duo *Romæ 1671. f. Coloniæ 1674. 8.* & de *diuina Psalmodia Romæ 1635. 4. Parisiis* ex Editione Secunda auctiore, *1663. 4. Coloniæ 1677. 8.* sæpe recusi, extant quoque inter *Opera* iunctim *Antwerpiæ f.* edita. Summo Studio ex variis Ecclesiarum Pontificalibus, Sacramentariis, Missalibus, Breuiariis, Ritualibus, seu Manualibus Ordinariis seu Consuetudinariis cum manuscriptis, tum editis, ex diuersis Conciliorum decretis aliisque probatis auctoribus, *de antiquis Ecclesiæ Ritibus*, Libros collegit & exornauit Domnus EDMVNDVS MARTENE, qui, in *Editione post Rotbomagensem, 1700. 4.* editam, *Secunda*, ab auctore tertiam vltra partem aucta & nouis Indicibus exornata prodierunt Tribus Tomis *Antwerpiæ*, siue potius *Mediolani 1736. 1737. f.* Prodierat antea EIVSD. MARTENE *antiqua Ecclesiæ disciplina in diuinis celebrandis Officiis, Lugduni 1706. 4.* DOMINICI GEORGII extant Libri tres *de Liturgia Romani Pontificis in solemni celebratione Missarum, Romæ 1731. 4. & 1743. 4.* Spectat huc *Rituale Romanum*, quod ex veteris Ecclesiæ vsu restitutum cura IVLII ANTO-

ANTONII SANCTORII Casertani R. E. Cardinalis adhibitis etiam aliis præstantissimis Viris ad hoc opus conficiendum, quod *Romæ 1634. f.* typis impressum est. Cum hoc coniungendus BARTHOLOMAEI GAVANTI Congregationis Rituum Consultoris *Thesaurus sacrorum Rituum, Venetiis 1668. 4.* qui autem correctior & locupletior adiectis summorum Pontificum & R. Congr. Decretis vsque ad præsens emanatis nouisque Obseruationibus & Additionibus CAIETANI MARIAE MERATI eius Congregationis Rituum Consultoris *Romæ* ex typographia Vaticana editus *1737. 4.* IV. Voll. accessit Ordo perpetuus & generalis diuini Officii recitandi iuxta Rubricas Breuiarii Romani & summorum Pontificum decreta, a GAVANTO compositus & euulgatus *a. 1625.* nunc accedentibus nouis additionibus integre & omnino completus primum editus. HIERONYMVS porro BARVFFALDVS *Commentaria ad Rituale Romanum* compilauit, edita *Venetiis 1731. f.* Huc etiam facit BERNARDI BISSE *Hierurgia, siue rei diuinæ peractio, Genuæ 1686. f. 2. Voll.* & IOANNIS STEPHANI DVRANTII Senatus Tolosani primi Præsidis *de Ritibus Ecclesiæ Catholicæ* Libri Tres, *Romæ* ex Typographia Vaticana, *1591. 8. mai.* & *Lugduni 1675. 4.* De *ritibus & dogmatibus veteris Ecclesiæ* quædam colligit polygraphus PAGANINVS GAVDENTIVS, duobus libellis *1625.* & *altera Parte 1626. 8.* editis. Addatur *Tomus Secundus* splendidi operis, inscripti: *Ceremonies & Coutumes religieuses de tous les Peuples du Monde*, cum *Bernardi Picarti* nitidissimis figuris æneis, *Amsterd. 1723. f.* quo Tomo ritus R. Catholicæ Ecclesiæ exhibentur. Qui *a Pontifice Romano* obseruandi Ritus hos singillatim descriptos & figuris elegantissimis exhibitos sistit *Pontificale Romanum Clementis VIII. & Vrbani VIII*, cuius post multas alias splendida Editio prodiit *Romæ 1726. f.* & aliud *Pontificale maioris hebdomadæ officia & missas complectens pro faciliori Pontificum vsu, Vrbini 1727. f.* Add. IOSEPHI CATALANI *Commentaria in Pontificale Romanum, Romæ 1736. f. 3. Tomis.* Hos inter commentarios in primis a pragma-

pragmaticis euoluendi Libri *Cæremoniarum Ecclesiæ & Curiæ Romanæ*, de quibus legenda omnino B. CHRISTIANI GODOFREDI HOFFMANNI Diss. de *Libris Cæremoniarum & Rituum Ecclesiæ & Curiæ Romanæ illorumque vsu & auctoritate, nec non vtilitate ex eorum lectione capienda*, quæ præmissa *Nouæ Scriptorum & monumentorum Collectionis Tomo II. Lipsiæ 1733. 8.* edito, quo rarissimos huc pertinentes Libros in manus eruditorum hominum reduxit *Librum* nempe *Diurnum Romanorum Pontificum*, opera & studio IOANNIS GARNERII *Parisiis 1680. 4.* editum, nec non AVGVSTINI PATRICII PICOLOMINEI Episcopi Pientini *Rituum Ecclesiasticorum, siue sacrarum Ceremoniarum Libros Tres* non antea impressos, sed summa indignatione Magistrorum Cæremoniarum Curiæ Romanæ a CHRISTOPHORO MARCELLO Corcyrensi Archi-Episcopo productos typorum beneficio *Venetiis 1516. f.* quæ editio rarissima fuit. *Cæremoniale Episcoporum Clementis VIII. primum, deinde Innocentii X. iussu recognitum & Clementi XI. dicatum*, prodiit *Romæ 1631. & 1713. 4.* nec non *Antwerpiæ 1713. fol.* & *Parisiis 1669. 8. Cæremoniale* vero *Cardinalium & Episcoporum in eorum Diæcesibus* auctore PARIDE de GRASSIS, *Romæ 1564. & Venetiis 1582. 4.* formis expressum. *De Canonizatione Sanctorum* cum primis euoluendus IVSTI FONTANINI *Codex Constitutionum, quas de Canonizatione Sanctorum ediderunt Pontifices Romæ 1729. f. Ritus Canonizationis* cognoscuntur ex *Actis Canonizationis Sanctorum*, quæ edita cura IVSTINI CHIAPPONI, *Romæ 1720. f.* atque PROSPERI de LAMBERTINIS, siue hodie BENEDICTI XIV. P. R. *de Seruorum Dei Beatificatione & Beatorum Canonizatione, Bononiæ 1734. seqq. f. IV. Voll.* Adiungenda splendido operi erudita Diss. B. IOA. RVDOLPHI ENGAVII *de honorificis Sanctorum iuribus, Ienæ 1743. 4.* Nec omittendus CAROLI BARTHOLOM. PIAZZA, qui edidit *Necrologiam, seu Discursus mysteriorum sacrorum, rituum & Cæremoniarum in funeribus & exequiis mortuorum, Romæ 1711. 4.* Ex-

orcis-

orcismarium, annuale alterum, alterum *Sanctuarium* dictum *Coniurationum* in lucem protrusum auctore HILARIO NICVESA ex Theatinorum regularibus, *Venetiis 1639. 4.* *De Litaniis Ecclesiæ Romanæ* erudite exposuit S. V. CHRISTOPHORVS MATTHAEVS PFAFFIVS, *Tubingæ 1742. 4.* IDEMque *de Liturgiis, Missalibus, Agendis, & Libris ecclesiasticis Ecclesiæ Orientalis & Occidentalis veteris & modernæ* disseruit *Tubingæ 1718. 4.* Eruditus est Commentarius *de sacris Ecclesiæ Ordinationibus* auctore IOANNE MORINO *Antwerpiæ 1695. f.*

Scriptores Materiarum specialium.

§. LI. De *Specialibus argumentis Iuris Canonico-Ecclesiastici* & doctrinis illud illustrantibus singulares sæpe copiosi extant Scriptores & *selectæ* potissimum *Dissertationes*, quarum quasdam memorabimus. IANVS VERRIVS Bassanensis *Examen iuris Canonici & Praxis Fori Ecclesiastici de causa Raptus & Adfinibus, Trai. ad Rhen. 1738. 8.* instituit. De *Iure custodiendi reditus vacantis Beneficii* Diss. B. IVSTI HENNINGII BOEHMERI ex parte ad Beneficia Ecclesiastica pertinet, *Halæ 1742. 4.* De *Iure Deuolutionis maxime in Capitulis Euangelicorum immediatis* agit erudite Diss. Præside GODOFR. DANIELE HOFMANNO proposita Diss. Dn. IOA. CHRISTOPHORI WILHELMI STECKII, *Tubingæ 1753. 4.* Addi potest IMMANVELIS WEBERI Diss. *de Canonica Prælatorum Electione, Giessæ*, recusa *Ienæ 1746. 4.* BIRCKNERI *de Decreto, quod in Electionibus Episcoporum fit, Altorfii 17 . 4.* IOSEPHI SACRIPANTES *Defensio Iurisdictionis ecclesiasticæ 1711. 8.* edita. Aduersus excommunicationes, quæ quondam a Pontificibus & Episcopis per abusum fiebant cordate scripsit PAVLVS SARPIVS, cuius cogitationes gallice quoque editæ sub titulo: *Les Droits des Souverains defendus contre les Excommunications & les Interdits des Papes par Fra* PAOLO, *à la Haye 1721. 8.* De *Controuersiis Patronorum* MARINI PITONII amplissimus extat Tractatus *Coloniæ 1732. f.* De *Consistorio, h. e. de Iure & ratione Consistoriorum* exposuit

Scriptores de Beneficiis.

fuit CHRISTIANVS WEBERVS *Arnstadii 1674. 8.* ita, vt neoterici plures eius assertiones pro papizantibus habeant. De *Consistoriis* Dissertationes Quinque proposuit THEODORVS BOLZ *Regiomonti* ab ann. 1705. ad an. 1713. 4. editas. Quibus iungimus ERNESTI GOTHOFREDI NORIBERGII *Ius Consistoriorum in Ecclesiis Augustanæ Confessionis vsitatorum, Erphordiæ 1613. 4.* breuem quidem illam, quæ tamen quæstiones quasdam singulares attingit. CHRISTIANVS quoque FRIDERICVS PLATHNER *Oeconomiam Iuris Consistorialis*, ex sanæ Philosophiæ & Iurisprudentiæ vniuersalis principiis concinnauit, *Goslariæ 1715. 4.* editam. *De Competentia Consistoriorum Euangelicorum in primis inferiorum in Prouinciis Electoratus Saxonici* Præside CHRISTIANO WILDVOGELIO accurate exposuit AVGVSTVS BEYER, *Ienæ 1714. 4.* De *indole Causarum ecclesiasticarum* & de *Fundamentis earundem* Diss. egregia B. GOTTFRIDI LEONHARDI BAVDIS, *Lipsiæ 1735. 4.* De *Iurisdictione* vero *Ecclesiastica quatenus Magistratui Municipali & in specie Hexapolitano in Lusatia superiore competit*, agit Dissertatio CHRISTOPHORI DONDORFFII, *Lipsiæ 1715. 4.* De *Denunciatione Euangelica huiusque vsu Practico* Dissertationem plenam bonæ frugis edidit CHRISTIANVS THOMASIVS *Halæ 1712. 4.* De *Iuribus Templorum* egregius & vtilis extat HENRICI LINCKII Tractatus, *Ienæ 1674.* editus. De *Immunitate Templorum Personisque ad ea confugientibus* extat Tr. REMIGII de GONNI, *Nauarræi, Tolosæ 1549. 4.* De *Potestate* vero *Ciuili in Templa* elegantissimam habemus IVSTI HENNINGII BOEHMERI Dissertationem, Respondente *Conrado Friderico Reinhardo, Halæ 1719. 4.* occasione coortorum de Templis in Palatinatu inferiori motuum, propositam. De *Iure condendi Capellas* Diss. diligenter elaborata V. C. IOA. PHILIPPI CARRACH *Halæ Magd. 1750. 4.* De *Subsidiaria Ecclesiarum reparatione*, Diss. VLRICI MARBACHII, *Argentorati 1702. 4.* *Iura Alturium*

Præsi-

Præside CHRISTIANO WILDVOGELIO erudite exposuit auspicali Dissertatione GOTTLIEB SLEVOGTIVS, *Ienæ 1716. 4.* & copiosius Tractatu inscripto: *kurze Abhandlung von den Rechten der Altäre, Ienæ 1626. 8.* Tandem ille Tractatus, cum aliis longe auctior prodiit, *ibid. 1732. 8.* sub titulo: GOTTLIEB SLEVOGTS *gründliche Vntersuchung von den Rechten der Altære, Tauffsteine, Beichte-Stühle, Predigt-Stühle, Kirch-Stænde, Gottes-Kæsten, Orgeln, Kirchen-Music, Glocken, Thürmer und Gottes-Aecker* cum Præf. B. I. H. BOEHMERI. De *Eleemosynis* extant B. CASPARIS HENRICI HORNII *Obseruationes circa Iura Eleemosynarum & aliarum Collectarum, Templorum & Betularum Pentecostalium* Dissertatione *Vitembergæ 1716. 4.* propositæ, cui Dissertationem aliam addimus illustris CHRISTIANI WILDVOGELII *de Oblationibus quæ fiunt per Sacculum sonantem, Ienæ 1705. 4.* Vtiliter coniungi possunt de *Cura Pauperum* Libri egregii nimirum IO. LAVNOJI de *Cura Ecclesiæ pro miseris & pauperibus, Lutetiæ Parisiorum 1663. 8.* & LAVRENTII a VILLAVICENTIO *Oeconomia sacra circa Pauperum curam, Antwerpiæ, 1564. 8.* Beati GEORGII ADAMI STRVVII de *inuocatione nominis diuini,* Tractatus egregius atque eruditus, prodiit *Ienæ 1682. 4.* quem, cum iam rarescere incipiat, Deo dante, adiectis obseruationibus quibusdam selectis, auctiorem recudi faciam. Cordata est commentatio B. GOTTLIEB SAMVELIS TREVERI inscripta: *Pflicht eines Geistlichen Lehrers und Schrifftgelehrten bey Religions-Sachen in Teutschen Reich nach denen Reichs-Gesetzen, Helmstadt 1721. 4.* Add. Dn. IOA. RVDOLPHI ENGAV Commentatio *de Iuribus Principum Euangelicorum circa Oratores sacros, Ienæ 1738. & 1752. 4.* De *diebus pœnitentialibus & supplicationum* eruditus V. C. CHRISTIANI GOTTLIEB WOLFFII extat libellus, *Lipsiæ 1729. 4.* Quæ pro peccatis & pœnitentia apud Romanenses solui debeant designant *Taxa Cancellariæ Apostolicæ* sæpius edita, & *1716. 8.* BOETIVS EPO ICtus Duacensis,

in

in *Antiquitatum Ecclesiasticarum Syntagmatibus* bis *Duaci 1578. 8.* editis, varia Iuris Canonici argumenta, de *Iubilei;* de Iure Prouentuum Ecclesiasticorum & similia, exposuit. Egregiæ plane sunt IOANNIS STRAVCHII *Amœnitates Iuris Canonici, Ienæ 1675. 4.* ibidemque *1718. 4.* recusæ, quæ multa continent singularia, atque ad illustrationem Iuris Canonici ex historia & antiquitatibus ecclesiasticis faciunt. De piis fundationibus varia annotauit PHILIPPVS MVLLERVS *in Vorstellung von dem Christlichen Memorien-Recht, Iena 1698. 4.* Similem eruditionem spirant INNOCENTII CIRONII *Obseruationes Iuris Canonici in quinque Libros digestæ, Tolosæ 1645. f.* Operibus ICti elegantissimi additæ, quibus potissimum rariores Iuris Canonico-Pontificii locutiones illustrat, *Libro* etiam *Quinto* de Lege Romana in Gallia, & de *Lege* etiam *Salica*, quædam expromit. Recusæ cum Præfat. IO. S. BRVNNQVELLII *Ienæ 1726. 4.* De *Iure Canonico ex Germanicis Legibus & Feodalibus* explicando libello quædam annotauit Dn. CAROL. FERD. HOMMELIVS, *Lipsiæ 1755. 4.* *Liturgiam veterem & nouam* diligenter eruditeque descriptam dedit B. IOANNES FRIDERICI, *Ienæ 1705. 4.* cum Præf. IO. PHIL. SLEVOGTII: LVDOVICI BOLOGNINI nec non FELINI SANDEI Tractatus de *Indulgentiis*, recudi curauit addita Præf. IO. RVDOLPH. ANT. PIDERIT, *Marburgi 1750. 4.* De *Iure Liturgico* eruditissimam dedit Dissertationem IVSTVS HENNINGIVS BOEHMERVS *Halæ 1717. 4.* De *Liturgia Ecclesiæ Euangelicæ, Liturgiæ Apostolicæ conformi* commentatus IOA. GVIL. IANVS *Vitembergæ 1721. 4.* De *Concionibus funebribus* singulari dissertatione egit CHRISTIANVS WILDVOGELIVS, *Ienæ 1701. 4.* De *Iure Sabbathi* commentatus est IOA. SAMVEL STRYKIVS, *Halæ 1715. 4.* ex *Editione Quinta*, vbi de instituto Sabbathi agit, opus operatum, quod plerique exinde faciant exponit, & diuersos næuos ecclesiasticos maxime circa cæremonias taxat. *De eo quod iustum est circa diuersam Paschatis celebrationem Anno 1744.* Opusculum

lum extat CHRISTOPHORI CAROLI KRESS de KRESSENSTEIN, *Halæ 1744. 4.* De *Vſu & Abuſu Elenchi Eccleſiaſtici eiusque Præmiis & Pœnis* diſſeruit IOANNES IOACHIMVS SCHOEPFFERVS *Roſtochii 1699. 4.* De *abuſu Brachii ſecularis in Foris Proteſtantium* varia monuit Pſeudonymus Scriptor DAV. MANSVETVS de S. GERMANIS *Hagæ Comitum, 1717. 4.* De *Iure Precum Publicarum* extat IVSTI HENNINGII BOEHMERI diſſertatio, *Halæ 1708. 4.* aliaque idem eruditiſſimus ICtus: *de eo quod circa Luctum publicum iuſtum eſt*, expoſuit *Halæ 1716. 4.* De *obligatione ſtricta Miniſtrorum Eccleſiæ ad Ordinationum Eccleſiaſticarum Obſeruantiam*, Diſſ. CONRADI DEINZER, *Altorfii 1742. 4.* Elegans & erudita eſt Commentatio B. IO. GEORGII PERTSCHII de *Crimine Simoniæ*, quam primum ſub elogio Diſſertationis de *Inuolucris Simoniæ detectis*, Præſide IVSTO HENNINGIO BOEHMERO propoſuit *Halæ 1715. 4.* poſt immutatam & locupletatam edidit *Halæ 1713. 4.* qua Fata Simonis & criminis ab eo commiſſi, ex antiquitatibus eccleſiaſticis eruuntur, tradita Iuris Canonici circa hanc doctrinam enucleantur & inuolucra Papalia, quibus Simonia inuolui ſolet, docte deteguntur. Præmittitur Diſſertatio Epiſtolica Bœhmeriana: *De Intentione Patrum circa Doctrinam de Simonia.* Idem argumentum gallico ſermone expoſuit B. MOREAV Tractatu *de Simonia & ſpeciatim de Prætextibus, quibus illa velari & excuſari hodie ſolet, Leodii 1589. 4.* GVILIELMI RODOANI Tractatus de *Spoliis Eccleſiaſticis, Romæ* ex iterata Editione prodiit *1585. 4.* in quo omnes ſpecies Bonorum per Prælatos occaſione Eccleſiæ comparatorum, per mortem relictorum, Spolia nuncupatorum, tractantur. De Fonte luſtrali ſeu *de Aquæ Benedictæ præſtantia* vel *Hydragiologia* extat Liber MARCI ANTONII MARSILII, Archi-Epiſcopi Salernitani, *Romæ 1605. 4.* Argumenta Iuris Canonici, de *Medicorum animæ & corporis in ſanandis ægris coniunctione* extat Diſſ. inaugur. Dn. GEORGII LVDOVICI BOEHMERI, *Halæ 1736. 4.* De *Eccleſia ſanguinem non ſitien-*

sitiente Præside ill. CHRISTIANO NETTELBLADT habita Diss. SIEGFRIDI COESI AEMINGA, *Gryphiswaldiæ 1741. 4.* cum Programmate eleganti Præsidis. ADAMI CORTREII *Meditatio Singularis de Iudicio Dei permissiuo, probatorio, ac eruditiuo,* prodiit *Ienæ 1683. 4.* Adnectimus VLRICI MARBACHII Dissertationem inauguralem de *Deo Commissis, Ienæ 1712. 4.* in qua hæc materia ex principiis moralis & iurium doctrinæ, probe examinatur. *Præsidium Religionis Euangelicæ ex Iure Canonico* petiit & congessit SAMVEL STRYKIVS, quod opusculum postumum editum *Francofurti & Lipsiæ 1722. 4.* cui adiungenda IOANNIS CHRISTOPHORI PFAFFII *Dogmata Protestantium ex Iure Canonico & Conciliis deducta*, quæ cum erudita Præfatione de *Auctoribus qui Testes veritatis in Ecclesia Romana data opera recensuere*, edidit filius CHRISTOPHORVS MATTHAEVS PFAFFIVS *Tubingæ 1722. 4.* De *Iure Militum ecclesiastico* docte exposuit V. C. CAROLVS AVGVSTVS BOEHMER, *Halæ 1730. 4.* De *Clerico Nepote exule Successionis in Geradam Auiæ maternæ* Diss. auspicali exposuit Dn. GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN *Lipsiæ 1730. 4.* De *eo quod circa Stipendia studiorum caussa constituta iustum est* Diss. CHRISTIANI GODOFREDI HOFFMANNI, *Francof. ad Viadr. 1731. 4.* De *Orphanotrophiis* extat Diss. CHRISTOPHORI MELCHIORIS SACHS, *Argentorati 1674. 4.* *An Stipendium Familiæ ei sit concedendum, qui ob Prærogatiuam alterius illud durantibus Annis academicis consequi haut potuit?* excussit Præside IOA. CHRIST. SCHROETERO & adfirmatiuam tuetur CHRIST. AVG. HENR. HEYDENREICH, *Ienæ 1729. 4.*

CAPVT DECIMVM SEXTVM
DE
BIBLIOTHECA IVRIS PVBLICI S. ROMANO - GERMANICI IMPERII.

§. I.

Qui de Scriptoribus Iuris publici egerunt.

B*ibliothecam Iuris Publici* S. Romano - Germanici Imperii digerere cœpit B. CHRIST. GODOFREDVS HOFFMANNVS ICtus omnibus præsidiis ad eam adornandam instructus, quæ addita viri *Introductioni ad Ius Publicum*, vernaculo sermone editæ *Francofurti ad Viadrum 1734. 8.* quæ exactam scriptorum etiam minutiorum solicita methodo recensionem, secundum materiarum argumenta dispositam, exhibet, cuius perfectionem præmatura mors auctoris & fratris eruditissimi, qui continuationem promiserat, quod dolendum, prohibuit. Cordatorum iudiciorum de libris quibusdam vtilibus Iuris Publici & dissertationibus plena est ill. IO. IACOBI MOSERI *Bibliotheca S. R. Germanici Imperii*, germanico idiomate scripta, cuius Pars *Prima* edita *Stuttgardi 1729. 8. Secunda ib. 1730. 8. & Tertia ib. 1734. 8.* coniungi possunt viri integerrimi: *Unpartheyische Urtheile von Iuridisch- und Historischen Büchern 1722. 8.* iam in limine huius libri, laudata. Ex superioris Seculi Scriptis huc pertinet, de *Scriptoribus Iuris publici præcipuis consignatio* a IOA. HENR. BOECLERO conscripta, *Lipsiæ 1715. 8.* quæ VITRIARIO *illustrato* addita est, in qua etiam Scriptores speciales recensentur, addita breui crisi, plures tamen in eadem videmus omissos. Ad *Methodum* facilem perdiscendam faciunt, deque subsidiis & adminiculis præcipiunt SAMVELIS RACHELII *Introductio ad Ius Publicum Germanicum Amstelodami 1680. 12.* & sub titulo: *Otii Nouiomagensis Amstelodami 1685. 4.* editum. In quo non solum ex quibus fontibus petendum sit Ius publicum, declarat, sed etiam potiores Scriptores, qui ad fontes ducunt recenset. Melior vero est IOA. GEORGII SVLPICII, siue potius IOAN. GEORGII KVLPISII dissertatio de *studio Iuris publici recte*

recte instituendo, *& de scriptoribus eo pertinentibus*, edita *1688. 8. 1700. Halæ 1738. 4.* cum Præfatione IO. GOTTLIEB HEINECCII. Agit in eadem celeberrimus vir de Scriptoribus, qui acta publica, compendia & systemata Iuris publici euulgarunt, & de singulis iudicat accurate. Accessit epistola de studiis Academicis iuuenis nobilis recte instituendis, quæ tamen hodie non adeo magnum vsum habet. Facit huc etiam EVCHARII GOTTLIEBII RINKII *Programma inaugurale*, dum Iuris publici professionem auspicaretur, *Altdorfii 1707. f.* in quo de recta Ius Publicum docendi ratione ac de plerisque ad id pertinentibus Scriptoribus egregie differit, & IOA. CHRISTIANI SCHELLII Oratio inauguralis de *ortu & progressu doctrinæ Imperii Germanici*, *Lipsiæ 1709. 4.* Licet hic præter generales Iuris publici Scriptores parum adducat. Cum autem inter Scriptores Iuris publici plures reperiantur personati & anonymi, hos detexit IOA. DECKHERVS in *Coniecturis de Scriptis adespotis*, *Pseudepigraphis & suppositItiis*, *Amstelodami 1686. 12.* Has coniecturas supplet ex parte *Dialogus* ipsius de *iactura temporis*, qui Consultationum Forensium Libris duobus est adiectus & VINCENTIVS PLACCIVS in *Theatro Pseudonymorum atque Anonymorum*, quod locupletius longe prodiit *Hamburgi 1708. f.* Insignem Iuri Publico lucem adfundunt, de illustrium Controuersiis editæ, vt vocant, Iurium *Deductiones*, quæ plerumque perraræ sunt. Harum copiosum catalogum dedit amplissimus & diligentissimus Vir IOA. CHRISTIANVS LÜNIGIVS in *Bibliotheca curiosa deductionum*, *Lipsiæ 1717. 8.* edita. Nudos quidem tantum horum libellorum Titulos magnam partem a B. VFFENBACHIO ipsi indicatos, non semper ordine adeo iuste obseruato, recensuit, nullo, vel de præstantia, vel auctoribus, quorum tamen varii sunt detecti, iudicio addito, multæ tamen viro optimo habendæ sunt gratiæ, quod vel inscriptiones horum libellorum, quæ in arcano sæpius delitescunt, collegerit. In meliorem ordinem hanc *Bibliothecam* redegit, insigniterque suppleuit ill.

Historia Iuris Publici.

G. A. IENICHEN quæ *Lipsiæ* prodiit 1745. 8. 2. *Voll.* IOAN. SCHILTERVS de *Natura & Origine Iuris Publici* breui quidem, sed erudita Dissertatione Codici ipsius Iuris Feudalis Alemannici præmissa egit. Maiori id cura & accuratione fecit B. BVRCARDVS GOTTHELFIVS STRVVIVS in Historia *Iuris Publici*, quæ Capite X. Historiæ Iuris reperitur atque ill. KOPPIVS *Historia Iuris* Parte *VI.* Addi possunt IVSTI CHRISTOPHORI DITHMARI de *Origine Iuris Publici* Dissertatio, *Francofurti ad Viadrum* 1719. 4. proposita & illustris IOA. IACOBI MASCOVII *Oratio de Ortu & Progressu Iuris Publici in Germania*, *Lipsiæ* 1719. habita & edita 4.

Scriptores de Principiis & Fundamentis ac Methodo Iuris Publici.

§. II. Quæ *Iuris Publici* sint *principia*, præter RACHELIVM & KVLPISIVM docuit etiam ERICVS MAVRITIVS in *Specimine Dissertationum de principiis Iuris publici*, quod *Tubingæ* prodiit 1665. 4. & inter *Opuscula* Viri summi ab *Hertio* collecta, primo loco, in quo illa potissimum in Iure Naturæ putat consistere, vbi de variarum gentium & philosophorum sententiis de Iure Naturæ egit. Prodromus hic erat maioris operis Iuris publici, quod meditabatur Mauritius, cuius autem non nisi singulares quædam Dissertationes, de quibus suo loco, prodierunt. Idem institutum fuit IOANNI WERLHOFIO ICto doctissimo, cuius *Notitiæ Sacri Romani Imperii enucleatæ & in succinctas Theses memoriales digestæ*, *Specimen primum* prodiit *Helmstadii* 1695. 4. in quo genium, disciplinam, fontes & periodos Iuris Publici examinat & singula obseruationibus haut proletariis, illustrat. De *Iure Naturæ, Iuris Publici Imp. Rom. Germanici principio* cogitata sua aperuit Diss. Dn ADRIANVS STEGERVS, *Lipsiæ* 1747. 4. Salutaria & vsu confirmata monita Iuris publici cultoribus in addiscenda hac nobilissima Jurisprudentiæ Germanicæ parte dederunt B. CHRISTIANVS GOTTFRIDVS HOFFMANNVS in *Einleitung in das Ius Publicum des Heil. Rœm. Reichs, welche die eigentliche Beschaffenheit und Ordnung dieser Disci-*

plin anzeiget, præmissa *Bibliothecæ Iuris Publici, Francofurti ad Viadrum 1734. 8.* & Dn. IOANNES IACOBVS MOSER *Præcognitis Iuris Publici Germanici generalissimis, oder Tractat von der Lehre der heutigen Staats-Verfassung von Teutschland überhaupt, Francofurti 1732. 8.* qua cordate & libere, de natura, necessitate, vtilitate, præsenti doctrinæ huius habitu, atque præstantissimis compendiariis & systematicis expositionibus, commemorat. Addi potest doctissimi viri HENRICI GOTTLIEB FRANCKII *Collectio de Fatis, methodo, fine & obiecto Iuris Publici S. R. Imperii*, in qua sylloge iterum edita 1) CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI Diatriba *de fatis doctrinæ Iuris Publici in Academiis maxime Germaniæ*; 2) IOANNIS HENRICI FELZII Schediasma *de Methodo Iuris Publici S. R. Imperii*; 3) IOANNIS SCHILTERI Dissert. de *fine & obiecto Iuris Publici*, præmissa est a clarissimo editore notitia vberior variorum Iuris Publici Systematum. Idem celeb. FRANCKE iterum publici Iuris fecit PHILIPPI REINHARDI VITRIARII Comment. *de adminiculis Iuris Publici Romano-Germanici*, cui præmissa est FRANCKIANA *Notitia subsidiorum Iuris Publici literaria, Lipsiæ 1740. 4. Vsum* quoque *Iuris Romani in Iure Publico Romano Germanico, huiusque variis controuersiis decidendis* demonstrare voluit GEORGIVS ENGELBRECHT, singulari Dissertatione, *Helmstadii 1620. 4.* habita, qua secundum Iura personarum, rerum & actionum procedit. Licet Hencicus Ernestus Kestnerus in Dissertationibus de defectibus Iuris communis in Republica Germanica probl. V. demonstrare voluerit, nullum plane vsum habere Ius Ciuile in Iure Publico. *De inepta ratione decidendi controuersias* (quasdam) *Iuris Publici ex Legibus Romanis & Iure Canonico* apte disputauit FRIDERICVS GREGORIVS LAVTENSACK, *Erffurti 1710. 4.* & de *præiudiciis Principum Imperii ex abusu Iuris Iustinianæi* egregia extat Dissert. B. MICHAELIS HENRICI GRIBNERI, *Wittebergæ 1715. 4.* & inter *Opuscula* iunctim in 4. edita, cui coniungenda

GEBHARDI CHRIST. BASTINELLERI I. LEYSERI Diss. eximia de *praeiudicio Principum ex abusu Iuris Feudalis Longobardici*, *Vitebergae 1727. 4.* *Iuris publici & priuati Conuenientiam & Differentias principes*, praeclare singulari opusculo docuit ill. CHRISTIANVS LVDOVICVS SCHEIDIVS, *Francofurti 1749. 4.* Lectu quoque digna B. GOTTLIEB SAMVELIS TREVERI Diss. de *Studiis Imperii R. Germanici ruinam procurantibus*, *Helmstadii 1730. 4.* & ill. CHRISTIANI AVGVSTI BECKII Commentatio de *Origine & Natura Errorum in Iure Publico Imperii R. Germanici*, *Viennae Austriae 1748. 4.* *Dicam Iuris Publici Vniuersalis* scripsit Vir Celeb. IOA. GOTTLIEB GONNE & abusum huius disciplinae in Iure Publico Imp. R. G. oratione ostendit *Erlangae 1752. 4.* De *Sectae studio in Iure Publico Imp. R. G.* notabilis Diss. ABRAMI GOTTLOB WINCKLERI, *Lipsiae 1747. 4.*

Fontes Iuris Publici.

§ III. *Fontes Iuris Publici* consistunt vel in *Legibus Fundamentalibus* vel in *Obseruantia.* Hanc colligimus ex Scriptoribus Rerum Germanicarum & Actis publicis. Ad *Leges Imperii* in genere facit IOANN. WERLHOFII *Iuris, maxime quo in Foro Germani vtimur Enucleati Specimen Primum, de Iure Germanis Patrio Helmstadii 1705. 4.* in quo & Recessus Imperii & Leges Imperii exponit, & quid de iisdem in genere sit dicendum tradit. Primum locum sine dubio occupant RECESSVS IMPERII, de quibus in genere disputauit ERICVS MAVRITIVS, *Tubingae 1664. 4.* quae Commentatio inter Opuscula Viri exquisitissimi ab *Hertio* iunctim edita p. 123. comparet. Coniunctim hosce habemus editos, cum aliis Sanctionibus pragmaticis, Imperium Romano-Germanicum concernentibus. Prima inter has est AVREA BVLLA CAROLI IV. quam secuta est MAXIMILIANI I. *Ordinatio de Notariis, Ordinationes Camerales, Capitulationes Caesareae; Caroli V. Ordinatio Criminalis, Constitutio Pacis profanae & Religiosae*, atque *Recessus variorum Comitiorum*

Corpus Iuris Publici huiusque Partes.

rum secundum seriem temporum digesti, quorum vltimus est de anno 1654. Horum Editiones sunt variæ, pleræque tamen non adeo accuratæ. Antiquiores horum Recessuum Editiones collegit Mauritius de Recessibus §. XXXVI. & erudita magnaque accuratione perillustris L. B. de SENCKENBERG Epistola ad ill. OLENSCHLAGER Nouæ Corporis Iuris Publici Editioni præmissa. Primum quidem vno volumine typis exscripti sunt hoc titulo: *Auß beuelch Kaiserlicher Maiestät Statthalters und Regiments im heiligen Rich und mit Kayserlicher Freyhait ist gedruckt diß buech so inhelt alle und yede des Richs Ordnung sampt der gulden bull unnd abschyden besunderlich auch die artickel und Ordnungen so yetzuczeyten aufgericht das Kayserlich Regement und Camer-Gericht belangen, wie dan solchs zum teyl der abschid des richs tages zu Worms innhelt, damit die meniglich bekündigt und gemain werden moegen.* Collector primæ huius auctoritate publica Regimenti Imperii factæ compilationis est PETER TRACH Sculteus Spirensis, vti ex præmisso Priuilegio Regimenti patet, quod datum 27. Iunii *a.* 1527. Locus Impressionis non adparet, prodiit in *f.* Priuilegium Caroli V. impressorium ad sexennium, datum *Eßlingen 1527.* Editionem *Spirensem* eod. anno in *8.* factam, quam alii annotarunt, nunquam vidi. Priuata cura edita alia, quæ tempore prior, sub indice: *Das Buch des heiligen Roemischen reichs vnnderhaltung*, formis excusa *München von hansen Schobser 1501. f.* de vtraque quædam annotauit CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER, *Amœnitatibus Iuris Publici, Obseru. I.* Extat quoque inter libros meos vetusta Compilatio, hoc inscripta titulo: *Dises Buchs inhalt ist die gulden Bulle, Kaiser Fridericus Reformation, des Reichs Landtfriden und Camergerichtz Ordnung auff gemainen gehalten reichßtagen zu Worms, Freyburg im Preyißgau, Augspurg, Lindau und Costenz auffgericht und beschlossen, auch inhalten ist die Ordnung so zu Regenßpurg auffgericht und wie alle Proceß und termyn am Kayserlichen Camergericht gehalten*

halten werden, und in welchen Sachen man pflegt extraordinarie zu handeln einen yeden gar nutzbarlich, f. sine anni & loci annotatione. Suspicatur B. C. G. SCHWARZIVS in *Indice de Editionibus A. B.* HOLZSCHVHERI Orationi subiecto, hanc Collectionem *Wormatiæ 1507.* factam, post ibidem *136. fol.* auctiorem prodiisse. Heic quoque omitti non debet *alia* & antiquissima, quæ hoc indice penes me est: *Die güldin bulle, und Kunigclich Reformation Friderici III. Keiser Sigmund güldin bulle* & *Quaternio Imperii, gedruckt zu Straßburg Ioannes Prussz Anno Domini 1485. fol.* Est & alia editio commemorabilis hoc indice: *Alte Reichs-Abschiede und Handlungen so dem gemeinen Nuzen zu gutem, theils aus Chur-Fürsten und Stääte Archiuis, theils aus hievor gedruckten alten Exemplarien zusammen getragen worden, Amberg 1607. f.* addita huic varia ad negotia cum Curia Romana sub Friderico III. Maximiliano I. & Carolo V. pertinentia, scripta publica. Insecutæ Editiones *Moguntinæ anno 1548, 1552, 1559, 1567, 1599, 1607, 1614, 1615, 1621,* PETRI OSTERMANNI *1642. f.* atque alia de anno 1560. quæ admodum mendosa est. Sed omnes hasce *Editiones* imperfectas esse iudicat MAVRITIVS, eo quod nullos *Recessus* ante annum 1356. contineant, cum tamen multa fuerint comitia anteriora. Ea tamen videtur ratio, cur editores Recessuum ab Aurea Bulla, quæ anno 1356. promulgata, cœperint, quod anteriores Recessus, quos sub nomine Constitutionum Imperialium edidit Goldastus, non ad hodiernam Imperii formam faciant, ista vero Aurea Bulla sanctio sit pragmatica, quæ adhuc hodie suum valorem habet præcipuum. Maior defectus in eo latet, quod ab anno 1356. ad annum vsque 1442. nulli exhibeantur Recessus, cum tamen plures fuisse testetur Lehmannus in Chronico Spirensi. Quare etiam Goldastus *von Hexen Gütern* pag. 140. Scriptum promisit sub Titulo: *Warnung vor denen zu Mayntz bey Behem, Albin und Strobecken gedruckten Reichs-Abschieden,* sed, quantum quidem

dem constat, non prodiit. Quidquid tamen sit, cum non omnes Recessus extent, sufficere possunt quos habemus editos. Maiorem accurationem promittunt Præfationes recentiorum Editionum, quæ *Francofurti 1707. f.* & *Moguntiæ 1720. f.* recusæ, quæ equidem cum vltimos etiam Recessus contineat, prioribus præstantiores sunt, defectus tamen supra indicati, errores & menda verborum textus, bona fide sunt retenta. Non ergo, qui accuratum Recessuum textum amant, male agent, si Exempla Recessuum statim finitis Comitiis publicata, cum hisce coniunctim editis, contulerint. Multos enim errores irrepsisse in hosce notat Mauritius §. 37. Qui in hacce Collectione desiderantur *Recessus* ex Dattii de Pace Publica opere, Schilteri Institutionibus Iuris Publici & amplissimi Mülleri Theatro Comitiorum commode suppleri possent, si quis manum admoueret Editionemque procuraret auctiorem & correctiorem. Quod iam feliciter factum est, næuique accuratiori cum primis Recessuum exemplis typis impressis & authenticis quoque ex Archiuis etiam Imperii desumtis, collatione, sublati, quique deerant vetustiores inserti suo loco, cooperantibus doctissimis Viris, potissimum studio ill. IOA. IACOBI SCHMAVSSII, & additis multis aliorum ornamentis, cumprimis prouida cura & plenissima bonæ frugis Epistola Perillustris Dn. CHRIST. HENRICI L. B. de SENCKENBERG ad illustrem virum Dn. OLENSCHLAGER, qui neruosam & pragmaticam historiam Comitiorum & Recessuum Imperii præmisit. Quæ optima præstantissimaque hodie Editio prodiit *Francofurti ad Mœnum 1747. f. IV. Tomis 2. Voll.* Ex LL. Imperii excerpta continet CHRIST. FRID. HEMPEL *allgemeines Europæisches Staats-Rechts-Lexicon* cuius *Tomus Primus Francof. & Lipsiæ 1751. 4.* prodiit & ceteri subsecuti *Tom.* vero *IX. Lips. 1755. 4.* vsque ad lit. *C.* Alii, Recessus in Locos communes, vtili sane instituto, digerere fuere conati, quales olim prodierunt sub titulo: NOE MEVRERI *Loci Communes, aller des H. R. R. gehaltener Reichs-Ordnungen, Reichs-Tæge und Abschiede gemeine Titul &c. in guter Ordnung* gleich

gleich als in einem gewissen Register ohne Aenderung des Original Texts zu finden ex editione secunda, *Maynz 1578. f.* Inde decerptus liber: *Hand-Büchlein aller Reichs-Abschiede vom ersten Römischen Kayser bis auf Rudolphum II. Maynz 1680. 8.* Pleniori adparatu illud egit FRANCISCVS FRIDERICVS ab ANDLER in *Corpore Constitutionum Imperialium, Ratisbonae 1675. f.* edito & ex *Editione Secunda* eademque auctiore *Francofurti ad Mœnum 1700. f.* cui Instrumenta Pacis Imperii R. G. varia, Capitulationesque Imperatorum accesserunt. Successit inde *Corporis* huius *Tomus Secundus*, *Francofurti ad Mœnum 1704. f.* spisso satis volumine, quo Notae Theologicae, Canonicae, Politicae, Historicae & Iuridicae in *Tomum Primum* referuntur, in quibus selectum desideres. Collectanea sunt, quae quandoque res Imperii Recessibus contentas illustrant, quandoque vero ad aliud plane argumentum pertinent. Selectiori adparatu conductum studiis quorundam doctissimorum virorum *Repertorium reale pragmaticum Iuris Publici & Feudalis Imperii Romano-Germanici, oder des Heil. Römischen Reichs Staats- und Lehn-Recht*, ex LL. Actis Publicis, Deductionibus & optimis Scriptoribus conquisitum, *Iena 1751. 4. mai. 2. Voll.* cum Praefatione CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI, qua vtilitatem operis ostendit & Scriptores similis instituti recenset. *Paratitla Recessuum Imperii* concinnauit ANTONIVS GVNTHERVS FRITZIVS, *Wittebergae 1694. 8.* EIVSDEM extat *Synopsis omnium, quotquot extant Recessuum Imperii ab an. 1442 ad a. 1654. Gryphiswaldiae 1659. 4.* Summa Capita Recessuum Imperii exhibet, vtilis libellus sub titulo: *Kurtzer Begriff aller im Heiligen Römischen Reich Teutscher Nation aufgerichteter in der Mayntzischen Edition de a. 1692. befindlicher Reichs-Abschiede und der Wahl-Capitulation Iosephi &c. concinnatus ab Anonymo C. R.* secunda Editione auctus prodiit *Ratisbonae 1720. 8.* Iussu Serenissimi Landgrauii Hassiae prodierunt: *Sacri Romani Imperii Leges Fundamentales, Pacificationes principaliores,*

paliores, *Recessus nouissimus*, *diuersæ sanctiones pragmaticæ*, *Cassellis 1701. 4.* Continentur hisce præcipuæ saltim Leges Fundamentales, Aurea Bulla, Pax profana & religiosa, Instrumenta Pacis Westphalicæ, Nouiomagensis & Ryswicensis, Capitulatio Leopoldi & Iosephi, Matricula Imperii & Ordinatio Criminalis Caroli V. Idem institutum tenuit CHRIST. ZIEGLER, cuius *Corpus Sanctionum pragmaticarum* S. R. I. *oder des H. Reichs vornehmste Grund-Gesetze*, *Francofurti 1712. 4.* prodiere. Vtilissimo quoque consilio B. IOANNES STEPHANVS BVRGERMEISTER produxit: *Teutsches Corpus Iuris Publici & priuati*, *oder Codex Diplomaticus der Teutschen Rechten und Gewonheiten*, *wie auch Proceß-Ordnungen in allen Kayserlichen Gerichten*, *Ulm 1717. 4.* In gratiam Ius publicum discentium IOA. IACOBVS SCHMAVSSIVS dedit *Corpus Iuris publici Academicum*, *Francofurti & Lipsiæ 1722. 8.* *Francofurti 1727. 8.* & insigniter auctum *ibid. 1735. 8. mai.* Auream Bullam, Concordata Nationis Germanicæ, Instrumenta Pacis Profanæ, Religiosæ, cetera, Ordinationes Cameræ & Iudicii Aulici, Matriculam Imperii, Capitulationem Caroli VI. & Recessum Imperii nouissimum, & alia, complexum. Tale Corpus Iuris Publici Academicum quoque in vsum Auditorum edidit B. BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS, locis parallelis instructum, vt textus Legis Imperii ex aliis textibus illustrari possint, *Ienæ 1726. 8. & 1731. 8.* Tale quoque multa cura adornatum dedit illustris Vir LVDOVICVS MARTINVS KAHLE, sub titulo: *Corpus Iuris Publici d. i. vollstændige Sammlung der wichtigsten Grund-Gesetze des H. R. Reichs Deutscher Nation*, *1744. 8. mai.* Conferri de his Corporibus I. P. Academicis potest personati BENEDICTI THOERING *gründliche Vertheidigung* in forma Epistolæ ad ill. MOSERVM, *1745. 8.* Alia nouiter producta *Compilatio Friburgi Brisgoiæ 8.* Separatim quoque prodierunt diuersi Recessus Imperii, vel Leges aliæ Fundamentales. Latino sermone IVSTINVS GOBLERVS edidit *Imperialis Iudicii Cameralis Constitutio-*

ſtitutionem, *Pacem Publicam*, *Transactionem Paſſauienſem*, *Auream Bullam*, vna cum ſummariis titulorum & Paragraphorum, Indice & quibusdam interpretationibus, *Francofurti 1564. f.*

Goldaſti Collectiones Conſtitutionum Imperii & Actorum Publicorum.

§. IV. Alii ſunt, qui *varias Imperatorum Conſtitutiones & Acta alia publica* congeſſerunt, vſu quidem plene non recepta, ad res tamen Imperii & obſeruantiam illuſtrandam perutilia. Optime hoc in negotio de hiſtoria Imperii & Iure Publico noſtro meritus eſt MELCHIOR GOLDASTVS ab HAIMINSFELD, qui latino primum idiomate edidit *Imperatorum Cæſarum Reſcripta & Statuta, Francofurti 1607. f.* continentur iisdem Conſtitutiones Imperatorum a Carolo M. vsque ad Rudolphum II. Additum his *Rationale Conſtitutionum Imperialium extemporale*, quod commentarii inſtar eſſe poteſt, quo etiam Iura Imperii contra Baronium defenduntur. Licet, vti ipſe in Præfatione monet, acrem de eodem apud Pontificios expertus fuerit cenſuram. Idem Opus etiam germanico titulo prodiit: *Des Heiligen Römiſchen Reichs Keyſer, König und Churfürſten, Conſtitution, Reformation, Ordnungen und Ausſchreiben von Anbeginn der Regierung Keyſer Carls des Groſſen bis auf Carolum den Fünfften, Francofurti 1607. f.* Secutus hunc fuit *Tomus ſecundus, Hanouiæ 1609. f.* quo diuerſi alii *Receſſus*, *Conſtitutiones*, *Ordinationes & Reſcripta*, Acta Comitialia, Transactiones cum Statibus vſque ad tempora Rudolphi II. continentur, cui etiam breue acceſſit *Rationale*, ſiue commentarius in Conſtitutiones aliquot. *Tertius Tomus* prodiit *Offenbachi 1610. f.* Continet ille Conſtitutiones Alarici, aliorumque Regum Gothorum, Francorum, Imperatorum Romano-Germanicorum, vſque ad tempora Rudolphi II. vt ideo Tres iſti Tomi ſe inuicem ſuppleant. In his tamen notandum, quod, licet laborem egregium præſtiterit Goldaſtus, colligendo has Imperatorum Conſtitutiones, quæ alias ſparſim apud Scriptores, vel adhuc in MStis, extabant, multas tamen immiſcuit Conſtitutiones ſuppoſititias, & quod dolendum, auctores non commemorauit, ex quibus ſua hauſerit. Noua

poſtea

postea prodiit: *Collectio Constitutionum Imperialium, Francofurti 1613. f.* vno Tomo. Hæc comprehendit illas Constitutiones, quæ a primis Germanorum temporibus fuerunt decretæ, ita vt etiam Tuistonis, Hermionis, Marcomiri, Antenoris, aliorumque antiquissimorum Germaniæ Ducum simul contineat, licet ipse Goldastus non diffiteatur, hasce antiquiores vulgari hominum opinione saltim niti. Huius Collectionis Constitutionum Imperialium Noua Editio Tribus Tomis prodiit *Francofurti ad Mœnum 1713. f.* in qua ei qui curam editionis gessit, hic ordo placuit, vt qui 1613 prodiit iam laudatus *vnus Tomus* huius Editionis *primum* constitueret, Tomus vero qui *Statuta & Rescripta* inscribitur, *quartum & vltimum* in noua hac editione facit in duas classes digestus. Ex crasso errore editoris primo Tomo adsignatus est index, qui huic Volumini non conuenit, sed ad primæ Editionis primum Tomum pertinet. *Rationalia* a GOLDASTO his compilationibus addita acerbas illi lites pepererunt. IACOBVS enim GRETSERVS Socius Iesu doctissimus, Goldasto autem infestissimus edidit aduersus illa: *Apologiam* pro BARONIO, *siue C.* BARONIVS *a* MELCHIORIS GOLDASTI *calumniis vindicatus, Ingolstadii 1610. 4.* Ex EIVSDEM calamo profluxit: *Indiculus Imposturarum & criminum falsi, quæ* GOLDASTVS *Caluinista in* tertio Tomo Constitutionum Imperialium, *commisit Ingolstadii 1611. 4.* *præmissum est* GERHOHI *Reichersbergensis* Syntagma *de Henrico IV. Ingolst. 1611. 4.* reposuit MELCHIOR GOLDASTVS *Replicationem pro Sac. Cæsarea & Regia Francorum Maiestate, illustrissimisque Imperii Ordinibus*, aduersus GRETSERI *Crimina læsæ Maiestatis, Hanouiæ 1611. 4.* IACOBVS GRETSERVS autem reddidit *Gemina aduersus* MELCHIOREM GVLDINASTVM *Caluinianum Replicatorem, vel potius quadruplatorem Defensio, Ingolstadii 1612. 4.* Ceteræ M. GOLDASTI Compilationes sunt: *Collectio Consuetudinum* & *Legum Imperialium, Francofurti 1613 & 1674. f.* Hæc comprehendit generales & receptas in Imperio Consuetudines, Leges, Capitularia, vtpote consuetudines

veterum

veterum Gallorum Germanorumque in moribus & institutis generalibus, Leges Longobardorum Regias & Imperatorias, Lotharii Imperatoris Capitularia in Imperio promulgata, Speculum Saxonicum, Weichbildum, siue Ius Municipale Magdeburgense, Ius Feudale Saxonicum, & denique Ius Camerale nouissimum. Sequenti anno EIVSDEM prodierunt *Politica Imperialia*, siue Discursus Politici, Acta Publica & Tractatus generales, *Francofurti 1614. f.* Continentur iisdem varia Scripta, quæ concernunt Imperatoris, Regis & Pontificis Romanorum electionem atque coronationem, inuestituram feudorum regalium, abdicationem Imperii Romano-Germanici, Reformationem, Vnionem Electoralem & comitia Imperii, Acta cum diuersis Regibus & Rebus publicis, Grauamina contra Pontificem & varia Acta pacem religionis concernentia, quæ a diuersis auctoribus concinnata. Ita vt insertos quoque videamus diuersos Tractatus huc facientes. Eiusmodi quoque Scripta germanico idiomate fuerunt congesta, sub titulo: *Politische Reichs-Hændel, Francofurti 1614. f.* Ab his diuersa sunt: *Politische Reichs-Satzungen, des heiligen Reichs, Constitutions-Ordnung, Rescript und Ausschreiben auf den Reichs-Tägen und Kayserlichen Höffen statuiret, so in den publicirten Reichs-Abschieden und Constitutionen nicht gefunden werden, von Hoheit des Kaysertbums, Würde des Pabstthums, Herrlichkeit der Chur-Fürsten, Hanau 1609. f.* EI. *Copeylicher Begriff verschiedener Reichs-Satzungen zweyter Theil, Hanau 1613. f.* Noua Editio *Francofurti ad Mœnum 1712. 1713. f.* Quæ Collectio solum Constitutiones Imperiales continet. Ab his omnino differunt Eiusdem *Reichs-Handlungen, Hanau 1609. f.* iterum *Francofurti 1712. f.* in quo Opere Decreta quædam & Acta publica Imperii ab Ottonis III. temporibus & diuersa Scripta politica Imperium concernentia vsque ad Maximilianum II. continentur.

Lünigii Archiuum Imperii & aliæ

§. V. Præclare non minus de Iure Publico meritus est IOA. CHRISTIANVS LÜNIGIVS noua eademque amplissima omnium Collectione, quam sub Titulo

tulo *des Teutschen Reichs-Archivs* multa cum industria conquisiuit. Quod vastum Opus XXIV. Voluminibus in F. constat. *Pars* scilicet *Generalis* cum Duabus Continuationibus IV. Voll. *Pars specialis* additis Quatuor Continuationibus X. Voll. *Spicilegium Ecclesiasticum* cum Tribus Continuationibus VII. Voll *Spicilegium Seculare* II. Voll. & *Index Generalis* I. Vol. faciunt. Qui Tomi hac ratione editi: Primus amplissimi Operis Tomus generalia continens, prodiit *Lipsiæ 1710. f.* quædam Exemplaria mutatum a. *1713.* habent. Hic Acta Publica Imperii complectitur, Auream Bullam, atque alias Leges Imperii, Placita & Decreta, quæ vel ex authenticis editionibus desumta emendatius euulgantur, vel in Corpore Recessuum Imperii haut reperiuntur, idque ad finem Seculi decimi sexti vsque. Altera huius Tomi Primi Pars, varia continet, quæ ad illustrationem Iuris Publici faciunt, vtpote Examen Iuris Publici nouissimi, siue breue Compendium Iuris Publici per Quæstiones, Descriptiones Electionis atque Coronationis Imperatoriæ & præcipue Iosephi & Eleonoræ Magdalenæ Theresiæ, Augustæ, Relationem de Comitiis in genere, & Discursus de Comitiis adhuc durantibus, vna cum Schematibus Sessionis Statuum, Discursus de Iudiciis Imperii, Relationes de Comitiis Deputatorum Imperii, de Visitatione Camerali, de Inuestitura diuersorum Principum atque Comitum, feudorum etiam minorum, de introductione Comitiali, & Banno Imperiali præcipue Coloniensis atque Bauari Electoris. Eiusdem Partis Generalis Continuatio, *Lipsiæ 1713. f.* & alio Volumine: *Erste Fortsetzung der Continuation des Partis Generalis f.* eodem anno. Subsecuta inde post aliquot annos: *Des Teutschen Reichs-Archivs Partis Generalis Continuatio Secunda Lipsiæ 1720. f.* quibus diuersæ Leges & Acta Imperii secundum Ordinem Imperatorum, ea maxime, quæ in Corpore Recessuum non extant, exhibentur. Hanc Generalem Archiui Partem excepit *des Teutschen Reichs-Archivs Pars Specialis*, cuius Tomus Primus *Lipsiæ* an. *1713. f.* præfert, qui & subsequentes Impp. & Domus Austriacæ, Electorum & Statuum Imperii, de-

eiusdem Collectiones Germanico idiomate potissimum factæ.

mum ſingulorum Electorum ſpeciatim, Acta & Documenta Publica, Receſſus, Priuilegia atque alia Scripta quæ ad illorum Ius Publicum faciunt Particulare, comprehendunt. Inde prodiit *des Teutſchen Reichs-Archivs Partis Specialis Continuatio I. Lipſiæ 1711. f.* quæ Acta publica Imperatores, a Rudolphi Habsburgici temporibus ad noſtra vsque, & Prouincias Auſtriacorum hæreditarias, Electores atque Status Imperii, & ſpeciatim Electores & Principes Eccleſiaſticos concernentia, comprehendit. Sequitur *des Teutſchen Reichs-Archivs Partis Specialis Continuatio II. Lipſiæ 1712. f.* continens Receſſus & Acta Electorum, Ducum ac Principum ſæcularium, Prælatorum atque Abbatiſſarum, Comitum æque, Baronum atque quorundam Imperii Officialium. Huius continuationis II. prodiit *erſte und andere Fortſetzung* duobus Voll. Inde *Partis Specialis Continuatio III. Lipſiæ 1713. f.* Acta comprehendit Nobilitatem Immediatam concernentia, & Partis Specialis *Quarta atque Vltima Continuatio* duabus Partibus edita *Lipſiæ 1714. f.* qua Acta Ciuitatum immediatarum Imperii, Hanſeaticarum atque Municipalium quarundam continentur. Demum *Partis Specialis IV. & Vltimæ Continuationis Pars II. Lipſiæ 1714. f.* qua itidem Ciuitatum immediatarum, Hanſeaticarum & Municipalium aliarum Diplomata referuntur. Hæc excepere *Spicilegium Eccleſiaſticum de Teutſchen Reichs-Archivs*, ſeu *Germania Sacra Diplomatica*, qua Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum aliorumque Diplomata & Chartæ, Statum Religionis Chriſtianæ in Germania non tantum, ſed Fundationes & Res Archi- & Epiſcopatuum Germaniæ, Teutonici & Iohannitici Ordinis, Abbatiarumque concernentes, ſunt collecta, prodiit *Lipſiæ 1716 f.* Tribus Partibus ſeu Voluminibus; tandemque editum: *Spicilegium Seculare des Teutſchen Reichs-Archivs* duobus Voluminibus *Lipſiæ 1719. f.* eodemque variæ Chartæ, cum ad Partem Generalem Operis, tum eiusdem partem Specialem huiusque Continuationes pertinentes, referuntur. Tandem acceſſit *des Spicilegii Eccleſiaſtici Fortſetzung des erſten Theils, von Ertzſtifftern und Ritter-Orden*

Orden f. vno Volumine, indeque *Continuatio Spicilegii Ecclesiastici*, vno Volumine, porro *Continuatio II.* siue *Codex Statutorum Synodalium & Capitularium Ecclesiæ Germanicæ Lipsiæ 1721. f.* vno Volumine, & *Continuatio III.* & vltima, siue *Codicis Statutorum* Pars Secunda *ibid. 1721. f.* Amplissimæ Collectioni demum additum *das Haupt-Register über das Teutsche Reichs-Archiv auch dessen Continuationes und Spicilegia, Lipsiæ 1722. f.* quo sub congruis Titulis secundum annorum seriem, omnia Documenta huius Archiui enumerantur. Optandus omnino esset Rerum & Materiarum Index, vtilissimus sane futurus, quem tamen tot paginarum mutationes & Tomorum diuisiones ægre permittunt. Multa sane præstitit Autor Amplissimus, qui indefessa industria ex Archiuis hinc inde, atque virorum doctissimorum communicatione hoc Opus congessit, & quæ inter arcana antea fuerant habita, produxit, facemque Iuri Publico, potissimum particulari Germaniæ, prætulit eximiam. Bina tamen in vtilissimo alias hoc Opere reprehendi posse mihi videntur. Primo quidem, quod distinctio Operis non in certos Tomos, librosque fuerit facta, sed tot reperiantur Continuationum Continuationes, harum diuersæ Sectiones; Supplementa, quæ magnam adferunt adlegandi difficultatem. Quod vero potissimum est, reperiuntur in hoc Opere quædam Acta Publica, quæ fidem omnino habent suspectam, quæque virgula censoria notari meruissent. Addimus, quod in Recessibus Diuisionum nomina quædam propria corrupte fuerint proposita, id quod in Actis Saxonicis sæpius licebit deprehendere. Idem quoque Vir diligentissimus & aliis Collectionibus quæ ad Iuris Publici argumentum pertinent, de publicis commodis egregie est meritus. Ad supplendum hocce amplissimum LVNIGIANVM ARCHIVVM collectum ill. IOA. IACOBI MOSERI *Diplomatisches Archiv* des XVIII. *Iahrhunderts*, ab a. 1701. quo edita, quæ in Lunigio non reperiuntur, *Francof. ad Mœn. 1743. 8.* Edidit porro Lünigius tanquam Continuationem *Archiui Codicem Germaniæ Diplomaticum, Francofurti & Lipsiæ* Tomus *Primus 1732. f.*

 quo

quo varia ad res Imperii generatim, inde ad Impp. & prouincias hæreditarias Bohemiam, cumprimis Morauiam, Silesiam, Hungariam porro & Transyluaniam, pertinentia documenta, exhibentur; *Tomus Secundus* ibid. *1733. f.* ad eas quas iam memorauimus Prouincias, Austriam, quoque Styriam, Carinthiam, Carniolam, Tyrolim & Prouincias Belgii Austriacas pertinentia, sistit. Multi magnique vsus quoque est EIVSD. *Codex Italiæ Diplomaticus*, cuius Tomus I. *Frf. & Lips.* prodiit *1725. f. Secundus, ibid. 1726. Tertius ibid. 1726. Quartus & vltimus, ibid. 1735. f.* quo non solum multifariæ inuestiturarum literæ ab Augustissimis Imperatoribus Italiæ Principibus & Proceribus concessæ & traditæ, verum etiam alia insignia varii generis Diplomata tam edita, quam multa anecdota ipsos concernentia, continentur. Ad illustranda Iura Statuum prouincialium & nobilitatis mediatæ conducta ab EODEM est: *Collectio Noua, worinnen der mittelbaren, oder landsaßigen Ritterschafft in Teutschland, welche unter dem Kayser, auch Churfürsten und Stænden angeseßen &c. sonderbare Prærogatiuen und Gerechtsame, auch Priuilegia und Freyheiten enthalten sind, Franckfurt und Leipzig 1730. f.* Nec heic omittenda, congesta ab ipso: *Europäische Staats-Consilia, oder wohleingerichtete Bedencken, welche von grossen Herren, hohen Collegiis, vornehmen Ministern, und berühmten Männern in Religions-Staats-Kriegs-und andern wichtigen Sachen, die so wohl gantz Europam, als auch vornehmlich das Heil. Röm. Reich Teutscher Nation, concerniren, und zur illustration der geist- und weltlichen Historie, ingleichen des Iuris Publici ohnentbehrlich sind, seit dem Anfange des XVI. Seculi, nach beschehener Reformation der Kirchen bis auf das 1715. Iahr abgefasset worden, Leipzig 1715. f.* duobus spissis Voluminibus. Nec conquieuit his industria viri laudati, addidit quoque: *Grundfeste Europäischer Potentien Gerechtsame, worinnen durch auserlesene Deductiones, Informationes, Repræsentationes, Demonstrationes und andere merckwürdige Schrifften, ausführlich dargethan wird, wie es so wohl um der Römisch-Kayserlichen Maiestät,* als

als auch Churfürsten und Stände des Heiligen Römischen Reichs, ingleichen auswärtiger Könige, Republiquen und freyer Fürstenthümer unterschiedene hohe Iura, Ansprüche und Præcedenz-Streitigkeiten eigentlich beschaffen sey, Leipzig 1716. f. vno Volumine, hocque opere Deductiones iurium controuersorum potissimum recentiorum conduxit, vt adeo diligentissimo Viro multa Volumina rariorum huiusmodi libellorum colligenda restent, quorum seriem quandam & Catalogum dedit in *Bibliotheca Curiosa Deductionum,* quorumque exempla in Archiuis, Bibliothecis administrorum summorum, atque quorundam nostri temporis celebratissimorum ICtorum extant. Has Collectiones supplent quasi ipsius *Selecta Scripta illustria, welche viel wichtige und auserlesene in Caussis publicis ergangene Materien in sich halten, Lipsiæ 1723. f.* Nec reticenda heic Eiusdem *Teutsche Reichs-Cantzley, Lipsiæ 1714. 8. VIII. Tomis* edita, qua selectissimæ illustrium Personarum diuersæ dignitatis Epistolæ, a temporibus conclusæ Pacis Westphalicæ annoque 1648. ad Pacem Rastadto-Badensem Germanico idiomate exaratæ, Iuris Publici tamen caussas quandoque egregie illustrantes, fuerunt collectæ & digestæ. Adiungimus demum laboriosissimi Viri *Theatrum Ceremoniale Historico Politicum, Lipsiæ 1719. 1720. fol.* duobus magnis Voluminibus editum variarumque Mundi gentium ritus ac Cæremonias complexum.

Collectores alii Actorum publicorum lingua latina & gallica.

§. VI. Inter Collectores Actorum publicorum latina lingua conscriptorum eminet quoque GODOFREDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS qui *Codicem Iuris Gentium Diplomaticum, in quo Tabulæ authenticæ Actorum Publicorum, Tractatuum, aliarumque rerum maioris momenti per Europam gestarum; pleraeque ineditæ vel selectæ, ipso verborum tenore expressæ ac temporis serie digestæ, continentur; a fine seculi vndecimi ad nostra vsque tempora, Hanouerae 1693. f.* collegit, recusum *ibid. 1724. f.* In hoc opere continentur Tractatus pacis, fœdera, instrumenta dotalia, testamenta principum, donationes, cessiones, renunciationes, inuestituræ, homagia & quæuis Acta publica alia, ab initio seculi XI. vsque

 ad

ad 1500. Ista autem non Germaniam saltim concernunt, sed quosuis etiam Status Europæ atque ad historiam & Iuris publici illustrationem plurimum conducunt, eo maioris etiam æstimanda, quod pars ex Archiuis deprompta. Subsecuta est *Mantissa Codicis Iuris Gentium Diplomatici, Hanouerae 1701. fol.* Hac etiam multa continentur singularia, quæ ad Iura Imperii, Regnum Galliæ & Angliæ faciunt, Heluetica etiam & Nouo Castrensia varia. IOANNES CHRISTIANVS LÜNIGIVS Collectionum suarum primordia cœpit *Publicorum Negotiorum Sylloge* edita *Francofurti 1694. 4.* in qua litteras cuiuscunque fere generis, varia decreta, saluos conductus, memorialia, propositiones, resolutiones, protestationes, vota, pacta, fœdera, instrumenta pacis, aliaque latinis verbis concepta & intra proximum vicennium inter varios Reges & Status Imperii ab anno 1674. ad 1694. acta, secundum annorum seriem congessit. Huius postea *Continuatio & supplementum* ab anno 1674. vsque ad 1697. prodiit, *Francofurti 1702. 4.* negotia recentiora continens. Eiusdem *Literæ Procerum Europæ ab Imperatoribus, Electoribus, Principibus Statibusque S. Imperii Romano-Germanici ad Reges, Principes, Respublicas Liberas, & vice versa in multifariis tam lætitiæ quam tristitiæ casibus, nec non belli ac pacis negotiis itemque Religionis causa ab anno 1552. vsque ad annum 1712. latina lingua exaratæ in Tres Partes diuisæ, Lipsiæ 1713. 8.* Eiusdem curis prodierunt: *Orationes Procerum Europæ, eorundemque Ministrorum ac Legatorum, vt & Virorum Celeberrimorum, in multifariis, tam lætitiæ, quam tristitiæ casibus, nec non Belli ac Pacis negotiis, itemque religionis causa, ab aliquot seculis vsque ad Annum 1713.* Tribus Tomis *Lipsiæ 1713. 8.* VLRICVS OBRECHTVS ex Archiuo Argentoratensi euulgare cœpit *Apparatum Iuris Publici, Argentorati 1696. 4.* Prima eiusdem pars quæ prodiit, comprehendit Acta depositionis Wenceslai & electionis Ruperti, quam tamen plures non fuerunt secutæ. Huc quoque ex parte facit IA-

COBI

COBI WENCKERI *Apparatus & instructus Archiuorum nostri temporis & rerum Germanicarum praesidiis adornatus, auctus & illustratus, Argentorati 1713. 4.* quo praeter scripta de *Archiuis a p. 160.* ad *p. 433.* exhibentur varia Diplomata a temporibus *Henrici VI.* ad *Fridericum III.* Huius Imperatoris Diplomatum apparatus insignis additus cum figuris, imaginibus & nummis AENEAE SYLVII *Historiae rerum Friderici III.* Imp. quae cura IOANN. HENRICI BOECLERI edita *Argentorati 1685. f.* *Gallica* Lingua FRIDERICVS LEONARDVS, Regius & Delphini Architypographus edidit: *Recueil de tous les Traités modernes, conclus entre les Potentats de l'Europe, de tous les Memoires, qui ont servi à faire la Paix de Nimegue, & de tous les arréts de la Chambre Royale de Mets relatifs aux Traités de Nimegue & de Münster, à Paris 1683. 4.* Insecutum fuit aliud Opus: *Recueil des Traitez de Paix, de Treve, de Neutralité, de Confederation, d'Alliance, & de Commerce faits par les Rois de France, avec touts les Princes & Potentats de l'Europe, & autres &c. à Paris 1693. 4.* VI. Tomis, quod tamen Galliae Regum saltim Tractatus trium Seculorum spatio conclusos comprehendit. Tandem vero editum: *Recueil des Traités de Paix, de Tréve, de Neutralité, de suspension d'armes, de confederation, d'alliance, de commerce, de Garantie, & d'autres Actes Publics comme Contracts de Mariages, testaments, manifestes, declarations de guerre &c. faits entre les Empereurs, Rois, Republiques, Princes, & autres Puissances, de l'Europe, à Amsterdam 1700. f.* IV. Tomis. *Primus* Tomus Acta continet ab anno 536. vsque ad 1501. ita, vt initium fiat a Theodati Gothorum regis pactis cum Iustiniano Imper. cui regnum, promissa ipsi annua pensione, cedit. *Alter* Tomus Acta continet ab anno 1501. ad 1601. *Tertius* Tomus ab anno 1601. ad 1661. *Quartus* Tomus finit cum Tractatu Commerciorum inter Gallorum Regem & Belgas Foederatos concluso XXIX. Maii 1699. Praemissae sunt

sunt binæ Dissertationes, quarum altera agit de templo Iani & Pacis, altera de diuersis cæremoniis, quæ apud varias gentes, circa pacem & fœdera occurrunt. Accedit Tabula Chronologica omnium actorum in his Tomis contentorum & Amelot de la Houssaye obseruationes historicæ & Politicæ. Insignis sane est collectio Actorum ex Leibnitio, Leonardo, Theatro Pacis, Leone ab Aizema, Goldasto, Guichenonio aliisque facta, quæ etiam vsum præstat haut exiguum. Verum, licet amplum satis opus sit, imperfectum tamen adhuc est, cum plures vel in integris Operibus, vel hinc inde sparsi supersint Tractatus, qui supplementa possint præbere. Sæpe etiam ipsi Tractatus & Recessus non originaria lingua, qua conscripti, sed ex translatione saltim inserti reperiuntur. Curam operis gessit IACOBVS BERNHARDVS, vt ipse profitetur Nouv. de la Republique des lettres p. 34. Insigniter auctum, emendatum illustratumque prodiit nobilissimum hoc opus, sub indice: *Corps universel Diplomatique du Droit des Gens contenant un Recueil des Traitez d'Alliance, de Paix, de Treve, de Neutralité, de Commerce, d'Echange, de Protection & de Garantie, de toutes les Conventions, transactions, pactes, concordats & autres contracts, qui ont été faits en Europe depuis le Regne de l'Empereur Charle Magne jusque' à present &c.* par Mr. I. du MONT Ecuier, Conseiller & Historiographe de S. Mai. Imperiale & Catholique, *à Amsterdam 1726. - 1731. f.* ampla subsidia accepit Collector ex Archiuis Domus Austriacæ aliorumque Principum, Codicibus manu scriptis Bibliothecæ regiæ Porussicæ quæ Berolini est, multa etiam desumsit ex præstantissimis Actis Regni Anglicani RYMERIANIS. Oeconomia & partitio operis sumtuosi hæc est: Tomi I. Pars *Prima* exhibet Præfationem quæ præmissa iam fuit *Recueil des Traitez*, sequitur *p. 34. Dissertation sur les diverses Ceremonies, qu'ont employé les differentes Nations dans les Traitez de Paix & d'Alliance;* Documenta incipiunt a. 800. & desinunt a. 1313. Pars *Secunda* ab a. 1314. ad a. 1358.

1358. Tomi *Secundi* Pars *Prima* incipit ab a. 1359. ad a. 1413. præmittuntur: *Obseruations historiques & politiques sur les Traitez des Princes par* AMELOT *de la* HOVSSAYE; Pars *Secunda* incipit ab a. 1414. ad 1436. Tomi *Tertii* Pars *Prima* ab a. 1436. ad annum 1476. accessit supplementum. Pars *Secunda* incipit ab a. 1501. & desinit a. 1500. Tomi *Quarti* Pars *Prima* ab a. 1501. ad a. 1528. Pars *Secunda* ab a. 1529. vsque 1559. Tomi *Quinti* Pars *Prima* ab a. 1556. ad a. 1599. Pars *Secunda* ab a. 1600. ad an. 1630. Pars *Secunda* ab 1651. ad 1663. Pars *Tertia* ab a. 1664. ad a. 1666. Tomi *Septimi* Pars *Prima* ab a. 1667. ad a. 1679. Pars *Secunda* ab a. 1680. ad a. 1700. Tomi *Octaui* Pars *Prima* ab a. 1701. ad a. 1718. Pars *Secunda* ab a. 1719. ad 1731. Secutum: *Supplement au Corps universel Diplomatique à Amsterdam 1739. f.* cuius Tomi *Primi* Pars *Prima* & *Secunda* continet: *Histoire des anciens Traitez ou Recueil historique & chronologique des Traitez repandus dans les Auteurs Grecs & Latins & autres Monuments de l'Antiquité depuis le tems le plus reculé jusq' à l'Empereur Charles Magne* par Mr. BARBEYRAC. Ipsum vero *Supplement continué* jusqu'à present par Mr. ROVSSET, & quidem huius Tomi *Primi* Pars *Prima* exhibet Documenta ab a. 315. vsque ad a. 1300. & Pars *Secunda* ab a. 1301. ad annum 1500. Tomi *Secundi* Pars *Prima* ab a. 1501. ad annum 1700. Pars *Secunda* ab a. 1707. ad a. 1738. Claudit præstantissimam hanc Syllogen, exquisito studio collectum: *Le Ceremonial Diplomatique des Cours de l'Europe, recueilli en partie* par Mr. du MONT, *mis en ordre & considerablement augmenté* par Mr. ROVSSET, duobus Tomis *à Amsterdam 1739. 4.* Antequam laudatum *Corpus* prodiret, de tali conquirendo cogitauit B. BVRCARDVS GOTTHELFIVS STRVVIVS suumque consilium aperuit *de Magno Pacis Fœderumque Theatro* Epistola *Ienæ 1717. 4.* edita, qua virorum illustrium & eruditorum subsidia rogauit. Huc porro faciunt ex parte *Memoires pour servir à l'Histoire*

toire du XVIII. Siecle contenant les Negociations, Traitez, Resolutions & autres Documens authentiques concernant les Affaires d' Etat par Mr. LAMBERTI Tomes *XIV. à la Haye* ab a. *1724. 1740. 4.* quibus multa ad res & iura S. I. R. Germanici interſperſa Tomus I. connexionem rerum geſtarum ab a. 1688. vsque ad Belli Hiſpanici initia & annum 1702. exhibet; *Tomus II.* Acta Ann *1702. & 1703.* T. III. *a. 1704. 1705.* T. IV. *a. 1706. 1707.* T. V. *1708. 1709.* T. VI, *1710. 1711.* T. VII. *1712.* T. VIII. *a. 1713. 1714.* T. IX. *1715. 1716.* T. X. *a. 1717.* Indicem in omnem hanc Syllogen & Supplementa refert ad an. 1731. Tom. XI *a. 1718.* & *Supplementa* ad an. ab *1696.* vsque *1701.* T. VII. Supplementa ad a. *1702. & 1703.* Tom. XIII. Supplementa ad a. *1704.* Tom. XIV. Supplementa ad *a. 1705. 1706. 1707.* vtrumque opus adductum ſupplet & continuat *Recueil hiſtorique d' Actes, Negociations, Memoires & Traitez depuis la Paix d' Vtrecht jusqu' au ſecond Congres de Cambrai &* preſent par Mr. ROVSSET *á la Haye* T. I. *1728. 8.* T. II. *ibid. 1728.* T. III. *1728.* T. IV. *1728.* T. V. *1731.* T. VI. *1732.* T. VII. *1733.* T. VIII. *1734.* T. IX. *1735.* T. X. *1736.* T. XI. *1737.* T. XII. *1739* T. XIII. *1740.* & Tomi huius Seconde Partie *1740.* T. XIV. *1742.* T. XV. *1742. XVI. 1743. XVII. 1744. Tom.* XVIII. 1745. cum Supplement ſiue *Recherches ſur les Alliances & les Interets entre la France & la Suede* 1745. *T. XIX. 1746.* Tacemus iam Diaria Hiſtorico-politica menſtrua, quæ de rebus nouis eduntur, qualia ſunt *Hiſtoire abregée de l' Europe*, quæ anno 1686. edi cœpit, paulo poſt deſiit. *Mercure Hiſtorique & Politique*, qui *Hagæ Comitum* proſtat, cuius vltra centeſimum iam Tomi extant, atque ita eſt digeſtus, vt quoduis Semeſtre Tomum faciat. *La Clef du Cabinet des Princes d' Europe*, Luxenburgi ab homine Gallicarum partium in 8. publicatus, Tomis XLII. *Lettres Hiſtoriques* apud Batauos collectæ & editæ, quarum ab Anno 1692. iam LXXIV. Tomi ab an. *1692.* ad a. *1709.* editi 12. proſtant, quouis ſemeſtri Tomum conſtituente, & ſimilia Scripta,

Scripta, quibus etiam diuersa scripta publica, quæ præsentia Europæ negotia concernunt, deprehendimus inserta.

§. VII. Plures sunt, qui Acta Publica Lingua Germanica collegerunt. Inter hos primas fert FRIDERICVS HORTLEDERVS, qui edidit *Handlungen und Ausschreiben von Vrsachen des Teutschen Krieges, Francofurti Tomus I. 1617. Tomus II. 1618. f.* Locupletior editio curante genero ipsius, ZACHARIA PRÜSCHENKIO, *Gothæ 1645. f.* prodiit, licet in ea aliqua ad Ordinum quorundam instantiam fuerint immutata, de quo testantur Electa Iuris Publici Tomo quinto. Continent autem Acta Principum circa reformationem, magna fide ex archiuis exhibita, quæ additis vbique breuibus, & eruditis notis explanantur, vt simul historiæ loco ex actis publicis petitæ inseruire possit. Immo integri sæpe Tractatus, quæ Reformationem, Bellum Smalkaldicum, turbas illorum temporum, historiam Saxonicam, præcipue Ioannis Friderici Electoris concernunt, consilia atque similes Tractatus diuersorum ICtorum simul sunt inserti. Continuationem operis susceperat PRÜSCHENKIVS, ita, vt Alphabetum iamdum esset typis expressum, in quo potissimum Acta Belli Gothani collecta, sed pergere fuit prohibitus, vide ELECTA *Iuris Publici T. VI. p. 47.* Hunc imitatus est CHRISTOPHORVS LEHMANNVS. qui Acta publica, quæ ad Transactionem Passauiensem atque Pacem Religiosam faciunt, collegit, prodierunt *Francofurti 1631. 1640. 4. & 1707. fol.* Adiungendus *Tomus* Nouus siue *Secundus* sub titulo: *Lehmannus Suppletus & Continuatus, Francofurti ad Mænum 1709. 1710. f.* quo cum Actis Pacem Religiosam illustrantibus diuersi Auctores, qui de Iuribus Pacis Religiosæ scripserunt, continentur. HORTLEDERVM quasi continuauit MICHAEL CASPAR LONDORPIVS. Hic primum varia *Acta publica, Handlung und Ausschreiben, Bedencken und Rathschläge* &c. a Coronatione *Ferdinandi* postea Imp. II. in Regem Bohemiæ

Collectores Actorum Publicorum Lingua Germanica.

hemiæ & Hungariæ ad annum vsque 1625. XII. Tom. compilauit, ediditque ab a. 1621. ad 1625. in 4. Inde latino sermone *Acta publica* congesfit *inter inuictis-simos & gloriosissimos Imperatores Matthiam felicis-simæ recordationis & Ferdinandum II. Rom. Impp. atque Fridericum eius nominis V. Sac. Rom. Imperii Elect. aliosque eius Imp. Ordines, Francofurti ad Mœnum 1622. litteris Ioa. Frid. Weisii, 4.* Hæc cum magno adplausu acciperentur, ansam hoc dedit LON-DORPIO, vt maiori forma atque apparatu hæc ACTA PVBLICA, *vernaculo* sermone euulgaret *Francofurti ad Mœnum 1627. f. apud Ioa. Theobaldum Schœnwet-terum.* Hic Tomus Acta, Bellum Tricennale potis-simum concernentia ab initio Seculi XVII. ad annum 1617. vsque complectitur. Secutus fuit *Alter Tomus* ab anno 1617. ad a. 1629. *Francofurti 1629. f.* Inde Eiusdem LONDORPII prodierunt *Actorum Publico-rum Tomi IV. ad a. 1641. vsque, Francofurti 1641. fol. apud Ioan. Gottfriedum Schœnwetterum,* quibus Acta quædam meliori ordine fuerunt congesta, plura tamen ex priori editione omissa. *Noua* eademque or-dinatior atque in quibusdam locupletior prodiit editio sub Titulo: MICHAELIS CASPARI LONDORPII *Opera, seu Actorum Publicorum augmentatorum cum eorundem Continuatione Tomi Octo, ab anno 1608. vsque ad annum 1664. Francofurti 1668. f. VIII. To-mis.* In hac autem editione non solum omnia, quæ in prioribus continebantur, sed etiam multa alia argumen-ta, Nouos etiam quatuor Actorum Publicorum Tomos, ab aliis congestos videmus. Successit *Tomus nonus, Francofurti 1686. f. Tomus decimus, Francofurti 1687. f. Tomus vndecimus Francofurti 1699. f.* Sub-secutus *Tomus duodecimus, Francofurti 1699. f.* qui ad annum 1686. vsque producitur. Promiserat equi-dem in præfatione Tomi duodecimi Bibliopola, quin-tum, sextum, & Acta ad finem seculi vsque, sed non nisi *Tomus decimus tertius* prodiit *Francofurti 1708. f.* Inde vero cura potissimum CHRISTOPHORI LEONAR-DI LEVCHTII prodiere *Tomus Decimus Quartus*

1714.

1714. f. Tomus Decimus Quintus, Francofurti 1717. f. cum Præfatione B. BVRCARDI GOTTHELFII STRVVII. *Tomus Decimus Sextus Francof. 1718. f. Tomus Decimus Septimus Frf 1719. f. Tomus Decimus Octauus Frf. 1721. f.* Tres vltimi Tomi, procurante celeberrimo Viro I. IOACHIMO MVLLERO lucem adſpexere, qui ampliſſimas accuratiſſimasque & ſummam Actorum exhibentes Præfationes præmiſit. Hi XVIII. Tomi Acta Imperii ad an. 1691. vsque exhibent, totusque in eo quondam fuit IO. FELIX BIELCKIVS vt ampliſſimam hanc Actorum Publicorum Collectionem ad finem vsque Seculi XVII. perducat coniungatque deinde cum Thuceliana Collectione quæ Acta Seculi XVIII. complectitur, quæ tamen ſpes variis de cauſſis ſubuerſa. In priores duodecim Tomos *Index generalis* prodiit *Francofurti 1702. f.* Farraginem ſane Actorum Publicorum in hoc Opere ſumtuoſo collectam videmus, illa autem quæ Londorpius congeſſit, ſelectiora ſunt, non æque ſubſequentia, niſi quod Tomus decimus tertius ac recentiores etiam Tomi varia comprehendant ſingularia. Sæpe autem Scripta connexa in diuerſis Tomis ſunt quærenda. Poſt hæc MARTINVS MEYERVS edidit Londorpium *Suppletum & Continuatum*, cuius *Tomus primus* prodiit *Francofurti 1665. f. Tomus II. 1666. f. Tomus Tertius & Quartus 1667. f.* quibus diuerſa Acta publica a Londorpio omiſſa, videmus inſerta, eademque ſingularia. Opus fuit perquam rarum. Recuſum iam *Tubingæ 1739. 41. f.* IV. Tomis. *Varia* quoque *Acta Publica* inſerta videmus THEATRO EVROPAEO, quod ab anno 1618. incipit atque per varios collectum, nunc XXI. Tomis in f. conſtat, & ad a. 1718. vsque perductum. Præſtat quod ad Acta DIARIVM EVROPAEVM. Anſam ſine dubio operi dedit IOA. AVGVSTINVS PASTORIVS. Hic enim *Acta Publica* ab anno 1658. ad 1659. cœpit colligere, ſub Titulo: *Europæiſcher Neuer Teutſcher Florus*, cuius Primus Tomus *Francofurti 1659. 12.* prodiit, quem ſecutæ fuerunt quatuor continuationes & quidem quarta prodiit

diit *Francof. 1661. 12.* Inde ſecuta Eiusdem *Continuatio Actorum Publicorum vom Auguſto 1658. bis 1669. Regenſpurg und Francofurt 1659. 4.* Hanc ſtatim excepit PHILEMERI IRENICI ELISII *Diarium Europæum 1659. 4.* Collectorem eſſe MARTINVM MEYERVM *Haynenſem* Sileſium, docet nos Placcius pag. 501. Primum hoc Specimen ſtatim inſecutum eſt *Continuatio I. 1659. 4.* & hanc plures aliæ, vel ſemeſtri vel annuo ſpatio promulgatæ. Noua huius Diarii Periodus cœpit cum Tomo 30. atque ita per XLV. Tomos continuatum fuit vsque ad annum 1681. Bina hoc *Diarium* comprehendit. *Hiſtoriam* ſingulorum annorum & quæ partem alteram faciunt cuiuslibet Tomi vel Appendicem, *Acta publica.* Quantum ad Hiſtoriam attinet, negandum non eſt, talem eandem non eſſe, vt multam laudem promereatur, plerumque enim ex nouellis relationibus ſaltim eſt collecta. Quantum vero ad Acta publica attinet, hæc ſane multam lucem præferunt Iuri publico. Inſerta enim videmus diuerſa Scripta, quæ controuerſias Statuum non Germaniæ ſolum, ſed vniuerſæ Europæ concernunt, negotia belli pacisque, varia pacis Inſtrumenta, Receſſus, Acta Comitialia, Deductiones, & ſcripta quædam politica, quæ Rerumpublicarum Europæ controuerſias illuſtrant. In prioribus quidem Tomis deſideratur fides & diligentia, immo, quod multa ſæpe in partium præiudicium addita, meliores tamen ſunt ob præſtantiam Actorum publicorum recentiores. Inter omnes rariſſimus eſt Tomus viceſimus nouus. Seriem & commemorationem ſingulorum libellorum & Actorum Tomis ſingulis additorum, vide in B. HOFFMANNI *Bibliotheca Iuris Publici p. 63.* Prodiit poſt hæc *Collectio Actorum Imperii publicorum inſigniores, rariores & Iuris Germanici Publici cultori neceſſarias controuerſias, pacificationes & conſtitutiones, aliaque huius generis vtilia ob oculos ponens, magno ſtudio & labore inſtituta ab* ADOLPHO FREIMVNDO, *Ratisbonæ 1705. 8.* Auream Bullam continet, Pacem religionis, Weſtphalicam, Nouiomagenſem, vna cum Actis quibusdam Comitiorum

&

& Excerptis ex Scriptoribus. Edita primum sub indice, qui compilationi huic omnino conuenit: *Rabsodiæ* nempe *Iuris Publici*, *Ratisbonæ 1689. 8.* nam est indigesta sylloge. Facit huc etiam AHASVERVS FRITSCHIVS in *Manuali Iuris Publici Romano-Germanici* quod *Ienæ 1690. 8.* prodiit. In hoc congessit Auream Bullam, Instrumentum Pacis Westphalicæ, Capitulationem Leopoldinam, Constitutiones Pacis Religiosæ, Instrumentum Pacis Nouiomagensis & tabulas Induciarum Vicennalium, cum appendice PHILIPPI ANDREAE OLDENBVRGERI.

§. VIII. Inter recentiores fuerunt etiam aliqui, qui Acta publica, quæ vel in Comitiis & Imperio, vel inter Status Europæ aguntur, collegerunt. Inter hæc primo loco memoranda Collectio, quæ sub Titulo: *Monathlicher Staats-Spiegel* prodiit *Augustæ Vindelicorum, ab anno 1698. ad a. 1709. 8. XI. Voluminibus.* Cœpit cum mense Maio 1698. atque continuabatur singulis mensibus per annum 1699. 1700. 1701. 1702. 1703. Intermissum quidem ex parte fuit institutum, dum Bauari Augustam Vindelicorum occupàrent, restitutum tamen liberata Augusta, per octo menses Anni 1708. continuatum indeque additus Annus 1709. Multa sane selecta atque egregia Acta publica his mensibus continentur, quibus intermixta Historia rerum in Europa potiorum, relationes proeliorum, diaria obsidionum & similia, vt ideo ob selectum suum potissimum sit æstimandum. Huius quidem erat Continuatio *der Neu-Eröffnete Staats-Spiegel*, *Hagæ*, siue potius vti omnes sciunt *Lipsiæ*, ab anno 1710. 1716. *8. Voluminibus*, quod quidem Speculum potissimum est Historicum, nec pari semper cura scriptum, quædam tamen Acta Publica refert. His coniungimus, quæ tamen prius cœpit ANTONII FABRI, (sub quo nomine latent CHRISTOPHORVS LEONHARDVS LEVCHTIVS Consiliarius Noribergensis aliique, post curam editionis gessit B. IOANNES CONRADVS KOENIGIVS Antecessor Marpurgensis,) amplissima Collectio, inscripta: *Europæische Staats-Canzelley*, cuius primus

Collectores recentiores Actorum Publicorum. Fabri Cancellaria Status.

primus Tomus prodiit *Francof.* siue potius *Noribergæ 1697. 8.* qua multa, quæ ad statum Comitiorum, abusus opificiorum, commercia, monetas, militaria, Curialia Germanorum, statum Poloniæ & alia spectant, continentur. Iam ad *Centesimum Octauum Tomum 1755. 8.* producta vtilissima sylloge, in cuius quibusdam partibus maiorem curam emendationis sphalmatorum typographicorum merito desideramus. *Indices* in amplum hoc opus *Quatuor* adhuc sunt editi, nempe: *Haupt-Register vom I. bis XII. Theile, Nürnberg 1729. 8. Zweyter Theil, von XIII. bis XXIV. Theil; Dritter Theil vom XXV. bis XXXVI. Vierdter Theil, vom XXXVII. bis XLVIII. Theil.* Idem diligentissimus Vir quem laudauimus LEVCHTIVS Nouam *Actorum Collectionem* adsumto CASSANDRI THVCELII nomine, cœpit, quæ cum Actis *Londorpianis* ad finem Sæculi XVII. perductis (quod destinauerat optimus Vir, postea vero promisit, sed efficere non potuit, vt supra monuimus, BIELCKIVS) posset iungi, cuius Tomus Primus hoc elogio prodiit: *Des Heiligen Römischen Reichs Staats-Acta Publica, welche nicht allein bey annoch wæhrendem Reichs-Tage, durch eingereichte Staats-Schrifften, und nach dem Reichs-Stylo verfertigten Memorialien, samt denen darauf erfolgten Reichs-Gutachten, und der Römischen Kayserlichen Maiestät Approbations- und Commissions-Decretis, sondern auch was in Ecclesiasticis und andern Staats-Kriegs-Iustiz-Policey-Commercien-Münz-und Post-Wesens halber in diesem neu angetretenen Seculo de Anno 1701. und sodann von Iahren zu Iahren passirt, und in das Ræmische Reich ausgefertiget worden; Insonderheit was vor Acta so wohl in denen Chur-Pfælzischen Landen, wegen vorgenommener Verænderung in dem Religions-Wesen, als auch bey der Stadt Worms mit der Bischœfflichen Regierung daselbst fürfallenden Processions und Iurisdictions-Differentien, ferner in der Spanischen Successions-Sache des Erz-Hauses Oesterreich contra Franckreich, ingleichen in der neunten Chur-*

Chur-Sache, mit dem Hochfürstlichen Hause Hannouer, dann, was ratione des Churfürsten zu Brandenburg, der Crönung halber als König in Preussen, wie auch verschiedener Reichs-Creyse Associationund Allianzen, und was im übrigen in denen Bayrischen, Schwæbischen und Ober-Rheinischen Creyß-Conuenten, auch sonsten an curiösen Materien expedirt und abgehandelt worden, Francofurti 1715. f. Tomus Secundus Ibidem 1716. f. Tomus Tertius Ibid. 1717. f. Tomus Quartus Ibidem 17 9. f. Tomus Quintus Ibid. 1722. f. cura & cum Præfatione accuratissima IOAN. IOACHIMI MVLLERI Viri de historia Imperii & Iure Publico summe meriti. Quilibet statim videbit, vsum egregium habere hanc Collectionem, quibus ipsa Acta publica, quæ ad recentiora negotia Europæ faciunt, continentur. Dolendum tamen imperfectum adhuc opus esse, omissa enim diuersa Scripta, quæ se inuicem referunt; vt ideo Iura sæpe vtriusque partis non satis possint diiudicari. Insigniter autem inter recentiores Actorum Collectiones commendanda: *Electa Iuris Publici, oder die vornehmsten Staats-Affaires von Europa, besonders aber von Teutschland in einem Auszug vorgestellet, Tomus I. Ienæ 1709 8.* quorum *XX. Tomi 1724.* & *Supplementa,* V. Partibus complexa, *1725. 8.* prostant, Indicemque hosce in Tomos Rerum accuratum magno desiderio expectamus. Recentissima Acta publica potissimum Comitialia continent, eademque sæpe singularia, nullo tamen seruato ordine, vbi vero Deductiones & Scripta maiora obueniunt excerpta saltim tradunt. Singulis scriptis etiam breuis Historia præmittitur, ad illustrandam, de qua agitur, controuersiam, nexumque ex superioribus Tomis demonstrandum, perutilis. Cœptum opus ab illustri Viro GEORGIO MELCHIORE LVDOLFO & continuatum a celeberrimo IOAN. IOACHIMO MVLLERO, quædam tamen quandoque inseruntur, quæ tecto nomine submissa. Successerunt *Eiusdem* IOANNIS IOACHIMI MÜLLERI *Iuristisch Historische Electa worinnen zuvörderst die*

Staats-Geschæffte bey dem noch fortwæhrenden Reichs-Tage, und denn auch Piecen aus alten und neuen Zeiten, wodurch sowohl das Staats- und Privat-Recht als auch die Geist- und weltliche Historie zu illustriren, vorgetragen, Pars Prima, *Ienæ 1726. Secunda ibid. 1727. 8. Tertia ibid. 1728. 8. Quarta, ibid. 1730. 8.* Facit huc etiam ex parte EIVSD. MÜLLERI *Entdecktes Staats-Cabinet, darinnen sowohl das Ius Publicum, Feudale und Ecclesiasticum, nebst dem Ceremoniel- und Curialien-Wesen, als auch die Kirchen- und Politische Historie, samt der Genealogie und Literatur, durch extraordinaire Nachrichten, und mit beygefügten Diplomatibus, erlæutert wird*, cuius operis *Erste Eröffnung* prodiit *Ienæ 1714.* & ad *Octauam* vsque continuatum fuit quæ edita *ibid. 1717. 8.* B. Auctoris filius Dn. IOANNES VOLCKMAR MÜLLER dedit: *Fortsezung des entdeckten Staats Cabinets, Erste Sammlung, Coburg 1738. 8.* Seruat quoque quædam huc pertinentia B. BVRCARDI GOTTHELFFII STRVVII *neueröfnetes Historisch- und Politisches Archiv, worinnen verschiedene zu denen Kirchen- Staats- Lehn- und übrigen Rechten, auch überhaupt zur Gelehrsamkeit dienliche bißher noch ungedruckte Schrifften enthalten, und mit nöthiger Einleitung und Anmerckungen erlæutert werden, Iena, Erster Theil 1718. Anderer Theil 1719. Dritter Theil 1719. Vierdter Theil 1722. Fünffter Theil 1728. 8.* nec non CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI *nützliche Samml. verschiedener meistens ungedruckter Schrifften, Berichte, Urkunden, Briefe, Bedencken, welche zu Erlæuterung der Natur- und Völcker- besonders Teutschen Staats- und Lehn- Rechten auch Kirchen- Politischen und gelehrten Historien dienen können, Franckfurt und Leipzig 1735. 8.* Has Collectiones subsecuta ill. IOANNIS IACOBI MOSERI, vtilissima sylloge inscripta, *Reichs Fama, welche das merckwürdigste von demienigen, so sich ganz kürtzlich auf dem Reichs-Conuent, an den Kæyserlichen und andern*

Hæfen

Hœfen, auch mit denen übrigen Ständen des Heil. Reichs zugetragen, und besonders das, so in das Ius Publicum Germaniæ tam vniuersale quam singulare Statuum einschlæget, nebst andern curieusen und nicht sonderlich bekanten hieher taugenden Materien, nicht nur aufrichtig mittheilet, sondern auch theils mit genugsamen Historischen Erlæuterungen, theils mit Iuridischen Reflexionen begleitet, Frf. 1727. 8. Pars *Prima*, quam subsecutæ plures vsque ad *Partem XXIII. Francofurti 1738. 8.* cum qua finita fructuosa hac compilatio. Nouam quidem cœpit laboriosissimus MOSERVS, sub titulo: *Auserlesene neueste Staats-Acta von Teutschland mit Erlæuterungen und Anmerckungen*, quorum *Pars II.* paucarum plagularum edita *Berolini 1736. 8.* & *Beytrag zu dem neuesten Staats-Recht und Staats-Historie Teutschlands 1746. 8.* post eas in herba periit, quod dolendum, vtile institutum. Non tamen quieuit Vir ad publica Germaniæ commoda promouenda natus MOSERVS senior, sed nouam eamdemque amplam vtilissimamque Syllogen curat, inscriptam: *Teutsches Staats-Archiv.* Cœpit Opus cum anno 1751. singulisque Annis, computato anno 51. *XII. Partes* editæ, & pro diuersitate ligaturæ modo plures modo pauciores Tomos sistunt vsque ad annum *1755. 4.* cuius continuatio optanda. Par Patri pietate, eruditione & ardore publicis vtilitatibus inseruiendi nominisque celebritate Filius illustris FRIDERICVS CAROLVS MOSERVS vtilissimam parauit Collectionem inscriptam: *Sammlung der neuesten und wichtigsten Deductionen in Teutschen Staats und Rechts-Sachen* cuius *Tomus Primus Franckfurt und Leipzig 1752. 4.* lucem vidit, *Octauus, ibid. 1754. 4.* prodiit. Bonis & cordatis Viris gratissimæ sunt meritissimi Viri MOSERI iunioris *Circularium* Imperii *Recessuum* conquisitiones. Promiscua ex omnibus quot impetrare potuit Circulorum Recessibus est: *Sammlung des Heil. Rœmischen Reichs sæmtlicher Crays-Abschiede und andere Schlüsse nebst vielen dazu gehœrigen Beylagen, Leipzig & Ebersdorf*

Tomus I. 1747. Tom. II. eod. an. & Tomus III. *ibid.* 1748. 4. fuccefferunt: *des Hochl. Ober-Sæchſiſchen Crayſes Abſchiede, Ienæ* 1752. 4. & *des Hochlæbl. Franckiſchen Crayſes-Abſchiede und Schlüſſe von An.* 1600. *bis* 1748. *Nürnberg* 1752. 4. Plura quæ parata habet & bibliopolarum infcitia & aliorum inuidia impediuit. Rem quoque publicis commodis proficuam adgreffus B. IOANNES CONRADVS KOENIGIVS ICtus Marpurgenfis, & Halenfis, qui nouam Collectionem adornare cœpit, fub hoc indice: *Selecta Iuris Publici nouiſſima, worinnen das merckwürdigſte, was ſich an groſſer Herren Hæffen, ingleichen bey allgemeinen Reichs-und Creyſſ Verſammlungen, oder ſonſt im H. Ræm. Reich vor kurzem zugetragen, und ſowohl in die Staats-und Reichs-Angelegenheiten, als in die Kirchen-Policey-und Iurisdictional-Lehn-Militar-Commercien-und Cameral-Sachen einſchlæget Erſter Theil Franckfurt und Leipzig* 1740. 8. *Zweyter* 1741. *Dritter* 1741. *Vierdter* 1742. 8. parti *tertiæ & quartæ* celeberrimus editor præfixit nomen ANTONII FABRI, Continuatio huius Sylloges, vsque ad *Zwey und Dreyſſigſten Theil*, iisd. locis 1755. 8. atque *Quatuor Indices* additi. *Primus* in *ſex* priores partes; *Marburgi* 1744. 8. *Secundus* ad feptimum vsque duodecimum, *Vlmæ* 1747. 8. *Tertius* vsque ad vigefimum quartum, *Vlmæ* 1752. 8, & *Quartus* vsque ad *Trigeſimum*, *Vlmæ* 1755. 8. Magna porro pars Actorum libellorumque quos Deductiones appellant vtiliter collecta exhibentur in *Sammlung einiger Staats-Schriften, welche nach Ableben Kayſer Carl des VI. zum Vorſchein gekommen, und die gegenwärtige wichtige Staats-Angelegenheiten von Teutſchland betreffen, Franckfurt* licet locus non indicatus *Eſter Band vom erſten bis zum zwölfften Stück* 1741. 8. *Zweyter Band vom XIII. bis zum XXIV. Stück, ibid.* 1742. 8. & fic hæc fylloge vsque ad *XLVIII. Stück* 1743. fuit continuata, efficitque IV. Voll. Secuta Acta, *unter Kayſer Carl dem VII. ibid.* ab a. 1744. vsque 47. 8. 3. *Voll.* Porro Acta *nach*

Ableben

Ableben K. Carl des VII. ab a. *1745.* ad 47. *3. Voll.* Demum: Acta imperante Francisco I A. ab a. 1749. vsque 53. *7. Voll.* Alius huius Actorum & scriptorum publicorum Collector dedit: *Neueste Reichs-Handlungen und Staats-Geschichte auf erfolgtes Ableben Kayser Carl des Siebenden, Franckf am Mayn Erster Band 1745. 8.* & *unter Regierung K. Francisci I. ibid. andern Bandes Ersten Theil 1746. 8.* Successit: *Collectio noua continuata Actorum publicorum* a. 1751. *wie solche unter dem Titul des Teutschen Reichs neuester Staats-Spiegel zum Vorschein gekommen, Erster Theil,* ad a. 1751. *Onolzbach, 8. Erster Theil* an. 1752. *Zweyter Theil aufs Iahr 1752. ibid. 8. Erster Theil aufs Iahr 1753. ibid.* & forte plures. Ab hac diuersa alia Compilatio, sub Titulo: *Collectio Noua Actorum Publicorum der im Iahr 1750. zum Vorschein gekommenen Deductionen, Erster Theil, 1751. 8. Zweyter Theil ibid. 1751. 8.* Laudabilis quoque & commendanda, a nouo personato CASSANDRO THVCELIO edita sub indice: *Vollstændige Sammlung derer Actorum Comitialium publicorum unter Regierung Kayser Caroli VII.* ab anno 1742. ad 1745. inclusiue VIII. Tomi *Erlang, Franckf.* & *Regenspurg 8.* Præmissa est ill. ANDREAE ELIAE ROSSMANNI Præfatio de *Historia Imperii Diplomatica.* Ad subleuandam memoriam in pernoscendis negotiis quæ in his Actorum Publicorum Collectionibus continentur vtiliter inseruire poterit Dn. IO. IACOBI MOSERI *Einleitung zu denen neuesten Teutschen Staats-Angelegenheiten, Hanau 1750. 8.* & EIVSDEM *Einleitung in die Staats-Historie Teutschlandes unter der Regierung Kayser Franzens, Fft. am Mayn 1755. 8.*

§. IX. Neque tamen reticendi sunt etiam illi Scriptores qui ACTA PVBLICA *diuersorum Europæ Regnorum* collegerunt. Ad publicum *Angliæ* Statum facit egregium Opus THOMAE RYMERI, quod comprehendit: *Fœdera, Conuentiones, Literas cuiuscun-* (Scriptores qui Acta Publica Anglicani Regni collegerunt.)

 que

que generis Acta Publica inter Reges Angliæ & alios quosuis Imperatores, Reges, Pontifices, Principes, vel Communitates ab ineunte Seculo duodecimo, videlicet ab anno 1101. ad nostra vsque tempora habita, aut tractata; ex authographis infra secretiores Archiuorum regiorum thesaurarias per multa secula reconditis, fideliter expressa. Excitatus Leibnitiano *Codicis Iuris Gentium Diplomatici* labore RYMERVS opus iam plures ante annos adgressus fuit, cum eiusdem iam Leibnitius in præfatione Mantissæ suæ facit mentionem. Reginæ iussu sumtibusque augustum hoc opus prodiit, ad quod regiorum archiuorum patuerunt thesauri quoque magnam regalis Tabularii partem, exemplo quidem inaudito laudabili tamen admodum, edidit. *Tomus Primus* prodiit *Londini 1704. f.* in quo ab Henrico I. & Seculo XII. facit initium, finitque in anno primo Eduardi I. 1272. Huic reliquisque singulis Index lemmatum chronologicus fuit præmissus, nominum propriorum vero subiunctus. *Tomus Secundus, Londini 1705. f.* Acta sub Eduardo I. ab anno 1272. ad ann 1307. continet. *Tomus Tertius, Londini 1706. f. & Quartus, Londini 1707. f.* Acta Eduardi II complectuntur. *Tomus Quintus & Sextus, Londini 1708. f.* res sub Eduardo III. gestas ab anno 1340 ad a. 1366. *Tomus Septimus & Octauus. Londini 1709. f.* ad finem vitæ Eduardi III. regimen Richardi II. & initium Henrici V. facit. *Tomus nonus, Londini 1709. f.* continet acta ad Historiam Henrici V. ab anno 1416. ad a. 1420. pertinentia. *Tomus decimus, Londini 1710 f.* spatium viginti & vnius anni ab 1420. ad 1441. vsque complectitur. Insecutus demum est *Tomus vndecimus* itidem *Londini 1710. f. Tomus duodecimus, Londini 1711. f. Tomus decimus tertius & quartus Ibidem 1712. f. Tomus decimus quintus 1713. f. Tomus decimus sextus 1715. f. Tomus decimus septimus 1718. f.* quos binos posteriores Tomos post mortem Collectoris procurauit ROBERTVS SANDERSON habentque Tabulas ad annum 1625. vsque. Accessit *Tomo vltimo* INDEX

DEX Nominum & locorum in omne illud opus. Collectio est magni laboris, magnæ sane vtilitatis, multa tamen inserta fuerunt proletaria. Prima Editio rarissima erat, cum ob paucitatem exemplorum, typis impressorum, tum quia sumptibus Reginæ fuerat excusa, quæ cui volebat illam dono dedit. Procurata autem fuit noua Editio, studio GEORGII HOLMES, qui plurima menda, quibus prior scatebat, sustulit, prodiit *Londini 1727. f.* Sed quum & hæc extra Angliam & rarior esset & care venderetur *Tertia* procurata fuit apud *Batauos, Hagæ* nempe *Comitis* apud *Ioannem Neaulme*, minutiori quidem typo, sed nitidissimo, *X. Tomis.* Tomi *Primi* Pars I. & II. edita *ib. 1739. f mai.* Tomi *Secundi* P. I. & II. *1739.* Tomi *Tertii* P. I. & II. *1740.* Tomi *Quarti* P. I. & II. *1740.* Tomi *Quinti* P. I. & II. *1741.* *Tomi Decimi* & *Vltimi P. I.* & *II 1755.* Breuis epitome splendidissimi Operis addita N. TINDAL *Remarques historiques & critiques sur l'Histoire d'Angleterre de Rapin Thoyras*, huic enim accessit: *Abregé historique du Recueil des Actes publiques d'Angleterre de* THOMAS RYMER *par Mr.* RAPIN THOYRAS *avec les Notes d'* ETIENNE WHATLEY, *à la Haye 1735. 4.* His Actis *Anglicanis* iungi potest: *Selectus Diplomatum & Numismatum Scotiæ Thesaurus in duas Partes distributus*, iussu Parliamenti *Scotici* collectore IACOBO ANDERSON, cum Supplemento & Præfatione RVDDIMANNI. Splendidissima est Collectio Diplomatum cum Sigillis. Incipit cum Rege *Duncano* II. ad *Iacobum* I. inde a *Iacobo* I. ad an. 1707. quo coniunctio cum Anglia facta. Numi Regum ab Alexandro I. vsque ad coniunctionem Regnorum; Specimina scripturarum, Diplomatum nitidissima æri incisa sunt.

§. X. *Acta* publica GALLICANI Regni sub variis titulis fuerunt collecta. Qua de caussa euoluenda IACQVES le LONG *Bibliotheque historique de France, Livre III. Chapitre V.* Art. X. vbi recensentur magno numero: *Traitez de Paix, de Treve, de Neutralité, de Conféderation, d'Alliance & de Commerce;* Article XI. *Recueils des Actes publics & des Chartres;* Collectores Actorum Publicorum. Regni Gallicani.

Chartres; & Article XII. *Lettres historiques, Memoires d'Etat, Depeches, Ambassades, Negociations, Conferences, & autres Recueils des Pieces servant à l'Histoire de France.* Ex chartulariis variis Regni Franciæ occidentalis tot insignia Volumina profluxerunt *Analectorum, Spicilegiorum, Miscellaneorum veteris æui; Thesauri Anecdotorum*, quæ ediderunt IOANNES MABILLONIVS, LVCAS DACHERIVS, STEPHANVS BALVZIVS, MARTENE & DVRANDVS aliique quos in *Bibliotheca Historica* recensuimus. Vnicum saltim addimus ex KNESEBECKII Discursu *de studio Iuris Publici vniuersali* Lit. B. dum ait: *Antonius Schonhouius misit aliquando ad Cornelium Gualterum magnum volumen Legum Francicarum Caroli Magni, quod insigne vetustatis monumentum vocat in Dissertatione de Origine Francorum, quæ extat in veteris æui Analectis, s. veteribus antiquis monumentis ab Antonio Matthæo collectis & editis a. 1698. Lugduni Batauorum. Quid postea Collectioni huic factum sit, nescio. Multa etiam Caroli M Diplomata rara & nunquam publicata hodie latitant in monasterio Casinensi, quæ tamen propter singulares causas a monachis, tanquam aurum a Gryphis custodiuntur ac premuntur.* Præcipue autem hic memorandus erit IOANNES TILIVS vulgo TILLET. Huius enim Tomo secundo Collectionis de Regibus Galliæ, seu *Recueil des Royes de France*, quæ *Parisiis 1586 f.* prodiit, accesserunt diuersæ Pacificationes, induciæ, & fœdera inter Reges Galliæ atque Angliæ inita. Ministerio quoque Cardinalis Mazarini subnexa est farrago Pactorum, Transactionum & Confœderationum inter Galliam & Principes exteros ictarum. Sic etiam DIONYSIVS GOTHOFREDVS nouæ suæ editioni Historiæ Philippi Cominæi, quæ *Hagæ Comitum* prodiit *1682. 8.* adiecit *diuers Traittés, Contracts, Testamens & autres Actes & obseruations, servans de preves & illustrations aux Memoires de Philippe de Comines.* Acta sunt Publica, quæ Historiam Galliæ sub Ludouici XI. potissimum

mum & Caroli VII. temporibus concernunt, a medio Seculi decimi quinti vsque ad eiusdem finem. Inde prodiit: *Recueil des Traités de Paix, Trêves & Neutralitè entre les Couronnes d' Espagne & de France, à Anvers 1645. 12.* Successit: *Recueil des Traités de Conféderation & d' Alliance entre la Couronne de France, & les Etats & Princes Etrangers, depuis l' an. 1621 jusques à present, avec quelques autres pieces apartenantes à l' Histoire, à Amsterdam 1671. 12.* Demum FRIDERICVS LEONARDVS, Typographus Regius, edidit *Recueil des Traittés de Paix, de Trêve, de Neutralité, de Confederation, d' Alliance, & de Commerce, faits par les Rois de France, avec tous les Princes & Potentats de l' Europe & autres, depuis pres de trois siecles, en six Tomes, assemblé, mis en ordre & imprimé par* FREDERIC LEONARD, *premier Imprimeur du Roy, & de Monseigneur le Dauphin, à Paris 1693. 4.* maiori, VI Tomis. Incipit a famoso illo Tractatu Atrebatensi anno 1435. inter Carolum VII. Gallorum Regem & Philippum Bonum Burgundiæ Ducem, concluso, qui fere fundamentum præbet omnium Tractatuum subsequentium & ordine chronologico, licet non vbique rite obseruato, progreditur ad alios etiam cum Principibus Germaniæ conclusos. Accesserunt AMELOT de la HOVSSAYE *Obseruationes Historicæ & Politicæ* atque Decreta Reunionum Cameræ Metensis & Vesontinæ.

Collectores Actorum publicorum Belgii Fœderati.

§. XI. Inter alios, qui *Acta Publica* BELGII collegerunt, alii ad *Fœderatum* faciunt, alii ad *Hispanicum.* Inter illos primo loco nominandus erit LEO ab AIZEMA Ciuitatum Hanseaticarum Residens, Hagæ Comitum; qui muneris, quod gerebat, ratione, quidquid erat actorum publicorum, colligere necessum habebat, vt ea Dominis suis mitteret. Primum est quod edidit: *Verhael van de Nederlantsche Vreede Handeling, in s' Gravenhage 1650. 4.* sine auctoris nomine eodemque præmisso latine, sub indice: *Historia Pacis, a Fœderatis Belgis ab anno 1621. ad hoc vsque tempus tractatæ, Lugduni Batauorum 1654. 4. Latina*

Editio plenior est *belgica*, in qua ea omnia quæ 1 *p. 711.* vsque ad *872.* leguntur, non reperiuntur. Continentur hac collectione varia publica Belgarum Acta, quæ finitis induciis cum Hispanis, ratione pacis vsque ad Pacem Westphalicam condita, fœdera cum Anglis, Danis aliisque conclusa. Imo ipsa rerum Historia memoratur, quæ inter hæc Acta connexionem monstrat. Inde prodiit eiusdem scriptum, hoc titulo: *t' Herstelde Leeuw of Discours over't gepasseerde in de vereenighde Nederlanden in't Iaer 1650. ende 1651. door L. van A in s' Graven-Hage 1652. 4. Lugduni Batauorum 1654. 4.* quo Historiam rerum anno 1650. & 1651. in Belgio fœderato gestarum, exponit. Hunc insecutum est vastum opus, quod indicem præfert: *Historie of verhael von Saken von Staet en Orlogh, in ende omtrent de Vereenigde-Nederlanden &c. door den Heer* LIEVWE *van* AIZEMA. Hoc Opus primum titulo: *vermeerdert Verhael van de Vreede-Handeling de vereenighte Nederlanden Lugduni Batauorum, Quatuordecim* Tomis in *Quarto* prodiit qui ab anno 1657. ad 1671. fuerunt editi, & comprehendunt Tractatus Pacis, instructiones legatorum, horum Scripta publice exhibita, responsa Regum & Rerum publicarum & quænis alia Acta Publica partim Belgico, partim etiam alio sermone. *Primus Tomus* incipit a fine Induciarum & anno 1621. definit cum anno 1625. *vltimus* comprehendit Historiam anni 1668 & 1669. *Altera Editio* sub Titulo: *Saken von Staet en Orlogh in ende omtrent de vereenigde Nederlanden Septem* voluminibus in Folio prodiit. Priores *quatuor* Tomi prodierunt *in s' Gravenhaghe* anno 1669. & quidem *Primus* Acta continet ab a. 1621. ad 1632. *Secundus*, ad a. 1644. vsque, *Tertius* ad annum 1651. *Quartus*, ad annum 1663. *Quintus* qui editus 1670. ad annum 1666. *Sextus*, qui prodiit 1672. ad annum 1669. *Septimus* demum continet tabulam generalem omnium eorum, quæ in sex prioribus Tomis continebantur, Historiam Pacis antedictam & Leonem Restitutum *Herstelde Leeuw.* Iniquum quidem censorem agit Wicque-

fortius

fortius de l' Ambassadeur Tomo I. p. 172. qui præter Acta, quæ his Tomis continentur, reliqua, quæ Aizema connexionis gratia de suo addiderat, reprehendit, & stylum eiusdem tanquam barbarum taxat. Vtilissimum nihilominus est Opus, atque ob hæc ipsa Acta, quæ potissimam omnino partem faciunt, adprime commendandum. Continuationem Operis dedit L. SYLVIVS hoc elogio, *Historien onses Tyds, behelzende Saken von Staet en Oorlogh*, cuius *Primus Tomus* prodiit *Amstelodami 1685. f.* atque complectitur res gestas ab anno 1668. ad 1679. huiusque Tomi *f. Altera Pars*, quæ anno 1688. edita est, Historias ab anno 1678. vsque ad 1687. refert. Hisce Historia potiorem partem facit, inseruntur tamen Acta Publica, quæ ad eandem illustrandam conducunt. Prodiere post ea *Tweede Vervolg van Saken van Staet, Amstelodami 1698. f.* quæ res ab an. 1687. ad an. 1692. habet, indeque *Derde Vervolg* ab ann. 1692. ad Annum 1697. Acta complectens, *Amstelodami 1699. f.* Pleniorem de AIZEMA notitiam præbet BAYLE *Dictionario* & RECVEIL *des Traités de Paix* in præmissa Dissertatione de Scriptoribus.

§. XII. Præter Leonem ab Aizema diuersa Acta Publica Historiæ Belli Belgici collegit PIETER KRISTIANZ BOR. Hic enim edidit *Oorspronck, Begin, ende Vervolg der Nederlandse Oorloghen van 1555. tot 1619. VIII. Tomi 5. Voll. cum fig. Leiden & Amsterdam 1621. f. 1640. f.* Sic etiam EMANVEL a MEIEREN siue METERANVS Historiæ suæ Belli Belgici, quæ primum Belgice prodiit, post in Germanicum & Gallicum sermonem fuit translata atque sæpius edita, diuersa Acta inseruit. Alia Acta Publica Belgii sub hoc titulo generali fuerunt consarcinata: *Recueil van de Tractaten gemaeckt ende gesloßen twischen de Hoog Mog. Herren Staten Generael der vereenigde Nederlanden ter eenre ende verscheyde Konigen, Princen, ende Potentaten, ter andere Syte. In s' Gravenhage.* Vltimo demum huc faciunt; *Decreta Statuum Hollandiæ Frisiæque occidentalis notatu digniora*

Collectores Actorum Publicorum Belgii Fœderati alii.

gniora a die II. Augusti CIↃ IↃC. LIII. *cum Ioannes de Witt Status Pensionarii spartam ornare cœperit, vsque ad diem XIX. Decembris* CIↃ IↃC LXVIII. *Traiecti ad Rhenum 1717. 4. Belgico idiomate* edita, quibus sane multa, eademque insigniora Acta, quæ ad Statum Belgii publicum faciunt, continentur.

Collectores Actorum publicorum Belgii Hispanici.

§. XIII. Nec desunt, qui Acta publica & Diplomata Belgii Hispanici collegerunt. Inter hos primas sine dubio fert AVBERTVS MIRAEVS. Hic enim dedit *Codicem Donationum Piarum, in quo Testamenta, Codicilli, Litteræ Fundationum, Donationum, Immunitatum, Priuilegiorum & aliæ piæ liberalitatis monumenta a Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, Ducibus ac Comitibus, in fauorem ecclesiarum, præsertim Belgicarum, edita continentur, Bruxellis 1624. 4.* Subsecuti sunt: *Diplomatum Belgicorum Libri duo, in quibus Litteræ fundationum & donationum piarum, Testamenta, Codicilli, Contractus antenuptiales, fœdera principum & alia cum sacræ tum politicæ antiquitatis monumenta, ad Germaniam inferiorem, vicinasque prouincias spectantia, continentur, Bruxellis 1628 4.* Inde prodierunt: *Donationum Belgicarum Libri duo, in quibus Ecclesiarum & Principatuum Belgii origines, incrementa, mutationes, & alia cum sacræ tum politicæ antiquitatis monumenta, ex ipsis tabularum publicarum fontibus hausta, proponuntur, notisque illustrantur, Bruxellis 1629. 4.* tandemque edita est: *Eiusdem Notitia Ecclesiarum Belgii, in qua tabulis donationum piarum longa annorum serie digestis, sacra & politica Germaniæ inferioris vicinorumque prouinciarum Historia, explosis fabulis, recensetur, Antwerpiæ 1630. 4.* His igitur egregia monumenta ab industrio hoc collectore videmus inserta. Quæ Opera perrara vsque huc, iam cum aliis iunctim edita sub titulo AVBERTI MIRAEI *Opera Diplomatica & Historica, Antwerpiæ 1723. f. 2. Voll. & Tomus Tertius,* inscriptus: *Diplomatum Belgicorum noua Collectio, siue Supplementum ad opera Diplomatica* AVBERTI

BERTI

BERTI MIRAEI, *Bruxellis 1734. 1. Vol.* cura *Ioannis Francisci Foppens*, qui Notas & Indices addidit, Diplomata quoque multa ex scriptis Broweri, Fisenii, Butkens, Dacherii, Sanderi, Chapeauvillei, Bucelini aliorumque, nec non inedita ex archiuis & chartulariis adiunxit. Subsecutus est CHRISTOPHORVS BVTKENS qui edidit: *Trophees tant Sacrés que Prophanes de la Duché de Brabant, Tome I. contenant l'Origine, Succession, & descendance des Ducs & Princes de cette Maison, avec leurs actions plus signalées. Ensemble les Genealogies de plusieurs Ducs, Princes, Comtes, Barons, Seigneurs & Nobles, leurs Vassals & subiects, avec les Preuves servantes à entiere verification, à Anvers 1641. f.* Volumen est mediæ magnitudinis, cum multis figuris insignitum, textui impressis tabulisque Genealogicis adiectis. In fine adiiciuntur Probationes ex Archiuis Ecclesiarum, & Principum, bonæque notæ Historicis collecta, figuræque sigillorum. Opus quondam perrarum, cuius vero noua Editio prodiit *à la Haye 1724. f.* accessit *1725. ibid. f. Supplement* quod duabus absoluitur Partibus, & refert ea, quæ maxime ad illustrandum recentiorem Brabantiæ statum pertinent, licet & varia addita sint, quæ neque ad eam Prouinciam, neque ad finem, quem collectores sibi proposuerunt, faciunt.

Collectores Actorum publicorum Pontificum Sabaudiæ & Lotharingiæ.

§. XIV. *Pontificum Romanorum* Diplomata Collectionibus Cap. præcedenti indicatis §. X. p. 555. ex parte inserta. Plura Annalibus Ecclesiasticis C. BARONII, ABRAAMI BZOVII, ODORICI RAYNALDI, IACOBI de LADERCHIO, aliorumque illata, inserta porro, vel adhærent omnibus fere de Archi-Episcopatibus, Episcopatibus & insignibus Monasteriis, Ordinibus Ecclesiasticis ac militaribus, scriptoribus, Historiis Regnorum & Principatuum, Genealogicis præterea, variæ Pontificum Romanorum Bullæ & Priuilegia, quorum numerum inire infiniti esset laboris. Varia *Pontificum diplomata* CHRISTOPHORVS GEWOLDVS publicauit *Monachii 1611. 4.* Idem in recentiori editione *Metropolis Salisburgensis, Monachii 1620. f.* & *Ratis-*

Ratisbonæ 1719. f. repetita, diuersorum Pontificum Diplomata inseruit. *Codicem Epistolarem Carolinum*, i. e. CAROLI M. iussu, ex originalibus descriptum collectumque, Romanorum Pontificum, Gregorii III. Zachariæ, Stephani III. vel secundum alios II. Pauli I. Stephani IV. vel secundum alios III. Hadriani I. & Pseudo Papæ Constantini, nonaginta nouem Epistolas ad Carolomannum, Pipinum, & Carolum M. scriptas ex Codice Bibliothecæ Vindobonensis Cæsareæ primum produxit IACOBVS GRETSERVS S. I. *Ingolstadii 1613. 4.* inseruit easdem T. III. Scriptorum Rer. Francicar. du Chesnius, atque T. VI. Concilior. Labbeus & Harduinus, quumque Gretserus in iis Epistolis edendis, aut licentia non mediocri, aut non ea, qua par erat diligentia, vsus fuerit in corrigendis, immutandisque pluribus eorum locis PETRVS LAMBECIVS nouam earum & ad Codicem laudatum exactam editionem parauit, variantibus lectionibus instructam, quæ partem Syntagmatis Rer. Germ. constituere debebant, cui operi, cum immortuus esset, nulla exemplaria emissa, si paucula excipias feliciter e carcere elapsa, quorum vnum nactus LVDOVICVS ANTONIVS MVRATORIVS illud *Scriptor. Rerum Italicar.* T. I. Parti II. *p. 76.* intulit. Speciales quasdam Pontificum epistolas & Diplomata a priuatis quibusdam collecta, memorat KNESEBECKIVS *discursu de studio Iuris publici vniuersalis* lit. B. *Sabaudiæ* Diplomata multa collegit SAMVEL GVICHENON, qui edidit *Histoire Genealogique de la Royale Maison de Savoye, à Lyon 1660. f.* V. Libris, quorum *Sextus* comprehendit Acta publica, quæ vniuersam Sabaudiæ Historiam illustrant, istaque ex Archiuis Sabaudicis, Burgundicis, aliisque deprompta. Certe, egregius labor est, qui Historiam Sabaudicam non solum, sed etiam connexam, satis poterit illustrare, cum vel mille Diplomata contineat. Immo integrum Opus Guichenonii ob accuratam deductionem non solum, sed etiam inserta antiquitatis monumenta egregium plane est. FRANC. de ROSIERES *Stemmatum Lotharingiæ ac Barri Ducum* edidit Tomos Septem, *Parisiis 1580. f.* quibus

quibus præmisit exemplaria Diplomatum Cæsarum, Regum & Principum, quibus vsus fuit. Plenius de hoc opere actum fuit in Bibliotheca Antiqua mense Ianuario 1705. p. 41. In amplissimis Gallorum eruditorum Collectionibus, LVCAE DACHERY Spicilegio, MARTENE & DVRAND *Thesauro Anecdotorum*, & collectione amplissima hisque similibus insignis *Diplomatum Monimentorumque* medii æui adparatus in lucem productus.

§. XV. Præter hos *Actorum* Diplomatumque Collectores laudem habent præcipuam Historici, qui partim sua ex actis & documentis publicis hauserunt, suisque narrationibus hac ratione, maiorem fidem conciliarunt; partim etiam scripta sua diplomatibus illustrarunt. Inter hos referendi sunt SIMON SCHARDIVS, IOANNES PISTORIVS, HENRICVS CANISIVS, IVSTVS REVBERVS, CHRISTIANVS VRSTISIVS, MARQVARDVS FREHERVS, MELCHIOR GOLDASTVS, ERPOLDVS LINDENBROGIVS, HENRICVS MEIBOMIVS, NICOLAVS SCHATENIVS, IOANNES SCHILTERVS, GODOFREDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS, IOANNES MICHAEL HEINECCIVS & IOANNES GEORGIVS LEVKFELDIVS, IOANNES PETRVS a LVDEWIG, IOANNES GEORGIVS ECCARDVS, BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS, CHRISTIANVS GODOFREDVS HOFFMANNVS, SIMON FRIDERICVS HAHNIVS, BERNARDVS & HIERONYMVS FF. PEZII, RAYMVNDVS DVELLIVS, CAROLVS MEICHELBECK, GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS, IOANNES HENRICVS de FALCKENSTEIN, VALENTINVS FERDINANDVS de GVDENVS, IOANNES FRIDERICVS SCHANNAT, CHRISTIANVS HENRICVS L. B. de SENCKENBERG, C. L. SCHEIDIVS, IOANNES DANIEL SCHOEPFLINVS, IOANNES FRIDERICVS FALCKE, IOANN. CHRIST. KREYSIGIVS, IOHANNES de IOHANNE, aliique permulti, quos indicat recensetque Dn. IOANNES

Scriptores Historici, qui scripta sua Diplomatibus illustrant.

PETRVS

PETRVS de LVDEWIG *Præfatione Reliquiar.* ex MSCt. T. I. præmiſſa. Sic etiam PETRVS LAMBECIVS in *Rerum Germanicarum Syntagmate*, quod molitus eſt, multa Diplomata ſe publicaturum, Catalogo librorum a ſe compoſitorum, promiſit. Idem fecit Eiusdem ſucceſſor DAN. NESSELIVS. Inſignem laudem promeruit IOAN. HENRICVS BOECLERVS, qui, dum edere vellet Aeneæ Syluii Hiſtoriam, omnia collegit, quæ reperire potuit Diplomata, Sigilla aliaque monumenta, quibus illuſtraretur hiſtoria Friderici III. Licet autem Bœclerus labori immortuus, curam tamen ſuſcepit IOANNES GEORGIVS KVLPISIVS, qui idem opus demum *Argentorati 1685. f.* in lucem protulit, cui demum nouus Titulus cum Præfatione Ioa. Schilteri fuit præmiſſus, *Argentorati 1702. fol.* Egregium eſt CHRISTOPHORI LEHMANNI *Chronicon Spirenſe*, cuius prima atque optima editio prodiit *Francofurti 1612. f.* recuſa *1662. 4.* Recentiſſima a' Ioa. Michaele Fuchſio fuit continuata, quæ prodiit *Francofurti 1698. f.* Hoc Chronicon plus in receſſu habet, quam in fronte promittit. Continentur enim in eodem fontes Iuris publici & origo variorum rituum ex hiſtoriis petita, ipſe etiam Status Germanicus, prout per tempora fuit immutatus, vsque ad Maximiliani I. tempora, quem vlterius quidem pertexere voluit Lehmannus, ſed morte fuit præuentus. Licet autem ſæpe proponat genuina Iuris publici fundamenta in Francicis rebus & Germanicis, eademque ex ſcriptoribus antiquioribus confirmet, errat tamen nonnunquam in iisdem, accuratior eſt in hiſtoria recentiori, quam ex diuerſis ſumſit tabulariis. Adiecta recentiſſimæ editioni continuatio tanti momenti non eſt. Addimus IOANNIS PHILIPPI DATTII *Volumen Rerum Germanicarum nouum, ſiue de Pace Imperii publica Libros V. Vlmæ 1698. f.* Scriptum ſingulis Iuris Publici cultoribus adprime eſt commendandum, in quo non ſolum hiſtoriam & antiquitatates Pacis publicæ, ſed etiam ipſam conſtitutionem, & quæ inde profluunt Iura, ex hiſtoricis & monumentis publicis quæ ex archiuis deſumſit, accurate illuſtrauit.

Præcipue

Præcipue vero Statum Germaniæ nostræ, quatenus ab Henricorum temporibus degenerauit ex veris Historiarum & Iuris Publici fontibus accuratissime videmus expressum, Historiam pacis publicæ, fœderis Sueuici, Nobilitatis immediatæ, atque alia iustissime exposita, vt haut male iudicemus, si hoc Opere fundamenta Iuris publici Germanici contineri dicamus. Additamenta Auctoris egregia, cuius in manus peruenerint post eius mortem, incertum est. Vide KEYSSLERI *Neueste Reisen*, *Tom. I. p. 122. Edit. prioris.*

§. XVI. Sequuntur hos, Commentatores in *Auream Bullam.* Veteres AVREAE BVLLAE editiones summa cura recensuit celeberrimus Vir CHRISTIANVS GOTTLIEB SCHWARZIVS, qui index subiectus CAROLI SIGISMVNDI ELIAE HOLZSCHVHERI Orationi de *Comitiis a. 1356. Norimbergæ celebratis, in quibus Aurea Bulla fuit sancita, Altorfii 1735. 4. p. 105. seq.* Add. IOA. IACOBI MOSERI Obseruatio *de prima Aureæ Bullæ editione latina in* EI. *Miscellaneis Historico-Iuridicis, P. II. p. 684.* & IOA. GERARDI PAGENDARMII Differt. de *Carolo IV. Rom. Imp. inter Aureæ Bullæ eiusdemque latinæ scriptores potissimum referendo; Ienæ 1734. 4.* Facit ad eius nomen & Historiam egregie HENRICVS GÜNTHERVS THVLEMARIVS, in Tractatu suo *de Bulla Aurea, argentea, plumbea & cerea, Heidelbergæ* edito, *1682. 4. & 1687. 4.* & ex editione insigniter aucta *Francofurti ad Mœnum 1697. f.* in qua non solum ipsum textum ex autographo Francofurtensi accurate exhibet, sed etiam plura Bullarum Imperatoriarum exempla inprimis illud quod *Wenceslaus* R. R. summa cura fieri fecit, & in Vindobonensi Bibliotheca adseruatur, adducit. IACOBI BRVNNEMANNI Differt. *de A. B. mutatione*, proposita *Halæ 1700. 4.* Inter Commentatores primus est GERLACVS BVXTORFIVS, qui ad priora XVII. capita commentatus fuit suasque conclusiones *Basileæ 1612. 4.* loco disputationis auspicalis proposuit, quæ quoque *Nucleo Giessensi* & CONRADI BIERMANNI *Imperii R. Iuri Publico; & Repræsentatio-*

Commentatores in A. B.

tationi Reipublicæ Germanicæ, *Noribergæ 1657. 4.* excusæ, insertæ ac pro temporis ratione quo scripsit haut contemnendæ. Integram Bullam Auream commentario illustrauit DOMINICVS ARVMAEVS *Discursibus Academicis Ienæ 1617. 1619. 4.* & cum accessionibus ERNESTI FRIDERICI SCHROETERI, *Ienæ 1663. 4.* HENRICI CHRISTIANI a GRIESHEIM *Discursus historico politico-iuridici ad Basin A. B. eiusque titulos*, *Rintbelii 1621. 4.* ibi auctor Professorem Iuris Publici tum agebat. MARTINI RVMELINI *Dissertationes Academicæ in A. B. Tübingæ 1619. 4.* editæ, in quas Additiones dedit IOANN. IACOBVS SPEIDELIVS *Tübingæ 1631. 4.* atque NICOLAVS MYLERVS ab EHRENBACH, *Stutgardiæ 1655. 4.* & *1702. 1706. 4.* cum additionibus GABRIELIS SCHWEDERI. IOANNIS VOLCKMARI BECHMANNI *Commentatio ad Auream Bullam Caroli IV. Imp. exhibens exotericas exercitationes XIII. in quibus illustriores Controuersiæ & materiæ Iuris publici curate resoluuntur & explicantur*, *Ienæ 1669. 4.* vulgaria habet. Idem dicendum de huius Viri *Disputationibus Exotericis, iuxta ordinem Aureæ Bullæ dispositis*, *Ienæ 1670. 4.* editis. Breuiores sunt IACOBI ANDREAE CRVSII notæ, *Mindæ 1668. 4.* & inter *opuscula* Viri *N. IV.* & GEORGII THEODORI DIETRICHII, *Francofurti 1658. 4.* *Epitomen Bullæ Aureæ methodicam* per tabulas dedit IOANNES OTTO TABOR, *Ienæ 1691. 4.* Præcellit singulis hisce IOAN. LIMNAEI *Commentarius*, *Argentorati 1662. 1666. & 1706. 4.* editus, qui ad singulos paragraphos directus, multa tamen sæpe sine iudicio inseruit. NICOLAI CHRISTOPHORI, L. B. de LYNCKER *Series Aureæ Bullæ Carolinæ cum introductione præmissa & obseruationibus Tabulæ subiectis*, prodiit *Ienæ 1711. f.* Dn. IOANNIS IACOBI MOSERI Programma, quo *Vindiciæ authentiæ §. banc autem legem 6. Aureæ Bullæ Cap. XI. exhibentur*, prodiit primum *Tubingæ 1720. & Miscell. Historico Iurid. P. II. p. 575.* illatum. Omnium autem curas superauit IOANNES PETRVS de LVDEWIG ICtus excellentis

tis doctrinæ & magni nominis *in der Vollstændigen Erlæuterung der Güldnen Bulle* vernaculo sermone conscripta, cuius *Pars Prima Francofurti*, vel potius *Lipsiæ 1716. 4. Pars Secunda & Vltima Ibid. 1719. 4.* prodiit, & *Francof. 1752. 4.* cum Præfatione illustr. ESTORIS. Quo in luculento Commentario cumprimis illustres Controuersias circa Aureæ Bullæ dispositiones ortas, ex documentis & libellis controuersiarum neruose recenset, singulares quandoque doctrinas adfert, lectoremque multa cum voluptate dimittit. Insertæ quidem, præsertim Parti Primæ quandoque materiæ, quæ ad A. B. illustrationem facere haut videntur, variam tamen & diffusam ICti eruditissimi lectionem, & ingenium, demonstrant. Parti Secundæ elegans præmittitur Præfatio, qua de Commentatoribus Aureæ Bullæ graui iudicio sententiam dicit, ad quam hoc loco Lectorem Beneuolum omnino dimittimus. In vsum recitationum academicarum facta: *Delineatio Aureæ Bullæ auspiciis Caroli IV. in Comitiis Noribergensibus & Metensibus an. 1456. conditæ, Lipsiæ 1721. 4.* editore B. CHRISTIANO GOTTFRIDO HOFFMANNO. Coniungendæ IMMANVELIS WEBERI *Capita quædam Chrysobullæ, quæ vel nunquam obseruata, vel desuetudine sublata, vel immutata, Giessæ 1717. 4.* & IOANNIS SAMVELIS STRYKII *Aureæ Bullæ controuersiæ potiores, Halæ 1699. 4.* propositæ. *Recentiores quasdam ab obitu Caroli VI. obortas Aureæ Bullæ controuersias* apte recensuit IOA. ADAMVS QVENZERVS, *Altorfii 1751. 4.* Ad A. B. Cap. XXIV. §. 2. de *Lege Maiestatis ab Imp. Carolo IV. ad eos, qui in Sacri Imperii Principum Electorum vitam conspirant, extensa, eiusque vsu hodierno* erudite commentatus V. Celeb. GEORGIVS DAVID ALAND, Progr. *Lipsiæ 1755. 4.*

§. XVII. Ad *certa tantum Capita A. B.* commentati quidam fuerunt. Ad primum extat IOANNIS HENRICI BOECLERI *Conductor Carolinus*, ad A. B. Cap. I. vsque ad §. 18. *Argentorati 1663. 4.* & inter *Dissertationes*, iunctim editas *Tom. poster.* in quo de securitate publica agit, quæ electoribus ad electionem commean- Scriptores ad Caput primum A. B.

commeantibus præstanda. Facit huc etiam IOA. GEORGIVS BECHT de *securitate publica* inter Dissertationes Iuris Publici *Francof. 1669. 4.* editas, & THOMAS MAVLIVS de *Iure conducendi*, de quibus infra.

Scriptores de Iure Primogeniturae ad Cap. VII. A. B. & de Successione in Electoratus.

§ XVIII. Maxima apud Germanos controuersia fuit de *Iure Primogenituræ*. MARQVARDVS FREHERVS de *successione principum in Primogenitis* scripsit *Heidelbergæ 1614. 4.* quo facit ad Caput VII. de successione principum electorum & qui ad idem commentatus est ARNOLDVS ENGELBRECHT, *Halæ 1614. 4.* in quo Tractatu Iura Domus Altenburgicæ in controuersia cum de Successione in Electoratum Saxoniæ, tum de præcedentia, defendit. Huic vero se opposuit a parte Vinariensium MELCHIOR GOLDASTVS *Libris III. de Maioratu, Francofurti 1615. 4.* in quibus prærogatiuam Senioris in familiis regiis, electoralibus & illustribus, ex moribus primorum temporum & historiis demonstrat & mentem Bullæ Aureæ declarat. Accessit discursus de *Iure Repræsentationis in Primogenitura Imperii Germanici*, cui accesserunt: MATTHAEI WACKERI a WACKENFELS *Vota aulica pro* parte Vinariensi, cui a parte Altenburgensi respondent IOAN. RVDOLPHI HEGENMÜLLERI vota, *Francofurti 1620. 4.* edita. Præcipuum scriptum est, quod prodiit sub titulo: *Wahrhaffter und eigentlicher Bericht, was in næchst abgewichenen Iahren in dem von Altenburgischer Seiten erregten Præcedenz- und Primogenitur-Streit vorgelauffen, 1613. 4.* Auctorem Goldastus lib. IV. de R. Bohemiæ cap. VI. §. 23. in notis facit, & omnino vt scimus est, FRIDERICVM HORTLEDERVM, atque aliud *Grund-Veste Sæchsischer Weimarischer Præcedenz, vor der Fürstlichen Sæchsischen Herrschaft Altenburgischer Linie, gedruckt im Iahr 1652. 4.* recusum in LONDORPII *Actorum Publicorum T. XVIII. p. 291.* Tota res eo redit, in præcedentia, an proximitas gradus, an vero senioratus seu primogenituræ prærogatiua sit attendenda, vti argumenta, quæ ab vtraque parte proponuntur, in summam coegit IACOBVS ANDREAS CRVSIVS de

Iure

Iure præcedentiæ Libr. IV. cap. IX. Licet in iſta controuerſia cauſſa præcedentiæ & Iura ſucceſſionis in Electoratum, quæ tamen nexum inter ſe non habent, fuerint confuſa. Vinarienſem alias cauſſam defenderunt IOANNES LIMNAEVS, VLRICVS OBRECHTVS & ANDREAS KNICHEN. Controuerſia iſta, mortuo Duce Altenburgenſi per Receſſum inter domum Vinarienſem & Gothanam de anno 1672. pro iſto tempore, fuit compoſita. Cum autem *Primogenituræ* etiam *Ius in Principum ſucceſſionibus*, vel *moribus*, vel *Lege*, vel *Pactis* obtineat, ad illa quoque Scriptores ſe accommodarunt. NICOLAVS BETSIVS enim ſcripſit Tractatum Nomicopoliticum de *Statutis*, *pactis & conſuetudinibus familiarum illuſtrium & nobilium*, *illis præſertim*, *quæ Ius Primogenituræ concernunt*, qui cum Præfatione, ſummariis, notis & indice denuo prodiit cura IOAN. SCHILTERI, *Argentorati 1699. 4.* In hoc Tractatu præter Generalia agit de pactis adquirendæ hæreditatis inter adgnatos, pactis illuſtrium, & quod potiſſimum eſt, Iure primogenituræ, cui ſubiungit materiam de diſpoſitione matris inter filios. Inſigne eſt Opus ad mores etiam Germaniæ directum, dolendum ſaltim, quod non exemplis fuerit illuſtratum. Quidnam proprie ſit Ius primogenituræ, quo modo diuidatur, num naturali Iuri conueniat, quo modo idem conſtituatur, quibus perſonis competat, in quibus rebus locum habeat, quis ſit modus ſuccedendi, quinam eiusdem ſint effectus, tractatur in diſputatione inaugurali de *Iure Primogenituræ* præſide IOANNE MEHLBAVM, Reſpondente *Bernhard Schultze*, *Helmſtadii 1611. 4.* propoſita. Laudandus imprimis hic labor, quod non tantum generalem huius materiæ doctrinam contineat, ſed & ſingulares caſus ex legibus Imperii tam vniuerſalibus, quam prouincialibus deciſos, exhibeat, plures quæſtiones haut inutiles, incidenter, ſolide tamen ſoluat; adſcriptis vbique fontibus, vnde plura haurire licet. Aliam diſputationem inauguralem de *Iure Primogenituræ & Maioratus* ſub Præſidio IOANNIS PHILIPPI SLEVOGTII, Anteceſſoris noſtri cele-

 berri-

berrimi, *Ioh. Iustus Bœttiger*, *Ienæ 1694. 4.* defendit. Recentior est GEORGII MELCHIORIS LVDOLFI Tractatus Nomicopoliticus de *Introductione Iuris Primogenituræ*, *Ienæ 1703. 4.* & ex Editione altera, cui egregii Appendices accessere Pactorum & Documentorum variorum vtilium *Ienæ 1711. 4.* & ex Editione tertium repetita ab auctore reuisa & insigniter aucta *Ienæ 1733. fol.* Modos cumprimis perillustris Auctor demonstrat, quibus introduci possit Ius Primogenituræ, ita tamen, vt priori Tractatus parte generalia etiam huius Iuris exponat. Opus ideo commendandum, quod singula per rationes ex Iure naturæ & moribus Germaniæ deductas perque Exempla illustria fuerint confirmata. *Tertiæ* Editioni accesserunt varia Acta publica Constitutionis pragmaticæ de successione Austriaca, nec non documenta multa introducti Iuris Primogenituræ in Familiis Principum & Comitum Imperii, denique Responsa quædam Collegiorum Iuridicorum aliaque miscellanea ad argumentum facientia. *De Emolumentis Territoriorum in primis Germaniæ ex Iure Primogenituræ descendentibus*, eleganti Dissertatione exposuit perillustris Dominus FRIDERICVS CAROLVS VOIT a SALZBVRG, *Lipsiæ 1718. 4.* De *Successionibus ex Iure Primogenituræ* Diss. agit FELICIS SPIZII, *Altorfii 1696 4.* De *Primogenitura sine consensu superioris* ordinata extat Diss. Dn. IOA. GODOFREDI BAVERI, *Lipsiæ 1753. 4.* De *Prærogatiuis Primogenitorum illustrium* lectu digna Diss. IOA. LVDOVICI WIEDERHOLDI, *Herbornæ 1714. & 1745. 4.* Introducto autem Iure Primogenituræ, reliqui vulgo dicuntur *Apanagiati vel Paragiati. De Apanagio* diligenter egit GEORGIVS HENRICVS SPRINGSFELD, cuius Liber ex Editione posteriore *Halæ 1663. 4.* editus, pluribus erroribus typographicis scatet. De *Apanagiatis* imprimis *Imperii Principibus* extat quoque Diss. FRIDERICI GÜRTLERI, *Basileæ 1727. & 1745. 4.* & præcipue IOANNES SCHILTERVS *de Paragio & Apanagio*, *Argentorati 1701. 4.* accessit *de Feudis Iuris*

Fran-

Francici dissertatio & IVSTI MEIERI *de Rei feudalis vindicatione.* Cum SCHILTERVS, quae apud Gallos est, *Paragii* & *Apanagii* distinctionem ad Romano-Germanici Imperii principatus & comitatus applicaret, eidem sese opposuit IOAN. NICOLAVS HERTIVS in dissertatione de *commentitia Apanagii & Paragii distinctione, in Romano-Germanici Imperii Principatibus*, quae est *Dissertat. III. Tom. II. Comment. & Opusc. 1713. Francofurti 4. editorum*, sed pro doctrina Schilteri paratae sunt: *Vindiciae distinctionis inter paragia*, dissertatione inaugurali Praeside CHRISTIANO THOMASIO a *M. Ephraim Gerhard, Halae 1709. 4.* propositae. Huius etiam est argumenti IOA. HENRICI LOMBARDI *Trutina trium Quaestionum controuersarum: (1.) An principes paragiati sint status Imperii? (2.) An commentum sit distinctio inter paragium & apanagium? (3.) An Comitatus inferior Catimelibocensis Serenissimis Principibus Hasso-Rheinfelsensibus in paragium vel apanagium datus sit? Francofurti & Lipsiae 1710. 4.* Quae iam recensita opuscula, cum aliis dissertationibus & excerptis collecta extant in IOACHIMI MEIERI *Corpore Iuris Apanagii & Paragii, continens Scriptores, quotquot inueniri potuerunt, qui de Apanagio & Paragio ex instituto egerunt, Lemgouiae 1727. f.* Successit IOA. STEPHANI PÜTTERI solide elaboratum Opusculum: *de augendo Apanagio auctis Reditibus natu maximi Filii penes quem Imperium est, vulgo Primogeniti regentis*, cui accesserunt IOA. ADAMI KOPPII Meditationes: *de incongrua adplicatione Paragii & Aparagii Improprii ad Familias Germanorum illustres, Ienae 1745. 4.* De *Apanagiatis inprimis Imperii Principibus* habemus quoque Dissertationem FRIDERICI GÜRTLERI, *Basileae 1727.* recusa *1753. 4.* De *Maioratibus* praeclara est Dissertatio illustrissimi Comitis FRIDERICI LVDOV. de SOLMS *Lipsiae 1729. 4.* & IOA. IODOCI BECKII Diss. de *licita Maioratuum & Fideicommissorum Familiarum Nobilium alienatione, Altorfii 1735. & 1750. 4.* Prae-

 cipue

cipue vero de sucessione lineali velitationes huc pertinent. Hæ inter IOAN. SCHILTERVM & IOA. WOLFGANGVM TEXTOREM fuerunt actæ, cum enim Schilterus in caussa *Successionis in Electoratu Palatino* demonstrasset, Successionem linealem adgnaticam Iure Longobardico ignorari, immo nec A. B. de eadem esse intelligendam, idque in fauorem *Principis Veldentini*, eidem se opposuit Textor, ex quo dictæ velitationes fuerunt ortæ.

Controuersia de Electoratu Bauariæ.

§. XIX. Alia occasione A. B. controuersia agitata fuit inter *Bauaros* & *Palatinos*, quibus debeatur *Electoratus*. Cum enim MARQVARDVS FREHERVS in Tractatu suo de *legitima Tutela curaque Electorali Palatina*, *Heidelbergæ 1611. 4.* edito, Electoratum Palatinis proprie quatenus Palatinis, non vero vt Bauariæ Ducibus deberi, adseruisset, opposuit eidem CHRISTOPH. GEWOLDVS *antithesin ad Freheri assertionem de Palatino Electoratu*, *Monachii 1612. 4.* Contra hanc FREHERVS *Epistolam responsoriam* scripsit de *Electoratu Sac. Romani imperii*, *Comitiuæ Palatini Rheni antiquitus adnexo & cohærente*, *Heidelbergæ 1612. 4.* & C. GEWOLDI de *Palatino Electoratu replicatio ad responsoriam Epistolam V. C. Marquardi Freheri*, *Monachii 1612. 4.* secuta FREHERI ad *C. V. Gewoldi Epistolam Monitoriam Desuscepta*, *seu Recepisse*, *Heidelbergæ 1614. 4.* quæ mutuæ velitationes extant quoque in libro inscripto: *Repræsentatio Imperii*, *Noribergæ* edito, alios inde libellos ab vtroque editos accurate recenset doctissimus Vir GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS Præfatione *Historiæ Bauarico-Palatinæ* Danielis Parei præmissa p. 63. Post hasce velitationes iussu Heri sui Ducis Maximiliani iustum de *Septemuiratu* edidit Gewoldus Librum 1616. 4. typis impressum, auctiorem inde 1621. 4 recusum, quo Electoratum Bauaris cum quibus communem Stipitem habent Palatini, ratione Ducatus Bauariæ, non ratione Comitiuæ Palatini deberi, confirmare, conabatur. Recruduit controuersia durante bello tricennali, postquam Palatini Electoratus in

Baua-

Bauaricam domum esset translatus. Bauari enim caussam suscepit NICOLAVS BVRGVNDVS in *Apologia de electoratu Bauarico*, *Ingolstadti 1634. 4.* Contra quem prodiit IOANNIS CONRADI BLARERI a GEYERSBERG *Electoratus Palatinus oppositus Nicolai Burgundi Chimeræ Electuræ Bauaricæ*, *Hagæ Comitum 1642. 4.* Eandem pro Palatino sententiam propugnat: *Epistola de Iure Electorali gentis Palatino-Bauaricæ 1637. 4.* Immo ipsa hac in caussa prodiit: *Manifestum*, *seu deductio Caroli Ludouici ad Sacr. Cæsar. Maiestatem*, *continens Ius Successionis in Electoratu 1637. f.* cuius auctor IOANNES IOACHIMVS a RVSDORF habetur, vel vt alii volunt GOTIFRIED MELLEN, quod etiam vernaculo extat sermone, cui quidem opposuit Bauariæ Elector *Antimanifestum*, siue *eine gründliche Ableinung und Widerlegung des Pfälzischen Manifests 1693.* sed IOA. IOACHIMVS RVSDORFIVS *Vindicias* dedit *Caussæ Palatinæ*, *seu adsertionem & deductionem Iuris inuiolabilis successionis Caroli Ludouici in Electoratum & Comitatum Palatinum*, *Lugduni Batauorum 1640. f.* in quibus simul feudorum Imperii ratio erudite & solide examinatur. Contra hasce Vindicias scripsit IOANN. ADLZREITERVS *Assertionem Electoratus Bauarici pro Maximiliano Principe electore, duce Bauariæ &c. nec non tota Guilielmina stirpe*, *Francofurti 1644. f.* cui tamen cum Rusdorfii industriam non adæquet, multa etiam intermisceat conuitia, responsum fuit per *Euersionem Electoratus Bauarici*, *oppositam Assertioni Iohannis Adelzreiteri*, *quam ad turbandos Pacis Generalis tractatus emisit*, *apud Batauos 1645. 4.* editam. De *Electoratu alternatim a Bauariæ Duce & Palatino Comite administrando 1645.* Libelli huius auctor habetur ISAACVS VOLMARVS. Compara allegatam V. C. IOANNIS Præfationem p. 65. 66. Sopita quidem hæc controuersia fuit per Instrumentum Pacis, dum Palatino octauus Electoratus adsignaretur, nihilominus ista Scripta ad res Imperii & Iura electoralia multum conducunt. His pu-

 blicis

blicis Scriptis iungi possunt CHRISTIANI FRIDERICI THOMSEN Diss. de *Electore octauo, Argentorati 1693. 4.* & FRIDERICI ERNESTI KETTNERI *historia Electoratus Octaui, Lipsiæ 1693. 4.*

Controuersia de Vicariatu Palatino.

§. XXI. Inter vtrosque controuersia quoque fuit de *Vicariatu* an *Bauaris* competat, an vero *Comitibus Palatinis Rheni*, ratione Comitiuæ Palatii. Res ista, dum adhuc in possessione & Vicariatus & Electoratus essent Palatini, iam in dubium vocabatur, ita, vt Electoris Palatini iussu ederetur: *Kurzer Bericht von des Heiligen Römischen Reichs, der Chur-Fürstlichen Pfalz zustehenden Vicariat, Heidelberg 1614. 4.* in quo varia documenta ex Archiuo Palatino inseruntur. Cum autem contra hoc Scriptum ederetur: *Kurzes Gegen-Bedencken und Bericht von der Chur-Fürstlichen Pfälzischen Vicariats-Gerechtigkeit 1614. 4.* in quo illud Ius in dubium vocabatur Palatinis Electoribus, horum iussu opposita est: *Rettung des Chur-Fürstlichen Vicariats, Heidelberg 1615. 4.* in quo Scripto Iura Palatinatus adhuc magis videmus adserta. Huic libello Boii respondebant Scripto hoc titulo: *Wohlgegründete Widerlegung vermeinter Heidelbergischer Rettung des Vicariats, Ingolstadt 1615. 4.* Magis recruduit ista controuersia, translato in Bauaros electoratu, vbi disputabatur, an Vicariatus Ius competat ratione Electoratus, an vero ratione Comitiuæ Palatini Rheni. Illud adserente Bauaro, hoc Palatino. Hinc mortuo a. 1657. Ferdinando III. tam Bauarus, quam Palatinus idem exercere conati sunt, quod probant Scripta ab vtraque parte prodita, quorsum referenda: *Chur-Fürstliches Bayerisches Notifications-Patent auf der Röm. Kayserlichen Maiestæt hœchstseeligstes Ableiben Dero zustehenden Reichs-Vicariats 1657. 4.* Caussam Palatinam in hac controuersia defenderunt varii. *Schediasma* quidem de *Vicariatu Palatino* sub nomine GRATIANI PHILOECI scripsit IOANNES FREINSHEMIVS *1658. 4.* licet Burgoldensis Conringio adscribat. Huic tamen HERMANNO CONRINGIO aliud Scriptum

ptum debetur, sub titulo: *Vicariatus Imperii Palatinus defensus 1658. 4.* Germanico idiomate publicoque nomine Palatini Iura defenduntur in libro, cui titulus: *Kurzer und summarischer Bericht, daß das Vicariat in Landen des Rheins, Schwaben und Fränckischen Rechtens des Herrn Pfalz-Grafen und Vicarii Carl Ludwigen Churfürstl. Durchl. zustehen und gebühren thut, Heidelbergæ 1657. 4.* editum extat in LÜNIGII *Grund-Veste T. I. p. 512.* Cui opponebatur: *Wohlgegründeter Chur-Beyerischer Gegen-Bericht, Monachii 1657. 4.* Secuta est: *Ablaihnung des ohnlängst von Chur-Bayerischer Seiten in Druck ausgesprengten Gegen-Berichts &c. Heydelberg 1657. 4.* & apud LVNIG *T. I. p. 519.* Quam anno sequente a Boiorum parte excepit: *Fernere wohlgegründete Anzeigung wegen des Ihrer Chur-Fürstl. Durchl. in Bayern zustehenden Reichs-Vicariat über ein unlängst an Seiten Chur-Pfaltz in Druck ausgesprengte übelfundirte Ablaynungs Schrifft, Franckfurt an Mayn, 1658. 4.* Huius refutationem continet; *die wohlgegründete Abfertigung einer Chur-Bayerischen Theils ohnlängst in Druck gegebenen also genannten ferneren Anzeig wegen des am Rhein, Schwaben und Fränckischen Rechtens Reichs-Vicariats, darinnen nochmahls klärlich und gründlich dargethan wird, daß solches Vicariat-Amt des Herrn Pfalz-Grafens Chur-Fürstl. Durchl. von Rechtswegen zustehen und gebühren thue, Heydelberg 1658. 4.* & apud LÜNIG *T. I. p. 535.* & a Boiica Aula: *Endtliche abgenöthigte Ablainung einer Chur-Pfälzischen unlängstens in Truck gegebenen also genannten Abfertigung das Vicariat in Landen des Rheins &c. betr. mit nochmahliger Demonstration daß besagtes Recht dem Chur-Hauß Beyern ohne alles Mittel zugehörig sey, München 1658. 4.* Gallico idiomate, tecto tamen nomine, EZECHIEL SPANHEMIVS scripsit *Discours sur les Affaires d'Allemagne & sur le Vicariat de l'Empire 4.* Recentiori æuo, cum pristini Electoratus Iura Palatini fuissent restituta prodiit: *Vicarialis Iuris Palatini Sciagraphia*

graphia per A. D. L. I. W. F. an. 1711. 4. ſine loci annique mentione. Scripta quoque aliqua de hac controuerſia congeſſit Londorpius Tomo *VIII.* libr *VIII. c. XLI.* & ſeqq. Fundamenta vtrorumque expoſuit Burgoldenſis diſcurſ. ad Inſtrument. *II.* pag. 1. diſſert *XXVI.* Ioannes Theodorus Sprengerus libr. *II.* Inſtitut. *I.* Public cap. *XXX.* & Limnæus obſeruat. *V.* ad A. B. cap. *VII.* Per Pactum d. 15. Maii an. 1724. ſignatum *Vicariatus Rhenanus* vtrique Familiæ Boiicæ & Palatinæ communis factus, cuius confirmatio & approbatio ab Imp. & Ordinibus Imperii expectatur, & iam ſecuta vide Fabri *Cancellaria* P. LXXX. & I. C. K. ſiue B. IOA. CAROLI KOENIGII ICti tum Marpurgenſis poſtea Halenſis *gründliche Abhandlung von denen hohen Reichs-Vicariats-Gerechtſamen,* extincto Carolo VI. Imp. *Franckfurt und Leipzig 1741. 8.* Succeſſere *Zweyte Abhandlung*, vsque ad Electionem Caroli VII, *Marburg 1742. 8.* & *Dritte Abhandlung*, ſubſecuta Acta exhibens cum Indice *Halle 1753. 8.* Add. FRANCISCI DOMINICI HAEBERLIN V. C. Diſſ. *de lite inter Sereniſſimas Domus Bauaricam & Palatinam, ſuper exercitio R. I. Vicariatus Rhenani inter vtramque Domum amice compoſita, Helmſtadii 1748. 4.*

Controuerſiæ de Tutela Electorali.

§. XXII. Alia de *Tutela Electorali* in A. B. definita, orta fuit quæſtio, *Legitima* an *Teſtamentaria* valeret. Bis hæc controuerſia in Electoratu Palatino fuit agitata. Primum id contigit, cum Ludouicus Elector an. 1583. decedens Friderico IV. Principi electorali tum nouenni, Teſtamento Tutores dediſſet. Quæ tamen diſpoſitio tum fruſtranea fuit, obtinuit enim Tutelæ adminiſtrationem Ioannes Caſimirus, Tutor legitimus. Scripta quædam hac de cauſſa indicauit Dominus de Ludewig *ad A. B. Tom. I. p. 721.* Altera vice maiori apparatu multisque ſcriptis diſceptata fuit, cum *1610.* Fridericus IV. Elector praeterito proximo adgnato, Philippo Ludouico, Neoburgico, Tutorem filiis Ioannem II. Ducem Bipontinum dediſſet. A parte *Neoburgicorum* & Tutelæ legitimæ prodiit: *Compendioſa & breuis demonſtratio, quod adminiſtratio Ele-*

ctoratus

ctoratus Palatini Philippo Ludouico competat, Dusseldorpii 1610. 4. & Kurze Anzeig daß Philipp Ludwig Pfalz-Graven die Tutel zustændig sey? Laugingen 1611. 4. Extat etiam ipsius *Philippi Ludouici Comitis Palatini refutatio eorum, quæ contra Ius suum adferuntur, Dusseldorpii 1611. 4. & Beständige Ableinung des Heidelbergischen Berichts in Sachen Friderichs &c. unzuläßiger Vormundschafft, Laugingen 1611. 4.* Sic etiam GEORGIVS CLEMINIVS *pro Iure & administratione Tutelæ Electoralis Palatinæ* orationem scripsit *Laugingæ 1611. 4.* sine nomine editam. *Bipontini* autem causa, ideoque & *Testamentariæ Tutelæ* asserta in libellis; quibus index: *Kurzer Bericht von Chur-Fürstlicher Pfalz Testamentlicher Vormundschafft und Administration 4* sine loci & temporis mentione. *Defensio Electoralis Palatinæ Testamentariæ Tutelæ & Administrationis contra Neoburgicorum nuper Laugingæ excusam erroneam Informationem, Ambergæ 1711. 4.* DIONYSIVS GOTHOFREDVS *Libris VI de Tutelis Electoralibus Testamentariis legitimas excludentibus, Heidelbergæ 1611. 4.* quibus non solum Testamentum Friderici IV. Electoris defendit, sed etiam Scriptis contra illud editis respondet. Idem egit MARQVARDVS FREHERVS in Tractatu suo de *legitima Tutela curaque Electorali Palatina, Heidelbergæ 1611. 4.* qua potissimum demonstrare voluit, textum A. B. tum demum locum habere, cum sine vlla prouisione mortuus fuerit Elector. Deinde prodiit: *Gründliche Wiederlegung etlicher in offenen Druck ausgesprengter Neuburgischen Schrifften samt ferneren Bericht und Ausführung, die Vormundschafft und Administration in der Chur-Fürstlichen Pfalz betreffend 1611. 4. & kurze bestændige Ableinung der jüngst zu Düsseldorf gedruckten ferneren vermeinten Neuburgischen Information und Widerlegung, die Administration in der Churfürstlichen Pfalz betreffend, Heidelberg 1611. 4.* Sed contra hæc Scripta mox prodiit: *de Tutela Electorali legitima, semper & soli Agnato Seniori, atque proximiori,*

miori, nullo obstante Testamento, ex Lege publica debitæ, Liber vnus oppositus Sex Dionysii Gothofredi Libris & Marquardi Freberi Commentariis, contrarium asserentium, auctore IOANNE ZESCHLINO, *Lauingæ 1613. 4.* eiusdem ZESCHLINI sunt *Vindiciæ Tutelares secundum Legem*, siue *pro libro suo de legitima Tutela Electorali Apologia, Coloniæ 1614. 4.* aduersus DIONYSII GOTHOFREDI libellum sub *Prodromi, siue Antecursoris* nomine emissum. Huic successit ZACHARIAS FRIEDENREICH *in synopsi controuersiæ quæ hodie in S. R. I. de Tutela & Administratione Electorali Palatina agitatur, Freberi & Gothofredi Scriptis opposita, Coloniæ 1613. 4.* Huc etiam spectat Quæstio: An post annum decimum octauum impletum princeps Elector ipse Terras suas ab Electoratu non dependentes, administrare possit, & natu minorum principum Tutor legitimus fiat, an vero illius Tutori, vi A. B. hæc sint concedenda; quæ mota fuit anno 1592. a Richardo Simmerensi Comite Palatino, dum mortuo Ioh. Casimiro Fridericus IV. qui XVIII. ætatis annum nondum plene compleuerat ipse administrationem muneris Electoralis atque terrarum suæ ditionis auspicaretur, qua occasione prodiit: *Kurze Verzeichniß dessienigen, was der Durchlauchtig-Hochgebohrne Fürst und Herr, Herr Reichard Pfalz-Grafe bey Rhein, Herzog in Beyern, den 18. Ianuarii 1592. und die nachfolgende Tage bey dem auch Durchlauchtigsten Hochgebohrnen Fürsten und Herrn, Herrn Friedrichen, Pfalz-Grafen bey Rhein, des Heil. Römischen Reichs Erz-Truchsessen und Chur-Fürsten, Herzogen in Bayern, ob einer vermeinten Tutel und Curatel wegen, zu Heidelberg gesucht; daraus greiflich abzunehmen, daß S. F. G. Ihres Suchens und Fürnehmens ganz und gar unbefugt. Allen Chur-Fürsten und Stænden Heil. Röm. Reichs, insonderheit aber Churfürstl. Pfalz Lehen-Leuten, Angehörigen und Unterthanen, zum Bericht aus den damahln gehaltenen Protocollis gezogen, Heidelberg 1592. 4.* Contrarium asseritur *in der kurzen, wohlge-*

gründe-

gründeten und beständigen Widerlegung des Durchlauchtigsten Hochgebohrnen Fürsten und Herrn, Herrn Reicharden, Pfalz-Grafen bey Rhein, der Churfürstlichen Pfalz Curatorn und Administratorn, Herzog in Beyern. &c. Auf den ohnlængst zu Heidelberg in Druck ausgegangenen vermeinten Bericht und Gedancken: darinn klærlich dargethan wird, dass dem auch Durchlauchtigsten, Hochgebohrnen Fürsten und Herrn, Herrn Friederichen dem IV. Pfalz-Grafen bey Rhein, des Heiligen Röm. Reichs Erz-Truchsessen und Churfürsten, Herzog in Beyern, &c. Ihr. Churfürstl. Gn. anererbten Land Regierung, nach den Alter 18. Jahren, von Rechtswegen nicht gebühre, sondern deren Administration, bis nach des Herrn Chur-Fürsten 25. Jahren höchstgedächter Herzog Reichards Pfalz-Grafen Fürstl. Gnaden in Krafft Legitimæ Curatelæ überlassen werden soll, Tubingæ 1594. 4. Plures hac in caussa prodiere Libelli, quos memorauit accurate Cl. Vir IOANNIS excitata iam Præfatione §. 2. a. p. 55. ad 59. & Dominus de Ludewig Comment. ad *A. B. T. I. p. 722. seq.* Addimus saltim MARQVARDI FREHERI *Assertionem propriæ Gubernationis Friderici IV. Elect. Palatini, duabus Orationibus in XIX. natalem eius Principis comprehensa, adiecta Aurea Bulla Sigismundi Imperatoris integra, Heidelbergæ 1592. 4.*

Ad Tit. XVI. A. B. collustrandum facit IACOBI WENCKERI eruditus Tractatus *de Pfalburgeris, Vsburgeris & Gleuenburgeris* multis Actis & Documentis publicis ex Archiuo Argentoratensi desumtis ornatus, qui *Argentorati 1698.* & mutato deinde Titulo sub elogio *Collectaneorum Iuris Publici, ibid. 1702. 4.* prodiit. Ad Tit. XVI. A. B.

§. XXIII. *Commentatores* in *Recessus Imperii* non magno extant numero, in quos veluti introducit IOAN. WERLHOFIVS, in *Specimine primo Iuris Germanorum enucleati*, quod *Helmstadii 1705. 4.* prodiit. ANTONIVS GÜNTHERVS FRITZIVS, *Ius Cæsareum* Commentatores ad Recessus Imperii.

Cæſareum nouiſſimum, ſeu *Commentarium Receſſuum Imperialium ab anno 1442. ad a. 1654 Gryphiswaldi* edidit *1656. 4.* qui Exercitationibus XXIV. conſtat. Sed, nec ſatisfaciunt omnibus, vti nec eiusdem *Paratitla Receſſuum*, *Gryphiswaldiæ 1663.* & *Francofurti 1686. 8.* in quibus ad lectionem Receſſuum conatur introducere. Succeſſit IOANNES WOLFGANGVS TEXTOR qui XIV. *Diſſertationibus Academicis Receſſum de anno 1654.* illuſtrauit, quæ prodierunt *Altdorfii 1669. 4.* atque ex editione locupletiori, *Heidelbergæ 1686. 4.* & in *Parte Secunda* Diſſert. iunctim editarum *Francofurti 1698. 4.* ac multa continent ad controuerſias publicas & ciuiles decidendas, vtilia. Bini Commentarii in hunc *Receſſum Nouiſſimum Francofurti 1695. 4.* editi, quorum prior VLRICO OBRECHTO ab editore tribuitur, alter PAVLO GAMSIO, qui ad praxin potiſſimum & emendationem proceſſus Cameralis faciunt, qui vltimus ſeparatim alias excuſus *1701. 4.* Ex ipſis LL. ex Actis Meierianis Comitiorum aliisque ſubſidiis apte vtiliterque conductus & commendatiſſimus, ſcriptoris pſeudonymi, ſed doctiſſimi SEVERINI THEODORI NEVRODES *Gegenwærtige Verfaſſung des H. R. Reichs in Staats - und Iuſtitz-Sachen, oder Pragmatiſche Erlæuterung des iüngern Reichs Abſchieds d. a. 1654. Iena 1752. 4.* HENR. HAHNIVS ea tantum, quæ ad leuamen obæratorum creditorum in dicto Receſſu ſpectant, explicauit *Helmſtadii 1683. 4.* Vtilis eſt labor perilluſtris Viri GEORGII MELCHIORIS de LVDOLF, qui ſub hoc titulo prodiit: *Der iüngere Reichs - Abſchied zu Regenſpurg a. 1654. in kurzen doch deutlichen Summàrien auf eine neue und nüzliche Art vorgeſtellet, mit Beyfügung was durch den iüngſten Viſitations - Abſchied Anno 1713. und des Cammer-Gerichts gemeine Beſcheide des Proceſs halber in Gefolg des Reichs - Abſchieds ferner verordnet, Franckfurt am Mayn 1720. 4.* Optimam ac locupletiſſimum ſubſidium *Receſſui Imperii nouiſſimo* illuſtrando præbent *Acta Comitialia Ratisbonenſia publica, oder Regenſpurgiſche Reichstags - Handlungen*

lungen und Geschichte von den Iahren 1653 & 1654. beschrieben von IOHANN GOTTFRIED *von* MEIERN, *Tomus Primus Leipzig 1738 f. Tomus Secundus Göttingen 1740.* quibus vir ad ornandam Germaniam natus incredibili solertia omnia quæ huc pertinent, conduxit. Coniungenda quoque TOBIAE PFANNERI multa accuratione & libertate scripta: *Historia Comitiorum Imperii A. O. R. 1652. 53. & 54. Vinariæ & Ienæ 1694. 8.* edita, atque ex Actis Schrœterianis conquisita, Prüschenckiana enim, quæ tum in ill. ZOLLMANNI manibus erant, non inspexit.

Scriptores qui ad Historiam Pacis generalem faciunt.

§. XXIV. Cum inter præcipuas Imperii nostri Leges referendæ sint *Pacificationes*, breuiter iam indicandi qui *Historiam pacis* scripserunt, vel in *Pacis Instrumenta* fuere commentati. ADOLPHVS BRACHELIVS & CHRISTIANVS ADOLPHVS THVLDENVS, *Historias nostri temporis* ediderunt ab an. 1618. ad 1660. atque varios Pacis Tractatus addiderunt. Sic etiam Diario Europæo, de quo supra iam dictum fuit, varios Pacis Tractatus videmus additos. In specie hic nominanda: *Succincta Narratio omnium eorum, quæ ab vltimis Comitiis septemuiralibus & eligendo Romanorum Regi Ratisbonæ habitis in Pacis cum corona Sueciæ negotio, atque ad exitum anni 1637. sunt gesta. Ex Actis collecta & edita, vt cuiuis liqueat, ab vtra parte retardatorum hactenus Pacis Tractatuum culpa hæserit. Ex Germanico Idiomate Latina, 1637. 4.* THEATRVM PACIS, quod *Noribergæ* prodiit *1660. 4.* omnes Pacis Tractatus, qui ab anno 1647. ad 1661. fuere conclusi, exhibet. Accessit alter Tomus, *Noribergæ 1684. 4.* Debetur hæc Collectio CHRISTOPHORO PELLERO, & quidem Tomus prior XVI. Tractatus Latino, Germanico, Belgico & Gallico sermone exhibet, quorum primus est Monasteriensis, vltimus Oliuensis. Posterior LIX. Tractatus complectitur, quorum primus est Peissemundanus Sueco-Russicus, postremus Gallo-Genuensis. Prodiit post hæc: *Pacis & paciscentium Leges Imperii fundamentales & inprimis Instrumenta Pacis Westphalicæ*

phalicæ & Armistitii Ratisbonensis, cum asteriscis seu auctuariis clarissimorum Iuris Publici & Priuati, politicæ prudentiæ & Historices scriptorum iuncta proponens & exhibens, Francofurti 1688. sed notæ, quas auctor ex locis suis communibus congessit, nullo cum iudicio additæ, hoc vnicum vsum habere videtur, quod synopsin in eodem reperiamus Pacis articulorum eosdemque inuicem collatos. GEORGII BRAVTLACHTI *Historia Pacificationum ab annis plus quam ducentis, Lipsiæ 1687. 8.* Hac autem breuis Historia omnium Pacificationum, quæ inter Austrio-Hispanos atque Gallos fuerunt pertractatæ, breuiter ast eleganter exponitur, vsque ad Pacificationem Ratisbonensem anno 1630. conclusam. Recentiorum temporum historiæ Pacificatoriæ inseruit vtilissima collectio, inscripta: *Ruhe des ietzlebenden Europa, dargestellet in Sammlung der neuesten Europæischen Frieden-Schlüsse wie dieselbe unter Regierung Kayser Carl des VI. von dem Utrechtischen an, bis auf dieses 1726. Iahr zum Vorschein kommen, I. und andere Abtheilung, Coburg 1720. 4. III. und IV. Abtheilung ibid. 1727. 4.* collectores editoresque huius sylloges vir illustris ac eruditissimus IOAN. IACOBVS ZINCKIVS Consiliarius Aulicus Saxo-Meiningensis atque V. C. IOAN. FRIDERICVS CHRISTIVS hodie Professor Lipsiensis celeberrimus. Facit huc omnino quod antiquiora simul complexum viri ill. IOANNIS IACOBI SCHMAVSSII *Corpus Iuris Gentium Academicum enthaltend die vornehmsten Grund-Gesetze, Friedens- und Commercien-Tractate, Bündniße und andere Pacta der Königreiche, Republiquen und Staaten von Europa, welche seither zweyen Seculis, bis auf den gegenwärtigen Congreß zu Soissons errichtet worden, Leipzig 1730. 8. mai.* duo Tomi, cum secundi Parte *Secunda.* Add. celeberrimi viri: *Einleitung zu der Staats-Wißenschafft und Erleuterung des von ihm herausgegebenen Corporis Iuris Gentium Academici und aller andern seit mehr als zweien Seculis her geschloßenen Bündnisse, Friedens- und Commercien-Tractaten,*

ſtaten, Leipz. 1741. 8. *mai.* Pars *Prima*, qua hiſtoria æquilibrii potentiæ in Europa ſeruandæ pro pugnaculorum Belgis fœderatis attributorum, (Barriere) Sanctionis pragmaticæ de ſucceſſione in terras Auſtriacas & quæ his connexa cauſſarum publicarum, exhibetur. *Secunda, Lipſ.* 1747. 8. Septentrionalia. Qui notitiam Rerum in Pacificationibus Europæ complexarum deſiderant his inſeruire poteſt ſplendide excuſa ANONYMI: *Hiſtoire des Traites du Paix & autres Negotiations du dix ſeptiéme Siécle depuis la Paix de Vervins juſqu' à la Paix de Nimegue, à Amſterdam et à la Haye* 1725. *f.* 2. *Tomis*, in quo fontes prætenſionum latent. Iungi poteſt viri celeberrimi IO. BARBEYRACII *L' Hiſtoire des anciens Traites* &c. in Tomo Primo Supplementi ad Du du MONT *Corpus Diplomatique &c.* ſupra *p.* 665. iam laudata. Memoriam iuuat: *Chronologie des allgemeinen Staats-Archivs: worinnen die Friedenſchlüſſe, Neutralitäts- und Stillſtands Handlungen, Vereinigungs-Verbündniſſe, Kriegs Declarationen und andere Manifeſte, wie auch Guarantien und Handels-Tractaten ſamt Vermæhlungs-Vergleichen, Teſtamenten und anderen öffentlichen Abhandlungen derer Kayſer, Könige, Herzogen, Fürſten, Republiquen und übriger Stænde, ſo wohl in Europa als andern Theilen der Welt von* 1536. *bis* 1703. *angezeiget werden, Hamburg* 1704. 8. ex quo libello, chronologia Pacis Inſtrumentorum & Tractatuum ad noſtra tempora vsque celebratorum, hauriri poteſt. Habuit in animo WICQVEFORTIVS, vt omnia Pacis Acta ederet a Pace Veruinienſi ad ſua vsque tempora, verum interrupit* hoc propoſitum ipſius captiuitas. Idem inſtitutum erat DANIELIS NESSELII, qui edere voluit: *Corpus Hiſtorico-Politicum publicarum Pacificationum, Confœderationum, Ligarum, Conuentionum, Transactionum, Pactorum, Tabularum Fœderis, Inſtrumentorum Pacis, Neutralitatis, Commercii, Aſſociationis, Prouiſionis, Guarantiæ, Receſſuum interimiſticorum ab A.C.* 1400. *ad ſua vsque tempora per totum terrarum Orbem ſancitorum & conclu-*

conclusorum. Qui vtilissimum institutum perfecere hos iam supra *§. VI. p. 663.* indicauimus.

Scriptores qui faciunt ad Historiam Pacis Pragensis.

§. XXV. Hos excipiant, qui *particularis cuiusdam Pacis Historiam* scripserunt. Ad præparatoria Pacis Westphalicæ referenda est *Pax Pragensis.* Hanc alii vel approbabant vel detestabantur. Inter hosce BERNHARDVS COMENIVS scripsit *Prodromum exequiarum funestæ pacificationis Pragensis, Amstelodami & Roterodami 1639. 4.* qui etiam Germanico sermone prodiit, sub titulo: *Vortrab der Leich-Bestattung des unseligen Pragischen Friedenschlusses, nach dem ersten Roterdammischen Druck ins Teutsche gegeben 1640. 4.* Potissimum auctoris institutum est, vt demonstret, Pacem Pragensem aduersari Paci Religionis, Iuribus Imperii & Protestantium vtilitati, hinc illam potius esse fugiendam, ab eademque singulis cauendum. Et quidem hac occasione Scriptum hoc Auctor composuit, cum Hassiæ Landgrauius ad acceptandam hanc Pacem Pragensem vrgeretur. Dein IVSTVS ASTERIVS edidit *Deplorationem Pacis Germaniæ, siue Dissert. de Pace Pragensi, tam infauste, quam iniuste inita, Parisiis 1636. 4.* quod Scriptum etiam Germanice & *Gallice* versum prostat. Sub ASTERII nomine primum GROTIVS quærebatur, verius tamen est, auctorem libelli esse IOANNEM STELLAM, Christianissimi Regis Residentem apud Argentinenses. Pertinent huc: *Vindiciæ secundum libertatem Germaniæ contra Pacificationem Pragensem*, d. i. *Rettung der alten Teutschen Freyheit gegen den schædlichen und schændlichen Prager-Friedens Vnfrieden denen Vindiciis Pacificationis Pragensis entgegen gesetzt durch einen getreuen Teutschen Patrioten, Stralsund 1635. 4.* Verum contra eosdem prodiit: *der Schwedische Stöhrenfriede, oder gewisser Grund und Beweis, daß die Schwedische Waffen nach geschlossenen Pragischen Frieden in Teutschland unrecht, durch* INNOCENTIVM EHRENFRIED *von* CREVTZLAG *1637. 4.* sub quo nomine latere dicitur: PETRVS OSTERMANNVS. Prodierunt

dierunt etiam pro Pace: *Vindiciæ Pacis Pragensis, aufgesetzt durch einen getreuen Chur-Sæchsischen Patrioten 1635. 4.* auctor habetur IACOBVS CRVSIVS. *Gegründete Ablehnung etlicher wieder den Pragischen Friedenschluß movirter Dubiorum, von einem Liebhaber des Friedens 1636. 4.* ac plura *Scripta* minora ad vtraque parte edita, ex parte contumeliosa & mordacia, quæ longa serie recensentur in B. HOFFMANNI *Bibliotheca Iuris Publici p. 251.*

§. XXVI. Durante adhuc *Tricennali Bello*, postquam cœpta Pacis vniuersalis tractatio plura euulgabantur Scripta, quæ vel ad caussas motuum, vel ad retardatæ Pacis Historiam conducunt. In hunc finem ex magno eorum numero, quem videas apud B. HOFFMANNVM *B. I. P. p. 262.* seq. annotamus selectiores scriptiones. Spectat huc: *Succincta Narratio omnium eorum, quæ ab vltimis Comitiis Septemuiralibus & eligendo Romanorum Regi Ratisbonæ habitis in Pacis cum Corona Sueciæ negotio vsque ad exitum anni 1637. sunt gesta, ex actis eo collecta ac edita, vt cuiuis liqueat ab vtra parte retardatorum hactenus Pacis tractatuum culpa hæserit, 1638. 4.* Hostili animo scriptæ LAVRENTII FORERI *Rationes pro Amnestia facienda & argumentum contra Amnestiam & Pacem 1640. 4.* qua Bellum non nisi cum Protestantium suppressione continuandum esse suadet. Dein prodierunt *Scripta mutua Electoris Saxoniæ & Ducum Brunsuicensium de causa Religionis.* Post Tractatus præliminares *Hamburgenses* edita *Bibliotheca Gallo-Suecica siue Syllabus operum selectorum quibus Gallorum Suecorumque hac tempestate Belli proferendi, Pacis euertendæ studia publico exhibentur*, ERASMVS IRENICVS collegit, *Vtopiæ, ad insigne veritatis, hoc anno* (1642) *4.* scriptum acutum & satyricum continet ingeniose & acerbe excogitatos Titulos librorum quorundam fictitiorum, quibus Gallorum Suecorumque ista tempestate consilia proponuntur, auctor habetur vel Iesuita Moguntinus, vel ISAACVS VOLMARVS. Contra hanc prodiit: *Monarchia Gallica,*

Scriptores qui vel ad caussas motuum Germaniæ vel tractatuum Pacis faciunt.

Gallica, quæ contra calumnias in libello, cui titulus: Bibliotheca Gallo-Suecica intentatas asseritur, & Europæ salutaris futura ostenditur 1649. 4. auctor qui tecto nomine scripsit est IOAN. STELLA. Et cum circa ipsum Pacis negotium multa esset Pontificiorum dubitatio: *an Pax publica & perpetua Protestantibus esset danda*, ea de re prodibat: ERNESTI de EVSEBIIS *Iudicium Theologicum super Quæstione, an Pax, qualem desiderant Protestantes, sit secundum se illicita, Ecclesiopoli 1647. 4.* Hoc Scriptum in Conuentu Osnabrugensi & Monasteriensi fuit disseminatum, in quo demonstrare contendit, talem Pacem & Sacræ Scripturæ & Ecclesiastico statui contrariari. Auctor aliis dicitur HENRICVS WAGNEREKIVS, Iesuita Dillinganus, aliis P. BIBER Confessionarius Electoris Moguntini; alii Legato Pontificio FABIO CHISIO, aut MVHLMANNO cuidam tribuunt. Reposuit eidem IOAN. GEORGIVS DORSCHAEVS *nothwendige Entdeckung des blutdürstigen Vrtheils, welches der vermummete Ernst von Eusebiis, über die Frage: ob der Friede, wie ihn die Protestirende begehren, vor sich selbst unerlaubt und unrecht sey? Straßburg 1648. 4.* Huic libro personatus quidam IESVITA opposuit: *Crisin Anticriseos*, quam & Dorschæi Discipulus ANDREAS RHVNAES & DORSCHAEVS ipse confutauit. Hic enim postea scripsit: *Prodromum anticriseos Theologicæ, seu inuectiuam in vehiculum iudicii Theologici, Argentorati 1648. 4.* Hunc insecuta est ipsa *Anticrisis & Triga Syndromos Anticriseos Theologicæ, h. e. pro Pace Religionis ICtorum Patauinorum Marci Mantuæ, Philippi Iacobi Portii, Tiberii Deciani consilia casibus istis adplicata, Argentorati 1648. 4.* Ex ipsis Pontificiis IOA. CARAMVEL LOBKOWIZ asseruit esse *Pacem S. Rom. Imperii licitam*, liber primum a *1640.* editus, iussu vt creditur *Ferdinandi III.* Imp. & Maximiliani Ducis & Electoris Bauariæ, accessit deinde *Prodromus & Syndromus*, formis quoque impressus hic commentarius, *Viennæ 1649. f.* huic oppositus: *Anticaramuel* HV-

MANI

MANI ERDEMANNI OECOMONTANI 1648. Ex protestantibus HERMANNVS CONRINGIVS sub ficto nomine IRENAEI EVBVLI, Theologi Austriaci, ipsis durantibus tractatibus emisit *Consultationem pro Pace perpetua Protestantibus danda*, quæ primum *Frideburgi 1648. 4.* post nomine ipsius præmisso, hoc titulo: *de Pace Ciuili inter Ordines Imperii circa Religionem dissidentes, Helmstadii 1657. & 1677. 4.* prodiit & inter *Opera* T. II. *p. 467.* Spectat huc etiam *Dialogus Irenicus inter Philemonem & Onesimum de Pace Religionis ac in specie Westphalica* in quo amice confertur de Quæstione: *Num consultum & iustum sit Pacem Religionis frangere?* Subiungitur Discursus: *De Pacis Executione & repressaliis* per CHRISTIANVM CATHOLICVM siue CASPAREM CALVOER, *Irenopoli 1721 4.* Alias ad *Pacis Westphalicæ præparatoria* egregie faciunt CHRISTOPHORI FORSTNERI *epistolæ Negotium Pacis Osnabrugo-Monasteriensis concernentes, Mompelgardi 1656. 12.* editæ, quæ multa continent notabilia & *Exemplum Literarum ad Serenissimum Daniæ & Norwegiæ Regem a Gallico per Germaniam Legato* CLAVDIO de MESMES *scriptarum circa Tractatus Pacis, Amstelodami 1624. 4.* Cui addi possunt: *Literæ siue Declaratio Regis Hungariæ ad Regem Daniæ super tractatu præliminarium Hamburgi concluso, prout Latine conceptæ prodierunt e Cancellaria Viennensi 4. & Tractatus de Præliminaribus Pacis vniuersalis 4. Controuersias Selectas Pacis Westphalicæ* ex Scriptoribus optimis Actisque publicis exposuit FRIDERICVS BENEDICTVS OERTEL Præside IVSTO HENNINGIO BOEHMERO, *Halæ Magdeburgicæ 1720. 4.* De *Iure Suffragiorum præcipue in incluto Senatu Augustano ad Art. V. §. 9. Transact Osnabr.* Commentationem dedit IOA. ELIAS LEOPOLDVS HERWART *Efti & Lips. 1743. 8. mai*

Scripta quæ integram Historiam

§. XXVII. *Historiam Pacis Westphalicæ*, Monasterii & Osnabrugi tractatæ & conclusæ condiderunt vel ad illam illustrandam aliquid contulerunt ANTONIVS

Pacis Westphalicæ declarant.

BRVNVS Hispaniarum Regis ad tractatus Pacis Westphalicæ Legatus, qui conscripsit *Relationem de Pacificatione Monasteriensi*, quam ex Bibliotheca Regiminis Würtembergici acceptam inseruit Parti Primæ *Miscellaneorum Iuridico-Historicorum Frf. 1729. 8.* editorum ill. MOSERVS. Omisso primum, inde addito nomine TOBIAS PFANNERVS, *Historiam Pacis* multo studio composuit, quæ primum in *12.* inde *Irenopoli 1679. 8. & Tertium Gothæ 1697. 8.* addito Auctoris nomine, insignique augmento, quam ex archiuo Vinariensi illustrauit, in quo nihil desideres, nisi quod conciso & obscuro scribendi genere vtatur, de quo iam controuersias habuit cum Tenzelio atque Ludewigio. Inde prodierunt: *Arcana Pacis Westphalicæ, siue plenior & ex secretioribus Actis & congressibus deprompta Relatio Historica de S. Rom. Imperii Pacificatione Osnaburgo-Monasteriensi, auctore A. A. Francofurti 1698. 4.* Paulo post exemplis quibusdam reliquis titulus fuit præfixus: ADAMI ADAMI *Relatio Historica, siue breuis atque succincta Narratio eorum, quæ in Pacificatione Osnabrugo-Monasteriensi ex arcana ratione Status inter Paciscentes gesta fuere, Francofurti 1707. 4.* Nouam Editionem *Lipsiæ 1737. 4.* splendide adornauit celebratissimi nominis Vir IOANNES GODOFREDVS de MEIERN, atque verum auctorem, cuius vitam addidit, indicauit ADAMVM nempe ADAMI Episcopum Hieropolitanum, Suffraganeum Hildesiensem & ad Tractatus Pacis Westphalicæ Statuum quorundam Legatum. Est hæc editio ex autographo Auctoris edita atque Actorum Pacis Westphalicæ testimoniis, ad quæ perpetuo remisit ill. Editor, aucta & corroborata. Rem autem a primis initiis repetit, a Transactione Passauiensi scilicet, Bellum Germanicum exponit, & demum, quæ in ipsa Pace consilia fuerunt agitata, tradit Non omnem quidem Pacis Historiam expedit, ast multa proponit quæ notatu digna, atque alibi haut reperiuntur. Fidem *Meierianæ* editionis sugillare voluit P. ZIEGELBAVER edito libello, sub titulo: *Meieri Emblemata, siue loca quædam* ex ADAMI ADAMI

nuper

nuper ex authentico exemplari edita Historia de Pacificatione Westphalica &c. Ratisbonæ 1739. 4. sed responsum apte solideque in IOH. GOTTFRIEDS *von* MEIERN *Beleuchtung derer zu Regenspurg edirten sogenannten Emblematum, wodurch sowohl die neue Edition von des Adami Historia de Pacificatione Westphalica, als die Acta Pacis Westphalicæ verdächtig haben gemacht werden wollen, Hannover 1739. 4.* Immortaliter autem meritus de Germania, quem iam laudauimus Dn. de MEIERN, quod tot laboribus & magno sumto produxerit opus, vnde clarissima lux Instrumento Pacis Westphalicæ fuit accensa, prodiit illud splendido habitu, sub indice: *Acta Pacis Westphalicæ publica, oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte, Hannover* Tomus *Primus 1734. f.* qua acta exhibentur ab anno 1643. ad mensem Octobris a. 1645. Tomus *Secundus ib. eod. a.* scripta a mense Octobri a. 1645. ad mensem Martium a. 1646. Tomus *Tertius ib. 1735.* a mense Aprili 1646. ad finem huius anni. Tomus *Quartus ibid. eod. a.* ab initio a. 1645. ad finem vsque. Tomus *Quintus ibid. eod.* a fine anni 1647. ad mensem Iun. a. 1648. Tomus *Sextus ibid. 1736.* a mense Iunio 1648. vsque ad finem tractatuum Pacis; Tomus *Septimus Göttingen 1740. f.* exhibet Instrumentum Pacis Cæsareo-Suecicum ex authentico Suecis dato desumtum; Vitas Legatorum & Pacificatorum, quotquot reperiri potuerunt, & Indicem locupletissimum simul ad Acta Executionis Noribergensia directum auctore IOAN. LVDOLFO WALTERO Archiui Hanouerani Secretario. Exhibet autem nobilissimum hoc opus, historiam Pacis ex ipsis Legatorum quorundam summorum commemorationibus apte eleganterque compositam & hanc historiam illustrantia Acta, Protocolla aliaque scripta in hoc grauissimo negotio inuicem vel commutata vel proposita, præmissæ Præfationes doctissimæ & obseruationum rariorum plenæ. Cum hoc omnino coniungenda eodem EDITORE illustri producta: *Acta Pacis Executionis publica, oder Nürnbergische Friedens Executions Handlungen,*

und Geschichte, Hannover und Tübingen 1736. 1737. f. 2. Tomi eadem methodo conscripta collectaque, nec non *Acta Comitialia Ratisbonensia publica, oder Regenspurgische Reichs-Tags-Handlungen und Geschichte, Leipzig 1738. & Göttingen 1740 f. 2. Tomis*, iam supra laudata, quibus & caussæ in Pace Westphalica decisæ & res iudiciaria Imperii insigniter illustratur. Nec omittendum plane ISAACI VOLMARI Liberi Baronis de RIEDEN *Diarium*, siue PROTOCOLLVM *Actorum Publicorum Instrumenti Pacis Westphalicæ, Francofurti 1710. f.* in quo quidquid a Septembri mense 1643. vsque ad Ianuarium 1648. fuit pertractatum recensetur, cæremoniæ inter Legatos describuntur & Scripta quædam singularia inseruntur. Extat in *Adami Cortreii Corpore Iuris Publici Tom. IV.* Insignem quoque vtilitatem præbet perillustris hodie Dn. CAROLI WILHELMI de GAERTNER *Westphælische Friedens-Cantzeley, darinnen die von anno 1643. biß anno 1648. bey denen Münster und Osnabrückischen Friedens-Tractaten geführte geheime Correspondencen, ertheilte Instructiones, erstattete Relationen und besondere Nachrichten enthalten &c. Leipzig 1731. vsque 1738. 8. IX. Tomis.* Est hæc præstantissima sylloge ex schedis & scriptis Legati Cæsarei de CRANE decerpta magnique momenti res continet. Pars *Prima* incipit ab anno 1641. & scripta sistit ad 30. Sept. 1643. Pars *Secunda* a. 1. Octobris a. 1643. vsque ad 30. April. 1644. Pars *Tertia* incipit a 7. Maii vsque ad 30. Decembr. 1644. Pars *Quarta* a 1. Ianuarii 1645. vsque ad 30. Apr. 1644. Pars *Quinta* ad 1. Maii 1645. ad 31. Aug. eod. anno. Pars *Sexta* a. 1. Sept. 1645. ad finem an. Pars *Septima* a d. 1. Dec. 1645. ad d. 31. Ian. 1646. Pars *Octaua* a d. 1. Febr. 1646. ad d. 31. Marti 1646. Pars *Nona* a die 2. Apr. 1646. ad d. 31. Maii 1646. Quæ restant magno desiderio expectamus. Præter has *Germanorum Collectiones* conferendæ sunt *Gallorum* diuersæ iunctim editæ Epistolæ, Instructiones & Acta, cumprimis ad tractatus *Monasterienses* pertinentes, tales sunt:

Lettres

Lettres des Messieurs d'Avaux & Servien Ambassadeurs pour le Roy de France en Allemagne concernantes les differens & leurs responses de part & d'autre en l'année 1644. 1650. 12. & maioris molis sylloge inscripta: *Negotiations secretes touchant la Paix de Münster, & Osnaburg: ou recueil general des preliminaires, instructions, lettres, memoires &c concernant ces Negociations depuis leur commencement en 1642. jusqu' à leur conclusion en 1648.* Avec les Depeches de Mr. de VAVTORTE, *& autres pieces au sujet du meme Traité jusqu' en 1654. inclusivement, à l'a Haye 1725. f. IV. Tom.* Tomus *Primus*, quo continentur Scripta ab anno 1642. vsque 1645. Tomus *Secundus*, quo literæ & Instructiones ac Commentarii Legatorum Franciæ Annorum 1644. & 1645. leguntur; Tomus *Tertius* editus *ibid. 1726.* Literas ad annum 1646. exhibet, cum iis quæ Legatus ad Comitia Ratisbonensia Dn. de *Vautorte* a die 10. Novembr. vsque ad d. 23. April 1654. commemorauit; Tomus *Quartus ibid. 1726.* sistit negotia Osnabrugis a Comite d'AVAVX gesta & alia acta & scripta annorum 1647. 48. 49. & miscellanea quædam. Non pleraque, quæ hæc Volumina continent, vti titulus asserit sunt anecdota, sed non pauca iam typis exscripta; nec selectu & ordine se commendat, sunt & varia omissa, quæ ad hanc collectionem pertinebant, negandum tamen non est, multa quoque vtilia esse hic congesta. Ante hanc collectionem editæ: *Memoires & Negociations secretes de la Cour de France touchant la Paix de Münster, contenant les Lettres, reponses, memoires & avis secrets envoyez de la part du Roy &c. Amsterdam 1710. f. & 8. 3. Voll.* collector est IEAN AYMOND qui præmissa Præfatione artes & consilia Gallorum detexit. Inserta hæc collectio iam laudatæ amplæ Collectioni *Hagæ Comitum* editæ, in qua tamen emendationes factæ & plures literæ ineditæ accesserunt. Nec omittendæ heic: *Memoires de M. D. touchant les negociations du Traité de Paix fait à Münster en 1648. Cologne 1674. & Grenoble 1674. 12.* quarum auctor

CLAVDE

CLAUDE *de* MESMES *Comte d'* AVAUX, Legatus Gallicus ad Pacis Tractatus. Extant quoque *Actes & Memoires de la negociation de la Paix de Münster, Amsterdam 1680. 12. 4. Voll.*. Legendæ sunt summorum virorum Epistolæ e. gr. CHRISTOPHORI FOERSTNERI *Epistolæ Pacis Osnabrugo - Monasteriensis negotium concernentes Mompelgarti 1656. 12* & post sæpe recusæ, atque B. HOFMANNI collectioni, quæ titulum fert: *Series Rerum in Imperio &c.* mox laudandæ, illatæ. Octo quidem ex his tantum sunt editæ, sed plenæ memorabilium rerum, cum his coniungendæ HVGONIS GROTII *Epistolæ quotquot reperiri potuerunt, Amstelodami 1687. f.* is enim Christinæ Reginæ Regnique Suecici Legatus in Aula Francica erat. Ex Legatorum Gallorum cumprimis Avauxii memoriis & literis, aliisque præsidiis composita cultissimo stilo: *Histoire des Guerres & des Negociations qui precederent le Traité de Vestphalie* par le P. BOVGEANT de la Compagnie de Iesus, *à Paris 1727. 4. 2. Tomes.*

Commentatores in ipsos Articulos Pacis.

§. XXVIII. Plures in *ipsos Pacis Articulos* fuerunt commentati. Inter hos primus est PHILIPPVS ANDREAS BVRGOLDENSIS, qui *Notitiam rerum illustrium Imperii Romano-Germanici* edidit siue *Discursus in Instrumentum Pacis Osnabrugo-Monasteriensis, Freistadti 1668. 8.* postea auctius *Secunda Editione* editos *Freistadti 1669. 4.* in quibus originem & fontes controuersiarum, quæ per Pacem Westphalicam fuere compositæ, magna cum libertate, immo potius audacia, explicat, atque multa eruit haut vbiuis cognita, licet nonnunquam peruerso ordine, sæpe etiam sine selectu, intermixtis vbique vanis multis & dicteriis Germanicis. Iniquus etiam est nimium in Pontificios. Idem Burgoldensis sub nomine FRANCISCI IRENICI scripsit *collegium Iuris Publici*, quod *1670. 4.* prodiit, & supplementum est in discursus priores, in quo magis adhuc Instrumentum pacis explanat. AHASVERI FRITSCHII, *Annotationes ad Instrumentum Pacis* admodum steriles sunt. GODOFREDVS FERDINANDVS

DVS

DVS de BVCKISCH & Löwenfels *Obseruationes Historico-politicas* scripsit *in Instrumentum pacis, Viennæ 1694. 4.* Neque tamen vltra Art. VII. progressus. Inter Protestantes hic educatus, verum ad castra Romana transiens, Viennæ commendatione Patrum Societatis I. munus Professorium fuit adeptus. Verum odium demum Iesuitarum incurrens, Vienna cum omni familia expulsus, Coloniæ egenus admodum mortuus. In hoc scripto Statum ecclesiasticum Principum Imperii sibi maxime proposuit, sed nimium fauet Imperatori, cuius auctoritatem extollit. Immo etiam Protestantium religioni sæpius est contrarius, his talem, qualis vulgo explicetur Religionis libertatem non esse concessam, contendens. Postquam antem a Iesuitis fuit eiectus, Ratisbonæ se ad auita sacra reuersurum, ea, quæ in fraudem Pacis Westphalicæ scripserat, retractaturum, immo fraudes Pontificiorum detecturum promisit, morte tamen, antequam hæc executioni mandarentur, fuit præuentus. Plura de huius Auctoris fatis scriptisque videri possunt in præfamine Meditationum ad Instrumentum Pacis, de quibus statim dicendum. IACOBVS OTTO *breuem & succinctam expositionem Instrumenti Pacis Westphalicæ & Nouiomagensis* sub GERMANI SINCERI nomine *Francofurti 1697. 4.* dedit, sed potius istæ ex Iure Ciuili sunt desumtæ, insertis adlegatis nimiis. VLRICI OBRECHTI *breuis & succincta expositio Instrumenti Pacis Cæsareo Suecici 1702. 4.* ex dictatis in collegio academico in Pacis Instrumentum atque concisa quidem, sed singularia multa expromens, in primis ad illustrationem controuersiarum illustrium. Tandem prodierunt MEDITATIONES *ad Instrumentum Pacis Cæsareo-Suecicum*, quarum *Specimen Primum 1706. 4.* prodiit. *Specimen Secundum & Tertium 1707. 4. Specimen Quartum & Quintum 1708. 4. Specimen Sextum & Septimum 1709. 4. Specimen Octauum 1710. 4. Specimen Nonum 1711. 4. Decimum & Vltimum 1712. 4.* quo IOA. HIERONYMI FELICIS CRANZII Dissertatio *de eo quod circa reditus Bonorum Ecclesiasticorum ex alieno Territo-*

Territorio debitos, in Imperio inter Status hodie iuris est, aliique Libelli ad sensum *Articuli V. Instrumenti Pacis* pertinentes, referuntur, addito in omne Opus Indice perbreui. Auctor est HENR. de HENNIGES, Legatus Borussicus, in Comitiis nuperae electionis Carolinae defunctus. Sane, dilucidum praebet commentarium ex Actis Imperii illustratum. Maxime vero varia negotia publica in Comitiis adhuc durantibus pertractat, & de diuersis materiis, vtpote Iure Sacrorum, Iuribus Statuum, Superioritate Territoriali, Commerciis & eiusmodi ex publicis Imperii Actis prolixe satis atque egregie agit. Aduersus quasdam huius Meditatoris peracres inuectiuas *Defensionem Rerum publicarum Norimbergensis, Francofurtensis & Hamburgensis* suscepit personatus, vt videtur, M. IOA. ARNOLDVS PRAGEMANNVS, *Hamburgi 1719. 4.* edita. B. NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII, vti omnia dictata vel proposita in Collegiis iuuenum studiosorum, ita & illi producti sic dicti: *Discours über den Westphälischen Frieden*, praemissa est ampla causarum Belli tricennalis a temporibus reformationis repetita indagatio auctore Dn. CHRISTIANO IOANNE FEVSTELIO, *Francofurti & Lipsiae 1736. 4.* Pleniores, nec tamen sine erroribus vel dicentis, vel scribentium, editi beati Viri: *Discours über den Westphälischen Frieden, aus richtigen* (vti asseritur) *und unverfälschten MSCtis, Franckfurt 1737. 4.* *Instrumentum* quoque *Pacis Caesareo Suecicum in vsum Auditorii Gaebeliani,* breuibus annotationibus ex historia, actis publicis, recessibus Imperii &c. illustratum prodiit, *Helmstadii 1718. 8.* Insigniter quoque Instrumentum Pacis quibusdam in Articulis ex ipsis rerum argumentis illustrat IOA. DECKHERRI *Consultationum Forensium Liber Primus*, quo mota Paci ciuili Religioni datae dubia & auxilia fori exhibentur *Francofurti ad Moenum 1691. 4.* Ad *Articulum Quintum* saltim facit IOA. SCHILTERI Dissertatio egregia de *Termino, a quo Restitutio Bonorum Ecclesiae petenda, Argentorati 1687. 4.* quae Specimini Decimo ad I. P. & Historiae Pacis Religiosae Schilteria-

nae

næ quoque est adiecta. De eodem *Anno Decretorio M. DC XXIV.* luculenta Dissertatione exposuit HENRICVS HILDEBRANDVS, *Altdorfii 1705. 4.* Necnon *de Die decretorio Kalendis Ianuarii Anni 1624.* omnique de Pace Westphalica Restitutione Commentatio lectu dignissima GODOFREDI DANIELIS HOFFMANNI, *Vlmæ 1750. 4.* De *Annexis Exercitii Religionis Euangelicæ ad Instr. Pacis Westph. Art. V. §. 31.* præclaras Obseruationes fecit Diss. summe venerabilis CHRISTOPHORVS MATTHAEVS PFAFFIVS, *Tubingæ 1742. 4.* De *Processu Arresti in causis Pacis Westphalicæ probibito* Schedion dedit Dn. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT, *Giessæ 1747. 4.* Plures ad *Articulum Octauum*, §. de indaganda fuerunt commentati, de quibus iam Capite Decimo. Ad collustrandas quoque Legum Imperii, cumprimis autem Pacis Religiosæ & *Westphalicæ* tabulas congesta est B. CHRISTIANI GODOFREDI HOFFMANNI *Series Rerum per Germaniam & in Comitiis & Transactione Passauiensi ad Annum M DCC XX. gestarum*, in qua discordiarum inter vtrique religioni addictos origo & progressus enarrantur, Pax Religiosa, Ordinatio Executionis, Pax Osnabrugo-Monasteriensis, Ryswicensis & Rastadto-Badensis per summa capita & momenta exhibentur. Accessit Liber Secundus, qui præter CHRISTOPHORI FORSTNERI *Epistolas de Negotio Pacis Osnabrugo-Monasteriensis*, primas partimque ineditas Pacis Westphalicæ Formulas (Proiecta vocant) continet. Adiecta sunt ipsa Pacis Osnabrugo-Monasteriensis *Instrumenta*, cum lectionibus variantibus & noua prorsus versione Germanica, *Francofurti & Lipsiæ 1720. 4.* iungi potest EI. B. HOFFMANNI *Nucleus Legum Imperii & Pacificationum nouissimarum, i. e. Analysis Pacis Westphalicæ, eiusdemque cum Pace Religiosa, Nouiomagensi, Ryswicensi, Rastadiensi, ac Badensi, Alt Ranstadiensi item Conuentione, nec non Recessu Imperii nouissimo 1654. & Capitulationibus subsequentibus harmonica collatio*, *Francofurti ad Viadrum 1731. 4.* HERMANNI HENR. ENGELBRECHT *Grund-Saze einer*

ner vorlæuffigen Einleitung zu Academischen Vorlesungen über das Westphælische Friedens-Instrument editæ *Greifswald 1743. 4.* Quæ *in Pacificatione Westphalica expediri nequiuerunt & ad proxima Comitia remissa* Consideratione diligente ex Actis scriptoribusque Diss. exhibuit illustr. GODOFREDVS DANIEL HOFFMANN, *Tubingæ 1754. 8. Bullæ Brabantinæ abusum* ad illustrandum *Pacis Westph. Art. IX. §. 1.* Actorum Imperii fide egregie docuit ill. ERNESTVS MARTINVS CHLADENIVS *Vitembergæ 1745. 4.*

Iudicia de pace Westphalica.

§. XXIX. Conuellere quidem conabatur dictam Pacem Innocentius X. per solennem Bullam d. 3 Ianuarii 1651. editam, quam tamen *theologice* examinauit IOANNES HORNBECK, *Vltraiecti 1653. 4.* & sub nomine AMANDI FLAVIANI, DAVID BLONDELLVS libello, cui index: *Extract de l'Examen de la Bulle du Pape Innocent X. contre le Paix de l'Allemagne conclue à Munster l'an. 1648. fait en latin par* AMAND FLAVIEN, adiectus collectioni, cuius titulus: *Actes authentiques des Eglises reformées par* DAVID BLONDEL *à Amsterd. 1651. 1655. 4. Iuridice* eandem Bullam egregie conuellere adgressus LVDOVICVS de MONTESPERATO, ICtus Germanus, qui *Vindicias Pacis Osnabrugensis* dedit contra Innocentii X. Bullam, quarum Thulemarius de Octouiratu c. XX. auctorem facit BENEDICTVM CARPZOVIVM, cui adstipulatur Schwederus in Introduct. ad Ius Publicum p. spec. sect. 2. §. 5. idque ex disputatione, quæ sub Carpzouii præsidio *Lipsiæ 1674.* habita de coercitione hæreseos §. 8. & Placcius pag. 44. Prodiit etiam germanice sub Titulo: *Rettung des Osnabrügischen und Münsterischen Friedens wider Innocentii X. Nullitäts Erklährung.* Egregia HERMANNI CONRINGII *animaduersio in Bullam Innocentii X. Pacis Osnabrugensis obligationem vniuersalem* Dissertatione singulari demonstrauit CAROLVS OTTO RECHENBERG, *Lipsiæ 1720. 4.* Pseudonymus SALOMO NIGARDVS singularem dedit *Disquisitionem Iurium & Obligationum, quæ circa Patem Westphalicam in Imperio Romano-Germanico competunt Regi & Regno*

Gallia-

Galliarum, *Lugd. Batau.* (locus fictus) *1750. 4.* Post Pacem editi varii *Panegyrici*, de eadem restaurata Germaniæ gratulantes. Quales quinque collegit TOBIAS OELHAFEN von SCHOELLNBACH in *Templo Pacis in Imperio Romano - Germanico extructo*, *Francofurti 1657. 8.*

§. XXX. Ad *Pacis Nouiomagensis* Præparatoria faciunt primum *Lettres de Mr. le Chevalier* TEMPLE *& autres Ministres d'Etat, publiées par Ionathan Swift, à la Haye 1700. 8.* Accesserunt *Lettres du Comte d'*ARLINGTON *au Chevalier Temple, à Vtrecht 1701. 8.* Licet autem hæ Epistolæ ad Præparatoria saltim atque initia Belli ante Pacem Nouiomagensem gesti faciant, cum Historiam saltim rerum in Belgio ab anno 1665. ad 1672. gestarum, declarent, plura tamen, quæ & ipsam Pacem illustrant, iisdem reperimus inserta, præcipue vero ea, quæ ad Pacem Bredanam, Aquisgranensem & alia faciunt, eademque plerumque inter summos viros agitata, cum Temple apud Belgas fuerit Legatus. Postea prodierunt: *Memoires de ce qui s'est passé dans la Chretienté depuis le commencement de la Guerre an 1672. jusque à la Paix concluë en 1679. par le Chevalier* TEMPLE *à Amsterdam 1708. 8.* *Neomagensis* Pacis tractatuum vicissitudines ex parte disci possunt ex *Histoire de la negociation de la Paix de Nimegue depuis l'an 1676. jusqu'en 1679. par le Sieur de* SAINTDISDIER, *Paris 1680. Cologne 1680. la Haye 1697.* & germanice 12. nitido stilo composita, sed non a partium studio aliena, Legationi enim Gallicæ a secretis erat scriptor. Durantibus tractationibus prodiit *Recueil des Preliminaires avec principaux Traitez fait devant & apres le congres de Nimege, Cologne 1678. 12.* Inde prodierunt: *Actes & Memoires des Negotiations de la Paix de Nimegue, à la Haye 1679. 12. & 1699. & à Amsterdam 1705. 12. IV. Voll.* Verum, nec ordinata est collectio nec perfecta, licet Scripta varia fuerint inserta, quæ multam omnino lucem præferant. Hæc acta in Germanicum sermonem transtulit IOANNES LEONHARDVS SAVTERVS, *Lipsiæ 1680. 4.* malo tamen omine, cum per-

Scriptores qui vel Historiam vel Notas in Pacem Nouiomagensem scripserunt.

uersa admodum sit translatio. Ad illustrationem & historiæ & pacis faciunt: *Memoires politiques pour servir à l'intelligence de la paix de Riswick* par FRANÇOIS du MONT, *la Haye 1698. 4. Voll.* orditur suas narrationes a pace Monasteriensi & perducit vsque ad ann. 1676. Possunt & his negotiis lucem aliquam adfundere *Lettres de Mr. le Chevalier* TEMPLE, *& autres Ministres d'Etat tant en Angleterre, que dans les pais etrangeres &c. publiées par* IONATHAN SWIFT Chapelain du Comte de Berkeley, *à la Haye 1700. 12.* ad res ab an. 1665. ad 1672. gestas pertinentes. Eiusdem TEMPLE *Memoires de ce qui s'est passé dans la Chretienté depuis le commencement de la Guerre en 1672 jusqu' à la Paix conclue en 1679. à la Haye 1692. 12.* & *Nouveaux Memoires du Chevalier* GVILLAVME TEMPLE *1729. 12.* Inter Commentatores primus est AHASVER. FRITSCHIVS, cuius *Adnotationes ad* hanc *Pacem Nouiomagensem, Francofurti 1697. 4.* editæ, breues sunt atque eruditorum expectationem non adimplerunt. His inde accesserunt ADAMI CORTREII *Obseruationes ad pacem Nouiomagensem Cæsareo-Gallicam & Cæsareo-Suecicam, Francofurti 1707. f.* & T. I *Corporis Iuris Publici* ab eodem editi, quibus ad singulos articulos commentatur & quidem ea potissimum immiscet, quæ Pacis tractationem concernunt, quæque ex Actis publicis fuerunt depromta. Ex dictis autem patet, minus accurate in Titulo Operis Cortreiani fuisse scriptum, hanc Pacificationem a nemine antehac fuisse illustratam.

Scriptores qui Historiam Pacis Ryswicensis scripserunt, vel ad eandem fuerunt commentati.

§. XXXI. Ad *Ryswicensis Pacis* Historiam primum faciunt: *Les Actes & Memoires des Negotiations de la Paix de Ryswick, à la Haye 1699. 12. 4. Vol.* & ibidem *1707. 12.* IV. Voll. quæ Editio locupletior, priore, accessit enim: *Continuation des Actes & Memoires des Negociations de la Paix de Ryswick, contenans le Proces d'Arbitrage entre S. A. E. Palatine, & S. A. R. Madame la Duchesse d'Orleans, à la Haye 1707.* Continentur iisdem diuersa Scripta in Pacis tractatione proposita, nec ista tamen vbiuis obuia. *Tabulæ Pacis Ryswicensis* cum

cum notis AHASVERI FRITSCHII, *Francofurti 1699. 4.* editæ, ipsæ quidem Adnotationes adeo magni momenti non sunt, verum inserta fuerunt quædam Acta publica, licet hæc etiam obuia. His postea accessit Eiusdem FRITSCHII *Supplementum Adnotationum ad Tabulas Pacis Ryswicensis, Francof. & Lipsiæ 1700. 4.* Subsecuti fuerunt ADAMI CORTREII *Obseruationes in Pacificationem Ryswicensem, Francofurti 1707 f.* quæ prolixiora sunt, atque ad Historiam potius Pacis conducunt, quidque inter Legatos hinc inde fuerit actum exponunt, licet alias parum sint ordinata. Accessit prolixa Recensio locorum, quæ sub clausula quarti Articuli Pacis Ryswicensis continentur. Dominus quoque du MONT Pacis Historiam condere voluit, verum præter Præparatoria ista ad Pacem Ryswicensem, de quibus superius iam dictum quantum mihi quidem constat, nihil fuit editum. Noua post Pacem conclusam exorta fuit controuersia de clausula Quarti Articuli, quam abolitam volebant Status Protestantes, quorsum spectant ADAMI CORTREII *Obseruata Historico-Politico-Iuridica ad Articulum Quartum Pacificationis Ryswicensis, Magdeburgi 1705. 4.* qua Religionis Catholicæ obseruantiam iuxta normam Pacificationis Osnabrugensis non vero Ryswicensis putat esse diiudicandam. Vtræque extant in *Corpore Iuris Publici* CORTREIANO. In Tomo quinto obseruationum Halensium extat: *Consideratio ad clausulam Articuli Quarti Pacis Ryswicensis*, qua Auctor dictam Clausulam ita interpretatur, catholicam Religionem quidem simultaneo Iure exerceri debere in Locis a Gallis restitutis, saluis tamen ecclesiis atque reditibus Protestantium. His coniungatur Dn. IOANNIS IACOBI MOSERI *Bericht von der so berühmt als fatalen Clausula Art. IV. Pacis Ryswicensis, Franckfurt 1732. 4.* cui plura Acta publica sunt inserta. Addatur Christiani Gothofredi Hoffmanni *Gründliche Vorstellung derer Religions Beschwerden Parte II. Cap. II. p. 257.* Varia Acta comprehenduntur in *Antonii Fabri* Staats-Canzelley *Parte IV. cap. X. p. 507.*

Scriptores ad Historiam Pacis Rastadtiensis & Badensis.

§. XXXII. Ad tractatus Pacis *Rastadiensem* antecedentes, pertinet auctore PLARRIO quae prodiit lectu digna scriptio: *Patriotische Friedens-Betrachtungen, vermittelst welcher necbst dem Verlauff der iüngstbin in dem Haag vorgewesenen aber fruchtloß abgegangenen Friedens-Handlung, nicht allein der wahre Grund eines gerechten, guten und beständigen Friedens, nebst denen zu Erreichung desselben nöthigen Mitteln angewiesen, sondern auch deren dazu concurrirenden Puissancen gemeinsames und absonderliches Interesse geziemend gezeiget wird, 1709. 4.* libellus lectu dignissimus, cui adiungendus alius eodem Auctore scriptus ELEVTHERII nempe PATRIDOPHILI *Contemplationes super inchoato nuper sed mox rupto vniuersalis Pacis negotio, Irenopoli 1709. 4.* Pacis *Rastadtiensis* Instrumenta diuersimode prodierunt. Ad Historiam vero Pacis eiusdemque Articulorum explicationem facit: *Historie Rastadtischer Friedens-Handlungen, benebest zweyen Friedens-Proiecten und dem Friedens-Instrument zwischen Sr. Kayserl. und Allerchristl. Maiest. Maiest. den 6. Martii 1714. errichtet. Alles aus authentischen Pièces gezogen, und mit nöthigen Anmerckungen erlæutert, nebst einem Discours von der Reichs Deputation zu Friedens Schlüssen, Ienæ 1714. 4.* quam ex Actis publicis concinnauit B. BVRCARDVS GOTTHELFIVS STRVVIVS. Ex parte aliqua quoque huc spectat: *Histoire du Congres & de la Paix d'Vtrecht comme aussi de celle de Rastadt & de Bade, à Vtrecht 1716. 12.* cuius Auctor CASIMIRVS FRESCHOT. Maiorem lucem quoque iis quae in Pacificatione *Rastadiensi* gesta sunt adfundunt: *Actes & Memoires, & autres Pieces authentiques concernant la Paix d'Vtrecht, à Vtrecht 1712. ad a. 1715. 12. VI. Vol.*

Scriptores de Matricula Imperii.

§. XXXIII. De *Matricula* egerunt plerique Iuris Publici commentatores, eandemque interpretantur. Separatim extat ERICI MAVRITII *Dissertatio de S. Romani Imperii Matricula, Kiloni 1667. 4.* & in Diss. iunctim editis qui etiam Matriculam Cameræ de anno 1654. adnexuit, licet nondum receptam. Diuersas diuersorum annorum *Matriculas Statuum Imperii,*

perii, *Collectarum Imperialium & Cameræ Imperialis* cum commentariis Zachariæ Geizkoflers edidit ADAMVS CORTREIVS, *Francofurti 1707. f.* Facit huc etiam SEBASTIANI ALMERS *Grund-Säule der dem Heil. Röm. Reich Teutscher Nation hochzuträglichen Sicherheit, erbauet aus der Reichs-Matricul, Franckfurt 1697. 4.* qui Tractatus Matriculam recentiorem & diuersas supputationes pro modo Collectarum Imperii exhibet. IOA. CHRISTOPH. WAGENSEILII dissertatio de *Imperii Matricula, Altorfii 1673. 4.* perbreuis est. MATTHIAE STEIN Diss. de *Matricula Imperii nouissima consensu Imp. & Statuum confecta, Rostochii 1704. 4.* De *Moderatione Statuum Imperii Matriculari* pro Licentia disputauit IOANN. LVDOVICVS KOEBEL, *Altdorfii 1705. 4.*

§. XXXIV. De *Capitulationibus* in genere egit BENEDICTVS CARPZOVIVS in Commentario suo in *Legem Regiam, siue de Capitulatione Cæsarea Germanorum*, primum *Erfordiæ 1623. Lipsiæ 1640. & 1651. 4. Hanouiæ, Francofurti & Lipsiæ 1694. 4. Ienæ 1697. f.* quam tamen male cum Lege Regia Romanorum confert & multa aliena immiscet. SAMVELIS RACHELII dissertatio de *Capitulationibus Regni Germanici* prodiit *Kiloni 1675. 4.* generalia potissimum, quæ ad vsum politicum spectant, tractat. Egregia est HERMANNI CONRINGII Diss. *de Capitulatione Cæsarea* Diss. Acad. & *Operum* T. I. p. 542. illata. CASPARIS HENRICI HORNII Diss. de *Capitulatione Cæsarea* edita *Wittebergæ 1670. 4.* IOANNES SCHACK de *Capitulatione Imperatoris Romano Germanici ex suffragio omnium Imperii Ordinum concipienda, Gryphiswaldiæ 1702. 4.* *Illustrissimi* IOSEPHI ANTONII Comitis ab OETTINGEN Disquisitio de *Imperatoris Capitulatione, Helmstadii 1741. 4.* insigni cura conscripta. De *Capitulatione perpetua* Præside CHRISTIANO WILDVOGELIO, ex Actis publicis egregie illustratam Dissertationem proposuit Dn. GERLACHVS ADOLPHVS de MVNCHHAVSEN, hodie Mecænas eruditorum benignissimus *Ienæ 1710. 4.* aliquoties recu-

Scriptores de Capitulationibus.

ſam. De *negotiis Capitulatione Cæſarea annullatis* diſputauit SAMVEL STRYKIVS, *Halæ 1703. 4.* Commentatores egerunt: IOANNES LIMNAEVS, cuius Commentarius *Argentorati* prodiit ex *Editione Altera 1658. 4. ibid. 1674. 4* & ex Editione locupletiori *Lipſiæ 1691. 4.* in qua Capitulationes a prima *Caroli V.* vsque ad *Leopoldi I.* illuſtrantur; Tomo II. Additionum Ferdinandi IV Capitulationem cum notis exhibet, quæ tamen cum iudicio ſunt legendæ. Nouum Tomum *Additionum ad Limnæum* edidit AHASVERVS FRITSCHIVS, *Lipſiæ 1691. 4.* in quo Capitulationem perpetuam ſiſtit, atque ad Capitulationem Leopoldinam & Ioſephinam commentatur. Caroli V. quæ prima eſt, interpretatus fuit IOANNES STRAVCHIVS in Exoterica IV, quæ agit de illuſtribus controuerſiis circa electionem Caroli V. *Leopoldinam* explicatam videmus ab ERICO MAVRITIO, qui labor poſtumus extat inter Opuſcula *Francofurti 1692. 4.* iunctim edita, & GEORGIO CHRISTIANO STIRNIO in Nomothesia Germanica tit. IV, P. III. pag. 75. In LAVRENTII FVCHSENS Pirnenſis libello exigui pretii, qui inſcribitur: *Kurze Beſchreibung der Königl. Würden und Magiſtrat-Amts-Ordnung* &c. edito *1563. 4.* quædam ſingularia de electione & capitulatione *Maximiliani II.* referuntur. Sed ea ſunt maioris momenti, qua exhibet: *Geheimbdes Protocollum, welches im Iahr 1575. auf dem Churfürſtlichen Collegial-Tag zu Regenſpurg bey damahlig vorgeweſter Römiſchen Königs-Wahl Rudolphi II. gehalten worden, Item Königs Ferdinandi Religions-Declaration &c. 1711. 4.* eſt pars *Diarii* LVDOVICI Comitis WITTGENSTEINII Legati Palatini, qui vna cum LVDOVICO Comite Palatino electioni interfuit & cum ceteris Electoribus Proteſtantibus, vt Declaratio Ferdinandi I. d. d. 14. Sept. 1555. *von Freyſtellung der Religion*, Capitulationi insereretur, fruſtra vrſit. *Ordinationem Conſilii Aulici & Capitulationem Leopoldinam* ordine alphabetico diſpoſuit IOANNES IACOBVS a GOPPOLD, *Viennæ 1680. 8.* IOANNIS FRIDERICI BOECKELMANNI *Annotatio-*

tationes ad Leopoldi I. Capitulationem subiectæ ipsius *Synopsi Iuris Publici R. Germanici, Grœningæ 1698. 8.* cura ALEXANDRI ARNOLDI PAGENSTECHERI euulgatæ. *Iosephinæ Capitulationis illustrationem & recapitulationem* suscepit IOAN. DIETERICVS von GVLICH, *Francofurti 1691. 4.* qui tamen Rachelium plerumque fuit secutus. Quid noui Iosephinæ Capitulationi accesserit expendit LVDOVICVS GVSTAVVS FINCKLER in Dissertatione sua inaugurali, cui titulus: *Iosephi gloriosissimi nuperæ Capitulationi insertarum nouiter additionum considerationes* in Vniuersitate *Altdorfina 1692. 4.* propositæ. Eandem hanc Capitulationem in tabellas redactam atque commentatione solida ornatam, iuxta cum Aurea Bulla exhibet L. B. NICOLAVS CHRISTOPHORVS de LYNCKER, sub rubrica: *Series Aureæ Bullæ Carolinæ cum Introductione præmissa, obseruationibus tabulæ subiectis: item Capitulationis Iosephinæ cum doctrina communi præeunte, de Capitulatione Cæs. & commentatione Iosephinæ subiecta, Ienæ 1706. f.* & cum EI. *Tractatu de libertate statuum Imperii, Ienæ 1711 f.* Sed nil noui accessit. Neque prætermittendus est eruditus FRIDERICI NITZSCHII ad Capitulationem Iosephinam Commentarius, qui cum Præfatione IOAN. NICOLAI HERTII & Supplemento post Art. XL. incipiente, ac præcipuarum rerum indice AVGVSTI HOFFMANNI prodiit *Francofurti ad Mœnum 1711. 4. Meditationes ad Capitulationem Iosephi Halæ 1711. 4.* editæ, auctorem adgnoscunt IOANNEM CHRISTIANVM MVLDENERVM, plenæque sunt optimæ frugis, plerumque ab HENNIGES *Meditationibus* ad I. P. addi solent, ac pro partu postumo VLRICI OBRECHTI habentur, quem protruserit auxeritque quibusdam annotationibus B. NIC. HIERONYMVS GVNDLINGIVS. *Adnotamenta ad Capitulationem Iosephi* AHASVERI FRITSCHII, *Lipsiæ 1691. 4.* edita, Acta saltim quædam eandem illustrantia exhibent, extant quoque in *Opusculis, T. I. n. XX.* Augustissimi Caroli VI. *Capitulationem* in multis a reliquis diuersam *No-*

tis haut contemnendis instruxit IOA. CHRISTIANVS LVNIGIVS, alii MEDERO, qui *Halæ* degebat, tribuunt, quæ omisso tamen nomine, prodiere *Lipsiæ 1712. 4.* Aliam vero præstantioremque multo Editionem procurauit illustrissimus BERNHARDVS L. B. de ZECH Iunior, sub titulo: *Gegenwärtige Verfassung der Keyserlichen Regierung in Teutschland, Lipsiæ 1713. 4.* qua textus accurate exhibetur, Capitulationis Perpetuæ Proiectum ad latus ponitur, atque Acta selectiora & eximia Capitulationem hanc præclare illustrantia, a summo Auctore, qui tum Legationi Saxonicæ ad Electionis negotium missæ a secretis fuit, sunt adiecta, elegansque præterea de controuersiis circa Capitulationem Præfatio est addita. His adiungendum: *Spicilegium Obseruationum ad Capitulationem Augustissimi Imperatoris Caroli VI. cuius instituta collatione cum Capitulatione Iosephina, Commentario Nitzschiano haut ita pridem illustrata, momenta singula Ius Publicum Imperii, statumue eius alternantia ingenue notantur, a G. H. W. C. S. Francofurti ad Mœnum 1714. 4.* sub quibus literis GEORGIVS HENRICVS WEGELIN latet. Ad HOFFMANNI quidem commentationem subinde Autor sese refert, plura tamen ex genuinis fontibus petita, historica libertate vsus, haut exiguo legentium commodo adiecit. CAROLI vero OTTONIS THYLLII *Commentatio ad Capitulationem Caroli VI. Francofurti ad Mœnum 1717. 4.* edita postea in f. magis emendate excusa, plene ad principia & mentem eorum qui omnia in Imperio Cæsari tribuunt est scripta, maximamque partem ex Lynckerianis scriptis desumta. Additæ sunt omnes a Carolo V. Capitulationes. In B. NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII *gründlichem Discours über die Kayserliche Wahl Capitulation Caroli VI* qui *Francofurti 1741. 4.* editus, egregiæ quædam obseruationes inter multa perperam excepta, & ad argumentum non pertinentia, leguntur. Vniuersim ad Capitulationes egregie facit IOANNIS CHRISTIANI MVLDENERI *Capitulatio Harmonica*, egregia Præfatione præmissa, quæ omnes Capitula-

Capitulationes a prima Caroli V. iuxta Iosephinam ad se inuicem collatas continet, Capitulationem perpetuam in Comitiis exhibitam, nondum vero adprobatam, varia Acta Publica ex protocollis electoralibus desumta, & quæ Iura conficiendæ Capitulationis, adhuc dum inter Electores atque Principes controuersa concernunt, atque alia, prodiit *Halæ 1697. 4.* quæ certe eximiæ est vtilitatis. Noua Editio, quæ *Dresdæ 1725. 4.* prodiit curante V. C. IOANNE CHRISTIANO MVLDENERO fil. actis publicis priori additis, destituitur, accessit tamen Capitulatio Caroli VI. cum Iosephina collata. Eiusmodi collationem instituit non tamen accurate satis CHRISTOPH. ZIEGLERVS, cuius *Wahl Capitulation Rom. Kayser und Könige*, prodiit *Francofurti 1711. 4.* quibus adiicienda GABR. SCHWEDERI *Collatio succincta Capitulationum Cæsarearum post Pacem Westphalicam huc vsque publicatarum, cum Proiecto Perpetuæ Capitulationis comitiali, Tübingæ 1716. 4.* instituta. Auctior prodiit inter *Opuscula & Dissertationes T. II. p. 845.* quæ insignes accessiones cum ipsa Dissertatione debentur illustri Viro WOLFGANGO PAVLO BVRGERMEISTERO, qui quum Dissertatio hæc primum ederetur, Respondentis partes ornauit. His successit G. G. K. siue GVSTAVI GEORGII KOENIGII *Capitulatio harmonica*, d. i. *der Allerdurchl. Röm. Kön. und Kayser* IOSEPHI *und* CAROLI *errichtete Wahl-Capitulationes, samt deren Vbereinstimmung, Verænderung, Abweichung und Zusæzen auf eine so bequeme Art und Weise gezeiget, daß solche füglich als ein Anhang zu* MVLDENERI *Capitulatione harmonica zugebrauchen, Nürnberg 1741. 4.* CAROLI VII. Imp. Aug. *Capitulatio* cui insignes plane accessiones adiectæ optime edita ab ill. IOANNE IACOBO MOSERO, sub titulo: *Ihro Römisch-Kayserlichen Maiestæt Carls des VII. Wahl-Capitulation mit Beylagen*, (ad instar ZECHIANAE iam laudatæ) *und Anmerckungen versehen, Franckfurt am Mayn 1742. 4.* successit *zweyter Theil, ibid. 1742. 4. Dritter Theil, ibid. 1744. 4.* qui vtilissimas an-

notationes ex protocollis Electionum regiarum decerptas exhibet, quibus Capitulatio insigne plane lumen accipit. Gallice edita: *La Capitulation de l'Empereur Charles VII. avec des Remarques instructives* par le *Baron* de *Spon. Franckfort sur le Meyn 1743. 4. mai.* Eodem fructuoso adparatu, meritissimus vir exhibuit *Wahl-Capitulation I. R K. M. Frantz des Ersten mit Beylagen und Anmerckungen*, Erster Theil *Franckfurt 1745. 4.* Zweyter Theil *ibid. 1747.* cui adhærent in Appendice II. *Extract Chur-Fürstl. Wahl-Protocolls vom Iahr 1612. bey der Wahl Kays. Matthiæ p. 367* & VEIT SIOSSENS *Abschrifft geheimer Handlungen des Kayserl. Hofes in Ann. 1561. & 62. wegen der Wahl Königs Maximilian in Böhmen zum Römischen Könige, p. 521.* *Vindicias Capitulationum nouissimarum circa Vniones & Conuentus Electorales* eleganter scripsit V. C. GODOFREDVS DANIEL HOFFMANNVS, *Tubingæ 1753 4.* IDEM de *Iure Principum Statuumque suffragandi ad Capitulationes Imperatorum* Librum Singularem ex Actis publicis apte diligenterque concinnauit, editum *Tubingæ 1748. 4.*

Scriptores ad Pacem Publicam.

§. XXXV. Restant illi, qui ad varias Constitutiones alias Imperii fuerunt commentati. In his sequuntur PAX PVBLICA, *der Land-Friede*, & PAX RELIGIOSA. Ad illam vtilis est commentarius ANDREAE GAILII, qui cum eiusdem Obseruationibus Cameralibus *Coloniæ 1580. f.* ibid. *1586. 4.* *Amstelodami 1643. 4.* & sæpius impressus & pro opere pragmatico propter summum iudicium merito habetur. Secutus eundem fuit GEORGIVS BECHTIVS, de *Securitate Publica*, quæ Tractatio extat in Tomo II. Iuris Publici Giessensium & THOMAS MAVLIVS *de Pace Publica, siue Profana Imperii, Francofurti ad Mœnum 1634. 4.* Omnium vero curas superat IOANNES PHILIPPVS DATTIVS, cuius *Volumen Rerum Germanicarum Nouum siue de Pace Imperii Publica, Libri V. Vlmæ 1698. f.* prodierunt, de quo superius §. XV. iam dictum fuit. Adiungenda *Constitutio Pacis Profanæ, cum Obseruatis* ADAMI CORTREII, *Francofurti*

ad

ad Mœnum 1709. f quæ *Tomo III* Corporis Iuris Publici comparet. In Obſeruatis aliqua inſeruit, quæ Ius declarandi in bannum illuſtrant. In Præfatione vero ad Obſeruata CORTREIVS varia loca Scriptorum de Iudicio Camerali indicauit, in quibus de *Pace profana* agitur. De *moderno vſu Conſtitutionis Pacis Publicæ in ſupremis Dicaſteriis* egregie diſſeruit CAROLVS ERNESIVS BEHRENS, *Gieſſæ 1750. 4.* eademque Quæſtionem illuſtrauit: Vtrum Aduocatus bene conſulat, ſi in caſu ad Conſtitutionem Pacis Publicæ qualificato pœnaliter ad eam concludat, an vero præſtet, ciuili rei perſecutioni inſiſtere?

Scriptores ad Concordata Nationis Germanicæ.

§. XXXVI. In Epiſcopatibus Germaniæ adhuc vſum habent *Concordata Nationis Germanicæ* inter Fridericum III. Imperatorem & Nicolaum V. Papam anno 1448. erecta. Hæc GOLDASTVS *Tomo primo Conſtitutionum Imperialium* inſeruit, verſionem Germanicam idem exhibuit *in des H. R. R. Sazungen P. II. p. 153.* & in *Statutis & Reſcriptis Imperii*, ſed videtur inepta potius ſynopſis & epitome, quam accurata verſio eſſe. Ioannes Limnæus Mantiſſæ VIII. ad Capit. *Caroli V.* ſed vterque vitioſe ſubiunxit, Andlerus Corpori ſuo Conſtitutionum & Schilterus Inſtitutionibus Iuris Eccleſiaſtici addidit, extant quoque in MVLLERI *Reichs-Tags-Theatro* ſub *Friderico III.* Cap. XXVII. p. 359. GEORGIVS autem BRANDEN *Collectanea* edidit *ſuper Concordatis Sedis Apoſtolicæ & Nationis Germanicæ, Coloniæ 1600. & 1610. 8.* cum Petri Rebuffi praxi Beneficiorum quoque edita, quæ tamen Romanæ curiæ artes diſſimulant ac ieiune & barbare ſunt compilata; adiecit BRANDEN varias Conſtitutiones Pontificias, quas in poſterioribus editionibus Goſuinus Cholinus octo Conſtitutionibus Pii V. & Gregorii XIII. auxit. Inſeruit quoque illuſtrandis Concordatis LAVRENTII NICOLARTII *Praxis beneficiaria, Coloniæ Agrippinæ 1658. 4.* In HENRICI WAGNERECK *Commentario exegetico SS. Canonum, Dilingæ 1682. f.* edito *L. III. T. V. p. 508.* breuis extat exegeſis Concordatorum Germaniæ. HENRICI LINCKII diſſerta-

ſertatio de *Concordatis Nationis Germanicæ*, *Altdorfi 1580. 4.* & *Ienæ 1718. 4.* Maioris momenti ſunt ADAMI CORTREII *Obſeruata-Hiſtorico-Politico Iuridica ad Concordata Imperatoris Friderici III. & Nicolai V. Papæ de Collatione Beneficiorum Eccleſiaſticorum, Magdeburgi 1705. 4.* poſtea cum aliis eiusdem *Francofurti 1707. f.* Hoc ſcriptum licet parum ordinatum, inter omnia tamen CORTREII optimum eſſe puto, eo quod multa inſerta ſint ſingularia ex Archiuis Eccleſiarum Cathedralium deſumta. In his Concordatis *Ius Annatarum* etiam Papæ tribuitur in Epiſcopatibus Germaniæ. De *eo*, *quod circa abrogationem Concordatorum Germanniæ expreſſam & tacitam iuſtum eſt* habemus *Diſſ.* IO. GEORG. BRVCKMANNI, *Erfordiæ 1745. 4.* Extant de eodem IOANNIS STRAVCHII Diſputatio de *Annatis* ad Inſt. Pac. Weſtph. *Art. V. §. 5. verſ. ſi quid Annat.* directa, *Ienæ 1673. 4.* & IOANN. PETRI LVDEWIGS erudita Diſſertatio, *Halæ 1707. 4.* propoſita, qua originem, cauſſas & iuſtitiam Annatarum illuſtrat eorundemque Ius etiam Principibus Euangelicis tribuit.

Scriptores qui vel Hiſtoriam ſcripſerunt, vel Commentarios ad Transactionem Paſſauienſem & Pacem Religioſam.

§. XXXVII. *Transactio Paſſauienſis* ſæpius quidem cum aliis Imperii Conſtitutionibus fuit edita, AD. CORTREII *Obſeruata ad Transactionem Paſſauienſem*, *Francofurti ad M.* edita *1707. f* extant in *Corpore Iuris Publici.* Addatur B. CHRISTIANI GODOFREDI HOFFMANNI *Series rerum per Germaniam & in Comitiis a transactione Paſſauienſi ad annum 1620 geſtarum*, *Lipſiæ 1720. 4.* in qua diſcordiarum inter vtrique Religioni addictos origo & progreſſus enarrantur, Pax religioſa, Osnabrugo-Monaſterienſis, Nouiomagenſis, compendio exhibentur. Quæ huic & Paci Religioſæ optimam lucem adfundunt CHRISTOPHORI LEHMANNI *Acta Publica & originalia de Pace Religioſa*, edita primum *Francof. ad Mœn. 1631. 4.* recuſa *ibid. 1707. f.* vltima vice edita. Huic nouæ editioni acceſſit: *Facti Species oder wahrhafter Bericht* &c. *wie es in allen um die im Stifft Hildesheim denen der Augſpurgiſchen Confeſſionverwandten Predigern,*

digern, Schul- und Kirchen- Dienern, auch andern Vnterthanen wider den Passauischen Vertrag &c. *zugefügte viele und herbe Religions - Beschwerden in facto bewandt. f.* Secutus: *Lehmannus Suppletus & continuatus, das ist Fortsezung der Reichs-Handlungen, Schrifften und Protocollen, über des H. Röm. Reichs Constitutiones von dem Land- und Religion-Frieden, auch was dieserwegen bey den Friedens-Tractaten zu Münster und Osnabrüg von a. 1643. bis 1648. sich begeben* &c. *Franckfurt am M. 1709. f.* extant hac in Compilatione:

1. HENRICI ANDREAE CRANII Dissertationes de Pace Religionis & libertate conscientiæ.
2. IACOBI SCHVLTES de fide hæreticis religiose seruanda.
3. 4. RICCRVNTI & SCHILTERI, mox indicanda scripta.
5. GABRIELIS SCHWEDERI, de Pacis religiosæ constantia & perpetuitate, Diss. *Tubingæ* alias 1707. 4. proposita.
6. VITI BREITSCHWERDII Consilium de Iure immediati ordinis equestris Sacri Romani Imperii circa exercitium Religionis.
7. ERNESTI GOCKELII de maiestatico Religionis iure.
8. Acta exercitium Religionis Euangelicæ Augustæ Vindelicorum per Commissionem Cæsaream a. 1628. turbatæ.
9. Acta de emigratione subditorum Euangelicorum ex valle Teffereckerthal in Prouincia Salisburgensi.
10. Narratio de dissidiis inter Ciuitatem Basileensem & Episcopum.
11. Acta Religionis Silesiaca in primis Executionis Transactionis Ranstadiensis.
12. Acta Vngarica Religiosa.
13. CORTREII Obseruationes ad Artic. Pacis Osnabrugensis VII. de Iuribus ecclesiasticis Reformatorum Principum, in specie Anhaldinorum, & tolerantia trium religionum Catholicæ, Lutheranorum, & Reformatorum in Imp. R. S.

Ex iis qui Transactionem illustrant primum adducimus IOAN. STRAVCHIVM, cuius Dissertatio Iuris Publici decima quarta agit de *Transactione Passauiensi*, *Pacificatione Augustana & Reseruato Ecclesiastico*. Alias ad *Pacis Religionis* illustrationem faciunt, qui extant in Tomo primo *Dissertationum* ad *Ius Publicum*

cum iunctim editarum: BERNHARDI BERTRAMI & PETRI LEOPOLDI Dissertationes de *Pace Religiosa* & in Tomo Secundo QVIRINI CVBACHII Tractatus de *Constitutione Pacis Religiosae.* GVILIELMVS IGNATIVS SCHVTZIVS edito *Manuali Pacifico Articulum quintum Instrumenti Pacis Westphalicae* quaeque aequissime sunt constituta subuertere conatus fuit. Opusculum *Francofurti 1654.* & *Spirae 1683. 12.* emendatius separatim editum, exhibet AHASVERVS FRITSCHIVS in *Iure* suo *Ecclesiastico*, postea prodiit cum Notis & Animaduersionibus HEYDENI BORROMEI RICCRVNTI, siue HIERONYMI BRVCKNERI, *Veronae 1689. 12.* in quibus eiusdem doctrinas castigauit. Sic etiam in Fritschii Iure Ecclesiastico reperitur ABRAHAMI CALOVII Diss. de *Natura & Indole Pacificationis religiosae*, singillatim edita *Wittebergae 1655. 4.* PETRVS SYRINGIVS siue IVSTVS SPRINGERVS scripsit de *Pace religiosa, 1607. 4.* & *Francofurti 1613. 8.* extat quoque in Diss. *Basileensibus*, Vol. V. n. 20. & 1615. 4. abiecto fictitio nomine PETRI SYRINGII prodiit sub titulo: *de Pace Religionis in Comitiis Augustanis a. 1555. solemni more condita promulgataque Dissertatio analytico-nomica sub Praesidio* VIRGILII PINGIZERI. Auctor in hac editione profitetur se opusculum hoc nimio feruore iuuenile abreptum, scripsisse. GODOFREDVS quoque SVEVVS Dissertationes XII. conscripsit ad *Pacem Religiosam Wittebergae 1657. 4.* quibus appendicem subiecit Transactionis Passauiensis de Religione & Iustitia, deque Iuribus Statuum Protestantium. CONRADI CARPZOVII ad *Pacificationem religiosam Augustanam* de a. *1555.* Dissertatio habita, respondente CORN. CRVLL, *Wittebergae* 1631. 4. Sic & HENRICVS ANDREAS CRANIVS *Dissertationem Iuridico Politicam* dedit eandemque satis amplam *de Pace Religionis in Romano Imperio seruanda, Helmstadii 1619. 4.* qua potissimum Priuilegia immediate Imperio subiectis competentia late examinat, & quaestiones de hac Pace olim occurrentes satis dilucide deci-

decidit variaque Excerpta Actorum publicorum huc facientia adiecit. Quæ aliaque Scripta Pacem Religiosam illustrantia in *Lehmanno Suppleto & continuato Francofurti 1709. f.* edito, comparent. His adiungendus FRIDERICI ALBERTI MAVLII, Thomæ Filii, tractatus: *De Pace Religiosa ex Constitutionibus Imperii, votis Cameralibus, Germaniæ ICtis collectus, Francofurti ad Mœn. 1633. 4.* quo variæ Quæstiones & Controuersiæ, quæ de hac Imperii Lege ab a. 1555. ad tempus publicati huius scripti sunt motæ, traduntur, & subinde non inepte explicantur & resoluuntur, vt adeo hic libellus, & in hodiernis controuersiis, quæ hac ex Pace sunt exortæ vsum præstare possit. Facit huc etiam *Epistola Exegetica de retinenda Pace Publica Imperii, & fugiendis infidelium & heterodoxorum fœderibus 1621. 4.* Sic etiam SIMONIS GOGREVEN extat *Discursus Academicus de Quæstione illa, an Exercitium Religionis contra superiorem, illud vi impedientem, armis defendi iure possit? Giessæ 1620. 4.* Optimi vero hac in parte sunt Schilterus, Deckherrus & Cortreius. IOAN. SCHILTERVS etiam in Commentario de *Pace Religiosa, Argentorati 1700. 8.* edito, omnem Historiam Pacis Religiosæ egregie declarat. Accessit eiusdem Dissertatio de *Termino restitutionis ad art. V. §. 2. Pacis Westphalicæ* & diuersa Consilia Pacem Religiosam illustrantia. IOANNIS DECKHERRI *Consultationum Forensium Libri Duo, Francofurti 1691. 1697 4* prodierunt, supra iam indicati, qui & in Lehmanno suppleto & continuato comparent. In harum Libro primo reperitur Consultatio de *Pace Ciuili Religioni Germanorum data.* Singulares casus, qui ex Pace Religiosa profluunt, examinat, eosdemque decidit, idque occasione diuersarum litium in Camera motarum. Dolendum saltim, quod obscuro admodum & tædioso vtatur genere scribendi Vtilia multa habent ADAMI CORTREII *Obseruata Historico-Politico-Iuridica ad Pacem publicam Religiosam, Francofurti 1709. f.* in quibus potissimum id æstimandum, quod pleraque Acta publica, quæ circa pacis tractationem

nem fuerunt agitata, locis conuenientibus fuerint inserta. Et cum Catholici Status Paci Religiosæ certam clausulam inseruerint, circa mutationem Religionis Episcoporum, quæ *Reseruatum Ecclesiasticum* adpellabatur, idque superiori Seculo maxime vrgerent Pontificii, prodiere: SCIPIONIS ARETINI *Gründliche Deduction; wie es mit dem Kayserlichen Religions-Edict, und dem geistlichen vermeinten Vorbehalt eigentlich bewandt, und was dieselbe beyderseits vor Krafft und Würckung haben, Franckfurt 1633. 4.* Sub hoc nomine latere IACOBVM LAMPADIVM omnino certum est, & aliud, sub indice: *der Geistlichen Vorbehalt aus seinen Gründen erörtert, das ist, gründliche Demonstration und Beweisungen, daß der Geistlichen Vorbehalt ob er gleich dem Religions-Frieden mit einverleibet, die Protestirende Stænde keinesweges obligire und verbinde 1634. 4.* quod scriptum ex Actis publicis decerptum. IOANNIS CONRADI SCHRAMMII Diss. de *Fundamentis Pacis Religiosæ* edita *Helmstadii 1726. 4.* De *Perennitate Pacis Religiosæ* commentatus docto libello ALBERTVS PHILIPPVS FRICKIVS, *Helmstadii 1755. 4.* AHASVERI FRITSCHII *Dissertatio de Reseruato Ecclesiastico* Electis Eiusdem I. P. Cap. VII. inserta est. VLRICI OBRECHTI *Dissertatio de Reseruato Ecclesiastico, Argentorati 1675. 4.* quæ etiam inter collecta Viri summi opuscula N. X. comparet. Plena bonæ frugis est ill. FRANCISCI DOMINICI HAEBERLIN & Dn. ALBERTI FRIDERICI FRICKII Diss. *de Reseruato Ecclesiastico ex mente Pacis Religiosæ eiusque effectibus & fatis vsque ad Pacem Westphalicam Helmst. 1755. 4.* cui iungenda Dn. IOA. IACOBI ab HOLZE Diss. de *Statu iuribusque Episcoporum Germaniæ Aug. Confess. a condita Transactione Passauiensi & Pace Religiosa vsque ad Westphalicam, Ienæ 1752. 4.*

Scriptores Pontificii, qui Pacem Religiosam im-

§. XXXVIII. Conclusa licet *Pace Religiosa*, fremebant Pontificii, eandemque omni modo euertere conabantur. Primum, quod in lucem euulgabatur scriptum est, *von der hochberühmten Religions-Freystellung ein*

ein kurzer Bericht; auch von der Supplication so etliche Stædte des H. R. Reichs gestelt solten haben gegen die Supplication der Rheinischen, Frænckischen, Düringischen, Hartzgrævischen, Wetterauischen und andern der A. C. verwandten Grafen und Herren an die Röm. Kays. Maiest und des Heil. Reichs Stænd von der Personen Freystellung, auctore D. ANDREA DORKENIS *1576. 4.* Magnos motus concitauit, quæ sub nomine FRANCISCI BVRGKARDI prodiit *Autonomia s. von Freystellung der Religion, München 1593. 4.* ex Editione Secunda & *1647 4.* cuius scripti auctorem alii ANDREAM GAILIVM alii ANDREAM ERSTENBERGERVM, nuncupant, alii Viennensis Aulæ Secretarium, alii S. I. Episcopo Augustano a Confessionibus, licet alii potius Iesuitas Colonienses scriptores putent. Prodiit & alia scriptio, sub nomine FRANCISCI BVRGHARDI, sub indice: *Aufwecker der Geistlichen &c. Münster in Westphalen 1603. 12.* hi auctores omnibus iis, qui a Pontifice secesserunt, in Imperio locum non dari Pacemque Religiosam vi & metu extortam concludunt. Contra BVRGHARDVM, pugnare conati fuerunt scripserunt BARTHOLOMAEVS CHAERICVS siue GERICKE, Vice-Cancellarius Anhaltino-Dessauiensis sub nomine ANTONII BEMBELLONAE de GODENTIIS *Commentationem Iuridico-politico-Historicam ad Pragmaticam constitutionem de Pace Religionis, Francofurti 1612. 8.* in qua Autonomiam defendit, Ius libertatis Ecclesiasticæ & conscientiarum declarat, editum fuerat primum hoc opusculum sub titulo: *Tempestiuum suscitabulum pro Principibus, h. e. ad Edictum Imp. Diocletiani de malef. & manich. in Cod. Hermog. quod in Christianos scriptum est Commentarius, Seruestæ 1602. 4.* nec non PETRVS SYRINGIVS sub IVSTI SPRINGERI nomine de *Pace Religiosa* Commentationem supra iam adductam. Vid. etiam Hortlederus lib. I. de caussis Belli Germanici cap. XXXVII. p. 556. Contra eandem Burcardi Autonomiam disputauit quoque sed non adeo solide DOMMAREIN VON DISSINGAV, in *kurzer Information und*

Anleitung von der Autonomia zu Erlæuterung des hochgerühmten Tractats von Freystellung mehrerley Religion und Glaubens &c. *Christlingæ 1610. 4.* & mutato titulo & nouiter impressa prima plagula fraude bibliopolæ sub indice: *Religions-Discurs durch* CHRISTIAN *von* RITTERSBACH, *Warmund 1615. 4.* Cum autem gliscerent magis magisque dissidia inter Protestantes atque Pontificios, CASPAR SCIOPPIVS, vir doctrina quidem clarus sed pessimi animi, *Classicum Belli Sacri* cecinit atque vulgauit *Ticini 1619. 4.* cuius & alia virulenta scripta e. gr. *Consilium regium* &c. edita, quibus auctor est Imperatori de extirpandis rebellibus, vt putat Ecclesiæ principibus. Huic tamen MATTHIAS BERNEGGERVS sub nomine THEODOSII BERENICI opposuit primum *Proaulium Tubæ Pacis occentæ Scioppiano Belli Sacri Classico, Argentorati 1620. 4.* & ex alia Editione *Argent. 1624. 4.* quæ tamen primæ de pagina ad paginam respondet. Quo nihil continetur, nisi commonefactio ad Principes de praxi ac institutis Patrum Iesuitarum, a quodam Religioso conscripta, quam ex Italico in latinum sermonem transtulit. Adiecta fuerunt quædam loca ex Euphormionis Satyrico de artibus Iesuitarum. Subsecuta est Eiusdem *Tuba Pacis occenta Scioppiano Belli Sacri Classico, Augustæ Trebocorum 1621. 4.* qua potissimum variæ artes promouendi Religionem deteguntur. Subsecuta est: *Iuris Publici Quæstio Capitalis, sintne Protestantes Iure Cæsareo Hæretici, & vltimo supplicio afficiendi contra sanguinarium Casparis Scioppii Classicum, tractata, a* IVSTO MEIERO, *Argentorati 1621. 4.* vbi potissimum disquirit, quinam secundum leges Codicum Iustinianei & Theodosiani dicantur Hæretici, eademque ad statum Protestantium adplicat. Postea Pacem hanc varie oppugnarunt Iesuitæ, vt Ioannes Nordermann de Iuris Principiis §. XXIX. & præcipue IESVITAE DILLINGENSES quorum *Compositio Pacis inter Ordines Imperii Catholicos & Augustanæ Confessioni adhærentes in Comitiis Augustæ anno 1555. edita, quam Iureconsulti quidam Catholici ex publi-*

cis Comitiorum Actis & Decretis aduersus complurium Acatholicorum scriptorum commenta Quæstionibus illustrarunt Anno 1629. iussu & auctoritate superiorum *Dilingæ* 4. sine temporis mentione, aliquoties recusa. *Germanice* versa prodiit *Franckfurth 1629. 4.* bey *Iohann Gottfried S. W.* quam editionem tamen *Dillingenses* multis erroribus scatere professi sunt, iterum igitur vernaculo sermone edita *Dillingen 1630. 4.* Solidam virulenti libri refutationem parauerat ex Actis publicis magno labore collectis SAMVEL GOECHHVSIVS Cancellarius Saxo-Vinariensis, quæ tamen ad perfectionem non fuit perducta. Scriptum *Dillingensium* sophismatibus & cauillationibus plenissimum, quod LAVRENTIO FORERO adscribunt communiter, quo magis magisque accenderunt Bellum illud Germaniæ ferale. Plura huius argumenti scripta mordacia, vide in B. HOFMANNI *Bibl. Iuris Publ. p. 172. seq.* Superiori Seculo res ista mota iterum fuit a Cardinali LEOPOLDO COLLONITSCHIO in *Confessione Augustana atque Antiaugustana*, quam ex mandato Serenissimæ Domus Saxonicæ refutauit VALENTINVS ALBERTI, *Lipsiæ 1684. 4.* Huc etiam facit Ioannes Deckherrus in Vindiciis Cameralibus tit. XXVIII. & seqq. Goldastus in *Politischen Reichs-Händeln p. XX.*

§. XXXIX. Quæ contra Leges Imperii Pacemque cumprimis Westphalicam, per Germaniam Protestantibus maxime post Pacificationes Ryswicensem ac Badensem facta fuere GRAVAMINA RELIGIONIS singulatim typis expressa & in Comitiis Imperii proposita, *Francofurti ad Mœnum* postea *1724. seq.* tribus in F. Voluminibus excusa prostant, titulo: *Corpus Actorum & Grauaminum Religionis im Heil. Röm. Reich*, quæ subinde augentur. Tomo I. præmissa est B. BVRCARDI GOTTHELFII STRVVII Præfatio de Simultaneo exercitio ex Iure territoriali. Horum Historiam a temporibus Reformationis repetita origine, neruose, fideliter, accurate ex Actis Publicis & optimis Scriptoribus dedit B. BVRCARDVS GOTTH. STRVVIVS *in der ausführ-*

lichen Historie der Religions-Beschwerden zwischen denen Rœmisch-Catholischen und Euangelischen im Teutschen Reich, Lipsiæ 1722. 8. duabus Partibus, quarum *Prima* Grauamina a temporibus Reformationis ad Pacem Westphalicam & Recessum Executionis; *Altera* quæ inde ad annum 1722. facta exhibet. Huic adiungenda B CHRISTIANI GOTTFR. HOFFMANNI *Gründliche Vorstellung derer in dem H. Rœm. Reiche Teutscher Nation obschwebenden Religions-Beschwerden*, duabus itidem Partibus, *Lipsiæ 1702. 8.* quo vtilissimo libro maxime Quæstiones Iuris ad hæc Grauamina facientes, solide & modeste proposuit & controuersa Principia circa nobilissimas Iuris Publici & Grauaminum Religionis materias, de Iure Reformandi, Exercitio Religionis Simultaneo, obligatione ac sensu Art. IV. Pacis Ryswicensis, Iure Retorsionis, eundi in Partes &c. ex Actis Publicis attigit & explicauit, breuemque designationem Grauaminum Religionis in Comitiis hodiernis propositorum, addidit. Qui tot editis scriptis & collectionibus rem Germanicam & sacram & ciuilem iuuit IOA. IACOBVS MOSERVS de statu Religionis varia conduxit. Nam præter *Acta* in caussa *Emigrationis Salisburgensis* a. 17 . edita, exhibuit: *Neue und vermischte Berichte von Religions-Sachen IV. Partibus, Francof. Stuttgard* &c. ab *a, 1751. vsque 52. 8.* produxit *Hanauische Berichte in Religions-Sachen, XII. Particulis 1750. 51. 8.* & forte plures.

Commentarii ad Ordinationem Executionis.

§. XL. Inter Leges Imperii reperitur quoque *Ordinatio Executionis*, quæ in Comitiis Augustanis anni 1555. fuit publicata. Extat ista in Corpore Recessuum & separatim prodiit cum commentariis ADAMI CORTREII, *Francofurti 1707. f.* accesserunt etiam diuersæ Ordinationes Circulorum.

§. XLI. De *Legibus Sacri Romani Imperii* vtilis extat Dissertatio FRIDERICI GERDESII, *Gryphiswaldiæ 1673. 4. & Operum T. II pag. 331* HERMANNVS vero CONRINGIVS de *Nomothetica, seu*

recta Legum ferendarum ratione & in specie de Legum constitutione in Imperio Germanico solide exposuit *Helmstadii 1642. 4. & Opp. T. II. p. 840.* De *ratione vero interpretandi Leges Imperii R. G publicas* elegantissima Dissertatione egit, quem iam laudauimus CHRISTIAN. GODFRIEDVS HOFFMANNVS, *Lips 1720. 4* Dn. vero HENRICVS FRIDERICVS DELIVS Professor Medicus in Academia Erlangensi dedit: *Entwurff einer Erlæuterung der Teutschen Gesetze, besonders der Reichs-Abschiede aus der Artzney-Gelahrheit und Natur-Lehre, Erlangen 173. 4.*

§. XLII. Ex his *Fontibus* profluxerunt *Compendia*, *Synopses*, *Systemata* & reliqua *Scripta particularia Iuris Publici.* Agmen *Compendiorum* ducat DANIELIS OTTONIS, inauguralis Dissertatio *de Iure Publico*, quæ primum inter Discursus *Arumæi* Vol. V. *p. 41.* prodiit, post separatim *Ienæ 1626. 8* edita. Quod omnino primum Compendium, certa methodo Ius publicum exponens. In Academias ergo receptum, in quibus illud priuatim explicarunt Ericus Mauritius & Ioannes Otto Tabor. In idem Compendium Notas, sed acres nimis scripsit IOANNES LIMNAEVS, *Wittebergæ 1668. 8.* IOAN. HENRICVS BOECLERVS, edente Vlrico Obrechto, *Argentorati 1675. 8.* HENRICI CHRISTOPHORI a GRIESHEIM *Iuris prudentiæ publicæ Romano-Germanicæ breuis delineatio sex Disputationibus comprehensa*, prodiit *Rostochii 1620. 4.* IOACHIMI CLVTENII *sylloge rerum quotidianarum* forma disputationis inauguralis *Augustæ Rauracorum*, siue *Basileæ* proposita *1614. 4.* recusa inde, & iuncta CHRISTOPHORI BESOLDI *Tractatui postumo Iuris Publici*, *Augustæ Vindelicorum 1659. 12.* GEORGII BRAVTLACHTI *Epitome Iurisprudentiæ publicæ*, *Ienæ 1621. & Gothæ 1661. 12.* edita, ex editione quinta *Francofurti 1689. 8.* & in sequentibus aucta cura CHRISTOPHORI LEONHARDI LEVCHTII, ob studium partium non vbiuis satisfacit. Quæstiones I. P. plenius exposuit IOANN. WVRMSERVS in *Exercitationibus Iuris Publici*, *Tübingæ 1649.*

Scriptores qui Synopses & Compendia Iuris Publici ediderunt.

 12. &

12. & 1654. 12. Maioris momenti IACOBI LAMPADII *de Republica Romano Germanica* Liber, primum forma Dissertationis academicæ Præside BACHOVIO luci exposita, inde ab Auctore, quum Spiræ ageret, reuisa, accessere postea Notæ HERMANNI CONRINGII, ad Libri tertii caput septimum vsque productæ, *Helmstadii 1671. 4.* Recusæ hæ *Opp. Conring.* T. II. vbi additæ Notæ ad reliqua capita, ex prælectionibus academicis decerptæ, additus porro Conringii integer *Discursus* ad hunc libellum, isque extemporaneus. LAMPADII libellus inter veteres compendiarios præclarus est, ac multa habet singularia, sed a iuuene primum scriptus, nec in originibus, nec in materiis specialibus est perfectus, immo nec ad recentiores Leges Imp. in omnibus accommodatus. Singularia tamen quædam in Notis proposuit Conringius. Idem in remissionibus & Supplementis egit IOANNES GEORGIVS KVLPISIVS, quas edidit *Argentorati 1680. 8.* in quibus potissimum ad Scriptores remittit, & quæ post Pacem Westphalicam accessere, addit. Leuiores sunt WILHELMI KAHLEN *dispositio Iuris Publici methodica, succincta ac neruosa in certas tabellas distincta, Stadæ 1666. 12.* IACOBI THOMASII *doctrina Imperii Romano-Germanici hodierna, Lipsiæ 1672. f.* HENRICI KIPPINGII *methodus noua iuris publici, Bremæ 1672. 12.* PHILIPPI LVDOVICI AVTHAEI Diss. *de Iure Publico Imperii R. G. Francofurti 1673. 12.* & similes. Ex Romano-Catholicis est WILHELMVS BECKERVS cuius *Synopsis Iuris Publici S. Imperii R. G. Coloniæ Agripp. 1640. 12.* & ex *sexta editione* cum Notis *Io. Henrici Reutter, Viennæ 1686. 12.* nec non *Amstelodami 1680. 12.* prodiit, qui ex odio partium, multis agit contra Leges Imperii. Animaduersiones in eundem dedit HENRICVS HENNIGES, *Francofurti 1680. 12.* qui tamen nimio sæpe contradicendi studio abripitur. In eundem quoque annotata extant IOANNIS STRAVCHII a Fritschio & aliis sæpius citata, nondum tamen edita. GEORGIVS LVDOVICVS LINDENSPVR in Tractatu *de successionibus*

sionibus & mutationibus Imperiorum, qui *Ingolstadii 1658. 4.* prodiit, publici Iuris fundamenta iecit, multa autem continet singularia, quæ praxi repugnant. CASPARIS MANZII *Summa Iuris Publici*, breuis est, nec adeo sincera, prodiit *Ingolstadti 1623. 12.* ANTONIVS PEREZIVS *de Iure publico* scripsit *Amstelodami 1657. 12.* qui ex practica Philosophia principia magis generalia proponit. IOANNIS THEODORI SPRENGERI *Opuscula Iuris Publici quatuor, lucerna moderni status Romani Imperii, perspicillum orbis Christiani, fontes Iuris Publici, ellychnia ad lucernam*, quæ antea separatim prodierant, post coniunctim edita *Francofurti 1666. 12.* in quibus tamen nec iusto ordine, nec certa methodo fuit vsus, aliqua autem vel ex propria experientia, vel ex archiuorum monumentis inseruit, nullo tamen seruato ordine, nec selectu. Eiusdem autem *Institutiones Iurisprudentiæ Publicæ*, quæ *Francofurti 1659. 4.* & *1692. 4.* prodierunt, tanti non æstimantur ac scripta ista minora, quippe sine ordine, sine selectu congestæ. IOAN. VOLKMARI BECHMANNI *Institutiones Iuris Publici axiomaticæ*, *Ienæ 1689. 8.* & sub titulo: *Introductio in Ius publicum per axiomata proposita*, *Merseburgi 1706. 8.* iuxta ordinem analyticum compositæ, leues admodum sunt. Nec multum vsum præbet IOAN. FRIDERICI BOECKELMANNI *Synopsis Iuris publici*, *Grœningæ 1698. 8.* *Anonymi Notitia Imperii Romano-Germanici*, *Cosmopoli 1679. 8.* edita CAROLVM SCHARSCHMIDIVM auctorem habet, quæ etiam in solis fere indicibus consistit, & licet commentarium esse velit in Boecleri Notitiam, diuerso tamen vtitur ordine. CHRISTIANI WEIDLINGII *principia Iuris Publici Romano-Germanici* prodierunt *Lipsiæ 1703. 12.* atque per erotemata traduntur, & exemplis illustrantur. Hæc postea insecutum est *Ius Publicum Imperii Romano-Germanici hodierni methodo facillima per definitiones, diuisiones, causas, quæstiones & axiomata*, *Lipsiæ 1706. f.* Ius publicum in tabulis comprehendit, quarum tamen

vſus haud adeo magnus videtur. Ad normam & ordinem Inſtitutionum Iuſtiniani per iura perſonarum, rerum & actionum Ius publicum deducere adgreſſus IOANNES STRAVCHIVS, qui quidem pleniores *Inſtitutiones* meditabatur, morte tamen præuento eo, ſpecimen ex iisdem euulgauit IOAN. GEORGIVS KVLPISIVS, *Francofurti 1683. 4.* Plenius adhuc ad omnes fere Inſtitutionum Titulos Ius Publicum adcommodauit multæ experientiæ adminiſter IOANNES FRIDERICVS RHETIVS in *Libris IV. Iurisprudentiæ Romano-Germanicæ, Francofurti 1683. Berolini 1698. 8.* acceſſit Aurea Bulla, Capitulatio Leopoldi, atque Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ. IACOBI BRVNNEMANNI *Iurisprudentia publica, Halæ 1701. 4.* publicis diſſertationibus in Academia Halenſi fuit propoſita verum admodum imperfecta. CASPARIS HENRICI HORNII *Iuris Publici Romano Germanici eiusque Prudentiæ Liber vnus, ſecundum LL. fundamentales & formam Imperii præſentem conſcriptus, Berolini 1707. 8.* & iterum *Halæ Magd. 1725. 8.* manca quidem hinc inde eſt, nec vbique plene deducta, habet tamen quandoque ſingularia Iuris Publici argumenta ab aliis non tractata.

Recentiora & vſitatiora hodie Compendia Iuris publici.

§. XLIII. Inter *vſitatiora Iuris Publici Compendia* reputatur hodie IOANNIS HENRICI BOECLERI *Notitia S. R. Imperii*, quæ primum *Argentorati 1670. 4.* prodiit, poſt neceſſariis additamentis aucta fuit & recuſa *Argentorati 1682. 8.* & ex *tertia Editione Argentorati 1723. 8.* cui ex ſcriniis *Obrechtianis* acceſſerunt BOECLERI *Epiſtola* ad illuſtriſſimum *Boineburgium*, ſeu votum pro germanicorum Hiſtoricorum ſupplementis, & diſſertationes aliquot rationem ſeu methodum legendæ Hiſtoriæ Auguſtæ præſertim Germanicæ complectentes ad ſelecta veterum hiſtoricorum loca. Multas quidem continet quæſtiones, quæ tamen rarius deciduntur, cum hæc Notitia, vt inſcriptio etiam præfert, per Titulos ſaltim memoriales diſpoſita, ita, vt locorum communium inſtar ad Ius Publicum haberi poſſit, cum plerumque tantum ad Scriptorum loca remittat.

Frequentis

Frequentis per tempus in Academiis cum Proteſtantium tum R. Catholicorum vſus fuit GABRIELIS SCHWEDERI *Introductio in Ius Publicum Imperii Romano-Germanici*, quæ primum prodiit *Tübingæ 1681. 8.* poſt ex editione ſexta eademque auctiore, *Tübingæ 1701. 8.* denuo 1711. 8, 1719. 1721. 8. quæ Introductio multa induſtria concinnata ob ordinem ſuum, communem fere adplauſum promeruit, cum tyronibus ſatis fuerit apta. Ipſas etiam I. P. materias ex actis Imperii & Scriptoribus præcipuis explicauit & ſincerum ſe nec partium ſtudiis deditum vbique oſtendit. Dolendum tamen, quod ſtylo nonnunquam vſus ſit difficiliori, quem per varias parentheſes reddit adhuc obſcuriorem. Alias diuagatur nonnunquam, prolixus nimium eſt in Reſeruatis Imperatoris ex Iure Ciuili declarandis, nec vbique ad fontes ſatis recurrit. Analecta ad eandem ſcripſit Perilluſtris LYNCKERVS, qui a Schwedero in multis, cumprimis de Forma Imperii argumento diſſentit, formis ſunt impreſſa *Ienæ 1689. 4.* & cæteris *Analectis Lynkerianis* addita. WENCESLAVS quoque XAVERIVS NEVMANN a PVCHOLZ ICtus Pragenſis celeberrimus, *Annotationes* ad hanc *Schwederi Introductionem* dedit *Noribergæ 1716. 8.* excuſas, & olim in lectionibus publicis dictatas. Cumque iisdem acerbius de quibusdam Proteſtantium Iuribus ſcripſiſſet, prodiit FRANCISCI IGNATII de WINDECK *Diſſertatio Epiſtolaris ad Guilielmum Fratrem in Aula Bauarica commorantem de W. X. Neumanni de Pucholz Annotationibus ad Schwederi Introductionem ad Ius Publicum*, *Monachii* (ficto loco) *1717. 8.* quo perſonatus auctor has contra Proteſtantes ſcriptas ſententias perſtringit. Quæ ſub NICOLAI DANCKWERTHII nomine prodiere *Inſtitutiones Iuris Publici*, *Spiræ 1683. 8.* ex recitationibus in Collegio factis ortæ quæ MSCtæ primum circumferebantur, poſt curante Mauritio, inſcio auctore, qui Geneuæ tum agens hæc propoſuerat auditoribus, edebantur. Cum autem plena hæc editio eſſet errorum, nouam ipſe earundem Auctor PHILIPPVS REINHARDVS VITRIARIVS procurauit

 Lugduni

Lugduni Batauorum 1686. & 1714. 12. Ad methodum Institutionum Iustiniani hæ Institutiones fuerunt directæ, & breues admodum, parum etiam perfectæ. Commentatus postea in easdem fuit IOAN. FRIDERICVS PFEFFINGERVS *Vitriario illustrato, Friburgi 1691. 8.* post, maiori cum adparatu *Gothæ 1698. & 1699. 4.* Notæ quas addidit sunt egregiæ, ex tabulis aliisque monumentis publicis exquisitissima diligentia collectæ, quibus varias controuersias inter Status Imperii nostri Romano-Germanici ortas ex ipsis fontibus illustrat. Hoc certum est, Notas textu esse præstantiores. Dolendum saltim, quod dum ad ipsum Vitriarii textum se accommodauit, paulo sint confusiores. Addidit etiam Iosephi Capitulationem, Instrumentum Pacis Ryswicensis & Tabulas Genealogicas præcipuorum Statuum. Tertia tandem editione Vitriarii *Institutionum Iuris Publici nouis Notis illustratarum Tomus Primus* prodiit Libri I. Titulos XV. exhibens *Gothæ 1712. 4.* subsequutus *Tomus Secundus, Gothæ 1718. 4.* qui ad Libri II. Tit. VI. pertingit *Tomus III.* a Libri III. Tit. I. incipit & cum Tit. 18. finit; *Tomus IV.* cum Tit. 19. orditur, & cum Libri IV. Tit. II. opus &c. claudit, hæc editio triplo est auctior, atque ob Historiam Germanicarum inprimis prouinciarum & adparatum insignem Collectaneorum ac excerptorum ex Actis publicis Bibliothecam veluti exhibet iis admodum vtilem quibus haut ad manus sunt librorum necessariorum præsidia. Compendium ampli Operis edi cœpit sub titulo IOHANNIS FRIDERICI PFEFFINGERI *Vitriarius illustratus in compendium redactus, Francofurti & Lipsiæ 1728. 4.* quæ epitome vsque huc vltra *Libri I. tit. 15.* non est producta. Maioris vtilitatis est concinnatum summo studio litteratissimi viri CHRISTIANI GOTTLIEB RICCII *Repertorium locupletissimum in I. F. Pfeffingeri Corpus Iuris Publici i. e. Vitriarium illustratum vniuersum, Gothæ 1741. 4.* in commodiorem & pleniorem Operis huius vsum ordine alphabetico probe adornatum. Multo plausu excepta HENRICI COCCEII *Iuris Publici prudentia Francofurti*

ad

ad Viadrum 1695. 8. 1700. 8. indeque sæpius & 1723. 8. Peculiari methodo, secundum naturam argumenti adaptata tamen, vtitur, ita, vt primo agat de Territorio Imperii Germanici, post, de Officialibus Imperii, inde de Imperatore, huius & Imperii Iuribus. Hæc methodus licet tyronibus multam faciat difficultatem, prouectioribus tamen haut inutilis est. Singula declarat ex fontibus, facem tamen maxime præferentibus Lehmanno in Chronico Spirensi, atque duobus Speculis, ita, vt ipse lucem attulerit Iuri Publico haut minimam. Materiam etiam de Imperii Officialibus demonstrauit egregie. Licet negandum non sit, vbi de Territorio Germanico agit, eum non satis esse accuratum, eiusque scribendi rationem quandoque esse satis obscuram. Profectioribus ergo & in Historia Germanica probe versatis potius quam incipientibus commendanda huius Compendii lectio. Quam expeditiorem reddunt illustris Viri IOANNIS MICHAELIS LANGGVT in hanc Prudentiam Iuris Publici editæ *Animaduersiones cum illustrantes tum emendantes, Ienæ 1721. 8.* & FRIDERICI LVDOVICI Nobilis Dom. de BERGER *Succinctæ Animaduersiones, Lipsiæ 1724. 8.* quæ varia habent singularia. Editi quoque prostant B. NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII *Discours über H. de Cocceii Iurisprudentiam publicam, Francofurti 1735. 4.* ex ore dictantis, siue proponentis, sed non semper accurate excepti. Sic quoque GOTTLIEB GERHARDVS TITIVS edidit *Specimen Iuris Publici Romano-Germanici, Lipsiæ 1698. 12.* Ordo ipsius non adeo accuratus est, qui præter Generalia, de Statibus primum agit, dein de Imperatore, demum de Forma Imperii. In hoc, cum sæpius refutasset Vitriarium, & maxime reprehendisset, quod Institutionum methodo incedat edidit *I. I. V. L. S. Vindicias pro Vitriario*, quas vero adnotationibus castigauit idem Titius *1699. 12.* In recentioribus Speciminis editionibus *Lipsiæ 1708. 1717. 8.* factis, quibus adiectæ Vindiciæ anonymi a Titio castigatæ, addita quoque Dissertatio *de Habitu Territoriorum Germanicorum.* Laudandum tamen omnino hoc Specimen,

Specimen, ob concinnitatem, perspicuitatem, & iudicium, multaque exhibet ab aliis Compendiorum scriptoribus neglecta, in argumentis de Statibus Imperii, Membris & Vasallis horumque Iuribus exponendis nimis est breuis & sterilis. Extant & aliæ breues expositiones in vsum maxime cuiusuis AVCTORIS auditorum scriptæ, qualis IACOBI BRVNNEMANNI *examen Iuris Publici* ex Editione secunda *Halæ 1714. 8.* Similis methodi est: *Breue & compendiosum Examen Iuris Publici Imperii Germanici in vsum collegiorum priuatorum, explicatorio examinatoriorum ex vno vel altero auctore olim concinnatum & luci expositum a* G. A. cum notis IOAN EHRENFRIED ZSCHACKWIZII, *Coburgi 1716. 8.* opusculum ipsum ex IACOBI THOMASII tabulis in Iurisprudentiam publicam, & BELIZII *Idea Iuris Publici*, compilatum, propter notas Capitulationi Caroli VI. adiectas suppressum & igne concrematum fuit. Tabularum amatoribus placebunt IEREMIAE EBERHARDI LINCK, *Stamina Iuris Publici R. G continuo filo ducta*, *Argentorati 1730. f.* Elegans omnino est illustris Viri CAROLI OTTONIS RECHENBERGII *Epistola de Iure S. R. Germanici Imperii ad* I. CARMICHELL, *Lipsiæ 1720 8.* ex qua exteri breuem nostræ rei publicæ notitiam capere possunt. IOANNIS FRIDERICI HOMBERGII zu VACH *Ius Publicum Imperii Romano-Germanici, Marburgi 1719. & 1728 8.* prodiit. Insignem eruditionem spirant IOANNIS SCHILTERI *Institutionum Iuris Publici Romano-Germanici Tomi duo, Argentorati 1697. 8.* Harum primus Tomus ipsam continet Introductionem ad Ius Publicum, rarioribus quibusdam huius Iuris obseruationibus illustratam, sed perperam omnino ad methodum Institutionum conscriptam, & licet ex fontibus sit deducta, vtilissimas tamen materias breuiter nimis tractat. Alter Tomus varias Leges Fundamentales Imperii, Acta publica, responsa & consilia quædam Iuris Publici continet. Optima sane hodie & post tot exortas in Imperio nostro maximi momenti controuersias ad Statum recentiorem accommodata est

B. BVR-

B. BVRCARDI GOTTHELFII STRVVII *Iuris Publici prudentia, ex historiarum monumentis, legibus & obseruantia Imperii Actisque Publicis declarata & illustrata, Ienæ 1722 8.* ex editione secunda ibid *1730. 8.* & *1740. 8.* ex Syntagmate Iuris Publici cuius & methodum seruat decerpta, sed contractis neruose amplioribus excursibus, resectisque minus necessariis tyronibus argumentis, additis vero recentioribus controuersiis ita comparata, vt vtilissimum Compendium Academicum omnino præbeat. Eandem laudem meretur B. DIETERICI HERMANNI KEMMERICHII *Introductio ad Ius Publicum Imperii Romano-Germanici, Wittebergæ 1721. 8.* quæ insigniter aucta *Lipsiæ 1744. Tomis II. 8.* recusa, scripta ea est commoda & naturali methodo, ex accuratioribus & celebrioribus Iuris Publici compendiis & Scriptoribus concinnata, positisque partium studiis, magna circumspectione concinnata, & libro cum primis vltimo siue VIII. nobiles & quotidiano vsu frequentatas de Iure Statuum Imperii priuato vel quasi e. gr Iuribus Fœminarum illustrium, Testamentis, Tutela illustrium &c. materias tradens. Inde deducta & ad vsum Prælectionum Academicarum per positiones delineata EIVSDEM *Synopsis Iuris Publici Romano-Germanici, Ienæ 1732. 8.* Graui iudicio, summa cura & elegantia scriptæ plenæque obseruationum magni momenti sunt illustris Viri IOANNIS IACOBI MASCOVII *Principia Iuris Publici Imperii Romano-Germanici Lipsiæ 1727 8. ibid. 1738.* & optime *ibid. 1750. 8.* Singulares & paradoxas non raro opiniones legas in IOA. PETRI a LVDEWIG *Obseruationibus* in IOA. IAC. MASCOVII *Principia Iuris Publici*, editis *Francof. & Lipsiæ 1744. 8.* Recitationibus Academicis parata quoque sunt CAROLI FRIDERICI NECKERS *Vnterricht in dem Staats-Recht des H. R. Reichs Teutscher Nation*, cum Præfatione cordata perillustris IOA. VLRICI CRAMERI, *Marburg 1741. 8.* & ill IOA. IACOBI SCHMAVSSENS, *Compendium Iuris Publici,* ex verbis LL. Imperii maxime conpositum, *Leipzig 1746. 8.* & ex secunda Editione auctiori, *Gœttingen*

gen 1752. 8. mai. Egregia & LL. verbis excitatis præstantissimisque scriptoribus ornata & suffulta sunt celeberrimi Viri IOA. STEPHANI PÜTTERI *Elementa Iuris Publici Germanici, Gottingæ 1754. 4.*

Compendia & Systemata Iuris Publici Germanico & Gallico Idiomate scripta.

§. XLIV. Inter Compendia *Germanice* edita vtilissima magnaque libertate & in plerisque iudicio recto scripta EITEL FRIDRICH von HERDEN *Grund-Veste des Heiligen Römischen Reichs Teutscher Nation, aus dem VIII. Articul des Osnabrückischen Frieden-Schlusses vorgestellet, Ratisbonæ 1663. 8.* cuius verus auctor est RVDOLPHVS HEIDEN Consiliarius Vinariensis, non Gothanus, vt Placcius contendit. Hæc autem ad historiam, solennitatem ac Iura Comitiorum, quibus ipse interfuit, multum conducit. Recentissimæ & octauæ editioni, quæ *Francofurti 1724. 8.* prodiit, accessere *Bedencken über der Grund-Veste des heiligen Römischen Reichs*, cuius auctor est perillustris LYNCKERVS, quo in scripto de Statu & Forma Imperii summus Vir egregie iudicat, & IOAN. HENRICI BOECKLERI *Bericht von dem Heiligen Römischen Reiche Teutscher Nation, dessen Verfassung und Regierung*; Capitulatio Iosephi I. & Caroli VI. vtriusque Actus Electionis & Coronationis, & Matricula Imperii vsque in Februarium 1714. reuisa. Nouam Editionem procurauit illustr. IENICHEN. Auctor *der Beschreibung des Heiligen Römischen Reichs Teutscher Nation*, quæ *Francofurti 1670. 8.* edita, quem GEORGIVM ACHATIVM HEHER vulgo faciunt, alii autem vero similius VITVM LVDOVICVM a SECKENDORFF designant, breuis nimis est, quædam habet memorabilia. ABRAHAMVS BENEDICTVS RAVTNERVS edidit *Anführung zur Teutschen Staats-Kunst, Sultzbach 1672. 8.* quam ad filium scripsit, quem instruere cupit in omnibus, quæ ad prudentiam politicam & Iuris publici spectant, sed prima tantum sunt fundamenta, quæ adducit. Capitulationes tamen varias & Matriculam inseruit. IOANNIS EHRENFRIED ZSCHACKWITZ *Einleitung zu dem Teutschen Staats-Recht, Lipsiæ 1710. 8.* excusa, auide quidem excepta, & ob tractandi rationem non contemnenda,

nenda, ſine dubio tamen magna feſtinatione conſcripta plurimisque erroribus oppleta, & propter audacem de grauiſſimis rebus ſcribendi libertatem exoſa. Maiori modeſtia congeſtus liber, cuius titulus: *Teutſcher Reichs-Staat oder ausführliche Beſchreibung des Heiligen Römiſchen Reichs Teutſcher Nation, nebſt præfigirter Bibliotheca Iuris Publici*, qui *Lipſiæ 1716. 4.* primum prodiit cuiusque pars ſecunda, *ibid. 1704. 4.* edita, qua ſpeciatim recenſet Principes & Status Imperii. Hæc equidem maximam partem ex Zechianis commentariis fuit deſumta, ita tamen, vt de ſuo varia auctor addiderit. Hanc primam editionem altera ſecuta, *Lipſiæ 1709. 1710. 4.* qua Editione præfixo Pſeudonymo IO. SYLVERIO Germano, Bibliotheca CHRISTOPHORO LAVRENTIO BILDERBECKIO tribuitur. De Bibliotheca iam in ſuperioribus dictum, quantum ad ipſum tractatum, collectio eſt inordinata, non ex fontibus, verum ex compendiis Iuris Publici, potiſſimum Zechii Heroldo Europæo depromta. Adiecit hinc inde breues quasdam Notas Bilderbeckius. Huius iteratæ Editionis Tomo ſecundo Bilderbeckius Præfationem præmiſit, in qua contra hancce cenſuram diſputat. Verum, licet non omnem ſcripto laudem denegare auſim, cuilibet tamen Lectori facile patebit, an ex veris fontibus fuerit deprompturn opus. Interim nec Autori, nec aliis quibuslibet iniuriam facere animus eſt, nec libri bonitati quippiam derogare. Si qui meliora de hoc Scripto iudicent, meis vero derogent, mihi perinde erit. *Tertia editio* excuſa *1718. 4.* Noua editio inſignibus ornata acceſſionibus cum in Bibliotheca tum ipſa expoſitione, ab illuſtri Dn. GLAFEYO prodiit *Lipſiæ 1738. 4. mai.* Multo accuratoque labore congeſtum IACOBI CAROLI SPENERI ICti & Hiſtorici eruditiſſimi *Teutſches Ius Publicum, oder des Heiligen Römiſchen Reichs vollſtändige Staats-Rechts-Lehre*, cuius Pars Prima *Francofurti & Lipſiæ*, ſiue potius *Witteberga 1723. 4. Pars Secunda ibid. 1724. 4. Pars Tertia, ibidem 1724. 4. Pars Quarta ibid. 1725. Pars Quinta, ibid. 1726. 4. Pars Sexta 1727. 4. Pars Septima*

ptima ibid. 1733. 4. edita, erudita diligentia, ex optimis ſcriptoribus & monumentis eſt digeſtum multasque ſimul veritates obſeruationesque rariores aperit. Cuius poſtremas partes de particularibus Germaniæ Prouinciis præmatura mors impediuit. Patrio quoque ſermone recentiori tempore editæ ſequentes compendiariæ expoſitiones, illuſtris nempe Viri GOTHOFREDI LANGII *Einleitung zu den Geſchichten und den daraus flieſſenden Iure Publico des H. R. Reichs deutſcher Nation, Leipzig 1718. 8.* qua quam vtilis vtriusque coniunctio ſit ſcite declarauit. Breuiculi tantum ſunt GEORGII SCHVLTZII *Anleitung zu dem Iure Publico des Heil. Röm. Reichs Teutſcher Nation, Ienæ 1718. 8.* & BARTHOLOMAEI CHRISTIANI RICHARDI *Compendium Iuris Publici, oder teutſches Staats-Recht, Iena 1721. 8.* Meliora exhibet AVGVSTI FRIDERICI de ZANTHIER *Staats-Erœrterung des H. R. Reichs Teutſcher Nation darinnen deſſen remarquableſte Staats-Veränderungen &c. wie auch des Landes Grœntzen &c. Regiments-Form, politiſche Verfaſſung &c. vorgeſtellet werden, Goßlar 1732. 8.* Niſi fata laborem turbaſſent perfectioris operis in hoc argumento laudem tuliſſent B. CHRISTIANI GOTHOFRIDI HOFFMANNI *Grund-Sætze des Teutſchen Staats-Rechts,* quarum pars I. *Francofurti 1733. 8.* prodiit, cura fratris B. *Ioa. Wilhelmi Hoffmanni*, præter generalia Iuris Publici de electione Regum & Impp. eorum coronatione, officialibus Imperii Principibus curate varias rarioresque quæſtiones annotauit. Præclara illuſtris IOAN. MAXIMIL. de GVNDERODE *Abhandlung des Teutſchen Staats-Rechts, Gieſſen 1743. 8.* Vulgaria leguntur in ſcriptoris R. Catholici ſacris addicti IOANNIS IOSEPHI POGKH libro, inſcripto: *Nucleus Iuris Publici Romani oder auſerleſener Kern des allgemeinen Staats-Rechts unſers uralten glorwürdigiſten R. Teutſchen Reichs, München 1721. 8.* Optimum & nonniſi eas doctrinas, quæ vſum practicum habent complexum viri de iure publico noſtro egregie meriti IOANNIS IACOBI MOSERI *Compendium Iuris Publici moderni*

Germa-

Germanici, oder Grund-Riß der heutigen Staats-Verfassung des Teutschen-Reichs, Tübingen 1731. 8. additæ sunt primæ lineæ Compendiorum Iuris Publici moderni Imperii Romani; & Regni Italici, siue Longobardici. Secunda editio *ibid. 1742. 8.* multum est aucta & ex Capitulatione nouissima CAROLI VII. suppleta. Ex *Editione Septima* prodiit commendatissimum Compendium *Tubingæ 1754. 8.* In eorum quoque gratiam qui breuiores recitationes ex more hodierni Seculi & qui primis labris degustare volunt doctrinas I. P. dedit: *Kürtzere Einleitung in das Teutsche Staats-Recht, zum Gebrauch der Anfænger in dieser Wissenschaft, Frft. & Leipz. 1753. 8.* Coniungenda EI. *Nachlese zu seinem Compendio Iuris Publici moderni Regni Germanici*, primum edita *Züllichau 1737. 8.* & ex auctiore & emendatiori Editione *Ienæ 1740. 8* quo libro suppleuit doctrinas propositas & ad vtiles scriptores legentes dimisit. Commentarii instar est & Systema plenum doctrinarum Iuris publici vtilissimarum ex LL. Actisque Imperii & publicis priuatisque scriptis decerptarum ac longo magnorum negotiorum vsu obseruatarum exhibet EIVSD. *Teutsches Staats-Recht*, cuius Pars Prima prodiit *Nürnberg 1737. 4. Quinquagesima* vero *Pars*, *Francof. & Lipsiæ 1753.* lucem vidit. Addita *Duo Volumina Zusätze*, quarum *Pars Prima ibid. 1744. 4. Secunda ib. 1744. 4.* cum *Indice* prodiit. Successit: *Haupt-Register über die Funffzig Theile 1754. 4.* Si Continuatio vtilissimi Operis perfici posset haberemus selectam Bibliothecam Iuris Publici. *Gallico idiomate* prodierunt *du* MAY *douze Dialogues sur l'Etat de l'Empire, imprimé à Montbeliard 1665. 12. 2. Voll.* & Sr. HEISS *Histoire de l'Empire, à Paris 1684. 4.* & *Paris 1731. 8.* & *Hagæ Comitum 1685. 12.* cui tamen addenda *l'Abbé* de VAYRAC *Etat present de l'Empire, ou critique de l'Histoire de l'Empire de Heiß, à Paris 1711. 12.* Melioris tamen vsus est ANONYMI *Traité systematique touchant la connoissance de l'etat du saint Empire Romain de la nation Allemande, ou le Droit public de cet Empire tiré des Loix fondamentales, de la Jurisprudence, Politique & des Auteurs*

les plus célebres & les plus desinteressés, Hanouerae, typis Orphanotrophei Morungensis *T. I. 1751. Tom. II. 1752. 8. mai.* Sed hi libelli iis placent, qui gallicam linguam magis, quam solida studia amant, in domesticis scriptoribus felicius indaganda.

Monzambano cum aduersariis & sectariis.

§. XLV. Post medium superioris Seculi prodiit SEVERINI de MONZAMBANO de *Statu Imperii Germanici ad Laelium Fratrem Liber*, qui primum prodiit *Hagae Comitum 1662. 12.* apud *Hadr. Vlaq, Geneuae 1667. 12.* postmodum a Pacifico a Lapide *Vtopiae 1668. 8.* editus, inde cum variis Notis & stricturis. De *Auctore* Libri amplius non est disceptandum, cum certo sit certius, partum genuinum esse illustris Viri SAMVELIS PVFENDORFII, qui eundem conscripsit impellente indignatione praereptae ab altero professionis, quam sibi deberi crediderat. Licet etiam ex Epistola, a Placcio Theatro Pseudonymorum p. 450. inserta, pateat, cum fratrem Esaiam, apud Gallos eo tempore Suecorum negotia tractantem libellum reuidisse, tum etiam rerum Europaeo-Germanicarum peritissimum Electorem Palatinum *Carolum Ludouicum*, censura sua illum adprobasse, & symbolas suas adiecisse. Statim autem ac prodiret libellus, diuersa hominum sensa prodebantur. Prout enim hominum animi huc vel illuc abripiebantur, iudicabant de hoc libello. Erant, quibus libellus mirum in modum adrideret, eo quod ex eodem integra omnis Status Germanici notitia, vitia & morbi satis clare detecti paterent, vt singulis oculi aperirentur ad medelam corpori tam morbido adhibendam. Alii e contrario nimiam scribendi libertatem & quod tam facile morbos Imperii detexerit, Germanosque irrisui exposuerit, in eodem reprehendebant. Exinde plures fuerunt, qui stricturas potius quam Notas in dictum libellum conscriberent. Primus erat MARTINVS SCHOOCKIVS, qui tecto nomine scripsit *Exercitationes XII. quibus Seuerini de Monzambano ad modum promulsidis Tractatus de Statu Imperii Germanici discutitur & quaedam Chresimo, plura Obelo notantur, cis Veronam apud Seuerum Misosycophantum 1668. 12.* Alter erat PHILIPPVS

LIPPVS ANDR. OLDENBVRGERVS, qui recuſo Monzambani ſcripto, ſub nomine PACIFICI A LAPIDE *Notas* addidit & *ſtricturas*, *Geneuæ 1668. 8.* qui tamen pro more diuagatur, ſæpe etiam aliqua reprehendit, quæ minima erant reprehenſione digna. Secutæ: SEVERINI de MONZAMBANO de *Statu Imperii R. Germanici &c.* acceſſerunt popularis, & a parte patris & matris Veronenſis, quum mater Seuerini Placentina fuerit, *Notæ perpetuæ*, *Eleutheropoli apud Bonifacium Verinum 1668. 12.* Auſtriacos defendit auctor ingnotus acerbo ſcribendi genere. Prodierunt poſthæc Seuerini de Monzambano *de Germana Imperii Germanici forma ad Lælium fratrem Litteræ ſecretiores*, quibus Auctor in ſententiis ſuis ſibimet ipſi diffidens inducitur, cuius auctorem faciunt IOANNEM LVDOVICVM PRASCHIVM. CHRISTIANVS a TEVTEBVRG in *ſolida & neceſſaria disquiſitione de forma imperii Romano-Germanici* caput ſextum potiſſimum de forma imperii refutauit *1668. 12.* IOANNES VLRICVS ZELLERVS publica declamatione in Academia Tubingenſi disquiſitionem *de ſtatu Imperii Germanici contra Monzambanum* inſtituit. Singulis hiſce reſpondet PVFENDORFIVS in *Diſſertatione* ſua *de Republica irregulari*, in qua latius ſententiam ſuam exponit. Contra hanc CAROLVS SCHARSCHMIDIVS peculiarem disquiſitionem publicauit de *Republica monſtroſa*, cui *Pufendorfius* reſpondit in *Addendis* ad Diſſertationem *de republica irregulari*. Repoſuit SCHARSCHMIDIVS *Defenſionem disquiſitionis de republica monſtroſa*, ſed ſub nomine IOANNIS ROLETI, Palatini, i. e. GOTTF. KLINGERI oppoſitus *Scharenſchmidius Vapulans*, *Stralſundæ 1678. 8.* ſatyrice nimis ſcriptus. Alii vero dictum librum *Commentariis* ſuis illuſtrarunt. Inter hos primus eſt VLRICVS OBRECHTVS, qui duas aut tres Exercitationes ſub titulo *ſpeciminis* publicauit *Argentorati 1684. 8.* & *1687. 4.* Sed hæ notæ non vltra caput ſecundum continuatæ. IOANNIS GEORGII KVLPISII Commentarius prodiit *Stutgardiæ 1682. 8. 1688. 8.* multo ſane iudicio

 ſcriptus.

ſcriptus, quo libellum ex Actis Publicis illuſtrauit, non tamen vbique mentem Pufendorfii rite aſſecutus cenſuram quandoque nimis acerbam fecit. Poſt eum CHRISTIANVS THOMASIVS Monzambanum cum Notis edidit, *Halæ 1695. 8.* atque ex recentiori editione, *Halæ 1714. 4.* quibus multa obſcurius dicta illuſtrat, ipſius autem aduerſariis cumprimis Kulpiſio, multa tamen modeſtia hinc inde reſpondet & auctoris ſententias ex Hiſtoria Imperii ſubinde illuſtrare conatur. Aliqua etiam in textu emendat, idque ex autographo Pufendorfiano. In editione ſecunda B. THOMASIVS in multis argumentis priores ſuas ſententias mutauit. Inde IACOBVS PAVLVS GVNDLINGIVS textum ſaltim Monzambano edidit *Coloniæ ad Spream 1706. 8.* eundemque ad exemplar ab ipſo Pufendorfio paullo ante obitum emendatum. Quasdam enim formulas acerbe nimis conceptas temperauit, quasdam quæ ſummis Principibus eſſe præiudicio poterant plane deleuit. Demum GOTTLIEB GERHARDVS TITIVS, eundem librum ex autographo Auctoris recognitum, cum prioribus Editionibus collatum, cum ſelectis Variorum Notis edidit *Lipſiæ 1708. 8.* Quantum ad textum emendatum, Gundlingii editionem fuit ſecutus, ita tamen, vt vncis includeret, quæ in prioribus Editionibus repetiebantur adeoque vtriusque editionis differentias egregie oſtendit. In Notis potiora ex Kulpiſio, Obrechto, Oldenburgero & Thomaſio ſelegit, paucis de ſuo adiectis. Germanico Idiomate idem Liber primum prodiit 1669. 12. interprete membro Societatis Fructiferæ hoc Titulo: *Kurzer doch gründlicher Bericht von dem Zuſtand des H. R. R. Teutſcher Nation, Leipzig 1710. 8.* & *ibid. 1715. 8.* Verſionis huius auctor ſcribendi genere parum emendato & terſo vſus, mentem Pufendorfii non ſemper intellexit. In ſecunda quidem editione quædam primæ vitia emendata, ſed non omnia. Notæ ex vulgaribus Compendiis compilatæ. Præmiſſa eſt Hiſtoria Libri, & ſubiecta Diſſertationi de vita, fatis & Scriptis Pufendorfii, quæ hunc Libellum ex parte illuſtrat. *Anglice* verſus hic celebris liber, ſub titulo: *The preſent State of Germa-*

Germany, *London 1690. 8.* Post Monzambanum bini fuerunt scriptores, qui ad eiusdem exemplum similia tentarent, neque tamen felici satis successu. Primus est CONSTANTINVS GERMANICVS siue OLDENBVRGERVS in *Itinerario Germaniæ politico*, in quo magna cum libertate vitia aularum Germaniæ perstringit, sed diffusum est scriptum sæpe etiam ineptum. Alter est PAVLVS MARCKMANNVS, sub quo nomine MECHOVIVM quendam latere compertum est. Hic enim *Binas Epistolas* edidit, in priori ex vnionis Hispaniæ & Galliæ molitionibus occultis, sed plane periculosis, quippe ad monarchiam Europæ nitentibus *de futuro Germaniæ statu* iudicat, *Veronæ 1702. 8.* Altera, quam sub DIETERICI MARCKMANNI nomine publicauit, demonstrare voluit, vnionem Galliæ & Hispaniæ institutum Pontificium esse, *Cremonæ 1704. 8.* Multa ex historiis priorum temporum proponit, neque tamen eodem iudicio, nec eodem selectu ac Pufendorfius.

Scriptores Systematum Iuris publici.

§. XLVI. Præter iam laudatos inter *Systemata* referuntur primo Scriptores illi, qui sub elogio Commentariorum de *Iurisdictione Imperii Romani*, Ius Publicum exposuere, inter quos & TOBIAS PAVRMEISTERVS inter Systematicos olim optimus, magnæque auctoritatis Scriptor, cuius editiones anteriores cumprimis *Secunda*, quæ *Francofurti ad Mœnum 1616. 4.* edita, meliores sunt illa, quæ *Helmstadti 1670. 4.* cura IO. EICHELII prodiit. Multa quidem ex Archiuis proponit, varios tamen errores quoque committit accuratiori Philosophia & Historiæ Germanicæ cognitione destitutus. Sic etiam de rebus Imperii in Tractatibus suis de Iurisdictione differunt MATTHIAS & IOACHIMVS STEPHANI, atque CHRISTOPHORVS BESOLDVS, qui tamen ad politica potius faciunt. MATTHIAE STEPHANI *de iurisdictione Editio tertia* prodiit *Francofurti 1623. 4.* THEODORVS REINCKING de *Regimine Seculari & Ecclesiastico* vniuersum complexum Iuris Publici sibi proposuit, ast a nimio vsu Iuris Ciuilis & partium studio notatur, & quod Monarchiam Imperatoris adserere non dubitat, eius editiones

tiones sunt optimæ, quæ *Francofurti 1659. 1669. 4.* prodiere. Ista autem ad illustrationem Iuris Publici quodammodo faciunt, iustum vero systema non constituunt. Primus, qui in artis formam Ius Publicum redigere voluit DOMINICVS est ARVMAEVS. Qui in Quinque Voluminibus *Discursuum Academicorum de Iure Publico Imperii*, & suos & aliorum labores congessit. Volumen I. *Ienæ 1621.* Vol. II. *ibid. 1620. 4.* Vol. III. *ibid. 1621. 4.* Vol. IV. *ibid. 1623. 4.* Vol. V. *1623. 4.* lucem adspexere. Dissertationes sunt in omnes Iuris Publici materias suo ordine dispositæ, quæ tamen cum ex parte a Respondentibus elaboratæ, non vbique parem industriam ostendunt. Secutus eundem est IOANNES LIMNAEVS, qui *Nouem Libros de Iure Imperii Romano-Germanici* scripsit, *Argentorati 1629. 4.* quibus deinde *duos Additionum* Tomos subiecit, vt suppleret, quæ in prioribus omissa, in varias Imperatorum Capitulationes quoque fuit commentatus. *Tertium Additionum Tomum* adiecit AHASVERVS FRITSCHIVS, *Noribergæ 1680. 4.* editum, ex recentioribus potissimum actis, quibus etiam Adnotationes ad instrumentum Pacis addidit. Edidit eadem Limnæi Opera cum nouis additionibus IOANNES SCHILTERVS, *Argentorati 1699. Tomi Tres 4.* Quæ reliquis editionibus in eo præstat, quod concordantiæ additionum ad marginem priorum trium Tomorum additæ tandemque breues quædam vlteriores notæ subiectæ fuerint sub literis L. & S. Limnæum & Schilterum significantes. Quod si laborem Limnæi inspiciamus, multa congessit, pauca digessit, sæpe etiam aliena & extera intermiscens, alias Iura Statuum plenius exponit, vtilis tamen & locorum communium instar esse poterit. Monzambano in præfatione ita de eodem iudicat: *vti exteriorem Imperii Germanici faciem sic satis inde licet cognoscere, ita illud absurdum valde videtur, quod cum vbique febriculosam Iuris Ciuilis notitiam ostentaret, ac quidquid vspiam legisset audissetque, eodem compingeret, nihil ibidem deprehenderetur, quod vel mediocrem politices solidioris cognitionem saperet.* PHILIPPVS ANDRE-

ANDREAS OLDENBVRGERVS ex operibus hisce *Limnæum Enucleatum* edidit *Geneuæ 1670. f.* ast sine iudicio, cum alia, quæ vel maxime necessaria, omiserit, superflua illis addiderit, aliorumque labores expilauerit. Opus est, in quo multifariam rerum notitiam reperire licet, non tamen accurate cum iudicio & selectu digestum. IVSTI SINOLTI, vulgo dicti SCHÜZII, *Collegium Iuris Publici de statu Rei Romanæ* ex variis dissertationibus, ipso præside ventilatis, est compositum. Auctior atque emendatior est editio, quæ per CAR. SCHARSCHMIDIVM edita *Francofurti 1682. 4.* & licet ob Auctorum diuersitatem imparem animaduertere liceat industriam, varia tamen ex propria experientia & rerum gestarum praxi adnotauit SCHÜZIVS, frequentius autem, ac par est, ad Ius ciuile prouocat. Patris vestigia pressit IOANNES HELVICVS SINOLDVS dictus von SCHÜZ, Consiliarius Imp. Aulicus & Ducis Brunswigo-Cellensis Cancellarius, cuius *ad Ius publicum Prælectiones academicæ*, ex Bibliotheca *Erici Maurici* prodierunt *Francofurti 1694. 4.* in quibus singularia quædam prudens lector obseruabit. Edidit *Anonymus* quidam: *Spicilegium ad Prælectiones in Ius Publicum Schüzianum, Wezlariæ 1694. 4.* Ex Pontificiis HERMANNVS HERMES *Fasciculum Iuris Imperii Rom.* edidit *Salisburgi 1663. 4.* & *1674.* qui tamen in plerisque papizat, alias Limnæi aliorumque labores compilauit, atque ad Ius Ciuile quam sæpissime prouocauit. Eundem fere morem seruauit PETRVS OSTERMANNVS in *Disputationibus Iuris Publici, Coloniæ 1629. 4* CASPARIS MANZII *Fundamenta Vrbis & Orbis seu Reipublicæ Romanæ, id est tractatus fundamentalis de ortu & progressu Imperii Romani ab vrbe condita vsque ad nostra tempora, Ingolstadii 1673. f* cuius operis titulus iam indicat quid a tali auctore sit expectandum. Meliora mixta vulgaribus dat FRANCISCI FRIDERICI ab ANDLERN *Iurisprudentia qua Publica qua Priuata* prius in quarto edita, inde plus duplo adaucta, prodiit *Campidonæ 1699. f.* & *Francofurti ad Mœnum 1737. f.*

Huc pertinet quoque IACOBI BERNHARDI MVLZII *Repræsentatio Maiestatis Imperatoriæ per singula eius Iura, Ottingæ 1690. f.* His accedat MICHAELIS MVNCHMAIER *Ius Publicum Romano-Germanicum nouissimum catholicum*, vernaculo sermone *Amberg 1712. 4.* in quo quæ promisit adimpleuit auctor, quod scripserit nempe ad palatum lectorum R. Catholicorum. *Ius Publicum* porro *Imperii Romano-Germanici* compilauit IOAN. ERNESTVS OLYMPIVS de HEIN *Francofurti 1717. 4.* quæ bona habet ex Scriptoribus Protestantibus Iuris Publici recentioribus & melioribus, descripsit. Magnæ molis opus est CHRISTIANI GASTELII de *Statu Publico Europæ, Noribergæ 1675. f.* quod, licet non adeo singularia contineat, quæ non apud alios maiori cum iudicio reperiantur, multa tamen inseruit Acta Publica, quæ Principum Iura inter se, varie illustrant. Varia etiam intermiscet, quæ ad Ius Publicum aliorum Regnorum ac Statuum Europæ faciunt. ERICI MAVRITII & IOANNIS STRAVCHII summorum Virorum hac in parte specimina extant, quæ tamen, cum morte præuenti, continuare non potuerunt. Idem institutum fuit IOANNI WERLHOFIO, ICto doctissimo, qui integram Iuris Publici prudentiam certis Dissertationibus absoluere constituerat. Edidit enim *Notitiæ Sacri Rom. Imperii enucleatæ & in succinctas theses memoriales digestæ, Specimen primum, Helmstadti 1695. 4.* quo generalia Iuris Publici principia absoluit. Insecutum est *Specimen secundum, Helmstadti 1695. 4.* quo de Germania antiqua, populisque Germaniæ, initiis & incrementis Regni Francici agit. Materiam de ortu & nominibus Imperii Romano-Germanici tertio specimini destinauit. Hæc excepit *Iuris Publici enucleati Caput primum, de Iuris Publici prudentia & secundum de Origine Imperii Germanici*, quod *Helmstadti 1706. 4.* prodiit. IOAN. WOLFGANGI TEXTORIS *Ius Publicum Cæsareum, Francofurti ad Mœnum 1697. 4.* Augusti Iura Reseruata, ipsius vero *Ius Publicum Statuum Imperii, Tübingæ 1701. 4.*
Statuum

Statuum Iura illustrat. De PFEFFINGERI *Vitriario illustrato* p 746. & de BILDERBECKII Commentariis iam mentio *p. 751.* facta. Plenum obseruationum egregiarum excerptorum multi vsus & exemplorum singularium ac est B. BVRCHARDI GOTTHELFII STRVVII *Syntagma Iuris publici Imperii Romano-Germanici*, quod per Dissertationes primum editum *Ienæ 1711. 4.* auctum ex secunda editione ibid. *1720. 4.* & tandem multis insignibusque accessionibus locupletatum, sub elogio: *Corporis Iuris Publici Imperii nostri Romano-Germanici*, editum *Ienæ 1738. 4. mai.* Huc & facit, cuius iam sæpe mentionem fecimus ADAMI CORTREII *Corpus Iuris Publici Sacri Romani Imperii Germanici, cuius Tomus Primus* prodiit *Francofurti ad Mœnum 1707. f.* continet iste Pacificationem Cæsareo-Gallico-Nouiomagensem, Pacificationem Cæsareo-Suecico-Nouiomagensem, Pacificationem Cæsareo-Gallicam Ryswicensem, Sacri Imperii Ordinationem Executionis, Matriculas diuersas, Concordata Nationis Germanicæ, cum obseruatis Historico-Politicis. *Tomus Secundus* sistit Transactionem Passauiensem cum obseruationibus, & prodiit *Francofurti 1707. f.* Successit *Tertius Tomus*, *Francofurti 1709. f.* quo comprehenditur Constitutio Pacis Profanæ & Religiosæ cum obseruatis Historico-Politico-Iuridicis. Postumo Opere prodiit *Tomus Quartus*, sistens Obseruata Historico-Politico-Iuridica ad materiam de Nono Electoratu, de Statu Ciuitatis Bremensis, & de Regali Postarum Iure, Electoribus & Principibus Imperii competente, qui curante filio, Ernesto Ludouico Cortreio prodiit *Lipsiæ 1710. f.* Pleraque desumta sunt ex Collectaneis Io. Krullii, qui Cancellarius olim Magdeburgicus & Legatus ad Pacis Westphalicæ negotium fuerat. Huius enim manuscripta cum filia adeptus Cortreius, postmodum continuauit. Negandum non est, inserta esse multa lectu dignissima ex Protocollo Krulliano, verum integrum opus inordinatum est, sine selectu consarcinatum.

§. XLVII. Alii fuerunt, qui *variorum de diuersis Iuris Publici Materiis congesserunt labores.* CONRADVS

Collectores diuersarum Iuris

Publici Materiarum & selectarum Dissertationum.

RADVS BIERMANNVS primus, ni fallor, illud egit. Hic suæ Collectioni elogium *Iuris Publici S. R. I.* præscripsit, cuius *Tomus Primus Francofurti ad Mœnum*, & in aliis exemplis *Hanouiæ 1614.* & mutato saltem titulo 16 0. 4. prodiit & subsequentes *Westphalicorum* potissimum *Iure Consultorum* Scriptiones continet, nimirum;

1. ANONYMI ICti Westphali Dissertationem de Iure Principatus.
2. GERLACI BVXTORFII Dissertationem in XVII. priora Aureæ Bullæ Caroli IV. capita.
3. THOMAE MICHAELIS Conclusiones: De Cæsaris, Cameræ, Statuum Imperii & aliorum magistratuum Iurisdictione.
4. CASPARIS GLOCKENS Conclusiones de Contributionibus Imperii.
5. HENRICI BRVNINGI de variis Vniuersitatum Speciebus earumque Iuribus.

Tomus Secundus, qui *Francofurti 1615. 4.* editus subsequentes refert:

1. IOACHIMI CLVTEN de Parchun, Syllogen Rerum Quotidianarum de Statu Romani Imperii.
2. ETHERI MOHR Diss. de Iurisdictione.
3. ARNOLDI ENGELBRECHT Diss. de Iurisdictione Imp. Ordinis Ecclesiastici, Camerae Imperialis, Statuum Imperii, Ciuitatum inferiorum.
4. ANTONII COLERI Diss. de Iure Imperii Germanici, Cæsari, Electoribus, Principibus singulari & controverso.
5. MICHAELIS SCHIFERER Differt. de origine & potestate moderna Electorum in Imperio Romano-Germanico.
6. RICHARDI DITERI de summa Summi Imperii Potestate s. Maiestate, Conclusiones.
7. CASPARIS LEIPOLDI de concurrentia Iurisdictionis in Imperio Romano-Germanico.
8. IOANNIS DAVT Iun. Quæstiones de Ciuitatibus Imperii liberis; Appellatione a Cæsare male informato ad melius informandum.
9. THEOBALDI HAENINGII de dignitatibus variisque Titulis Ecclesiasticis.
10. LAVRENTII OHM Tract. de Iure Episcopali.
11. PETRI CALEFATI Tract. de Equestri dignitate, & de Principibus.

12. IOAN.

12. IOAN. GEORGII BECHTII de Securitate & Saluo Conductu, eiusque variis Speciebus.
13. ELIAE SCHROEDERI Delineationem Iuris Bellici.
14. CHRISTOPHORI BESOLDI Dissertationes de Successione quae Regni sit Iure & Regia Electione.
15. FRIDERICI HORTLEDERI Dissertat. de vero sensu L. non omnium π de LL. s. De ratione Legis publicae.

Tom. Tertius, *Francofurti 1618. 4.* ex quo cum perplures referat, has tantum memorabimus, quae ad Ius Publicum cum primis pertinent:

1. HENRICI ZOELNERI Diss. de Regis Rom. Electione, Designatione & Iurisdictione.
2. ARNOLDI ENGELBRECHTI de Successione in Electoratibus ex Iure Primogeniturae.
3. ZACHARIAE VIETORIS de Causis exemptionum Imperii.
4. FRIDERICI LENTII, De Priuilegiatis Immediatorum S. R. I. Procerum instantiis, vulgo die Austraege.
5. LEONHARDI BECMANNI de iudicii Cameralis Iurisdictione eamque ratione personarum & conuentionis fundantibus causis.
6. HERMANNI zur MEGDEN, de delictis & causis Feudalibus, tum Spiritualibus Camerae Iurisdictionem in prima & secunda instantia fundantibus.
7. BARTHOLOMAEI MVSCVLI de Confraternitate, siue Pacto Successorio illustrium Personarum.
8. IOAN. HENSLERI de cura Magistratus religiosa, vbi de Pacificatione Passauiensi.
9. IVSTI ZINZERLING de Appellationibus, vbi de priuilegiis de non appellando.
10. PETRI FRITZII & SINIBALDI VBALDI de Nobilitate Ciuili.

Inter Disputationes quoque Basileenses variae ad Ius Publicum spectantes extant. *Nucleus Discursuum hactenus in Iure Publico editorum* collectus opera NICOLAI HAMPELII Typographi Academici *Giessae 1621. 4.* & mutato titulo sub IOANNIS ERASMI SEIFFART nomine *Francofurti ad Moenum 1669. 4.* Qua in *Compilatione* plures, qui in *priori* sunt enumerati Tractatus extant, hinc illos tantum, qui de nouo huic accesserunt, indicabimus; comparent inter alios:

1. IVSTI GEBHARDI de Sacro Romano Nationis Germanicae Imperio.

2. GE-

2. GEORGII CHRISTOPHORI MEISISCH von Krauchspurg Differt. de Poteſtate & Iurisdictione Imperatoria.
3. HENRICI ZOLNERI de Regis Romanorum Electione, Designatione & Iurisdictione.
4. IVSTI SINOLTI SCHÜZII de Vicariis Imperii R. G.
5. IOAN. NORDERMANN de Iure Principatus.
6. CHRISTOPHORI BESOLDI de Comitibus & Baronibus, Ordine Equeſtri libero, Imperioque immediate ſubiecto; Iure & Imperio Imperialium Ciuitatum harumque in immutanda Religione Iure, Diſputationes.
7. IOSIAE NOLDEN de Statu Nobilium Ciuili eorumque Iuribus, Priuilegiis & Immunitatibus.
8. HELFRICI VLRICI HVNNII de Confraternitatibus ſ. Pactis Succeſſoriis Illuſtrium Familiarum.
9. BERNHARDI BERTRAM de Comitiis Imperii Romano - Germanici.
10. DOMINICI ARVMAEI de Succeſſionis Prærogatiua.
11. CHRISTOPHORI MYNGII de Superioritate Territoriali & eiusdem Iuribus adfinibus.
12. HENRICI KLOCKEN de Iure vectigalium, moribus hodiernis & Praxi maxime Imper. R. accommodata.
13. PETRI SYRINGII de Pace Religioſa.

Scriptores hiſce Collectionibus congeſti, antiquiores ſunt Iurisque Publici argumenta vulgariter tractant, multa ex Iure admiſcent Ciuili, quædam tamen quandoque inſerunt, quæ iudicium adhibentibus & noſtro æuo vſui eſſe poterunt. Nouam eandemque ſelectam & laudandam omnino Compilationem ſub inſcriptione: *Repræſentationis Reipublicæ Romano - Germanicæ* procurauit TOBIAS OELHAFEN, quæ edita *Noribergæ* *1657. 4* melioresque ſuperioribus refert Scriptores. Extant eadem

1. PETRVS de ANDLO de Imperio Romano - Germanico, cum Notis MARQVARDI FREHERI.
2. GERLACVS BVXTORFIVS in ſeptem capita priora Aureæ Bullæ.
3. MARQVARDI FREHERI Commentarius ad Auream Bullam Caroli IV. de Legitima tutela curaque electorali.
4. CHRISTOPHORI GEWOLDI antitheſis ad Marquardum Freherum.
5. MARQVARDI FREHERI epiſtola reſponſoria ad Chriſtophorum Gewoldum.
6. CHRISTOPHORI GEWOLDI ad reſponſoriam epiſtolam Freheri replicatio.

7. Eius-

7. Eiusdem ad Freherum Epistola monitoria.
8. MARQVARDI FREHERI ad Christophori Gewoldi epistolam monitoriam de suscepta siue recepisse.
9. MARQVARDI FREHERI de tutela Testamentaria curaque electorali libera et integra commentatio. Sigismundi Imper. Bulla integra, cum Notis perpetuis Freheri, Rupertorum, Senioris & Iunioris, qui postea Rex Romanorum, disquisitio de Minorennibus an. 1398.
10. MARQVARDI FREHERI Commentariolus ad Caput VII. Aureæ Bullæ Carolinæ de successione Principum in Primogenitis & hæredibus eorum.
11. Eiusdem de Principum iuniorum Electoralibus Domibus natorum institutione in Grammatica, seu lingua latina. Constitutio Adolphi, Romanorum Regis de Insulis Rheni & diuersis aliis capitulis cum commentario Marquardi Freheri.
12. Eiusdem FREHERI Φιλοπόνημα de Statura Caroli Magni.
13. CHRISTOPHORI GEWOLDI commentarius de Electoratu.
14. GEORGII HORNII disputatio de Palatinatu superiore & electoratu Rheni.
15. IOACHIMI CLVTENII dissertatio de Comitiis Sac. Rom. Imperii Electoralibus.

MATTHIAE STEPHANI *Discursus Academici ex Iure Publico* editi *Rostochii 1624. 4.* AHASVERI FRITSCHII *Electa Iuris Publici Romano-Germanici* prodierunt *Francofurti 1672. 4.* His continentur variæ de diuersis materiis dissertationes, de adflicto Reipublicæ Germanicæ statu, de securitate Imperii domi forisque conseruanda, de æqualitate inter ordines Imperii seruanda, de quibusdam Comitum Imperii grauaminibus, de tuenda iurisdictione Imperii aduersus exterorum Principum molimina, de confœderationibus Principum Imperii cum exteris, de vulgato illo axiomate: cuius est Regio, eius etiam est Religio, de Reseruato Ecclesiastico, vulgo *Geistlicher Vorbehalt*, de Parificatione votorum ratione diuersitatis Religionis, de erectione noui dicasterii Imperialis & Translatione Cameræ Spirensis ac eius sustentatione, de executione sententiarum in Aulico Iudicio Imperii latarum, de fundatione octaui Electoratus, de nouis Statibus Imperii,

rii, de auxilio Turcico, de Titulatura, de Reformatione Calendarii, de Statu rei monetariæ, de prætensione Regis Galliæ in Flandriam. Præclaræ sunt IOANNIS STRAVCHII *Dissertationes Iuris Publici de controuersiis quibusdam illustribus superiori Seculo Scriptis publicis agitatis*, quorum optima & locupletissima Editio prodiit *Francofurti ad Mœnum*, siue *Gissæ 1679. 4.* Hæ antehac *Ienæ 1665. 4.* studio ADAMI CORTREII sub Titulo *Exotericarum* prodierant, & continent Dissertationem de Statu totius Europæ currente Seculo XVI. de caussis & controuersiis illustrium familiarum circa electionem Imperatorum, de trium secularium Electorum controuersiis circa electionem Imperatoris, de illustribus controuersiis circa Electionem Caroli V. de illustribus circa statum ecclesiasticum contentionibus, de Lutheri excommunicatione & proscriptione, de caussa protestationis appellationisque Ordinum Protestantium, de conciliis & colloquiis Religionis controuersiæ caussa habitis, de tumultu Packiano, impressione in episcopatum Moguntinum, Herbipolensem & Papæbergensem, eorumque expilatione, de eiectione & restitutione Ducis Würtenbergensis, de Iuribus quibusdam Saxoniæ domus in controuersiam frustra adductis, de controuersiis quibusdam inter Landgrauium Hassiæ & alios Principes exercitis, de recusatione Iudicii Cameralis, de statu Germaniæ post debellatos Smalcaldici fœderis socios; de transactione Passauiensi, pacificatione Augustana & reseruato Ecclesiastico, de partibus Romani Pontificis circa electionem Imperatoris, graui omnes & sincero iudicio scriptæ & ex scriniis Archiuorum Vinariensium insigniter illustratæ. HERMANNI CONRINGII *Exercitationes Academicæ de Republica Imperii Germanici*, post ea in vnum volumen redactæ prodierunt *Helmstadii 1674.* & *Lipsiæ 1677. 4.* Continent autem Exercitationes Nouem de *Germanici Imperii Ciuibus*, *Imperatore*, *Vrbibus*, *Ducibus & Comitibus*, *Septemuiris*, *Iudiciis*, *Constitutione Episcoporum Germaniæ*, *Comitiis*, *Negotiis præcipuis in Conuentibus Imperii Germanici Ordinum*

dinum olim & hodienum tractari solitis, *Officialibus Imperii Romano-Germanici* multa cura & accurato iudicio elaboratas. IOANNIS FRIDERICI RHETII *Disputationes*, *Iuris Publici Vndecim*, *Francofurti 1678. 4.* exponunt de Statuis Rolandinis, de Iure Statuum Imperii circa sacra, de Secularisatione, de Statu Germaniæ circa subditos, de Iure portionis alimentariæ, de dignitatibus Imperii Germanici, de absoluta Principis potestate, de Accisa, de Pace, de Iure portuum, de sarcina emigrantium. AHASVERVS FRITSCHIVS diligentissimus Vir variorum argumentorum in diuersis Academiis propositas Iuris Publici Dissertationes congessit. Et quidem hac serie prodierunt, nempe: *Exercitationes Iuris Publici*, *Rudolstadii 1667. 4.* in quibus de Tutela electorali, iurisdictione ecclesiastica nobilibus Imperii competente, iure consistoriorum, Superioritate Principum Imperii, iure Electionis Imp. tractatur. Successit: *Exercitationum variarum* Pars *Secunda*, *ib. 1668. 4.* qua exhibentur Diss. de variis potestatibus Romani & Germanici Imperii, Iure Reipublicæ, Landsassiis & Schriftsassiis, Iure emigrationis & detractionis. Porro: *Exercitationum variarum Iuris Publici* Pars *Tertia & vltima*, *ibid. 1670. 4.* in qua agitur de Statu Regionum Germaniæ, Recessibus Imperii, iure Albergariæ, characteribus status imperii, iure Aperturæ, fortalitiis; accessit: Appendix *tertiæ* Partis, *Geræ a. 1670. 4.* cui illata Diss. de iurisdictione ecclesiastica, iure indigenatus, consiliariorum, commerciorum &c. Non conquieuit solertia Viri optimi, dedit porro: *Exercitationum variarum Iuris Publici Romano-Germanici Volumen Nouum*, *Francofurti ad Mœnum 1675. 4.* in quo extant libelli de antiqua Germanorum republica, oppignorationibus imperialibus, cursu publico & angariis; Germanicæ nationis in hodierno Romani Imperii statu præeminentia &c. Tandem editum: *Exercitationum variarum Iuris Publici R.G. Voluminis Noui* Pars *altera*, *Francof. & Lipsiæ 1679. 4.* continens materias de statu veteris & nouæ Reipublicæ Germanicæ, Imperatore Romano eiusque electio-

electione, superioritate territoriali, Iuribus circa Religionis dissidium in Imperio receptis &c. Pertinent huc etiam EIVSD. *Opuscula varia Iuris Publici, ecclesiastici, feudalis, ciuilis &c.* cum Praefatione MICHAELIS HENRICI GRIBNERI duobus Tomis *Norimbergae 1731. 1732. f.* IOANNIS VOLCK. BECHMANNI *Exotericae Exercitationes Iuris Publici, Ienae 1670. 4.* eas Dissert. quae ipso Praeside fuerunt ventilatae, exhibent. VLRICI OBRECHTI *Opera Academica, Argentorati 1704. 4.* iunctim edita, diuersas etiam Iuris Publici Commentationes continent. IOA. GEORGII KVLPISII *Dissertationum Academicarum Volumen, Argentorati 1705. 4.* comprehendit praeter alia dissertationem de Obseruantia Imperii, de Placitis Ordinum Imperii, de Adoptionibus & Emancipationibus Principum, de Origine & Constitutionibus Imperii Germanici, de vnitate Reipublicae in Sacro Romano Imperio & Tractatum de Legationibus Statuum Imperii. ERICI MAVRITII *Dissertationes & Opuscula de Selectis Iuris Publici, feudalis & priuati argumentis* edidit IOANN. NICOLAVS HERTIVS, *Francofurti ad Moenum 1692. 4.* & ex *Editione Secunda*, emendatiore & a multis, qua prior scatebat, & quarum multae sensum turbant, mendis, repurgata, *Argentorati 1724. 4.* Alias *speciales quasdam Iuris Publici quaestiones* examinauit NICOLAVS CHRISTOPHORVS LYNCKERVS in Dissertatione, qua exprimuntur *fontes Decisionum illustrium ad Ius Publicum, Ienae 1695. 4.* in qua etiam opinio ipsius de forma Monarchica defenditur. Nec omittendae heic summi Viri reliquae *Dissertationes Iuris Publici singulatim in Academia Ienensi* propositae & editae, quarum *Collectio* omnino optanda. Huc quoque spectant GEORGII HENRICI BRVCKNERI *Curiosa Iuris Publici, Erfordiae 1688. 4.* quae multa industria sunt elaborata. Praeclara & magni vsus argumenta habet IOAN. NICOL. HERTII, summi ICti, *Commentationum atque Opusculorum Volumen Primum, Tribus Tomis* distinctum, quod *Francofurti ad Moenum*

1700.

1700. 4. & immutato saltim titulo 1716. 4. prodiit, de selectissimis etenim & rarioribus ex Iuris prudentia vniuersali, publica cumprimis, feudali & Romana nec non germanica historia argumentis, solidissima eruditione refertas scriptiones, continet. Subsecutum inde Volumen *Alterum Tribus* itidem *Tomis*, *Francofurti 1713. 4.* Editionem II. Voluminum II. ex MStis b. Autoris correxit, & insigniter locupletauit V. C. IOAN. IAC. HOMBERGK *Francof. ad Mœn. 1737. med. 4.* Perillustris Domini IOA. PETRI a LVDEWIG *Opuscula Miscella, duobus Tomis* nitide *Halæ Magdeburgicæ 1720. f.* edita, quorum *Tom. I. Libro Primo* Iuris Publici cum vniuersalis, tum Germanici Imperii *de Iure* scilicet *Reges adpellandi; de Auspicio Regum, Næniæ Pontificis de Iure Reges adpellandi; Formula Ducatus Brandenburgici: Arausio supremo Imperio vindicata; de Iure adlegandi Ordinum S. R. I. de Ciuitatum dispari nexu cum S. R. Imperio; De Obligatione Successoris in Principatus & Clientelas S. R. I. ex facto decessoris;* Commentationes eruditissimæ, referuntur. HENRICI COCCEII Iurisconsulti exquisitissimi *Dissertationes varii argumenti Lemgouiæ 1722. 4.* duobus Voluminibus iunctim editæ, nobilissimas materias exhibent. Eximia quoque eruditione pleni sunt B. MICHAELIS HENRICI GRIEBNERI *Selectorum Opusculorum Iuris Publici Tomi IV.* quibus *Opusculorum Iuris Priuati Tomus vnus* accessit, *Halæ Magdeburgi 1722. 4.* edita. V. Cel. FRIDERICI WIEDEBVRGII *Sammlung vermischter Anmerckungen aus dem Staats-Recht und den Geschichten, Halle 1751. 8.* in qua collectione varia argumenta erudite pertractantur, olim in *Diurnis Halensibus* separatim proposita. Plures *Collectiones* Dissertationum, in quibus etiam argumenta *Iuris Publici* occurrunt, iam *Cap. IX. §. VI. p. 340. seqq.* indicatæ. Sic quoque separatim prodierunt Dissertationes quædam WAGENSEILII, HORNII, WILDVOGELII, GVNDLINGII, STRVVII aliorum, quæ varias materias I. P. illustrant.

Scriptores de Maiestate & Ratione Status Imperii.

§. XLVIII. Qui *singulares Iuris Publici Materias peculiaribus* exposuere *scriptionibus* & maxime *solide elaboratis Dissertationibus Academicis*, plures sunt, quorum e longa serie hos primum, qui de *Maiestate* eiusque *Iuribus* cumprimis *Imperii* egerunt, exponemus. RICARDVS DIETERVS de ea *decades VII.* proposuit *Hanouiæ 1614. 4.* HENNINGVS inde ARNISAEVS, *Argentorati 1635. 4.* eodem de argumento exposuit & præ cæteris CASPAR ZIEGLERVS de *Iuribus Maiestatis*, quod scriptum plane est egregium, prodiit *Wittebergæ 1681 4.* & recusum *ibidem 1710. 4.* NICOLAVS CHRISTOPHORVS LYNCKERVS Diss. exhibuit: *Fluctus Interpretum de communicatione Maiestatis eiusque iurium Ienæ 1692 4.* Notum famosumque est scriptum, cuius titulus: *Dissertatio de Ratione Status Imperii Romano-Germanici* HIPPOLYTI A LAPIDE, quod primum *Stettini* vel *Hamburgi*, licet non nominato hoc loco 1640 4. post *Freystadti* aliquoties adscripto anno 1647. 12. & gallice quoque sub rubro: *Interets des Princes d'Allemagne traduit du Latin d'Hippolitus a Lapide*, par Mr. BOVRGEOIS *du* CHASTENET, *à Freystadt 1712. 12.* editum, cuius BOGISLAVS PHILIPPVS CHEMNITIVS omnino auctor est. Hic Liber olim inter prohibitos habebatur, eo quod de extirpanda domo Austriaca, & si hoc non procederet, remouenda ab Augusta dignitate ageret. Hoc tamen certum, quod liber hicce multo cum iudicio sit conscriptus, atque ex Legibus Imperii declaratus variosque Imperii nostri næuos ostendat. Iniurius tamen in domum Austriacam hostilique animo tum exaratus. Contra Hippolytum itaque prodierunt: *Unpassionirte Gedancken wider des Hippoliti de Lapide von dem Hochlöbl. Hause Oesterreich und über andere vorgestellte verdammliche Anschlæge*, quod scriptum accessit GOTTLIEB von HAGEN Comitiologiæ Ratisbonensi, *Bremæ 1657. 4.* Animaduersiones in eundem quoque edidit IOANNES SLVTERVS, *Hamburgi 1653 12.* & post eum FRIDERICVS CHRISTIANVS BRVGGEMAN-

NVS

NVS de *statu & scopo Reipublicæ Germanicæ*, *Ienæ 1667. 4.* qui veritate & bono animo quidem vincunt Hippolytum a Lapide, non æque iudicio. *Annotationes* autem IOANNIS HENRICI BOECLERI, *Argentorati 1674. 4.* editæ, a profundiore argumentorum indagatione commendantur, ex quibus contra Hippolytum disputat. Sincerius *Rationem Status Germaniæ* expressit IOANNES WOLFGANGVS TEXTOR in scripto peculari, *Altorfi* edito *1667. 8.* qui præferendus est ARNOLDO MAVRITIO HOLTERMANNO de eadem materia, *Marpurgi 1677. 4.* Partibus Austriacis nimium fauere videtur sed a me non lectum: *Consilium oder kurzer Vnterricht, darinn klärlich aus vier argumenten und sechs politischen Vrsachen dargethan und bekräfftiget wird, daß Teutschland nunmehr nicht ein Frey-Wahl-Reich, besondern nur einig und allein dem löblichen Hause Oesterreich Lineæ Germanicæ zuständig seye, dasselbe auch hinführo keinen Competitorem mehr habe*, *Authore* AVSTRIACO POLITICO *1625. 4.* Ruinam e contrario atque casum domui Austriacæ minatur auctor Scripti, cui est titulus: *Sonderliche Frage, ob nicht des Erz-Herzoglichen Hauses Oesterreich Ruin, Fall, Aus- und Abschaffung von der Römischen Reichs-Cron und Scepter dar, und für der Thür*, *1633. 4.* cuius auctor IOANNES GREISLAVIVS dicitur. Sed hic Autor ineptis rationibus vtitur imbecillitatemque iudicii omnis libellus ostendit.

§. XLIX. De *Imperio Romano-Germanico* huiusque *Statu & Iuribus* plures habemus Tractatus: PETRVS de ANDLO Canonicus Columbariensis, Decretorum Doctor, Libros duos scripsit *de Imperio Romano, Regis & Augusti creatione, inauguratione, administratione & Officio Electorum aliisque Imperii partibus, iuribus, ritibus & ceremoniis*, quos cum præclaris Notis edidit MARQVARDVS FREHERVS, *Heidelbergæ 1603. 4.* & *Argentorati 1612. 4.* qui statum pristinum Imperii & quid circa electionem Imperatoris iuris olim fuit, declarauit, multa tamen in eo

Scriptores de Statu & Iuribus Imperii Romano-Germanici.

contra Historiæ fidem animaduertere licet. LVPOLDVS de BEBENBVRG vel BABENBERG *de Iuribus Regni & Imperii, Argentorati* cum Præfatione *Iacobi Wimphelingii 1508. 4.* primum editus. In hoc autem de origine & Progressu Imperii agit, de Iure eligendi Imperatorem, & quod iste a Papa non dependeat. Denuo prodiit cum Notis Marquardi Freheri curante MATTHIA BERNEGGERO, *Heidelbergæ 1664. 4.* Adiectus est HIERONYMI BALBI *de Coronatione Liber*, iam 15,0. separatim editus. Vulgaria ex iure ciuili & canonico exprimit FRANCISCVS ZOANNETTVS Bononiensis & in Ingolstadiensi Academia Professor Iuris primarius de *Romano Imperio & eius Iurisdictione* Libro; in rubricam C. de testam. milit. scripto, *Ingolstadii 1563. 4.* ANTONIVS AFFELMANNVS *de Imperii Romano-Germanici Capite & eius Membris* scripsit *Rostochii 1624. 4.* GERARDI van der MVELEN *Dissertatio de Ortu & Interitu Imperii Romani, Vltraiecti 1698. 12.* edita, huc quoque spectat, qua examinatur quæstio, cum apud Historicos tum etiam ICtos tractata, *an ea, quæ olim fuerint Romani Imperii, iam sint Regni Germanici*, propter Translationem Imperii Romani in Carolum M. factam; vel an nulla Translatio eiusmodi facta, sed, Populo Romano, eodem hodie, qui olim fuit, penes eundem quoque Imperium mansisse dicendum, tanquam penes corpus, in quo esset ac viueret. IANI VINC. GRAVINAE Tractatus de *Imperio Romano* inter Opera ipsius *Lipsiæ 1717. 4.* tribus Tomis edita comparet, cultissimo quidem scribendi genere exaratus est, in ipsa tamen tractatione opiniones quasdam absurdas fæcesque Aulæ Romanæ olentes admiscet. De *Origine & Progressu Romani Imperii* varios Auctores congessit IOACHIMVS CLVTENIVS, *Offenbachii 1612. 8.* ANTONII COLERI & IVSTI GEBHARDI Tractatus *de Iure Imperii Germanici* extant in Nucleo Iuris Publici. ATTALARIVS EGENOLPHVS *pro Sacra Regia Maiestate, pro libertate, salute & gloria Germaniæ* scripsit, *Francofurti 1632. 8.* IOANNES THEODORVS

RVS

RVS SPRENGERVS *de Statu S. R. Imperii, Francofurti 1665. 12.* Antiquiores & medii æui de hoc argumento ſcriptores, in *Collectionibus* quibusdam iunctim editi. Sic *Baſileæ* typis *Ioannis Oporini* cura HIERONYMI FRICKERI *1559. 8.* collecti prodiere

1. ANDREAE ALCIATI de formula *Romani Imperii* libellus.
2. DANTIS FLORENTINI de Monarchia Libri tres.
3. RADVLPHI CARNOTENSIS de translatione *Imperii* libellus.
4. M. IORDANIS Chronica, qualiter *Romanum Imperium* translatum ſit ad *Germanos;* acceſſit.
5. AENEAE SYLVII de ortu et autoritate *Imperii Romani* libellus cum Præf. BASILII IOANNIS HEROLDI.

Apud eundem *Ioannem Oporinum, Baſileæ 1553. 8.* cura & cum Præfatione CASPARIS BRVSCHII Poetæ laureati editus fuit ENGELBERTI Abbatis Admontenſis de *ortu & fine Romani Imperii* Liber. Hos ENGELBERTVM & ex FRICKERIANA Sylloge iam deſignatos iterum edidit, qua erat in huius argumentis colligendis cura, IOACHIMVS CLVTENIVS, *Offenbachii 1610. 8.* Maiori adparatu id factum de *Imperiali Iurisdictione, auctoritate & præeminentia Imperii atque Iuribus Regni Tractatuum Syntagmate,* quod extat a SIMONE SCHARDIO, *Baſileæ* apud *Oporinum 1566. f.* primum editum, atque denuo recuſum minoribus typis *Argentorati 1609. f.* Continentur eodem

1. WALTRAMI Naumburgenſis Epiſcopi de Vnitate Eccleſiæ conſeruanda, & ſchismate, quod fuit inter Henricum IV. & Gregorium VII.
2. Eiusdem Tractatus de Inueſtitura Epiſcoporum per Imperatores facienda.
3. DANTIS ALIGHERII Monarchia, Chronica Magiſtri IORDANIS, qualiter Romanum Imperium translatum fuit in Germanos.
4. FR. IOANNIS de PARISIIS Tractatus de poteſtate regia & papali.
5. MARSILII PATAVINI Tractatus de Translatione Imrii,
6. RVDOLPHVS de COLVMNA de Translatione Imperii.

7. LVPOLDVS de BABENBERG de Iuribus Regni & Imperii Romani,
8. EIVSDEM Libellus de Zelo catholicæ fidei Veterum Principum Germanorum. *Coloniæ* alias 1564. singillatim editus,
9. FRANCISCVS de ZABARELLIS de Schismatibus Auctoritate Imperatoris tollendis.
10. THEODORICVS a NIEM de Priuilegiis & Iuribus Imperii circa Inuestituras Episcopatuum & Abbatiarum.
11. NICOLAVS de CVSA de Concordantia Catholica.
12. AENEAS SYLVIVS de Ortu & auctoritate Imperii Romani.
13. LAVRENTIVS VALLA de falso credita & ementita Constantini donatione.
14. MICHAEL COCCINIVS de Imperii a Graecis ad Germanos Translatione.
15. SIMON SCHARDIVS de Electorum origine.

Hoc igitur Opere Controuersiæ Imperatorum cum Pontificibus Romanis discutiuntur. Eiusdem fere argumenti est amplior Collectio MELCHIORIS GOLDASTI inscripta: *Monarchia S. Rom. Imperii seu Regia, & Pontificia seu Sacerdotali, deque potestate Imperatoris ac Papæ, cum distinctione vtriusque Regiminis, Politici & Ecclesiastici.* Primus Tomus, qui *Hanouiæ 1611.* seu *1612. f.* prodiit, continet:

1. AGOBARDI Epistolam de Monarchia Imperii Francici & diuisione inter hæredes Ludouici Pii.
2. HINCMARI Admonitionem de potestate Regia & Pontificia.
3. EVTROPII Tractatum de Iuribus ac Priuilegiis Imperatorum in Imperio Romano.
4. PETRI CASSIODORI Epistolam de tyrannide Pontificis Romani in Iura Regni & Ecclesiæ Anglicanæ.
5. GVILIELMI OCKAMI Disputationem super potestate Prælatis Ecclesiæ, atque Principibus terrarum commissa.
6. HENRICI CHACHEMII Informationem de Nullitate Processuum Papæ Iohannis XXII. contra Ludouicum Imp.
7. GVILIELMI OCKAMI Tractatum de Iurisdictione Imp. in causis Matrimonialibus.
8. ANONYMI Tractatum de ætatibus Ecclesiæ, contra primatum & superioritatem Papæ.
9. NILI de Primatu Papæ libros II.
10. RVDOLPHI PRALLEI Tractatum de potestate Pontificali & Imperiali seu Regia.

11. PHI-

11. PHILOTHEI ACHILLINI Somnium viridarii de Iurisdictione Regia & Sacerdotali. Parisiensis, Oxoniensis, Pragensis & Romanæ Academiarum Epistolam de auctoritate Imperatoria & schismate Paparum tollendo.
12. IOAN. HVSSI Determinationem de ciuili dominio Clericorum.
13. ANONYMI cuiusdam Græci disceptationum cum Cardinalibus Romanis, de Primatu Papæ libros II.
14. IOAN. CHARLERII opusculum de excommunicationis valore.
EIVSD. resolutionem circa materiam excommunicationum & irregularitatum.
15. ANTONII ROSELLI Monarchiam.
16. GREGORII HEIMBVRGII Admonitionem de iniustis vsurpationibus Paparum Rom. ad imp. Reges & Principes Christianos.
17. N. WESSELII Tractatum de dignitate & potestate ecclesiastica,
EIVSD. propositiones de potestate Papæ & ecclesiæ.
EIVSD. responsionem de potestate Papæ & materia indulgentiarum.
18. IACOBI ALMAINI expositionem de suprema potestate ecclesiastica & laica.
19. BEATI RHENANI præfationem in Marsilii Ficini defensorem Pacis.
20. GEORGII WICELII adhortatiunculam ad Archiepiscopum Moguntinum, vt vocetur Concilium.
21. STEPHANI, Episcopi Wintoniensis orationem de vera obedientia.
22. IOANN. BEKINSAV de supremo & absoluto Regis Imperio Librum vnum.
23. CLAVDII GOVSTAEI Tractatum de potestate Regia in Ecclesia.
24. ISAACI CASAVBONI de libertate ecclesiastica Librum singularem, Narrationem verissimam eorum, quæ in disputatione publice proposita Parisiis de absoluta Papæ potestate.

Secundus Tomus Prodiit *Francofurti 1614. f.* (Hic Tomus II. quoque *Francofurti 1621. f.* apud *Emmelium* recusus Volumen Tertium inscribitur) qui continet

1. AMBROSII epistolam de potestate Imperiali & Episcopali.
2. HIERONYMI Epistolam ad Euagrium, de differentia episcopi & presbyteri, EIVSDEM Tractatum de correctione, vita & conuersatione Episcopi & Clericorum.
3. GREGORII M. epistolas de obedientia erga Imperatorem, & de nomine vniuersalis Papæ in Ecclesia Catholica non vsurpando.

4. B. AGOBARDI Tractatum de comparatione vtriusque regiminis, ecclesiastici & politici.

5. PETRI DAMIANI Tractatum de Correctione Episcopi & Papæ. EIVSDEM disceptationem synodalem inter Imperii Romani Aduocatum, & Ecclesiæ Romanæ defensorem, de electione Pontificis Romani.

6. BERNHARDI epistolas de iuribus Imperii & sacerdotii. EIVSDEM de consideratione ad Eugenium III. Papam. Libros V. Innocentii III. epistolam decretalem pro Iure Regis & Regni Francorum.

7. RADVLPHI COLVMNAE Tractatum de translatione Imperii.

8. AEGIDII ROMANI quæstionem pro & contra pontificiam potestatem.

9. IOANNIS PARISIENSIS Tractatum de potestate Regia & Papali.

10. MARSILII PATAVINI Tractatum de translatione Imperii. Eiusdem Defensorem pacis, de potestate Imperiali & Papali.

11. GVILIELMI OCKAMI octo quæstionum decisiones super potestate summi Pontificis. Eiusdem Dialogum de potestate Imperiali & Papali. Eiusdem Compendium errorum Ioannis Papæ XX. de vtili dominio rerum Ecclesiasticarum.

12. IODOCI BADII ASCENSII summaria seu Epitomata CXXIV. Capitulorum Operis XC. Dierum M. Guiliel. Ockami.

13. GVILIELMI OCKAMI opus nonaginta dierum vtili dominio rerum ecclesiasticarum.

14. MICHAELIS CAESENATIS Tractatus tres contra errores Ioannis Papæ super vtili dominio Ecclesiasticorum.

15. PETRI CVGNERII & PETRI BERNHARDI Actionem coram Rege habitam de Iurisdictione ecclesiastica & politica.

16. MARSILII PATAVINI Tractatum de Iurisdictione Imperatoris in causis matrimonialibus.

17. RICHARDI defensionem Curatorum contra eos, qui dicunt se priuilegiatos.

18. ROCHERII CHANNOE Defensionem Religionis mendicantium contra Armachanum.

19. FRANCISCI PETRARCHAE Epistolas de Iuribus Imperii Romani aduersus Papam.

20. IORDANI Chronicon de translatione Imperii.

21. THEODORICI NIEMI Excerpta de potestate Imperiali & Papali.

22. IOANNIS CARDINI Epistolam de obedientia, quatenus Papæ sit præstanda.

23. IOANNIS CARLERII GERSONIS Tractatus de Potestate Ecclesiastica; & de origine Iuris. Eiusdem concordiam, quod plenitudo potestatis Ecclesiasticæ sit in summo Pontifice, & in Ecclesia, quamuis omnino non simpliciter. Eiusdem sermonem de Viagio Regis Romanorum ad Antipapas. Eiusdem Tractatum de auferibilitate Papæ ab Ecclesia. Eiusdem sententiam de modo habendi se tempore schismatis.

24. THEOPHORI Tractatum & qualis fuerit status Ecclesiæ in V. & N. Testamento, & primitiuis temporibus.

25. ANONYMI Tractatum de Vnitate Ecclesiastica.

26. GERSONIS Tractatum de Statibus Ecclesiasticis. EIVSDEM Tractatum de modo viuendi omnium fidelium. EIVSD. Epistolam Pacis, siue sermonem de tribulationibus ex defectuoso Ecclesiasticorum regimine adhuc Ecclesiæ prouenturis. EIVSD. Tractatum de Schismate. EIVSD. (vt putatur) alium Tractatum de Schismate. EIVSD. Quædam edita tempore Schismatis Ecclesiæ de Concilio generali vnius obedientiæ. Decretum Concilii Constantiensis super futuris Conciliis celebrandis & prouisione aduersus futura Schismata. EIVSD. Sermonem de Pace coram Papa Benedicto. EIVSD. Considerationes de pace prædicata coram Papa Benedicto: EIVSD. Sermonem coram Papa Alexandro. EIVSDEM Sermonem coram Papa Benedicto. EIVSDEM propositionem factam coram Anglicis, Parisiis euntibus ad Concilium Pisanum. EIVSDEM Trilogum in materia Schismatis. Christianissimi Regis Franciæ Caroli VI. Epistolam iustificatiuam subtractionum factarum a Pseudopapa Petro de Luna, non obstante obedientia suo prædecessori & sibi quandoque præstita. EIVSDEM Disceptationem Mendicitatis & Proprietatis, siue de vtili dominio bonorum ecclesiasticorum. EIVSDEM Sermonem factum in Concilio Constantiensi post fugam Ioannis Papæ. EIVSDEM Tractatum, quomodo & an liceat in caussis fidei a Papa appellare seu eius Iudicium declinare. EIVSDEM Tractatum contra Papam supra potestate & auctoritate Ecclesiæ. EIVSDEM Excerpta de Articulis contra Papam in processu productis. Decreta sacræ facultatis Theologicæ Parisiensis, de potestate ecclesiastica; & Primatu Romani Pontificis. Pauli Decretorum Aureum speculum super plenitudine potestatis papalis.

27. AENEAE SYLVII Tractatum de ortu & auctoritate Romani Imperii.

28. IACOBI de PARADISO collectum de auctoritate Ecclesiæ, & eius Reformatione.

29. SIGISMVNDI Archiducis Austriæ, Processus contra Papam Pium Secundum.

30. GEORGII de HEIMBVRG Scholia in breue Papæ Pii super Excommunicatione. Eiusdem Appellationem ab excommunicatione Papali.

31. THEODORI LAELII Replicam pro Papa & Sede Romana. Eiusdem Inuectiuam in Nicolaum Cusanum Cardinalem Papalis plenitudinis defensorem.

32. IOANNIS FRANCISCI PICI Apologiam pro Sauanarola contra excommunicationem Papalem. Sacri Concilii Turonensis Decreta contra plenitudinem Papalis potestatis in temporalibus. Sacri Concilii Pisani Apologiam pro Ecclesiæ Catholicæ auctoritate contra edicta Papalia. Eiusdem Epistolam ad Imperatorem pro auctoritate Ecclesiæ & Concilii generalis.

33. PHILIPPI DECII Consilium pro auctoritate Concilii generalis supra Papam. Eiusdem Sermonem super eadem materia, pro iustificatione Concilii Pisani contra Papam Iulium congregati.

Tertius Tomus prodiit *Francofurti 1613. f.* & continet:

1. VLRICI VELOVI Tractatum, quo asseritur Petrum Apostolum nunquam Romæ fuisse, aduersus prætensum Primatum in Romana Ecclesia.

2. FRANCISCI GVICCIARDINI Discursum de origine Potestatis secularis in Romana Ecclesia. Innominati Auctoris Angli opus eximium de vera differentia Regiæ potestatis & ecclesiasticæ & quæ sit ipsa veritas & virtus vtriusque.

3. CAROLI MOLINAEI IC. Tractatum de origine, progressu & præstantia Monarchiæ Regnique Francorum. Quæstionem in Thomam Watsonum, aliosque nonnullos Anglos super articulis quibusdam de Bulla Papali, quæ contra Reginam Elizabetham recens exierat.

4. FRANCISCI HOTTOMANNI Fulmen Brutum Papæ Sixti V. aduersus Henricum Franciæ & Nauarræ Regem. Iudicium cuiusdam boni Sorbonistæ, non addicti Ligæ, super Monitorio Papæ contra Regem Christianissimum. Innominati Auctoris Pium Consilium super Papæ Monitorialibus Bullis & excommunicationis ac interdicti in Galliæ Regem, Ecclesiam & Regnum minis.

5. LVDOVICI SERVINI Vindicias secundum libertatem Ecclesiæ Gallicanæ, & Regii Status Gallo-Francorum.

6. IACOBI LESCHASSERII Tractatum de libertate antiqua & canonica Ecclesiæ Gallicanæ.

7. LEO-

7. LEONARDI DONATI Ducis Venetiarum Edictum contra Bullam iniustam Pauli V. Papæ Romani.

8. PAVLI EVENTI considerationes censurarum Pauli V. Papae contra Rempublicam Venetam.

9. ANTONII QVIRINI Relationem Reipublicæ Venetæ difficultatibus Pauli V. Papæ oppositarum. Theologorum Venetorum Tractatum de interdicto Pauli V. Papae contra Rempublicam Venetam.

10. MARCI ANTONII PEREGRINI Responsum pro decretis Reipublicæ Venetæ.

11. MARCI ANTONII OTHELII Responsum pro Decretis Reipublicae Venetae. Responsionem Doctoris Theologi super censuris seu excommunicatione Pauli V. Papæ contra Rempublicam Venetam, & super nullitate dictarum censurarum seu excommunicationis.

12. IOANNIS MARSILII votum pro Republica Veneta, oppositum voto Cardinalis Baronii. Innominati Auctoris Sermonem Apologeticum pro Reipublicæ Venetæ vetustissima & incorrupta, & a maioribus summa virtute summisque laboribus parta ac constituta libertate.

13. OCTAVII MORINII orationem de immensa Curiæ Romanae potentia moderanda. Eiusdem Odam in Adulatores Papae Romani.

14. ALEXANDRI LYSCAE Epistolam de Romanæ Curiæ rapacitate, perfidia & tyrannide contra Cardinalem Baronium.

15. IOANNIS SIMONIS SVRDI vel verius IOANNIS BAPTISTAE LEONIS Discursum super potestate Ecclesiastica & Romanæ Curiæ Monarchia. Gallo-Franci ad Philaretum Epistolam pro libertate Status & Reip. Venetorum.

16. NICOLAI CRASSII Antiparænesin ad Cardinalem Baronium pro Rep. Veneta.

17. PARISII, siue IAÇOBI LESCHASSERII consultationem de controuersia inter Sanctitatem Pauli V. Papæ & Rempublicam Venetam.

18. HIERONYMI VENDRAMENI Disquisitiones controversiarum inter Paulum V. Papam & Remp. Venetam vertentium.

19. IOANNIS MARSILII Exceptionem contra citationem per edictum Cardinalium Romanorum in caussa Veneta.

20. PAVLI VENETI Exceptionem contra citationem per edictum Cardinalium Romanorum in caussa Veneta.

21. VENTVRAE VICENTINI Consilium super controversia vertente inter Paulum V. Papam & Remp. Venetam

tam, occasione nonnullorum statutorum, ac cuiusdam Censurae.

22. ANNIBALIS CRANCII Sententiam super quaestione, an iniurias a Paulo V. Papa Venetae Reipubl. illatas, liceat bello & armis propulsare. Quaestionem bipartitam in Georgium Blacuellam: Cuius actio prior iusiurandum de fidelitate praestitum; altera Bellarmini litteras continet.

23. ASCANII COLVMNAE iudicium de iis, quae Baronius de Monarchia Siciliae scripsit. Philippi Hispaniarum Regis Edictum contra Tractatum Baronii de Monarchia Siciliae.

24. GVILIELMI BARCLAII Tractatum de potestate Papae, an & quatenus in Reges & Principes seculares Ius & Imperium habeat.

25. ROGERI WIDRINGTHONI Apologiam Bellarmini pro Iure Principum.

26. LVDOVICI SERVINI Commonefactionem & postulationes aduersus Librum Bellarmini de potestate Summi Pontificis in temporalibus cum Arresto Parlamenti.

27. BENIGNI MILLETOTI Tractatum de delicto communi & casu priuilegiato, vel de legitima Iudicum secularium potestate in personas Ecclesiasticas.

28. EMVNDI RICHERII Librum de Ecclesiastica & politica potestate.

29. IOANNIS BEDAEI de la GORMANDIERE Tractatum de Iure Regum contra Bellarminum & alios Iesuitas. Innominati Auctoris Commentationem ad Bellarmini Librum de temporali potestate Papae.

30. IOANNIS BARCLAII Pietatem, siue publicas pro Regibus ac Principibus, & priuatas pro Gul. Barclaio parente vindicias ad Bellarminum.

De his a Goldasto collectis Scriptoribus iudicium tulit CHRISTIANVS THOMASIVS *Historia Contentionis inter Sacerdotium & Imperium*, qui putat nihil minus hos fecisse, quam defensionem Iuris Imperantium circa Sacra aduersus Sacerdotium. HIERONYMI BALBI *de Coronatione* Liber singularis ad Carolum V. Imp. *Lugduni 1530. 4* editus singillatim. Ad statum nostrum facit IOANNES HENRICVS BOECLERVS de *Sacro Romano Imperio*, *Argentorati 1663. 4.* qui in rationem nominis inquisiuit, & egregius Liber HERMANNI CONRINGII de *Germanorum Imperio Romano*,

Romano, *Helmstadii 1643.* & ex Editione auctiore *1694. Opp. T. I.*

Scriptores de Controuersiis circa Electionem & Coronationem Imp. & Pontificis.

§. L. Ad *Controuersias circa Electionem & Coronationem Imperatoris & Pontificis* faciunt SIGISMVNDI SELDII *Rathschlag, darinnen von der Kayser und Pæpste Gewalt und wie weit sich dieselbe erstrecke, 1612. 1618. 4.* & in GOLDASTI *Politischen Reichs-Hændeln P. V. f. 167.* LÜNIGII *Europæischen Staats Consilus* Tom. I. p. 215. Scriptum hoc ea occasione editum cum Paulus IV. Papa resignationem Caroli V. & Ferdinandi I. successionem minime adprobaret, quod sine consensu Papæ hæc facta. Hæc etiam Iura non male declarat, insimul de vnctione atque coronatione pontificia agit, libellus hoc titulo editus: *Ruminatio Iuris ab Augustissimis Imperatoribus olim in approbandis confirmandisque Pontificibus Romanis vsurpati. Et vice versa de assumta Pontificum Romanorum, temporum successu, in ipsos Cæsares & Imperatores, nimia illorum indulgentia, confirmationis & reprobationis auctoritate. Adiecta simul Ludouici IV. Imperatoris Constitutione, in qua pontificii istius Iuris arrogantia grauissime definitur. Ex veris & fidelibus Historiarum monumentis, non ita pridem ab Historicæ veritatis studioso & prisci istius Iuris Imperatorii vindice, instituta*, accessit IOAN. GARSENII Oratio *de Pontificia Rom. Imp Coronatione Hamburgi 8.* quæ Oratio alias prodiit *Rostochii 1609. 4.* Auctor libelli, SIMON SCHARDIVS est & iterum editus sub titulo: *Ανάμνησις Iuris, quod in approbandis Pontificibus Imperatores habuerunt, Argentorati 1608. 8.* iunctus cordatissimi Viri Libro de *Principum, quibus Electio Imp. in Germania commendata est, origine.* Bina hæc scripta Maiestatem Imperatoriam solidis argumentis strenue defendunt, hinc curioso harum rerum inuestigatori haud abs re commendari possunt. Addantur IMMANVELIS WEBERI Diss. inscripta: *Papa quid facis?* siue Discursus Academicus de *vanis & iniquis Pontificum circa Electiones Impp. moliminibus*, *Giessæ 1720. 4.* & IOANNIS BVR-

CHARDI

CHARDI MAII liber *de Romani Pontificis electione Cæsarumque circa eam iure*, præmissa est Diss. HENRICI MVHLII *de variis Pontificum iisque iniquissimis aduersus Cæsares, Reges & Principes molitionibus, Kiliæ 1729. 4.* Equidem Partes pontificias aduersus Teutonici Imperii libertatem præter Cardinalem BARONIVM, tuebatur IACOBVS GRETSERVS Iesuita, dum Melchioris Goldasti pro Maiestate Imperii edita Scripta refutare præsumeret, sed quæ pro honore Imperatoris conseruando faciunt asserta præclare exhibet: *Replicatio pro Sacra Cæsarea & Regia Francorum Maiestate, illustrissimisque Imperii Ordinibus aduersus Iacobi Gretseri Iesuitæ e societate Loyolitarum crimina læsæ Maiestatis, rebellionis & falsi,* instituta a MELCHIORE GOLDASTO HAIMINSFELDIO. Accesserunt *Apologiæ pro Henrico IV. Imperatore aduersus Gregorii VII. & aliorum patriæ hostium impias ac malignas criminationes, Hanouiæ 1611. 4.* Speciatim Iura Imperatoris, Electorum & Principum exposuit ANTONIVS COLERVS in sectionibus suis inauguralibus Præside D. EBERHARDO SPECKHAN in Academia Iulia exhibitis 1613. quæ *ibidem 1675. 4.* cura HENRICI HAHNII denuo recusæ, titulum adeptæ sunt: *de Iure Imperii Germanici S. Cæsareæ Maiestati, Electoribus Principibusque Viris singulari, & hoc maxime seculo controuerso methodica Tractatio.* Cum Clemens XI. P. R. Augustissimum Imperatorem Iosephum Bullis peteret, *Defensionem* Eiusdem *contra Curiæ Romanæ Bullas* instituit Theologus celeberrimus IOANNES WOLFGANGVS IAEGER *Tübingæ 1708. 4.* ipse ego qui Supplementa huius Bibliothecæ procuraui CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER pro virium imbecillitate *Vindicias Iuris Imperatorii aduersus Episcopos Romanos ab ipsis Augustis factas* ex Historicis fide dignis Actisque publicis collegi atque præmissa Præfatione, qua *Italiæ Pontificibus infestæ quædam Exempla* referuntur edidi *Ienæ 1719. 4.* Celeb. Vir EVERHARDVS OTTO doctam Dissertationem *de Iure Imperatoris circa Electionem Pontificis Romani*

Romani edidit, quæ inter reliquas ipsius Dissertationes *Traiecti ad Rhenum 1723. 4.* editas, comparet. Huc etiam ex parte spectant egregii IOA. SCHILTERI de *Libertate Ecclesiarum Germaniæ* Libri, quibus subinde Iura Augustissimorum Imperatorum in Pontifices mascule & solide adserit. Multa ad hoc argumentum leguntur in scriptis de *Translatione Imperii Romani ad Francos & Germanos.* Quales conscripserunt MATTHIAS FLACIVS, qui de *Translatione Imperii Romani ad Germanos* bono consilio varia compilauit, quæ cum eius expositione *de Electione Episcoporum, quod æque ad plebem pertineat*, & iuncto LVPOLDI *de* BEBENBVRG Libro *de Iuribus Imperii & Regni Rom.* aliisque huius argumenti prodierunt *Basileæ 1566. 8.* recusus est omisso *Bebenburgio & ceteris Francofurti 1612. 4* Cumque ROBERTVS BELLARMINVS Cardinalis aduersus hunc Librum de *Translatione Imperii Romani a Græcis ad Francos* edidisset *Libros Tres*, sæpe, etiam *Coloniæ Agrippinæ 1699. 8.* editos his oppositi sequentes libri MATTHIAE DRESSERI *Confutatio commentitiæ opinionis R. Bellarmini de Translatione Imperii Romani a Græcis ad Germanos, institutioneque VII virum Electoralium per Pontificem Romanum, Francofurti ad Mænum 1592. 4* & Clarissimi cuiusdam Iurisconsulti, h. e. MELCHIORIS GOLDASTI Politica Disputatio *de Translatione Imperii Romani, a Græcis ad Francos, an & quatenus a Pontifice Romano facta sit*, opposita disceptationi *Roberti Bellarmini, Hanouiæ 1613. 4.* Extant porro sed rarius inueniuntur FRANCISCI IVNII Animaduersiones ad tres Libros de *Translatione Romani Imperii a Græcis ad Francos aduersus Robertum Bellarminum, Geneuæ 1607. 8. apud Petrum Sanctandreanum 8.* Dressero opposita a CASPARO HAP *Defensio librorum Cardinalis Bellarmini, Moguntiæ 1601.* Add. HENRICI VAGEDES Diss. *de ludibriis Aulæ Romanæ in Translatione Imperii Rom. Rintelii 1678.* & inter *Opuscula* p. 110.

§. LI.

Scriptores de Iure Imperii & Augusti in Italiam, Romam, variasque Regni Italiæ Prouincias.

§. LI. Scriptoribus de Iure Augustorum in Episcopos Romanos eos iungimus, qui de *Iure Imperii in Italiam & vrbem Romam* exposuerunt. Præter HERMANNVM CONRINGIVM præclaris *de Finibus Imperii & Imperio Romano* Commentariis id ex instituto grauiterque egit CONR. SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS singulari Dissertatione quam *Ius Augusti in Italiam* inscripsit, *Wittebergæ 1697. 4.* quæ inter Opera ipsius Historico-Politica loco sexagesimo quinto comparet, atque occasione recentissimorum in Italia motuum ac bellorum in germanicum idioma fuit translata. Iungi possunt Dn. IOANN. PETRI a LVDEWIG *singularia Iuris Publici*, *Halæ 1730. 8.* Idem institutum fuit GOTTFRIEDO RVHLMANNO in Tractatu suo cui Titulus: *Vnwiederrufflisches Recht, welches Se. Kayserliche Maiestæt, von wegen des Heil. Römischen Reichs Teutscher Nation nicht nur auf Parma und Placentz, sondern auch so gar auf ganz Italien, die Stadt Rom und das Patrimonium S. Petri haben*, *Ienæ 1709. 4.* IOA. quoque WOLFFGANGVS IAEGERVS Theologus Tubingensis, *Romam cum Regno Italiæ antiquissimo & vero suo Domino Augustissimo Romanorum Imperatori Carolo VI.* ex Iuribus sacris & profanis vindicare conatus fuit *Tubingæ 1718. 4.* postea *Continuationem Iurium Cæsareæ Maiestatis in Italiam* dedit *Ibidem 1718. 4.* Nouissima in hoc argumento scriptio, pro Pontificiis iuribus sub hoc titulo edita: *della Origine del Dominio & della Souvranità de Romani Pontefici sopra gli stati loro temporalmente soggetti dissertazione di* F. G. A. ORSI dell' Ordine d' Predicatori, *in Roma 1742. 12.* cuius Libri c. II. auctor adfirmat iam ante Pipini expeditiones Italicas Pontifices cum in Vrbe tum Ducatu Romano diuersos actus maiestaticos exercuisse & sub Leonis Isaurici Imperio & Pontificatu Gregorii II. Populum Romanum supremo Græcorum imperio se subduxisse & Pontifici Ducatum Romanum contulisse. Magna ex parte huc quoque pertinent, quæ in celebri illa de *Comaclensi Vrbe & Comitatu* Augustissimos Imperatores & Duces

Muti-

Scripta in Controuersia de Comaclensi Comitatu edita.

Mutinenses inter ac Pontifices Romanos editi sunt libelli, quorum seriem quantum nobis innotuit, enumerabimus. Cœpit hæc controuersia ab anno præteriti Seculi XVIII. & subsequentibus feruide continuata, quo tempore a Mutinensibus iterata vice edita *Ristretto della ragioni Estensi contro la Santa sede*, 1643. quem libellum tamen nunquam vidi, hunc excepere: *Iura Serenissimæ Domus Estensis, quibus Allodialia huius Bona minus rite vel recte titulo Pertinentiarum Reuer. Camera Apostolica detinere nunc probatur, coram Eminentissimis & Reuerendissimis Dominis Cardinalibus Capponio, Spada, Panzirolio ad referendum Sanctissimo D. D. Innocentio Papæ X. Mutinæ ex Typographia Iuliani Cassiani Impressoris Ducalis 1647. f.* Huic Pontificii opposuerunt: *Sacra Congregatione Eminentissimorum D. D. Cardinalium Deputatorum Comaclensium Vallium Summarium Concordatum super Iuribus Serenissimi Ducis, Romæ ex Typographia Reuer. Cameræ Apostolicæ 1661. f.* Nostro vero Seculo Controuersia hæc magna contentione fuit continuata. Cum enim Augustissimus Imperator Iosephus anno 1708. Mutinæ Ducem de Comaclensi Comitatu inuestiret, suamque in ditionem redigeret vrbem, Pontificis Iura, multa quidem eruditione, sed non pari argumentorum pondere defendere conatus fuit IVSTVS FONTANINI eruditissimus Vir, Scripto: *Il Dominio Temporale della Sede Apostolica sopra la Città di Comacchio per lo spazio continuato di dieci Secoli, esposto a un Ministro di un Prencipe, Roma An. 1708. 4.* Hoc confutarunt Mutinenses tribus libellis, quorum primus *Viennæ* hoc prodiit elogio: *Risposta par il Diritto Imperiale sopra Comacchio alla prima seconda Scrittura della Corte di Roma 1708. 4.* quem excepere: *Osseruazioni sopra una lettere intitolata: Il Dominio temporale della sede Apostolica &c. distese in una Lettera ad un Prelato della Corte di Roma 1708. 4.* qui LVDOVICVM ANTONIVM MVRATORIVM Mutinensis Bibliothecæ Præfectum adgnoscunt auctorem & *Altra Lettera diretta ad un Prelato della Corte*

di Roma, in risposta ad una Scrittura publicata nel Ottobre del 1708. & intitolata: Il Dominio temporale della Sede Apostolica 1708. Contra Tria hæc scripta Pontificii se defendunt duabus responsionibus, quarum vnam inscripserunt: *Difesa del Dominio temporale della Sede Apostolica sopra la Città di Comacchio nella quale ancora si giustifica la ricuperazione del Ducato di Ferrara, fatta del Pontefice Clemente VIII. e l' antichissima sovranità della Chiesa Romana in tutti li suoi stati, data in luce contro le Scritture publicate in contrario da' Ministri vel Signor Duca di Modena 1709.* cui varia adiecta Documenta cuiusque Auctor laudatus iam FONTANINI habetur. Secuta est: *Dissertatio Historica de summo Apostolicæ Sedis Imperio in Vrbem Comitatumque Comacli 1709.* cum *Appendice Actorum veterum hactenus maiori ex parte ineditorum*, quæ Bibliothecario Pontificio LAVRENTIO ZACCAGNI tribuitur. Inde Dux Mutinensis scriptore LVDOVICO ANTONIO MVRATORIO ad Augustissimum Iosephum dedit: *Alla Sacra Cesarea Real Maestà di Gioseffo I. Imperator d' Romani felicemente regnante umilissima Supplica di Rinaldo d' Este Duca di Modena, per la Controuersia di Comacchio 1710.* successere: *Riflessi sopra la voce sparsa della Corte di Roma, per la Restitutione del Possesso di Comacchio.* His opposita auctore FONTANINI: *Difesa Seconda del Dominio Temporale della Sede Apostolita sopra la Città di Comacchio 1711.* Cum inde anno 1710. inter Cæsaris & Pontificis Administros exclusis Mutinensibus de componenda hac lite conuentus fierent: Iura sua defendebat Dux exhibita: *Succinta Espositione delle Pagioni del Sacro Romano Imperio & della Serenissima Casa d' Este sopra Comacchio 1710.* Tractatibus autem anno 1711. sine fructu finitis Pontificii ediderunt: *Relationem Iurium Sedis Apostolicae in Ciuitatem Comaclensem complectentem varias discussiones Romæ habitas in Conuentibus inter Ministros Summi Pontificis & S. Cæsareæ Maiestatis, Romæ 1711.* Reposuerunt Mutinenses: *Quistioni Commachiesi ove si espongono i punti superflui à quali*

quali vorrebbe la Camera Apostolica ridurre la Controuersia di Comacchio e si fissano i veri à quali s' ha esse da ridurre 1711. Breueque quatuor pagellarum Scriptum italica & gallica lingua perscriptum hoc titulo: *Quanto sia giusto e connerevole che Comacchio si conservi al Sacro Romano Imperio per lo Serenissimo Signor Duca di Modena che n' è suo Vasallo.* Priori Scripto respondent Pontificii; *Confutazione di uno Scritto Italiano e Francese, sparso in Germania con questo Titulo:* Quanta sia giusto &c. *In Roma 1711.* Sic etiam ad hanc caussam spectant quæ anno 1712. prodiere, *Lettre de S. S. le Pape Clement XI. à S. M. I. l' Imperatrice Regente du 3. Mai. 1711. Avec les Reflexions qu' une Personne de qualité a faites pour un de ses amis, &: Risposta alla Riflessioni sopra il Breve scritto dalla Santità di nostro Signore Papa Clemente XI. alla Maestà dell' Imperatrice, in morte del Imperator Guiseppe Primo suo Figlio.* Hi libelli, non eo tamen quo lucem adspexere, sed interrupto quandoque ordine, collecti & iunctim editi hoc titulo: *Raccolta di tutto ciò, ch' è uscito alle stampe fino ad giorno d' oggi sulla Controversia di Comacchio, Francof. ad Mœnum 1713. f.* Hac vero in Collectione non extat præcipuum Scriptum LVDOVICI ANTONII MVRATORII, quo Iura Imperii & Ducis Mutinæ Heri sui, magna eruditionis laude argumentorumque adparatu defendit, quod lingua primum Italica sub titulo: *Piena Espositione di Dritti Imperiali ed Estensi sopra la Città di Comacchio 1712. f.* prodiit, quod postea per CASIMIRVM FRESCHOT in Gallicum sermonem translatum hoc elogio lucem vidit: *Les Droits de l' Empire sur l' Etat Ecclesiastique, recherchez & pleinement eclaircis à l' occasion de la Dispute de Comacchio & des Droits particuliers de la Seren. Maison d' Este sur cette Ville pour servir de Reponse tant aux deux Ecrits publiez sous le Titre de Premiere & Seconde Deffense du Domaine Temporel du S. Siege qu' à un autre Livre, intitulé: Dissertation historique à Vtrecht 1713. 4.* quod Scriptum plane est egregium. Tandem in hac caussa editæ: *Synopsis Iurium Cæsareorum ac Estensium in Vrbem Comi-*

tatumque Comacli 1712. 4. itemque: *Animaduersiones pro Sacro Romano Imperio & pro Serenissimo Duce Mutinæ &c. in Monitum Lectori, quod præmittitur Tabulæ Chronologicæ fauore Reuerend. Cameræ Romanæ nuperrime editæ in Causa Comaclensi, Additur in fine ipsa Tabula Chronologica. Risposte a varie Scritture contro la Santa Sede in proposito di Commachio publicato dopo l' anno 1711. Roma 1720. 4.* cuius auctor IVSTVS FONTANINI. Pertinet huc quoque libellus, inscriptus: *Remarques nouvelles sur le Bref de S. Sainteté a S. Mai. l' Imperatrice Mere & sur l' explication qu'on y a donnée à Rome, Seconde Edition à Cologne* siue *Lipsiæ. 8.* Iungi cum his omnibus possunt Documenta & Litteræ inuestiturarum variæ, super Ducatibus Mantuæ, Ferraræ & Mutinæ concessæ, quae sub generali titulo: *Copia Inuestituræ Mantuanæ*, sine loci & temporis adnotatione f. in *Germania* formis impressa. Ex anterioribus Scriptis PHILIPPVS LVDOVICVS BRENNERVS *S. R. Imperii & Ducis Estensis Iura* in *Comitatum Comacchium* auspicali oratione breuiter nec tamen satis perfecte declarauit *Tubingae 1710. 4.* Postquam per *Art. V. Foederis Quadripartiti Londini 1718.* conclusi, Augustissimi Imperatoris & Imperii *Ius Dominii Directi* in *Magnum Etruriæ Ducatum*, & *Parmæ ac Placentiæ Ducatus* solemniter agnitum & assertum fuit, variis eruditis Scriptionibus Academicis Imp. & Imperii Iura ab antiquis temporibus in has Regni Italiæ Prouincias repetita fuere. Enimuero quod ad *Magnum Etruriæ Ducatum* attinet IACOBVS PAVLVS de GVNDLING dedit *Historische Nachricht von dem Lande Tuscien oder dem Groß-Herzogthum Florentz, Vratislauiæ* primum in *f.* postea additis quibusdam *Francofurti 1723. 4.* quo scripto Iura eminentia in Hetruriam ex historiarum monumentis demonstrantur. Inde Præside summo viro IOANNE IACOBO MASCOVIO elegantissimam Dissertationem *de Iure Imperii in Magnum Ducatum Etruriæ*, proposuit Dn. THOMAS FRITSCH, ex optimis documentis ineditis etiam illustratam, *Lipsiæ 1721. 4.* editam. Ex optimis quoque Etruscis Scriptoribus & monimentis editis & ineditis

Scripta de Nexu Hetruriæ & Parmæ ac Placentiæ Ducatuum.

& ineditis accurate digestum celeberrimi Viri SIM. FRIDER. HAHNII *Ius Imperii in Florentiam* a speciosis assertis Commentatoris de Florentini Status libertate vindicatum *Halæ 1722. 4.* Successere FRIDERICI LVDOVICI Nobilis Domini de BERGER *Vindicatio Iuris Imperialis in Magnum Tusciæ Ducatum* siue *Confutatio Scriptionis, cui Titulus: Memoire sur la Liberté de l' Etat de Florence* quod scriptum in Forma est adiectum 1723. 4. confutatum hoc breuiter, sed solide ac erudite in libello vnius saltim plagulæ, sub indice: *Examen du memoire sur la Liberté de l' Etat de Florence, 4.* cuius Auctor illustris Vir MASCOVIVS senior habetur, quumque *Pisis 1721. 4.* mai. editus esset liber, inscriptus: *de Libertate Ciuitatis Florentiæ eiusque Dominio,* prodiit eodem Dn. de BERGER scriptore: *Noua eaque plena Assertio Iuris, quod S. Cæsareæ Mai. ac S. Imperio in Magnum Tusciæ competit Ducatum, 1725. f.* & doctissima NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII *de Iuribus Augustissimi Imperatoris in Florentias*, Dissertatio, *Halæ 1722. 4.* Quibus adiungenda *Geschichtmæssige Vorstellung von den Gerechtsamen derer Teutschen Kayser und des Heil. Reichs auf das Groß-Herzogthum Florenz, denen zugleich die von Florentinischer Seite gemachten Einwürffe und derselben Wiederlegung, nebst einer ausführlichen Nachricht von den Florentinischen Historicis beygefüget* von BRACCIANO, *Lipsiæ 1722. 4.* Amplissimo, erudito & in paucorum manus delato insigni opere Iura Imperii in *Florentiam* illustrata, cui titulus datus: *Notizia della vera libertà Florentina considerata ne' suoi giusti limiti per l' ordine de' Secoli con la sincera Disamina e Confutazione delle Scritture e Tesi, che in vari tempi ed a' nostri di sono state publicate per negare, & impugnare i Sovrani Diritti degli Augustissimi Imperadori e del Sacro Romano sopra la Città e lo stato di* FIRENZE *e il Gran Ducatu di* TOSCANA *Parte I.* (Mediolani) *1724. f. Parte II. 1725. f. Parte III. 1726. f.* vsque ad annum 1726. auctor est eruditissimus Vir Dn. SPANNAGEL Consiliarius & Historicus D. Cæsaris Aug. Caroli VI. & Bibliotheæ Vindobonensis Custos. *Iura Dominii*

Directi in Ducatus *Parmensem* & *Placentium* erudite & accurate vindicarunt SIMON HENRICVS MVSAEVS, cum *Specimine Annotationum* ad Declarationem Nullitatis Clementis XI. in hac caussa editæ *Kiloni 1709. 4.* tum *Commentatione* singulari *de Iuribus in Parmæ & Placentiæ Ducatus a Pontifice male prætensis vel vsurpatis, Kiloni 1709. 4.* Extat quoque GODOFREDI RVHLMANNI *unwiederrufflisches Recht welches Se. Kayserl. Maiest. von wegen des H. Reichs Teutscher Nation nicht nur auf Parma und Placenz, sondern so gar auf ganz Italien, die Stadt Rom und das Patrimonium S. Petri haben, Iena 1709.* cum continuat. 1. & 2. De eodem porro *Iure Imperii in Ducatum Parmensem & Placentium* egit breui quidem sed accurata Dissertatione auspicali *Ienæ 1712. 4.* proposita & Syntagmati Iuris Publici præmissa illustris Vir BVRCARDVS GOTTH. STRVVE. His, maxime vero Aulis Ius supremum in Italiam tuentibus oppositi Pontificia auctoritate: *Della Istoria del Dominio Temporale della Sede Apostolica nel Ducato di Parma & Placenza Libri III. in Roma 1720. f.* nitidissime excusi & multis documentis instructi, quorum auctor doctissimus IVSTVS FONTANINI malæ caussæ eruditus satis defensor. Qui libri nuper quoque gallica lingua prodierunt & latina, sub titulo: *Historia summi Imperii Apostolicæ Sedis in Ducatum Parmæ & Placentiæ, Romæ 1721. 4.* Recentissimum ex parte Curiæ Romanæ est scriptum amplissimum, cui titulus datus: *Raggioni della Sede Apostolica sopra il Ducato di Parma e Piacenza esposte a Sovrani e Prencipi Catolici d' Europa 4. 4.* Voll. sine loci mentione, verosimiliter *Romæ.* Auctorem faciunt Dn. ANTONELLI Prælatum Pontificis domesticum. Iura autem Imperii grauiter, accurate, erudite asseruerunt, IACOBVS PAVLVS de GVNDLING *Historischen Nachrichten von denen Herzogthümern Parma und Placenza und derselben Dependenz vom Römischen Teutschen Reich, Francofurti 1723. 4.* IVSTVS quoque HENNINGVS BOEHMERVS, seu IVSTVS VOLRADVS L. B. de BODE, cuius *Vindiciae Imperiales pro Parmæ & Placentiæ Ducatibus,*

bus, Halæ 1722. 4. solidissimæ sunt. Nec heic omittendæ *de Iure Augusti & Romani Imperii in Parmæ & Placentiæ Ducatus Dissertationes X. Amstelodami 1729. 4.* recusæ *Lipsiæ* in 4. quæ, vti aiunt, iussu Principis Salmensis *Vindobonæ* 1710. scriptæ. Extant porro: *Dissertatione sopra la natura e qualità di Città di Piacenza e Parma f.* Leguntur quoque varia ad has illustres controuersias pertinentia in *Memoires pour servir à l'histoire du Congres de Cambrai, où l'on voit l'origine & l'examen des difficultez, qui en ont retardé l'ouverture par raport aux Investitures d'Italie 1723. 4.* constant hi commentarii duabus Partibus, quarum vna inscribitur: *Traité historique sur les Investitures de quelques etats d'Italie;* altera: *Dissertation historique sur les Duchez de Parme & de Plaisance. De Iure Imperatoris & Imperii in Rempublicam Genuensem* solide eleganterque elaborata est Diatriba ill. IOA. IACOBI REINHARDI *Francofurti ad Mœnum 1747. 4.* in lucem data. *Imperii Germanici Ius & Possessio in Genua Ligustica eiusque Ditionibus a primis originibus vsque huc repetita ac vindicata,* debetur summo Viro perillustri L. B. HENRICO CHRISTIANO de SENCKENBERG, cunctaque fide monimentorum impressorum tum anecdotorum suffulta eruditissimisque obseruationibus illustrata accessit. PETRI BAPTISTAE BVRGI perrarus de *Dominio Reipublicæ Genuensis in Mari Ligustico Tractatus; Anonymi Diss. de rescindendo Contractu Finariensi cum Vindiciis Iurium Imperii;* ANDREAE de ANDREIS eiusdem argumenti libellus, prodiit nobilissimum opus *Hanoueræ 1751. 4.* Huc pertinet I. H. G. IVSTI *Abhandlung von der Abtretung eines Reichs-Lehns in den Frieden mit auswärtigen Mæchten, Franckf. und Leipz. 1750. 4.* quo libello quædam de Translatione Ducatuum Parmæ, Placentiæ, Guastallæ per Pacem Aquisgranensem ad Infantem Hispaniæ Phi-lippum facta, annotata legas. *Dominium Adriatici Maris* Augustissimo Imperatori tribuere voluit IOANNES AVGVSTVS Nobilis Dominus de BERGER *Succincta Commentatione de Imperio Maris Adriatici Cæsari, qua Regi Dalmatarum ac Principi Istriæ vt &; Regi*

Neapolis atque Siciliæ proprio, Lipsiæ 1723. 4. quo, Scriptio apud Londorpium Tom. I. Actorum Publicorum Lib. II. Cap. XV. pro Republica Venetorum concinnata, docte confutatur.

Scriptores de forma & finibus Imperii.

§. LII. De *Forma Imperii Romano-Germanici* erudita extat dissertatio perillustris LYNCKERI, *Ienæ 1699. 4.* in qua L. XXII. Notitiæ S. R. I. Bœclerianæ potissimum illustratur, eademque diuersas sententias congessit examinauitque. Iungi potest EI. Diss. inscripta: *Fluctus interpretum de communicatione Maiestatis eiusque Iurium, Ienæ 1692. 4.* In primis vero egregium mihi videtur Eiusdem *Bedencken über die Grundveste des Heil. Römischen Reichs*, in quo hanc materiam sine habito ad Monarchiam Imperatoris respectu plenissime declarat, postea tamen ex parte sententiam mutauit. Addimus HERMANNI CONRINGII eruditissimum tractatum de *Finibus Imperii*, qui auctior longe & ex optima editione prodiit *Helmstadti 1696. 4.* Illustrat quoque hanc de *Forma Imperii* Romano-Germanici materiam WILHELMI WIZENDORFFI Discursus de *Status & Administrationis Imperii Romani forma hodierna, Regiomonti 1642. 4.* in quo Reinkingii sententiam de statu Monarchico defendit, Limnæi refutat, cui tamen IOAN. LIMNAEVS in *dissertatione apologetica, Onolzbaci 1643. 4.* edita, erudite respondet. *Varias Auctorum sententias de statu seu Forma S. R. Imperii* congessit IOACHIMVS HENRICVS SIBRAND, Dissertatione, *Rostochii 1695.* proposita. DAMIANVS FERDINANDVS HAASIVS Diss. de *Monarchia S. R. I. limitata*, eandem contra Hippolytum a Lapide, Seuerinum de Monzambano, aliosque recentiores asserere conatus *Francofurti 1752. 4.* IOANNIS THEODORI SCHEFFERI Commentatio de *Forma Imperii Romano Germanici*, duas illas sententias examinat, quarum vna mixturam Monarchiæ cum Aristocratia, altera Systema quoddam Ciuitatum modo extraordinario confœderatarum asserit, prodiit sub nominibus *Lipsiæ & Francof. 1720. 4.* De *Forma Imperii, qualis fuit medio æuo & imprimis imperante*

Con-

Conrado III. sententiam IACOBI PAVLLI GVNDLINGI produxit Dn. IO. GEORG. ESTOR *Franckf. & Leipz.* siue potius *Iena 1740. 8.* Huc pertinet V. C. IO. FRIDERICI IOACHIMI *Abhandlung von dem Teutschen Wahl-Reich, Halle 1751. 4.* BERNARDVS SCHMIDIVS ICtus Bambergensis dedit: *Staats-Vrsache warum unter denen Carolingern das Teutsche Reich ein Wahl-Reich verbleiben müssen, und kein Erb-Reich werden können, Franckfurt 1754. 4.* cuius asserta vix omnes probabunt.

§. LIII. De *Imperatore & Imperio Romano* singulari opere egit IVLIVS CAESAR BVLENGERVS, *Lugduni 1618. f.* in quo Statum Imperii Romani, qui fuit primo seculo, erudite describit, dignitatem, titulos, iura & maiestatem Imperatoris Romani ex scriptoribus antiquis declarat. Sed, cum ea nos non tangant, ad alios pergimus. De *Imperatore mortuo* ex Annalibus & Legibus conquisitas selectissimas Obseruationes Diss. exhibuit Cel. IOANNES HEVMANNVS *Altorfii 1741. 4.* Ad Electionem & Coronationem Imperatoris facit HIERONYMI BALBI de *Coronatione Principum* Liber ad Carolum V. qui cum Petro de Andlo a MARQVARDO FREHERO editus, *Argentorati 1613. 4.* & cum notis MATTHIAE BERNEGGERI, *Argentorati 1624. 4.* GODOFREDI de IENA extant *Disputationes quinque de electione Imperatoris, Francofurti 1662. 4.* Accuratior est Tractatus WICQVEFORTII de *l'Election de l'Empereur*, qui eiusdem recentissimae editioni *de l'Ambassadeur* accessit *à Cologne 1690. 4.* qua etiam de mutatione Imperii ex haereditario in electitium, origine electorum, iure & ritu eligendi, Capitulatione etiam Imperatoris agit & Auream Bullam in Gallicum sermonem translatam inseruit. VLRICVS OBRECHTVS in erudita dissertatione de *Electione Imperatoris Romano-Germanici, Argentorati 1676. 4.* demonstrauit quae iura sint electionis. GABRIELIS SCHWEDERI habemus disputationem de *Electione imperatoris continentem habilitatem Personae eligendae Tubingae 1712. 4.* Duas illustres Quaestiones Iuris

Scriptores de Imperatore eiusque Electione, Rege Romanorum & Augusta.

Publici, Primam: *Num extraneus possit eligi in Imperatorem Romanum;* Secundam: *Num Regia Celsitudo Franciscus Stephanus Magnus Dux Hetruriæ &c. sit Princeps Germanus*, aiendo recte & docte excussit V. C. FRANCISCVS DOMINICVS HAEBERLIN, *Gœttingæ 1745. 8.* De *electione Romanorum Regis* egit quoque ANTONIVS GVNTHERVS FRITZIVS *Gryphiswaldi 1663. 4.* & IVSTVS ASTERIVS, siue IOANNES STELLA, *Examine Comitiorum Ratisbonensium* siue *Disquisitione Politica de nupera Electione nouissimi Regis Romanorum* (i. e. Ferdinandi III.) *iuxta* Exemplar *Hanouiæ 1637. 4.* Sic enim extat *Volumen Disputationum de Regis Romanorum Electione & designatione* per varios Auctores collectum *Basileæ 1620. 4.* Facit huc etiam *Collegium reliquorum Deputatorum ad Collegium Electorale, de præsenti Statu Imperii, Imperatore eligendo, scribenda lege 1657. 4.* quod scriptum IOANN. FRISCHMANNO tribuitur. De *Rege Romanorum* plures exposuerunt, nostro cumprimis tempore controuersum *an viuo Imperatore eligi* possit? & *an* eligi debeat ad cuius consensum pertineat? Curate distincteque hi Scriptores recensentur in *Hællischen Beytrægen zu der Iuristischen Gelehrten Historie, Ersten Bandes, Ersten Stück*, N. 1. p. 1. Ex his præcipuos notabimus; nempe: CHRISTIANI GODOFREDI HOFFMANNI *Commentationem de Rege Romanorum viuente Imp.* electo, *Francofurti 1733. 4.* quæ ex Actis & optimis subsidiis deducta. Varia recentiora Opuscula de hoc argumento continet: *Sammlung unterschiedlicher theils gedruckter theils ungedruckter Schrifften die Römische Königs-Wahl betr. 1741. 4. Vnpartheyische Vorstellung desjenigen was nach den Reichs-Gesetzen und dem Reichs-Herkommen wegen der Wahl eines Römischen Königs Rechtens ist, Franckfurt 1741. 4. Considerationes de Rege Romanorum viuente, valente & non absente Imperatore eligendo 1751. 4. Gesetz- und Acten-mæsiges Bedencken über die Materie von der Römischen Königs-Wahl, 1751. 4. Gründliche Abhandlung von* der

der Beschaffenheit der Römischen Königs-Wahl an sich selbsten nach Vorschrift der Reichs-Geschichte und Gesetze 4. & aliæ *Fabri Cancellariæ*, & *Kœnigii* Selectis insertæ. Ex Academicis Sciptis præstant: N. C. LYNKERI Diss. *de Rege Romanorum*, *Ienæ 1699. 4.* ill. DANIEL NETTELBLADT Diss. de *Iure Imperatoris*, *Vicariorum Imperii*, *Electorum & reliquorum Statuum Imperii circa quæstionem: An? in Electione Regis Romanorum Halæ 1744.* & iterum *ibid. 1753. 4.* LVDOVICVS GODOFREDVS MOGEN vero de *Rege Romanorum eoque vi Capitulationis Caroli VII. absente vel impedito Imperatore Imperii habenas capessente*, *Giessæ 1747. 4.* commentatus. Nuper FRANCISCVS ANTONIVS S. R. I. Comes de KHEVENHÜLLER ab AICHELBERG nobilem egregiamque Dissertationem *de eligendo Rege Romanorum* proposuit *Erfurti 1756. 4.* VLRICI MARBACHII *Controuersiæ quædam de Electione Imp. Argentorati 1712. 4.* Diss. propositæ. De *Pluralitate Suffragiorum in Electione Imperatoris* erudita est Diss. V. C. GODOFREDI DANIELIS HOFFMANNI, proposita *Tubingæ 1742. 4.* De *Postulato Pontificis Ro. confirmandi Electionem Regis Romanorum sibi nuntiatam* notabilis extat Diss. B. IOA. CHRIST. PESLERI, *Francof. ad Viadrum 1748. 4.* De *eo quod circa Imperantem agnoscendum est Iuris Gentium occasione denegatæ Agnitionis Aug. Imperatoris Francisci I. legitime electi a Rege Galliæ eiusque Fœderatis* disquisiuit opusculo LVDOVICVS GODOFREDVS MOGEN, *Giessæ 4.* *Orationes Gratulatoriæ in electione, coronatione, natiuitate, nuptiis triumphis &c. Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum, habitæ a Legatis virisque suæ ætatis doctissimis*, editæ *Hanouiæ 1613. 8.* MELCHIORIS GOLDASTI *Politica Imperialia & Politische Reichs-Händel*, varia quoque Scripta & Acta electionum atque coronationum diuersorum Imperatorum, speciatim Caroli V. comprehendunt. Ad negotia magni momenti & hæc inter *Electionem* ac *Coronationem* noui Regis & Imp. post excessum *Caroli VI.* facit, scripta

iudicio

iudicio pragmatico & selectissimis Actis illustrata: *Geschichte des Interregni nach Absterben Kayser Carl des Sechsten*, cuius *Pars Prima Francofurti ad Mœnum 1742. Secunda ibid. 1742. Tertia ibid. 1744. Quarta & Vltima 1746. 4* prodiere. Auctor est illustris & celeb. Vir IOANNES DANIEL de OLENSCHLAGER, ornamentum Reip. Francofurtanæ.

Scriptores de Coronatione Impp. & triplici Corona.

§. LIV. Speciatim vero de *triplici Coronatione Impp.* varii egerunt. De *Triplici* quidem *Coronatione, Germanica, Lombardica & Romana* egit IOANNES FRIDERICVS MATENESIVS, *Coloniæ 1622. 4.* IOACHIMI FELLERI Dissertatio de *tribus Coronis Imperatoriis Germanica, Lombardica atque Romana, Lipsiæ 1662. 4.* extat, qua communes etiam errores de triplici Coronarum metallo refelluntur. Eruditissima est Exercitatio *de Regali Imperialique Augustorum Germaniæ Augustarumque Coronatione* IOANN. IACOBI MASCOVII *Lipsiæ 1723. 4.* LVDOVICVS etiam ANTONIVS MVRATORIVS Tomo secundo Anecdotorum singularem inseruit Dissertationem de *Corona Ferrea*, qui etiam Capite XVI. dicit: *ampliorem segetem scribendi clarissimo Wagenseilio relinquimus. Qui de coronis Cæsareis amplissimum commentarium meditatur, vt me per literas certiorem fecit celeberrimus Bibliothecæ Mediceæ Præfectus, Anton. Magliabechius.* Licet hic saltim in Commentatione de re publica Noribergensi cap. XXVI. de hac materia agat. Hic eruditus MVRATORII Commentarius vna cum IVSTI FONTANINI *de Corona Ferrea Longobardorum* Dissertatione, Romæ typis impressus, recusus *Lipsiæ 1719. 8.* quæ bina Scripta *Coronationis Longobardicæ*, locum, ritus, Iura eleganter declarant.

Scriptores qui Historiam & Acta Electionum atque Coronationum di-

§. LV. Præcipue *Ritus in Electione & Coronatione diuersorum Imperatorum* varii descripserunt. Inter hos *inaugurationem, coronationem atque electionem aliquot Imperatorum a Maximiliano I. ad Matthiam vsque* descriptam videmus in COLLECTIONE *variorum Scriptorum*, quæ sub hoc titulo *Hano-*

Hanouiæ 1613. 8. prodiit. Quibus coniungenda: *Relatio Electionis Friderici III. Imp.* ex Actis apud IOA. IOACH. MÜLLERVM *Reichs-Tags-Theatro sub Friderico III. P. I. cap. L. p. 3.* Add. MARQVARDI FREHERI *Script. Rer. Germ. T. III. p. 5.* apud eundem FREHERVM *T. III. p. 21.* extat *Descriptio accurata Electionis Maximiliani I. Regis Rom. an. 1486. factæ, itemque Coronationis Aquisgrani subsecutæ,* conferatur MVLLERI *R. T. Theatr. sub Maximil.* sub initium. *Acta Electionis Caroli V.* quædam prostant apud FREHERVM *T. III. p. 157.* SABINI vero & HARTMANNI MAVRI necnon HENRICI CORNELII AGRIPPAE Narrationes apud SCHARDIVM *S. R. G. T. II. p. 827.* & in *Collectione Hanov.* De Electione *Ferdinandi I. Imp.* vide SCHARDIVM *T. II. p. 1893.* De *Maximiliani* vero *II.* eundem SCHARDIVM *T. III. p. 2063. 2066. seqq.* & scriptionem vernacula lingua, sub titulo: *Wahl- und Crœnungs-Handlung*, ex editione secunda *Francofurti 1612. 4.* *Matthiæ Electionem atque Coronationem* descripsit EBERHARDVS PRAETORIVS in *Corona Imperiali, Noribergæ 1613. 4.* Exstat quoque vernacula commemoratio, sub titulo: *Wahl- und Crœnungs-Handlung, Franckfurt am Mayn 1612. 4.* De Electione *Ferdinandi II.* euolue THEATRVM EVROPAEVM *Tom. I. p. 165.* De *Ferdinandi III.* vero idem THEATRVM *Tom. III. p. 732.* & de *Ferdinandi IV.* THEATRVM *T. VII. p. 357.* atque de *Leopoldi* THEATRVM *Tom. VIII. p. 324.* nec non *Beschreibung und Abbildung aller Königl. und Churfürstl. Einzüge, Wahl- und Crönungs-Acta, so geschehen zu Franckfurt am Mayn im Iahr 1658. ib. 1658. f.* cum figuris æneis nitidis *Casparis Meriani.* Coronationem *Iosephi* accurate narrauit SIGISMVNDVS SCHMIDT siue FERRARIVS in libro, cui titulus: *Cronen zur Zier und Schuz des H. R. Reichs auf denen Hæuptern der Allerdurchlauchtigsten und Grossmæchtigsten Ræmischen Kayserin und Ræmischen Kænigs, Eleonoræ und Iosephi &c. Nürnberg 1690. 4.* cum figuris æneis & ite-

uersorum Impp. scripserunt.

& iterum sub indice: *der geöffnete teutsche Audienz Saal*, *Francofurti 1697. 4.* CASSANDER etiam THVCELIVS *Historiam Electionis & Coronationis Iosephi* non solum, sed etiam *Eleonoræ Magdalenæ Theresiæ* singulari Tractatu descripsit, *Augustæ Vindelicorum 1680. f.* cum figuris. Prodiit quoque aliud Diarium, sub elogio: *Das hochbeehrte Augspurg, oder wahrgründliche Vorstellung der hochwürdigen Handlung und Verrichtungen &c.* durch M. I. F. W. *Augspurg 1690. 4.* Ad Electionem *Caroli VI.* facit *Vollstændiges Diarium, alles dessen, was vor, in und nach denen hœchstansehnlichen Wahl- und Crœnungs-Solennitæten Caroli VI. so wohl im ganzen Rœmischen Reiche, als auch in der freyen Reichs- und Wahl-Stadt Franckfurt am Mayn vom Anfang bis zum Ende passiret ist, Franckfurt am Mayn 1712. f.* Eiusdem Diarii Continuatio *Francofurti ad Mœnum 1712. f. Coronationem* describit. Acta varia inseruntur, & plura, quæ faciunt ad Curialia cum diuersis imaginibus æneis personarum & ceremoniarum *Electionis.* CAROLI *VII. Imp. Aug. Electionis* solennia, cum expositione controuersiarum circa eandem ortarum descripta, exhibet: *Merckwürdiges Diarium, so wohl von der Wahl und Crœnung Ihro Kayserl. Maiestæt Carl des VII. als auch von der Crœnung Ihro Maiestæt der Kayserin Maria Amalia, wie solche mit ausserordentlichen Pracht in Franckfurt am Mayn vollzogen worden, Franckfurth am Mayn 1742. f.* cum figuris æri incisis. Eadem forma & splendore edita *Acta Electionis* fortunatissimæ *Francisci* I. Aug. sub tit. *Wahl- und Krönungs-Diarium* Kayser Franz des Ersten *Franckf. am Mayn 1746. f.* quibus ornatissimam Præfationem *Von den Vorzügen des regierenden Hauses bey den Teutschen Königs- und Kayserwahlen* præmisit vir solidissimæ eruditionis illustris IOA. DANIEL *de* OLENSCHLAGER.

Scriptores de Cleinodiis Imperii.

§. LVI. Ad *Reliquias & Cleinodia Imperii* facit CHRISTIANI ERDMANNI *Relatio Historico-Parænetica de sacrosanctis, Sacri Romani Imperii Reliquis*

quiis & Ornamentis, quibus Romanorum Cæsares inaugurari, coronari solennique ritu inuestiri consueuerunt, aliisque sacris Lipsanis, imperiali Thesauro collectis ac Noribergæ asseruatis, 1629. 4. in qua de harum origine potissimum agit, sed multa pro more pontificiorum miraculis tribuit. Eiusdem est *Norimberga in flore auitæ Romano - Catholicæ religionis, ex antiquissimis variorum Monasteriorum Bibliothecis, veteribusque monumentis, graphice delineata & expicta, 1629. 4.* Animus auctoris est per diuersas Bullas papales, aliaque documenta publica demonstrare, quanto zelo olim Noribergenses erga fidem Catholicam fuerint correpti, quanta vero per reformationem mutatio acciderit; *& quam fœde, quam turpiter vnius rancidi & vxoraturientis Monachi Augustani, Wolfgangi Volperti a Luthero Magistro suo corrupti, seductione, a pristina & auita Maiorum fide abscesserit atque apostatarit,* prout ipse in præfatione loquitur. Sunt etiam, qui dicant, hoc libello instrui debuisse illos, qui Ferdinando II. Cæsari auctores fuissent vel expugnandi vrbem, vel repetendi ab illa Reliquias Imperiales. Vterque libellus perrarus est. GEORGII IMHOFII Dissertatio *de insulis & Lipsanis Imperii,* quam præside ERNESTO CREGELIO *Altorfi 1659. 4.* defendit, leuioris est momenti. Melior omnino VLRICI OBRECHTI *de Clenodiis Imperii, siue Insignibus,* quorum vsus est in Coronatione, Dissertatio, *Argentorati 1677. 4.* Omnium vero curas superat IOAN. PETRVS LVDEWIG in dissertatione inaugurali, respondente *Wolfgango Hieronymo Herold* habita, qua *Noribergam insignium Imperialium Tutelarem,* sistit *Halæ, 1713. 4.* Huius vero controuersiæ occasione Clenodiorum Imperii Historiam ex fundamento declarat, controuersias de horum asseruatione exponit, eandemque Noribergensibus vindicat. Accesserunt diuersa monumenta Historiam illam illustrantia, atque inter hæc IACOBI GRETSERI *Syntagma de insignibus Imperii,* quod *Ingolstadii* antea *1618. 4.* prodierat & rarissimum erat. Scripta hæc disser-

sertatio hac occasione, dum Aquisgranenses asseruationem insignium Imperii peterent, quorum argumenta diario Caroli VI. coronationis fuerunt adnexa, sub rubrica: *Kurzer Bericht über des Koeniglichen Stuhls und des H. Röm. Reichs Stadt Aachen bey denen Kroenungen der Kayser habende Praerogativen und Gerechtsame.* Cui tamen Noribergenses reposuerunt: *kurzen doch bestgegründeten Gegenbericht der löblichen Reichs-Stadt Aacken ganz neuerlich anmassenden Anspruch an die Kayserl. und Reichs Kleinodien, so von der Stadt Nürnberg verwahret werden, betreffend, Nürnberg 1712. f.* Quumque sub Coronationis *Caroli VII. A.* solennia a. 1742. a *Coloniensibus* lis resuscitata fuisset, edita fuit: *Gründliche Anführung des H. R. Stadt Nürnberg ex commissione perpetua Augustissimi Imperatoris & Imperii zukommenden und etliche Secula hindurch richtig und ohne den geringsten Widerspruch gehabten Reichs-Insignien, auch daraus von selbsten abfliessende Reprotestation, welche denen neuerlichen unbefugten und widerrechtlichen Aachischen Praetensionen und übel anmaßlichen Ansprüchen auf gemeldte Insignien A. 1742. entgegen gestellet worden, Altorf. f. (1742.)* cuius pereruditi libelli auctor Vir celeberrimus CHRISTIANVS GOTTLIEB SCHWARTZIVS. De *Aquisgrano* vero *Insignium Regni Austrasiae tutelari*, Praeside ANDREA ELIA ROSSMANNO disseruit IOA. DANIEL BARTHOLOMAEI, *Erlangae 1750. 4* & *Vlmae 4.* *Clenodiographia imperialis, siue de insignium Imperii Romano-Germanici origine & fatis* elegans liber est Dn. AVGVSTI FRIDERICI de ZANTHIER, *Wittebergae 1725. 8.* Eiusdem extat: *Delineatio historica de Globi Crucigeri Imperialis origine & fatis praecipuis, Vitembergae 8.* & B. SAMVELIS GOTTLIEB TREVERI *Historia Globi Crucigeri Symboli Maiestatis* & Disquisitio *Globi duplicati in Numis bracteatis Saec. XII. & XIV. Brunschwigae 1728. 8.* & maxime *vera delineatio atque descriptio Globi Imperialis, qui inter cetera Sacri Romani Imperii Insignia*

signia asseruatur, eademque exactissima, quam debemus curæ & eruditioni perill. Dn. EBNERI, *Francof. & Lips. 1730. f.* B. CHRISTIANVS HENRICVS ECKHARD, scripta ad CHR. GOTTL. BVDERVM Commentatione, egit de *Iure Imperii sine Clenodiis & Insignibus Imperii minus pleno & efficaci in Germania habito*, *Ienæ 1739. 4.*

Scriptores de Titulis, Insignibus Archiuo & Domanio Imperii.

§. LVII. *De Titulis Imperatoriis eiusque Insignibus* IOANN. CHRISTOPHORI WAGENSEILII extat dissertatio, *Altorfi 1674. 4.* & alia HERMANNI POST *de diuinis Imperatorum Titulis eorumque origine*, *Erfordiæ 1716. 4.* Multa quoque de Titulo Imp. erudite annotauit B. BVRCARDVS GOTTHELFIVS STRVVIVS *in Grundmæssiger Vntersuchung von dem Kayserlichen Titul und Würde*, *Cœln*, siue potius *Ienæ 1723. 4.* Conferatur F. N. D. D. B. siue FRIDERICI LVDOVICI N. D. de BERGER *Bedencken über die Frage: ob der Kayserliche Titul und Namen dem Czaaren communiciret werden kœnne 1722. 4.* Pereruditæ sunt Dissertationes CONRADI SAMVELIS SCHVRZFLEISCHII de *Titulo Augusti*, *Wittebergæ 1696. 4.* & ERHARDI REVSCHII de *Imperatoris titulo*, *Helmstadii 1728. 4.* Addantur Dn. IOANNIS PETRI de LVDEWIG *differentiæ Iuris Romani & Germanici in Titulo Imperiali*, Opusculorum *p. 985.* Ad *Insignium Imperii* illustrationem faciunt libelli sequentes: V. Cel. IOA. HEVMANNI *de Insigni Germaniæ eiusque Regis Titulo* elegans Diss. prodiit *Altorfii 1744. 4.* *Titulos Francisci I. Imp. Aug.* erudite illustrauit Dn. IOANNES GEORGIVS ESTOR, *Marburgi 1754. 4.* B. GOTTLIEB SAMVELIS TREVERI de *vera origine Aquilæ bicipitis Imperii RGermanici*, *Helmstadii 1726. 4.* opposita Dn. IOANNIS PETRI de LVDEWIG Obseruationi de *Brandenburgica Aquila bicipite*, *Imperialis auctore & origine*, quæ extat *Reliquiarum MSCtor. T. VII. n. 6.* ERNESTI IOANNIS FRIDERICI MANZELII est Diss. de *Aquila Sacri Romani Imperii bicipite*, *Rostochii 1724. 4.*

Variæ quoque obſeruationes legi poſſunt in EBERHARDI RVDOLPHI ROTH Diſſ. de *antiquiſſimo & adhuc durante Romanorum ſigno Aquila, Ienæ 1669. 4.* parum veroſimilia, multa imo ineptiſſima plerumque legas in FRIDERICI CHRISTIANI RAMI *Aquilarum Imperii Biga*, h. e. Tractatu: *Aquilam duplicem S. G. Imperii Inſigne ab Adlero priſcorum illuſtrioris nominis Rege & Heroe deductum, Lemgouiæ 1716. 4.* Addantur NICOLAI SAELENDERI *Gedancken über einige alte Münzen, mit dem zweykœpfigten Adler und deſſelben Vrſprung, in Opuſculis viri de numis Bracteatis, Hanouerae 1743. 4.* iunctim editis. Alia WAGENSEILII eſt diſſertatio *de Imperii Archiuo, Aurea Bulla & Lipſanis Imperii, Altdorfi 1673. 4* Præſtat tamen NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI diſſertatio de *Archiuo Imperii, Ienæ 1648.* Eiusdem eſt diſſertatio *de Idiomate Imperiali, Ienæ 1687. 4.* ex actis publicis & hiſtoria elaborata. Facit huc etiam AHASVERVS FRITSCHIVS de *Iure Idiomatis, Ienæ 1673. 4* & Dn. IOAN. IACOBI MOSERI *Abhandlung von dem Recht der Teutſchen Sprache, in vermiſchten Schrifften N. 2.* Iungi vtiliter debent laudati Patris laudati celeberrimique Filii FRIDERICI CAROLI MOSERI *Abhandlung von den Europæiſchen Hof - und Staats - Sprachen, Franckfurt am Mayn, 1750. 8.* Et EIVSD. *Verſuch einer Staats-Grammatic, Franckf. 1749. 8 mai.* quibus libris varia ad Idioma Imperii eleganter inſerta. *De Domanio Imperii* habemus GABRIELIS SCHWEDERI diſſertationem, *Tübingæ 1703. 4.* Coniungendum, quod ſine Auctoris & loci mentione prodiit Scriptum: *De Iure Sereniſſimo & Potentiſſimo Principi ac Domino Domino Electori Comiti Palatino Rheni circa Domanium Imperii competente in Diſtrictu Vicariali ipſius Iurisdictioni adſignato, Anno 1711. 4.*

Scriptores qui faciunt

§. LVIII. Sub medium ſuperioris ſeculi controuerſia oriebatur inter *Moguntinum* & *Colonienſem* Electores *de Iure coronandi* ſiue *conſecrandi Regem Romanorum*

norum, quod ſibi uterque vindicabat, deque eo res inter Scriptores, vtriusque partis defenſores, fuit agitata. Prodiit etiam primum HERMANNI CONRINGII *Aſſertio Iuris Moguntini in coronandis Regibus Romanorum*, *Moguntiæ* 1655. *&* *Helmſtadii* 1664. tertia editio auctior & emendatior *Helmſtadii* 1664. 4. recuſa 4. & cum Colonienſes *Vindicias* publicaſſent *Iuris coronandi pro Archidiœceſi Colonienſi*, prodiit eiusdem CONRINGII *iterata Diſſertatio de Iure coronandi pro Electore Moguntino contra Colonienſes*, *Moguntiæ* 1656. 4. Cum autem Colonienſes *iteratas Vindicias* euulgaſſent, prodiit *iteratum Vindiciarum coronandi pro Archidiœceſi Colonienſi examen*, *Francofurti* 1656. 4. *&* *Helmſtadii* 1664. 4. & cum a Colonienſibus ederetur *Anti-Conringiana defenſio Iuris Colonienſis in coronandis Romanorum Regibus*, prodiit *Caſtigatio dicti libelli*, *Francofurti* 1656. *&* *Helmſtadii* 1664. 4. Horum & aliorum ſcriptorum a Moguntinis publicatorum mentionem facit Boineburgius in epiſtola ad Prüſchenkium, quæ continetur in Actis litterariis faſciculo tertio p. 48. dum ait: *Facias me certiorem, num omnia noſtra ſuper Iure noſtrate conſecrandi reges noſtros edita videris nec ne, ſi nactus ea es, ſcribe id quæſo: ſin minus, mittam. Præter germanicam Ratisbona ſcriptam & rudem Epiſtolam, eo in argumento vulgauimus huc vſque (1) diſſertationem nouem quaternionibus (2) trutinam omnis huius concertationis (3) aſſertionem ſtylo optimi mei Conringii (4) examen argumentorum Colonienſium ſyllogiſtice propoſitorum (5) diſſertationis iterationem (6) caſtigationes gerrarum aduerſæ partis. Quas tractationes ſequetur vernacula ſcriptio de interpretatione aureæ Bullæ. Spero eruditis ſatisfactum iri.* In hac Controuerſia præter ea porro edita: *Trutina circa Ius coronandi Regem Romanorum &c.* 1666. 4. propoſita. *Inſtantia Colonienſis circa Ius coronandi Regem Romanorum* 4. Eliſioni *Moguntinæ* oppoſita. *Repetitio & Quæſtionis Colonienſis & Eliſionis Moguntinæ pro demonſtratione* 4.

ad hiſtoriam controuerſiæ de Iure coronandi Regem Romanor.

Secuta *Demonstratio Moguntina inueterati circa coronatos Romanorum Reges vsus, & Ius coronandi Regem Romanorum*, ex priuilegiis, documentis & auctoritatibus non iactitatis, sed productis & temporum teste, veritatisque luce historia. *Ius* vero *coronandi Romanorum Regem*, pro Coloniensibus editum *Bonnæ 1656. 4.* formis expressum, & pro Moguntino *Castigatio libelli cui titulus: Anti-Conringiana Defensio Iuris Coloniensis &c. Francofurti 1656. 4.* Hæc scripta copiosius recensuit perillustris Vir IOAN. PETRVS LVDEWIG *in der Erlæuterung der güldenen Bulle* P. I. pag. 477. varia quoque Scripta ab vtraque parte exposita reperiuntur in LVNIGII *Grundveste Europæischer Potenzen Gerechtsame Part. I. p. 301. seqq.* ANONYMI extat libellus: An *Electores Archi-Episcopi Moguntinus aut Coloniensis sacro Pallio duntaxat carentes rite inungant Germanorum Regem, Francof. ad M. 1746. 4.*

Scriptores de Maiestate & Reseruatis Imperatoris; de Iure primariarum Precum.

§. LIX. HENRICVS HENNIGES *de summa Imperatoris Romani Potestate circa sacra, Noribergæ 1676. 8. & de potestate circa profana, Noribergæ 1677. 8.* quidquid Iuris in Imperio habeat Imp. recenset. EVERARDI OTTONIS V. C. elegans est oratio de *Iure Imperatoris & Statuum Imperii circa Sacra, Vltraiecti 1720. 4.* & in *volumine Dissertationum Iuris Publici & Priuati p. 605.* Add. GEORGII LVDOVICI BOEHMERI Oratio *de Finibus Iurisdictionis Imperialis quoad in Caussis Ecclesiasticis competit, Göttingæ 1755. 4.* IACOBI BERNHARDI MVLTZII *Repræsentatio Maiestatis Imperatoriæ per singula eius Iura, Oettingæ 1690. f.* & *Noribergæ 1714. f.* sed mutato saltim titulo & hac inscriptione: *Maiestas Imperatoria Iuri suo asserta*: a studio partium est notissima. In IO. MAX. RAVMBVRGERI sic inscriptis *Gedancken über einige wichtige Lehren des Teutschen Staats-Rechts*, editis *Francof. 8. Ersten Vorstellung* legitur interpretatio *Speculi Sueuici* cap. *CXXII.* de *Iure Regis Germaniæ* & alia miscellanea. *De Reseruatis Imperatoris* habemus Tractatum DANIELIS KEY-

SERI

SERI, *Ienæ 1671. 4.* IOANNIS PHILIPPI LEVSLER Diss. de *Reseruatis Imperatoris*, *Giessæ 1677. 4.* MICHAELIS GRASSI Diss. *de Reseruatis Imperatoris*, *Tübingæ 1702. 4.* & qui præferendus est IOAN. HENRICVS STAMMLER, cuius Tractatus prodiit *Giessæ 1658. 4.* de iisdem quoque extat GABRIELIS SCHWEDERI Dissertatio de *Augustissimi Imperatoris Reseruatis Tübingæ 1713.* proposita, & inter Viri celeberrimi Dissertationes, cui coniungenda CHRISTIANI THOMASII *Diss. de iniusta oppositione Iurium Maiestaticorum, Superioritatis Territorialis*, *& Reseruatorum Imperatoriorum*, *Halæ 1696. 4.* *De Imperatore Reseruatorum suorum Iudice & Executore* disputauit Dn. HENRICVS NICOLAVS GAERTNER dictus HERT, *Ienæ 1632. 4.* Inter hæc ex Iuribus *circa Sacra reliquis* primum est *Ius Primariarum Precum*, de quo *Scholia* extant IOAN. a CHOKIER, *Coloniæ 1621. & 1674. 4.* & *Leodii* ex Editione Secunda & Postuma 1658. 4. Melius vero de *Imperiali primariarum Precum Iure* egit AHASVERVS FRITSCHIVS, *Rudelstadii 1660. 4. & opuscul. T. I. p. 90.* Sic etiam de eodem argumento exposuit GERARDVS von STOECKEN Diss. de *precibus primariis Imperatoris*, *Argentorati 1673. 4.* & ERNESIVS FRIDERICVS SCHROETER de *Iure Primariarum Precum*, *Ienæ 1669. 4.* nec non IOAN. EHRENFRIED MAYER *de Iure primariarum precum*, *Quedlinburgi 1704. 4.* qui hoc Ius a prima sua origine repetit atque Imperatori ex Iure proprio vindicat. Agit insimul de primariis precibus Imperatricis, Regis Romanorum, Electorum, horumque Coniugum, nec non Vicariorum, insertis hinc inde publicis documentis IOA. ANDREAS BRAND ICtus & Bibliothecarius Wirceburgensis nouum Tractatum exhibuit de *Iure Cæsareo Primariarum Precum*, quo originem, progressum, & fata ad medium Sæc. XVIII. recensuit *Wirceburgi 1749. 4.* Plenior est & egregiis documentis ornata & suffulta literatissimi ICti ill. GEORGII HENR. AYRERI Commentatio *de Iure primariarum Precum, quam late patet*, *Göttingæ*

 1740.

1740. 4. De hoc Iure post mortem Leopoldi exorta fuit controuersia. Cum enim Iosephus litteris die XIX. Iunii CIↃ IↃCC V. datis, Ferdinando Ræsfeldt, ecclesiæ Mindensis Canonico preces ab obtinendum in Cathedralis Ecclesiæ Hildesheimensis Capitulo locum concessisset, intercesssit non solum Papalis Nuntius, qui Coloniæ commoratur, litterisque die XVIII Nouembris ad Hildesheimense Capitulum missis, preces Cæsareas, sine papalis sedis consensu inualidas esse voluit, sed etiam ipse Papa VI. Martii CIↃ IↃCC VI. Capitulo Hildesheimensis Ecclesiæ interdixit, ne precibus Imperatoris satisfacerent. Respondit Nuntio papali ADAMVS CORTREIVS in *Repræsentatione Iuris primariarum Precum Sacratissimis Imperatoribus Romano-Germanicis, sine præuio Pontificum assensu competentis, Magdeburgi 1706. 4.* & in *Corp. Iuris Publici Tom. II. Francofurti 1707. f.* Potissimum auctoris institutum est, vt demonstret, Imperatorem Papæ non esse subiectum, ideoque Ius primariarum Precum Papæ beneficio non exercere. Inserit etiam quædam Diplomata & concessiones recentiores Precum primariarum. Surrexit tamen CONRADVS OLIGENIVS, qui dissertationem scripsit *de primariis precibus Imperialibus, Friburgi Brisgouiæ* f. *Leodii 1706. 4.* & *1707. 8.* Sub Oligenii nomine latere IVST. FONTANINVM in Archilyceo sapientiæ Romano Eloquentiæ Professorem volunt *Nouvelles de la Republique des Lettres Augusto 1708. p. 222.* Rectius tribuitur teste *Dominico Georgio Vita Nicolai* V. P. *R. p. 117.* PETRO MARCELLINO, tum ICto, postea Cardinali & Episcopo Tusculano. Hic autem, argumentis ex Iure Canonico deductis, Concordatis Nationis Germanicæ, pontificiis diplomatibus & perpetua consuetudine demonstrare voluit, primarias preces dirigi ab Imperatore non posse, sine speciali indultu summi Pontificis. Huic autem respondit MICHAEL HENRICVS GRIBNERVS erudita dissertatione *de primariis Precibus Imperialibus, Lipsiæ 1707. 4.* qua non solum Marcellini argumentis respondet, sed etiam ex antiqua consue-

tudine,

tudine, Iure sacrorum & legibus Imperii contrarium demonstrat. De alio *S. I. Vicariorum iure*, nempe *præsentandi ad Beneficia Ecclesiastica* quædam annotauit CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER *Ienæ 1741. 4.* Sic quoque Perillustris NICOLAVS CHRISTOPHORVS L. B de LYNCKER, ex mandato Augustissimi Imperatoris dedit *Vindicias Primariarum Precum Cæsareæ Maiestati, suo, vno & proprio iure, vi & virtute Electionis, per Imperium Romanum competentium, vt Ipsum ad constitutionem earum vllo Pontificis Maximi Indultu, nec indigere, nec oblatum eum, saluo & illæso iure suo acceptare posse aut debere, videri queat Ienæ 1712 f.* recusas *Noribergæ 1724 8.mai.* sub ficto CAROLI BRISDECENI nomine. Extat quoque *Reichs-Hof-Raths-Gutachten wegen des Iuris primariarum precum bey Patronat Stifftern* in IOA. IACOBI MOSERI *Miscell. Iurid. Histor. T. I. p. 48.* cuius auctor IOAN. HENRICVS a BERGER, Pater, Consiliarius Imperialis Aulicus habetur; necnon ipsius Dn. MOSERI *Reflexiones über den Terminum decretorium des Kayserlichen Iuris Primariorum Precum, bey denen Mediat-Stifftern, nebst Iustification dessen, was der hochpreißliche Kayserliche Reichs-Hof-Rath in Sachen Aachen contra Wiedenbrück verfüget* in *Reichs-Fama T. I. p. 132. 234. 353.* De *Iure primariarum Precum ad Victorem Terrarum Imperatoris non transeunte*, disseruit CAROLVS FRIDERICVS WINCKLERVS, *Lipsiæ 1745. 4.* Dn. TOBIAE IACOBI REINHARTH extat Diss. de *Potestate Precistæ Preces Imperatoris per cessionem in alium transferendi, Erfurti 1730. 4.* & in Dn. MOSERI *Miscellis Diss. Iur. Publ. p. 683.* Plene, accurate, eruditeque hoc argumentum tractauit celeberrimi nominis ICtus Gottingensis Dn. GEORGIVS HENRICVS AYRER Commentatione de *Iure Primariarum Precum, quam late patet, Gottingæ 1740. 4.* quæ ex genuinis est fontibus deducta & ad amussim Legum Imperii fundamentalium, Actorum publicorum, statutorumque capitularium examinata, adiecta adpendice Documen-

 torum

torum insignium. EIVSDEM sub Præsidio de *Iure primariarum Precum Cæsareo in Fundationibus mediatis* copiosam Diss. exhibuit IOA. PHILIPP. GODOFREDVS de GÜLICH, *Gottingæ 1752. 4.* Singillatim nuper de *Iure primariarum precum Imperatrici Augustæ competente*, erudite disseruit V. C. GEORGIVS FRIDERICVS DEINLINVS, *Altorfii 1743. 4.* & Dn. GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN eleganti libello: *Abhandlung von dem Rechte der Ersten Bitte einer Römischen Kayserin*, *Supplementis Ipsius* ad LVNIGIANAM Syllogen de *Titulis*, subiectam. De *Aduocatia Imperatoris Ecclesiastica* Præside illustri Viro IOANNE PHILIPPO SLEVOGTIO elegans Dissertatio *Ienæ 1690. 4.* proposita. IOANNIS CHRISTIANI MVLDENERI Diss. extat de *Protectione ab Imperatore Ecclesiis vtriusque Religionis in Germania æqualiter debita, Halæ 1698. 4.* De hac *Aduocatia Ecclesiastica* eademque *triplici* super Articulum I. Capitulationis Cæsareæ Caroli VI. erudite commentatus singulari Dissertatione doctissimus ICtus CASPAR ACHATIVS BECKIVS *Ienæ 1721. 4.* Cui adiungimus merito GABRIELIS SCHWEDERI Dissertationem *de Aduocatia ab Imperatore Protestantium Ecclesiis non minus ac Rom. Catholicis æquali iure præstanda, Tubingæ 1723. 4.* Idem argumentum illustrauit copiosa Dissertatione B. HELFFERICH *de Ecclesia Romana Sedeque cumprimis Pontificia morte Romanorum Imperatoris Caroli VI. summo Aduocato orbata, Tubingæ 1741. 4.* De *Aduocatia Maiestatica* & quæ vi Superioritatis Territorialis competit solide exposuit B. BVRCARDVS GOTTHELFIVS STRVVIVS Præfatione præmissa MAGERO de *Aduocatia armata.* De *Iuribus Cæsaris circa Negotium Pacis* Præside BERNHARDO LVDOVICO MOLLENBECIO, FRANCISCVS CHRISTOPHORVS de MENSHENGEN ita egit, vt Augusto omnia fere tribuat, *Giessæ 1716. 4.* Huic autem *Ien. 1718. 4.* modeste opposuit doctam Dissertationem sub Præsidio BVRCARDI GOTTHELFFII STRVVII, IOA. GERHARDVS MEVSCHENIVS, qua *concursum Statuum* *Impe-*

Imperii circa negotium Pacis, ex Legibus Imperii, Historia & obseruantia Imperii demonstrat. De *Potestate Imperatoris circa Concessionem Priuilegiorum* disputauit IOA. IAC. MOSER *Tubingæ 1720. 4.* *De Confirmatione vero Iurium & Priuilegiorum ab Imperatore, Statibus aliisque Membris Imperii facienda* extat singularis Dissertatio GABRIELIS SCHWEDERI *Tubingæ 1719. 4.* Addimus NICOLAI CHRISTOPH. LYNCKERI dissertationem *de Potestate Imperatoris alienandi bona Imperii*, *Ienæ 1695. 4.* De *Iure Imperatoris Principibus Germaniæ Veniam Aetatis concedendi* copiose doctissimeque scripsit GODOFREDVS DANIEL HOFFMANNVS, *Tubingæ 4.* Nec omittenda HENRICI COCCEII *de fundata in territorio & plurium locorum concurrente potestate* Dissertatio, *Francofurti ad Viadrum 1696. 4.* Competit etiam Imperatori *suprema potestas iudiciaria*, quæ vel in Iure cognitionis consistit, vel in extrema prouocatione. Hanc potestatem supremam iudiciariam solide & cordate ex iustis monimentis adseruit personatus CAESARINVS FVRSTENERIVS, siue B. KAYSERVS ICtus Giessensis egregio libello: *Von des Kaysers Iurisdiction 1747. 4.* De Commissariis Imperatoriis, de quibus erudite actum in *Dissertatione* ductu NICOL. CHRISTOPHORI de LYNCKER a *Ioh. Christophoro Pürckhl*, *Ienæ 1678. 4.* proposita *de Commissario Imperiali ad negotia Status.* Hanc ibidem secuta est altera inauguralis Præside IOAN. VOLCKM. BECHMANNO Respondente eodem *1685. 4.* *de Commissario Imperiali in caussis Iustitiæ.* Fusam hic inuenire licet tractationem, legibus Imperii & præiudiciis notabilioribus suffultam, quæ suo iure laudari potest. De *Commissario* vero *Imperiali* in *Causis Feudalibus sigillatim ad Inuestituras* Diss. exposuit CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER, *Ienæ 1740. 4.* & alia de *Commissario Imperiali ad Causas Feudales varias*, *ibid. 1740. 4.* Alia *Iura Imperatorum* docent & illustrant sequentes Dissertationes, enimuero extat IOA. SIGISMVNDI SCHELLER Diss. de *Iure & Reseruato Imp. mittendi Commissarios ad actum Electionis*

Ecclesiasticorum S. I. G. Principum & Præsulum Altorf. 1738. 4. Adde Diss. EHRENFRIED REINBOTH *de eo quod iustum est circa Dignitates Imperii conferendas, Erfordiæ 1745. 4* MICHAEL FRIDERICVS LOCHNERVS Dissertatione egit de *Reseruato Imperatoris exigendi aurum Coronarium a Iudæis etiam in aliorum Statuum Imperii terris degentibus, von der Iuden Cronen-Steuer, oder güldenen Opfer-Pfenning Altorf. 1726. 4.* Add. B. IOA. GEORGII PERTSCHII *de Iure Augusti Imp. exigendi a Iudæis Aurum Coronarium Annuumque Censum vulgo Numum Oblatorium dictum, Helmstadii, 4.* De *Iure Imperatoris* R. G. vero *circa conferendos honores* egit ERNESTVS IOANNES FRIDERICVS MANZELIVS, *Rostochii 1734. 4.* V. C. ERNESTVS MARTINVS CHLADENIVS solide eleganterque docuit *Diplomata Protectoria intelligi salua Iurisdictione ordinaria, Vitembergæ 1750. 4.* Add. IO. IVSTI BRAVN Diss. de *Protectorio Imperii von Kayserl. Schutz-Briefen, Halæ 1736. 4.* De *Iure instituendi Nundinas in Imperio R. Germanico*, Diss. IOA. PHILIPPI HAHNII, *Mogantiæ 1752. 4.* edita. De Iure Imp. concedendi *Nundinas solennes* varia erudite annotata legas in TRAVGOTT THOMASII, siue IOANNIS BENIAMINI LEHNEMANNI Differt. qua *Nundinarum Mœno-Francofurtensium Historiam, Iura & Priuilegia* proposuit *Lipsiæ 1738 4.* nec non in Dn. IACOBI HENRICI BORNII sub Præsidio MASCOVIANO proposita erudita Diss. quæ de *Iure Stapulæ & Nundinarum Ciuitatis Lipsiæ*, exponit *Lipsiæ 1738. 4.* & germanice versa *ibid. 1741. 4.* & alia de eodem argumento *Lipsiæ 1739. 4.* habita. De Iure Augg. concedendi Priuilegia Academica varia solerter obseruata exquire in ill. EVCHARII GOTTLIEB RINCKII Diss. inscripta: *Imp. primi, perpetui & soli Academiarum in Germania autores, Altorfii 1723. 4.* & cum primis in B. GOTTLIEB SAMVELIS TREVERI Disq. inscripta: *S. R. I. Electores nulla Lege Imperatoris adstringi ad Academiam condendam, Gottingæ 1733. 4.* & alia cui

cui datus titulus: *de Officiis Academiarum Germaniæ in Cæsarem & Imperium*, *ibid.* 1735. 4.

§. LX. Vbi nostrum Imperium vacare contingit, Maiestatem Imperatoriam repræsentant *Vicarii*, de quorum origine & progressu tractat *Dissertatio Historica* IVSTI CHRISTOPHORI DITHMARI, *Francof. ad Viadrum*, 1712. 4. & in Diss. iunctim editis *p.* 43. qui ex genuinis Antiquitatum germanicarum fontibus sua deriuare conatur. Habemus etiam IOANNIS SCHILTERI *de Vicariis Imperii Rom. Germanici Dissertationem*, *Argentorati* 1693. 4. impressam. In qua limites & Iura Vicariatuum designantur, inprimis prætensiones Paparum erudite refutantur. Origines Vicariatuum erudite quoque inuestigarunt AVGVSTINVS de CANVSIO, siue B. NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS im *Bedencken von dem Ursprung der beeden Reichs Vicarien*, quod extat in *der neuen Bibliotheck*, & auctoris *kleinen Teutschen Schrifften p.* 143. *seq.* V. C. CHRISTIANVS GOTTLIEB WOLFIVS *Iura Vicariatus Imperii Archi-Drotsato & Archi Mareschallo vindicata*, exhibuit *Görlizii* 1729. 8. Illustris CAROLVS OTTO RECHENBERGIVS *illustres Natales Vicariatus Saxonici ex Archi Mareschallatu* produxit *Lipsiæ* 1712. 4. MATTHAEI BENIAMIN ZIMMERMANNI Commentatio de *Vicariatu S. R. Germanici Imperii*, eundem ex *Archiofficiis* deducit, *Lipsiæ* 1744. 4. successit de eod. argumento Diss. inauguralis EIVSDEM *Erfordiæ* 1744. 4. Antiquiores Dissertationes de hoc argumento extant DOMINICI ARVMAEI Diss. de *Romano-Teutonici Imperii Vicariatu*, *Ienæ* 1619. 4. recusa 1733. 4. IVSTI SINOLD cognomento SCHVZ Diss. de *Vicariis* R. I. extat in *Nucleo Giessensi*. IOA. VOLCKMARI BECHMANNI Diss. de *Vicariatu Imperii*, *Ienae* 1666. 4. edita. GOTTFRIDI SVEVI Diss. de *Vicariis Imperii*, *Lipsiæ* 1657. habita, recusa 1741. 4. IOANNIS ANTONII *Nobilis* de CVRTI FRANCINI Diss. de *Vicariis Imperii & eorum potestate*, *Giessæ* 1734. 4. lucem vidit. Occasione Interregni Iosepho mortuo hæc materia plene pertractata

Scriptores de Vicariis Imperii eorumque Iuribus.

tractata fuit a B. G. STRVVIO, huius Bibliothecæ Auctore, *in der historischen Nachricht von denen Vicariaten des Heil. Röm. Reichs Anno 1711. 4.* vbi in primis pro diuersitate Imperii Romani, Germanici, atque Regni Italiæ Vicariis competentia Iura distincte exhibentur. Cum eadem recusa est IOANNIS DECKHERRI *gründliche historische Nachricht von denen Interregenten, und Vicariaten Teutschen Reichs, deren Verrichtungen und Zufällen, absonderlich so viel die Verwaltung höchster Iustiz betrifft, mit Beylagen 1711. 4.* Consultationibus Forensibus Deckherrianis alias adiecta. Eadem occasione ediderunt IO. BALTHASAR WERNHER binas Dissertationes, quarum prior tractat *de Iuribus Vicariorum in Aur. Bulla expressis, Vitembergæ 1711.* altera *de Iuribus Vicariorum Sacri Rom. Imperii in A. B. non expressis, Wittenbergæ 1711. 4.* vtraque inserta est etiam *Obseruationibus eius Selectis forensibus.* MICHAEL HENRICVS GRIBNER *Spicilegium Obseruationum Miscellanearum de Vicariis Imperii, Witteberga 1711. 4.* aliasque *Obseruationes Miscellaneas ad Litteras Caroli V. Imp. quibus Res a Ludouico Comite Palatino Rheni Interrege gestas, ratas habuit, Wittebergæ 1711. 4.* Mortuo *Carolo VI.* Imp. de *Vicariatu Rhenano* ab Electoribus Bauariæ & Palatino communiter exercendo variæ quæstiones motæ, cuius rei seriem & simul Iura Vicariorum apte consignauit B. IOANNES CAROLVS KOENIGIVS in *Gründlicher Abhandlung von denen hohen Reichs-Vicariats Gerechtsamen und was dieserhalben auf erfolgtes Ableben Ihro Röm. Kayserl. Mai. Carl des Sechsten weiters anmerckenswürdiges zum Vorschein gekommen, Franckf. und Leipzig 1741. 8.* & *Zweyte Abhandlung Marburg 1742. 8.* accessit: *die dritte Abhandlung, Halle 1753. 8.* IDEM vir doctissimus Oratione auspicali *Disquisitionem* proposuit de *optima ratione componendi litem super exercitio Vicariatus in Partibus Rheni, Sueuiæ & Franconici Iuris, Marburgi 1742. 4. Theses de Iuribus S. R. I. Vicariorum* durante Interregno, in vsum *Auditorii* sui conscripsit D. SMIDT Professor Bremensis *Bremæ 1741. 8.*

Alii

Alii specialia Vicariorum Iura pertractarunt, quo spectat eiusdem MICH. HENR. GRIBNERI *de precibus primariis Vicariorum Imperii, Dissertatio, Wittebergæ 1708. 4.* Quæ Gribnerianæ Dissertationes in Opusculis B. Viri extant. De *Iure Vicariorum cognoscendi de caussis Feudorum Imperii Regalium* Diss. inaugurali proposuit GIESE WEISBACH, *Altorfii 1738. 4.* Accuratum & plenum bonarum obseruationum est opusculum, cuius titulus: *ausführliche Nachricht von dem Interregno in dem Heiligen Römischen Reich Teutscher Nation, Cœthen 1734. 4. De iure præsentandi S. R. I Vicariorum ad Beneficia Ecclesiastica* Diatribam edidit CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER *Ienæ 1741. 4.* De *Iure Vicariorum Imperii de Feudis Imperio apertis* docto Programmate egit V. C. HENR. GOTTLIEB FRANCKE, *Lipsiæ 1748. 4.* Præclara quoque est Diss. HENRICI OTTONIS MENCKENII de *Friderico III, Sapiente* (Elect. Sax.) *Vicario Imperii, Lipsiæ 1712. 4.* & Anonymi Scriptum *de Iure Serenissimo Electori Comiti Palatino Rheni circa Domanium Imperii competente, in districtu Vicariali, Anno 1711. 4.* qua potissimum decidere conatur, Bauariæ administrationem, tanquam Imperii Domanium, durante Interregno competere Electori Palatino. De *Vicariatu Saxonico per Frisiam Orientalem* Commentationem scripsit IOA. ZACHARIAS HARTMANN, *Lipsiæ 4.* Dn. vero PETRVS HOMFELD Diss. inaugurali de *Libertate Frisiæ Orientalis circa Vicarium Imperii R. G. regimen* negare Vicariorum iura voluit, *Halæ 1746. 4. De Vicariatu Italico* Dissertatio prodiit illustriss. Dn. GERLACI ADOLPHI de MVNCHHAVSEN, *Halæ 1712. 4.* De *Vicaria potestate in Partibus Regni Arelatensis & Italiæ* Programmate auspicii caussa edito egit IOANNES CAROLVS KOENIG, ICtus Marburgensis, *Marburgi 1742. 4.*

§. LXI. De *Rege Romanorum viuo Imperatore electo* extat insignis atque ex Actis Imperii publicis conducta Diss. B. CHRISTIANI GOTHOFREDI HOFFMANNI, *Francofurti 1733. 4.* Lectu quoque digna

De Rege Romanorum.

digna NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI Diſſ. de *Romanorum Rege Ienæ 1686. 4.* Vulgaris laboris & expoſitionis ſunt: HENRICI ZOLLNERI Diſſ. de *Rege Romanorum*, quæ & in *Nucleo Diſſ. Iur. Publici n. 5.* extat. BVRCHARDI HENRICI TILEMANNI de *Regis Romanorum Electione extraordinaria* Diſſ. *Ienæ 1668. 4.* CHRISTOPHORI RITTERI de *Rege Romanorum*, *Witteberga 1670. 4.* IOANNIS CHRISTOPHORI WAGENSEILII de *Rege Romanorum*, *Altorfii 1691.* in qua meliores obſeruationes, & BALTHASARIS DAVIDIS SEYBOTH non magni momenti Diſſ. *de ſummi Monarchæ in Imperio* RG. *ſucceſſore*, *ſeu* Rege *Romanorum viuente Imp. electo*, *Altorfii 1736. 4.* —

§. LXII. *Auguſtæ* prærogatiuas & Iura varii illuſtrarunt. Pereruditus eſt liber illuſtriſs. RVDOLPHI a BÜNAV de *ornamentis & honoribus Auguſtarum*, *Lipſiæ 1733. 4.* Ea, quæ ad Auguſtas Imperii R.G. pertinent ſimul annotarunt AHASVERVS FRITSCHIVS de *Auguſta Romanorum Imperatrice eiusque Iuribus, Priuilegiis ac Præeminentiis*, *Rudolſtadii 1667. 4.* & *Opuſc. var.* T I. N. 2. p. 25. Succeſſere BERNARDI LVDOVICI MOLLENBECK Diſſ. *de Auguſta Romana*, *Giſſæ 1682. 4.* ac GOTHOFREDI STRAVSS de *Iuribus Auguſtæ competentibus*, *Witteberga 1688. 4.* Addi his meretur Diſſ. iuris publici Romani & germanici de *Auguſta*, quæ Præſide V. C. EVER. OTTONE *1727.* prodiit. De Auguſtæ vero *Archicancellario* extant IOANNIS WILHELMI WALDTSCHMID Diſſ. de *Auguſtæ Imperatricis Archi-Cancellario*, *Marpurgi 1715. 4.* & PHILIPPI ADAMI VLRICH Diſſ. de *Archi-Cancellariatu & Primatu Abbatis Fuldenſis*, *Wirceburgi 1724. & Lipſiæ 1731. 4.* Quibus acceſſit *Marpurgi 1748. 4.* elegans Diſſ. CAROLI ANDREAE a WIESENHÜTEN de *Archi-Mareſchallo Auguſtæ Imperatricis*, Præſide IOA. CAROLO KOENIGIO. De *Archi-Capellano* autem *Imperatricis Auguſtæ* docto Schediaſmate *Halæ 1750. 4.* egit V. C. AVGVSTVS BENEDICTVS MICHAELIS.

§. LXIII.

§. LXIII. Plures sunt, qui *Statuum Imperii Iura* vel *generatim* vel *singulatim* illustrarunt. His non inutiliter præmitti possunt *Anonymi Institutiones Iuris Principum priuati* breuiter strictimque concinnatæ, *Francof. & Lips. 1747. 4.* *De genuina Origine Potentatus in Imperio S. R. Germanico*, Præside CHRISTIANO WILDVOGELIO Disquisitionem inauguralem dedit perill. hodie ERNESTVS IOACHIMVS WESTPHAL varia quidem eruditione refertam, sed nimium Statibus tribuentem, *Ienæ 1721. 4.* IOAN. quoque WILHELM GOEBEL Professor Helmstadiensis doctissimus, egregia & erudita Dissertatione *De Iuribus Procerum Imperii Maiestaticis, Helmstadii 1718. 4.* exposuit, qua Potestatis & Procerum Regni Franco-Germanici ortum & progressum idoneis ex Scriptoribus monstrat, Iura Maiestatica Principibus Germaniæ adserere conatur & argumentis contrariis respondet. Conferri meretur B. GOTTLIEB SAMVELIS TREVERI cordata Diss. *de studiis nimiæ libertatis circa Status Imperii Ruinam Imperii RGermanici procurantibus, Gættingæ 1738. 4.* IVSTVS WOLRAD BODINVS in *bilance iustæ potestatis inter Principes ac Status Imperii circa concursum ad publica Imperii Germanici negotia, Rintbelii 1689. 4* potissimum Iura Statuum Comitialia declarat. *De Charactere Statuum Imperii der Reichs-Standschafft* singulari Dissertatione egit HENRICVS COCCEIVS, *Francofurti ad Viadrum 1709. 4.* qualem & de *Nota characteristica Statuum Imperii* dedit IOANNES WILHELMVS ENGELBRECHT *Helmstadii 1717. 4.* Lectu dignissima *Meditatio de Statibus Imperii*, auctore HENRICO ab HENNIGES, quæ adiecta ipsius *Meditationibus in Instr. Pac. Spec. II. p. 199.* Ex antiquioribus conferri possunt NICOLAI MYLERI ab EHRENBACH *de Statibus & Principibus Imp. R. G. 1685. 8.* & EI. *Archologia Ordinum Imperialium, siue de Principum, & aliorum Statuum Imperii Romano-Germanici prisca origine, Tübingæ 1663. & 1683. 4.* FRIDERICI ALBERTI MAVLII *Tr. de Statibus Imperii Herbornæ 1631. 8.*

Scriptores qui Iura Statuum illustrarunt.

1631. 8. GEORGII ADAMI STRVVII Dissertationes de *Characteribus Statuum S. R. I. Ienæ 1666.* & Volumine III. Diss. variarum a *Fritschio* iunctim editarum; & alia de *Requisitis Statuum Imperii*, *Ienæ 1677. 4.* *De Successione in Regimine*, Diss. IOAN. MICHAELIS RVDELL, *Altorfii 1724. 4.* *An Status Ecclesiastici Regalia habuerint tempore Francorum* breui dissertatione inquisiuit PHILIPPVS HENRICVS HELMSTETTER *Argentorat. 1714. 4.* De *æquali Statuum Imperii origine & progressu* cordate scripsit ill. IOANNES FRIDERICVS KAYSER Diss. *Giessæ 1732. 4.* proposita. De *insigni* vero *Præeminentia Principum Imperii maiorum præ Principibus & Statibus aliorum Europæ Regnorum* disseruit IOANNES THEODORVS SCHEFFER, *Tübingæ 1732. 4.* *De immedietate Ciuium Imperii Romano-Germanici* Diss. legenda NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI, *Ienæ 1696. 4.* De *Prærogatiuis Primogenitorum illustrium* euoluenda Diss. IOANNIS LVDOVICI WIEDERHOLDT, *Herbornæ 1714. 4.* Faciunt huc pleraque Scripta NICOLAI MYLERI ab EHRENBACH vtpote *Nomologia s. de Principum Germaniæ & aliorum Statuum Imperii Romano-Germanici Obligatione Legali seu Legalitate*, *Tübingæ 1663. 4.* recusa *ibid. 1723. 4.* qua de contractibus, testamentis & similibus Principum egit. De *Testamentis Principum*, extant Dissertationes IOANNIS GOTHOFREDI COCCEII sub præsidio paterno HENRICI COCCEII *Francofurti ad V. 1690. 4.* & IOA. HENRICI FELZII *Argentorati 1709. 4.* GEORGII ADAMI STRVVII Diss. de *Testamentis Principum Imperii*, *Ienæ 1692. 4.* habita & IOANNIS GEORGII MÜLHAVSE, *Marburgi Cattorum 1733. 4.* adde EBERHARDI SIGISMVNDI WINCOP Diss. de *eo quod circa Principis Imperii Dispositionem testamentariam iustum est*, *Erfordiæ 1732. 4.* De *Contractibus Principum* Diss. extat IOANNIS STRAVCHII s. PETRI HOMFELDII, *Ienæ 1673. 4.* De *Contractibus summarum Potestatum*, Dissertatione egit HENRICVS

RICVS BODINVS, *Halae 1696. 4.* De *Donatione Principis* IOAN. HENRICVS BERGERVS *Wittembergae 1700. 4.* De *Donationibus Principum Imperii* Diss. ADRIANI BEIERI *Ienae 1704. 4.* & DIETERICI HERMANNI KEMMERICHII Diss. de *Donationibus Coniugum illustrium, Vitemb. 1725. 4.* De *eo, quod iniustum est circa Donationes a Principe in Filios familias maxime collatas* Diss. ERNESTI TENZELII, *Erfordiae 1727. 4.* De *locatione & conductione, quae fit a Principe* Diss. Dn. CAROLI OTTONIS RECHENBERG *Lipsiae 1728. 4.* De *Obligatione Successoris illustris* generales doctrinas proponit Diss. GEORGIVS BEYERVS *Vitembergae 1714. 4.* & inter Diss. iunctim editas, & de *Obligatione ex facto Praedecessoris* disputauit IVSTVS GEORGIVS CHLADENIVS, *Witteberga 1725. 4.* & *Testimonio Principis* IOANN. FRIDEMANNVS SCHNEIDER, *Halae 1704. 4.* quae tres Disputationes generatim haec Iuris argumenta tractant, ita tamen sunt comparatae, vt & heic locum inuenire possint. Sed etiam *de Iure Statuum legislatorio* sigillatim egit IOAN. EHRENFRIED MAYER, *Magdeburgi 1705. 4.* Licet potius in eo sit, vt de Statibus in genere agat, sexto vero capite saltim leges prouinciales comprehendat. De *Principum Germanorum absoluta potestate Leges ferendi* opinionem suam aperuit AVGVSTINVS a LEYSER Diss. *Vitembergae 1750. 8.* De *Sanctionum pragmaticarum indole & auctoritate*, egregia est Diss. B. IVSTI HENNINGII BOEHMERI, *Halae 1737. 4.* De *potestate iudiciaria S. R. I. Principum* V. C. IO. IAC. IOSEPHI SÜNDERMAHLER extat Diss. *Wirceburgi 1743. 4.* Idem argumentum tetigit CHRISTIANVS THOMASIVS *in Dissertatione de Statuum Imperii potestate legislatoria contra Ius commune, Halae 1703. 4.* EIVSD. de *iure aggratiandi Principis euangelici in caussis homicidii, Halae 1714. 4.* De *Iure Principis circa bona Subditorum* Diss. extat IOANNIS BERNHARDI FRIESE, *Ienae 1715. 4.* De *Iure Principis circa rationes Ciuitatum* Diss. extat notabilis SAMVELIS STRYKII, *Halae Magdeb. 1699. 4.*

De *Iure Ordinum Imperii Territoriali circa operas Subditorum* Diss. agit CHRISTOPHORI HENRICI de BERGER *Vitembergæ 1724. 4.* De *Iure imperantium in Rusticos refractarios, Homagium in primis denegantes* legenda Diss. IOANNIS WILHELMI WALDSCHMIDT, *Marburgi 1726. 4.* De *Iure Principis circa Commerciorum libertatem tuendam*; & de *Iure Principis circa ciuium Studia*, binæ elegantes Dissertationes extant B. IOAN. GOTTLIEB HEINECCII, *Halæ Magdeb. 1738. 4.* ill. GEORGII HENRICI AYRERI Stylo *S.R.I. Princeps Politiam circa Commercia & Studia Ciuium suorum rite adornans* egregie descriptus, *Gottingæ 1746. 4.* Ad hasce materias probe secernendas in primis facit illustris Viri DAVID GEORGII STRVBE egregium scriptum: *Vnterricht von Regierungs- und Iustitz-Sachen,* harumque caussarum differentia in Prouinciis Germaniæ, *Hildesheim 1733. 4.* Singulare argumentum de *Officio Principis circa Scandala* inuestigauit IOAN. SAMVEL STRYKIVS *Halæ Magdeburg. 1717. 4.* De *Iure Principis ävreo* prostat Diss. SAMVELIS STRYKII, *Francof. 1687. 4.* & Vol. V. Diss. n. 22. EIVSD. STRYKII sen. extat Diss. de *via Facti Principibus Imperii permissa, Halæ 1695. 4.* De *Silentio Principibus præiudicante* Diss. MAGNI CRACKAV *Altorfii 1723. 4.* De *Consiliario Principis Curatore Vxoris eiusdem* Principis, Diss. DIETERICI HERMANNI KEMMERICHII *Vitemb. 1725. 4.* NICOLAVS MYLERVS ab EHRENBACH in *Gamologia* de Nuptiis personarum illustrium Imperii egit *Stutgardiæ 1664. 4.* IOANNES FRIDERICI DVLSSECKERI Diatribe de *Matrimoniis personarum illustrium in Imperio R.G.* edita *Argentorati 1716. 4.* & Dn. HIERONYMI FRIDERICI SCHORCHII Diss. *de singularibus Iuribus circa ineunda Matrimonia Principum & Statuum Imperii, Erfordiæ 1748. 4.* *De secundis Nuptiis præcipue Personarum illustrium* ampla extat Diss. illustris IVSTI HENNINGI BOEHMERI, *Halæ 1723. 4.* Huc spectat etiam GERHARDVS FELTMAN-

De Matrimoniis Personarum illustrium.

MAN-

MANNVS *de impari matrimonio*, *Bremæ* 1691. 8. & HENRICI SALMVTH *Responsum Iuris pro Matrimonio Principis cum virgine Nobili*, *Ienæ* 1660. 4. *de Matrimonio ad Morganaticam contracto* lectu digna IOANNIS PHILIPPI PRIOR Diss. *Argentorati* 1671. 4. edita & Diss. sub Præsidio DANIELIS NETTELBLADT sistens Quæstionem: *An & quatenus Matrimonium ad Morganaticam Pacto tale licitum sit? Halæ* 1748. 4. *De Matrimonio Imparium* Diss. SAMVELIS FRIDERICI WILLENBERG *Gedani* 1717. 4. quædam saltim exhibet, quæ huc spectant. Huc & faciunt F. L. F. G. V. B. i. e. von BERGER *Reflexiones über ein Helmstædtisches Responsum Iuris, darinnen Zwey Quæstiones validitatem Pacti Domus illustris libertatem circa Matrimonia constringentis betreffend erœrtert* 1723. 4. Idem argumentum, nostro tempore multum fuit disputatum, quo faciunt & quidem pro tali matrimonio LVDIGERI de & in MANNSBACH Tractatus Iuridico-historicus de *Matrimonio Principis Comitis Liberique Domini cum virgine nobili inito, Wezlariæ* 1740. 4. qui tale Matrimonium inæquale non esse putat. Addatur doctissima Diss. IOA. NICOLAI LVTHERI, habita Præside GEORGIO LVDOVICO BOEHMERO de Impari *Matrimonio & iure Liberorum ex eo natorum circa Successionem Feudalem, Gottingæ* 1755. 4. Aliam sententiam fouent IOANNES GEORGIVS ESTOR & IOANNES IACOBVS SORBER Diss. de *Odio in Matrimonia inæqualia, & restricto Iure Nobilitatis Germanicæ, quod ad connubia*, *Ienæ* 1746. 4. Recusa *Marburgi* 1750. 4. Conferri potest scriptum hoc titulo: *die bestättigte Hoheit der Fürsten, Grafen und Herrn des Teutschen Reichs gegen die eingebildete Prærogativen des gemeinen Adels in Vernichtung der Zwischen Personen des ersten und letzten unterfangenden gleichen Heyrathen, Franckfurt* 1747. 4. De *Connubiis infantum inter illustres maxime frequentatum* perillustris Dn. FRIDERICVS L. B. de WOLZOGEN, *Ienæ* Diss. eruditam proposuit, 1724. 4. De *Diuortio præsertim Personarum diuersæ Religio-*

nii illustrium in Germania Diss. ill. IOA. GEORGII ESTOR, *Marburgi 1747.* 4. *De Liberis Naturalibus Regum & Principum* legatur Diss. IOAN. SAMVELIS STRYKII, *Halæ 1700.* 4. MYLERI ab EHRENBACH *Etologia*, Ordinum Imperii Iura in concessione veniæ ætatis illustrat, *Stutgardiæ 1664.* 4. *& Tubingæ 1706.* 4. *Hyparchologia de Officialibus & magistratibus, Stutgardiæ 1678.* 4 de horum Statu, iuribus & officiis agit. Huic libro ex parte iungi potest IOANNIS PAVLI KRESSII Diss. de *iure officiorum & officialium Helmstadii 1732.* 4. nec non IOAN. IACOBI MOSERI *Obseruationes practicæ Iuris publici: de Iure Statuum Imperii circa suos Consiliarios, Francof. ad Viad. 1738.* 4. & in Vol. Diss. Francof. iunctim editarum. *De Imperio Germanico, eiusque Statuum foederibus* erudita extat dissertatio VLRICI OBRECHTI *Argentorati 1676.* 4. *De Iure Statuum Imperii dandæ ciuitatis* speciali dissertatione egit CHRISTIANVS THOMASIVS, *Halæ 1696.* 4. idemque Ius iisdem confirmauit. *De Iuribus Palatii Principalis* legitur GEORGII ADAMI STRVVII Diss. *Ienæ 1689.* 4. *De Iure Statibus Imperii circa Alienationem Territorii competente* breuiter exponit Dissertatio GOTHOFREDI de STOCKHAVSEN *Erfordiæ 1714.* *De potestate Statuum circa dignitates* egit DANIEL LEONHARDVS MVLLERVS dissertatione inaugurali sub præsidio HENRICI COCCEII habita, *Francofurti ad Viadrum 1698.* 4. *De Iure S. R. I. Principis proprios titulos augendi* habemus Diss. ADAMI BALTHASAR WERNERI, *Altorfi 1702.* 4. *De Sensu Tituli: Nos Dei Gratia* Diss. legenda BALTHASARIS TILESII, *Regiomonti 1723.* 4. Iungi debet IOANNIS FRIDERICI TROPPANEGER disputatio Iuris Publici inauguralis *de potestate Electorum & Principum Imperii circa ius Nobilitatis subditis suis conferendi, Lipsiæ 1707.* 4. *Ius Principis veniam ætatis concedendi* methodo demonstratiua sistit Schediasma perill. Dn. IOA. VLRICI de CRAMER, *Marburgi Cattor. 1734.* 4. *De Iure legitimandi Principum*

Imperii

Imperii egit MICHAEL HENRICI GRIBNERI dissertatio *Lipsiæ 1705. 4. Ius restituendi famam, Principibus Imperii* asseritur & vindicatur in Disputatione inaugurali *Ioan. Gothofredi Starkii*, dirigente MICHAEL HENRICO GRIBNERO, *Vitembergæ* ventilata *1710. 4. De Tutelis illustrium* egregia Diss. HENRICI COCCEII, *Francofurti ad Viadrum 1717. 4. De Maiori Principum ætate f. quando Tutela Principum finiatur* Dissertationem dedit DIETERICVS HERMANNVS KEMMERICH *Lipsiæ 1714. 4. De Maiore Statuum Imperii ætate, antiquissima, antiqua & hodierna*, Specimen in lucem dedit CAROLVS FRIDERICVS GERSTLACHER, *Francofurti 1755. 4. De Gynæcocratia tutelari Viduarum illustrium* præclare commentatus celebratissimi Vir nominis GEORGIVS HENR. AYRER, cuius *Pars Prima Gottingæ 1746. 4.* lucem vidit. *Num Elector Sæcularis impuber sit in Tutela Electoris Clerici Agnati?* pererudite negauit ill. IOA. GEORG. ESTOR Dissertatione proposita *Marburgi 1745. 4. De Tutela Materna Principum Imperii* egregia Diss. SAMVELIS STRYKII *Halæ 1696. 4. De suprema Principum Magistratuumque tutela*, præclara est Diss. B. IOANNIS GOTTLIEB HEINECCII, *Halæ 1732. 4.* Ad *Ius Successorium* Principum Imperii faciunt: *De Successione Principum & illustrium Personarum lege vel pacto obueniente* FRANCISCVS AVGVSTINVS SEBASTIANVS GREINER, *Erfordiæ 1715. 4. De Successione Secundo geniti præ Primogenito*, sub Præsidio B. BVRCARDI GOTTHELFII STRVVII disseruit IOANNES ALEXANDER de KALKREVTH, *Ienæ 1733. 4.* Notabile scriptum est CAROLI GVIL. MAVRITII de BODE de *Successione Gentilitia, vulgo der Stamms-Folge, ratione Principatuum, Comitatuum & Dynastiarum, Gœttingæ 1750. 4.* Add. ANTONII LVDOVICI SEIP Diss. *de Successione Germanica pactitia haut reciproca, Gœttingæ 1751. 4.* De *Terrarum Partitionibus illustrium Germanorum inter se, præsertim ea quæ vocatur Todttheilung illarumque effectis quoad Successionem* elegans exponit Dissertatio

tio IOA. GEORGII ESTORIS *Marburgi 1746. 4.* De *Mutatione Successionis in Familiis illustribus* Diss. GEORGII WILHELMI WAGNERI agit *Giessae 1740. 4.* HENRICVS COCCEIVS *de ordine succedendi Faeminarum illustrium in Territoriis* apte disputauit, *Francofurti ad V. 1711. 4.* Fuit hoc argumentum nostro aeuo in grauissimis illis de Successione in Regna & *Terras Austriacae Domus feminea*, & *Hanoica* Controuersiis, aliisque scriptis publicis priuatisque illustratum. Compara heic B. GEORGII MELCHIORIS de LVDOLF insignem librum de *Iure Faeminarum illustrium*, *Ienae 1734. f.* ex editione *secunda* cumprimis in Adpendicibus. B. BVRCARDI GOTTHELFII STRVVII, licet nomen omiserit, est *Discursus de Successione Faeminae in Regna & Prouincias Austriacas*, occasione Sanctionis Pragmaticae publicatus, adiecta ipsa sanctione & Priuilegio Friderici *Ienae 1733. 4.* Scripta publica magnam partem ad editiones originales recusa in *Sammlung einiger Staats-Schrifften, welche nach Ableben Kayser Carls des VI. zum Vorschein gekommen*, cuius *Tria* Vol. siue XL. Partes ab a. *1741. 8.* edita. De grauissimae caussae fundamentis acriter sed erudite decertarunt magni nominis Viri & perillustres hodie Barones S. R. I. de SENCKENBERG & de CRAMER. Historia huius Controuersiae & scripta accurate recensita legas in *Haellischen Beytraegen zu der Iuristischen Gelehrten Historie, Erstem Bande, p. 309. seq.* potiora ex his sequentia: HENRICI CHRISTIANI SENCKENBERG Disquisitio, qua *filiam vltimi Gentis suae in Regnis & Principatibus succedere priuatiue* deducitur, prodiit *Gottingae 1736. 4.* quae recusa cura GEORGII WILHELMI LVDOVICI BENECKE sub titulo: Disquisitio *de Successione filiarum in Regnis & Principatibus* cum additionibus & adpendice Dn. HENRICI CHRISTIANI SENCKENBERGII *de Successione Austriaca* prodiit *Giessae 4.* praemissa Dn. BENECKE Praefatio de Renunciationibus & Pactis seruandis. His principiis opposita Dn. IOA. VLRICI CRAMERI Diss. qua Iura genuina *de Renunciationibus filiarum*

liarum clausulis Successionis reseruatiuis, harumque valore in Successione Hanouica sereniss. Principi & Domino Dn. Wilhelmo Hassiæ Landgrauio competente contra impugnationes Domini Senckenbergii impugnantur, Marburgi 1736. 4. EI. est Diss. qua iura genuina de *Filia Nobili vi consuetudinis vel Pacti Familiæ renunciante, vt & successione Hanoica contra Responsum Argentoratense in petitorio vindicantur, Marburgi 1738. 4.* extat porro Ei. Tractatio de *Successione Agnatorum etsi remotiorum præ fœminis proximioribus & vel primogenitura Lineam ingressa, nec non Successione Fœminarum in Bonis Fideicommiss. Familiæ adgnatico affectis, vltimo suæ gentis extincto*, adiectis diuersarum Facultatum Iuridicarum responsis, *Marburgi 1740. 4.* & Diss. *de vero ordine succedendi Fœminarum secundum Ius Primogenituræ, indeque demonstratiua ratione fluente Iure succedendi Aug. Domus Bauaricæ in plerasque Terras Austriacas, simile ei quo Sereniss. Princeps Wilhelmus Hassiæ Landgr. in Terras Hanoicas successit, Marburgi 1742. 4.* HENRICI CHRISTIANI SENCKENBERGII Disquisitio vlterior *de iure succedendi proximioris Fœminæ illustris præ remotiore*, sine loci mentione edita *1737. 4.* De *Iure & modo succedendi in Regna Europæ, speciatim in Regnum Bohemiæ* disseruit IOA. IACOB MOSER, *Francofurti ad Viadrum 1739. & Ienæ 1741. 4.* Egregius & plenissimus bonæ frugis est IOA. IACOB REINHARDI liber, inscriptus: *Abhandlung von dem Erb Folgs-Recht derer Töchtere vor denen Stams-Vettern in Teutschen Reichs Allodiis, Wetzlar 1746. 4* ex iure Germanico & Obseruantia Imperii probe illustratus. De *Iure Fœminarum adspirandi ad Fideicommissa Familiæ, & de earum Renunciatione quæ fit extincta iam stirpe Masculina, vulgò, vom ledigen Anfall* docte disseruit Dn. IOA. STEPHANVS PÜTTER, *Marburgi 1745. 4.* *De Iure Repressaliarum inter Principes Imperii* Dissertatio extat IOAN. BALTHASARIS WERNHERI, *Wittebergæ 1717. 4.* *De Iustis Repressaliarum limitibus,*

 tum

tum a Gentibus, tum a Statibus Imperii obseruandis solide eruditeque commentatus illustris & celeberrimus LVDOVICVS MARTINVS KAHLIVS, *Gottingæ 1746. 4. De Iure* quoque *Repressaliarum inter Status & Membra Imperii exule* lectu digna Diss. illustris GODEFRIDI L. B. van SWIETEN, *Viennæ Austriæ 1752. 4.* Iura, quæ Statibus vel conueniunt, vel non, singulari Dissertatione persecutus fuit perillustris Baro de LYNCKER, *de his, quæ Principum Statuumue Imperii libertati perperam accensentur, Ienæ 1688. 4.* Hæc postea per modum Tractatus prodiit, sub Titulo: *Libertas Statuum Imperii & quæ perperam libertatis eius esse dicuntur, Ienæ 1711. f.* in quo titulus: Dei Gratia aliaque Iura Statuum plenius examinantur. *De Præiudicio Principum Imperii ex vsu iuris occidendi adulterum priuatis in Germania perperam asserti* Diss. est Dn. IOANNIS GOTHOFREDI SCHAVMBRGII, *Rinthelii 1735. 4. De oneribus Territorialibus Principum Regentium*, disseruit *Herbornæ 1720. 4.* Dn. IOANNES LVDOVICVS WIEDERHOLT. *De Camera Principis* Diss. PETRI MÜLLERI, *Ienæ 1687. 4.* add. ill. IOAN. TOBIAE HOFFMANNI Diss. *de Patrimonio Principis priuato, quod die Chatoul vocant, Ienæ 1727. 4. An Status Imperii R. G. ob nexum Feudalem sint subditi atque Vasalli Imperatoris* excussit TRAVGOTT THOMASIVS, *Lipsiæ 1733. 4.* De *Obligatione Successoris in Republica* ampla legitur Diss. IOANNIS VLRICI PREGIZERI, *Tubingæ 1683. 4. Conditionem priuatam Statuum Imperii* Dissertatione proposuit IOANNES GEORGIVS de PONIKAV *Lipsiæ 1711. 4.*

Scriptores de Territoriis & Superioritate Territoriali.

§. LXIV. *Superioritas*, quæ dicitur, *Territorialis* exercetur in *Territoriis* Prouinciarum Germaniæ, de quorum natura & indole diuersi disquisitiones instituerunt. Sic GEORGIVS HENRICVS LEHMANN de *incorporatione Prouinciarum & Territoriorum Germaniæ* Diss. composuit, quæ edita cum ipsius Disquisitione de *Iure Apostatarum, Helmstadii 1687. 4.*
In

In Territoriis Germaniæ frequentiſſima & olim & nunc *Caſtra*, cum inſignibus Iuribus & Regalibus, de quibus egregium Librum Singularem compoſuit ill. Du. PHILIPPVS CAROLVS L. B. de KNIGGE de *Natura & Indole Caſtrorum in Germania*, *Gottingæ* 1747. 4. *Originem Nominis Superioritatis Territorialis* ex *Gallia arceſſitam* deduxit Diſſ. B. GOTTLIEB SAMVEL TREVER, *Helmſtadii* 1732. 4. De *S. T.* methodice expoſuit ANDREAS KNICHEN *de Iure Territorii*, *Francofurti* 1658. 4. & ex poſteriori editione cura CHRISTIANI KREMBERGII edita *Francofurti* 1688. 8. Acceſſit huic editioni poſtremæ CHRISTOPHORI MYNGII diſſertatio inauguralis *de ſuperioritate territoriali & eiusdem Iuribus adſinibus*. Knichenius prolixus eſt, ſed in eo a ſcopo aberrat, quod multa intermiſceat aliena, ipſam originem potius ab antiquo Romanorum ſtatu quam primis Germanorum antiquitatibus deducat, ſuperioritatis actus potius ex ICtorum Conſiliis quam legibus & conſuetudine Imperii explicet, & remedia adquirendæ ſuperioritatis & retinendæ, potius ex Iuris Ciuilis fontibus quam legibus publicis extricare conetur. Hic autem Knichenii liber, paucis mutatis, extat in Encyclopædia ipſius, ſub Titulo: *de Regio ac ſublimi Iure*. Secutus inde LVDOLPHVS HVGO, qui Diſſertatione inaugurali de *Statu Regionum Germaniæ & Regimine Principum ſummæ Imperii reip. æmulo*, *Helmſtadii* 1661. 4 expoſuit, quæ bis deinde impreſſa, cura vero *Frid. Auguſti Hackmanni*, quarta Editione *Helmſtadii* 1708. 8. prodiit, in qua Eiusdem Hugonis Conſultatio: *De Appellationum abuſu tollendo*, adiecta eſt. Egregium ſcriptum eſt atque in hac parte præcipue commendandum, agit autem in eodem de regionum Germaniæ variis generibus, ordinumque Imperii initiis & incrementis, de diſtinctione regionum & conſtitutione rerum publicarum inferiorum in genere, de ſuperioritate Territoriali eiusque partibus, de Principum & Ciuitatum regimine & denique de vſu & auctoritate Iuris Ciuilis priuati in iure Territorii, quæ ſingula ex genuinis fundamentis hiſtoricis, politicis & le-

gibus Germaniæ probe declarat. Speciatim ad rem noſtram facit *Theatrum Superioritatis Territorialis nouiter extructum, in quo territorialium Iurium origo, incrementa & progreſſus, deductis ex hiſtorica antiquitate monumentis dilucide explicantur, & modernæ praxi Imperiali conformiter adumbrantur* auctore ANTONIO GVILIELMO ERTL *Auguſtæ Vindelicorum 1684. 4.* quamuis autem & hic Autor legibus Romanis & ICtorum conſiliis in cauſis publicis definiendis nimium tribuat, tamen ex genuinis Germanicarum rerum fontibus atque Imperii obſeruantia varia haut inutilia profert. Huc facit eiusdem Autoris *Praxis aurea de Iurisdictione inferiore, ciuili & baſſa, Noribergæ 1694. 4.* atque ex Editione noua multo auctiore *Auguſtæ Vindelicorum 1715. 4.* germanico idiomate vulgata, vbi variarum prouinciarum praxis circa hanc materiam docetur, & ſparſim quæ ad Territorialem Superioritatem faciunt, iniiciuntur. Sic etiam Originem Superioritatis Territorialis declarat, eiusdemque partes recenſet GEORGII LVDOVICI LINDENSPVRII, Diſſertatio. Præſide CHRISTOPHORO BESOLDO habita, *de ſucceſſionibus ac mutationibus Imperiorum ac familiarum, nec non de moderna Iurisdictione Imperatoris Romani, Statuumque Territoriali, Ingolſtadii 1630. 4.* Vulgaria quoque leguntur in LEONARDI CARLIER Diſſ. de *Iurisdictione Territoriali von der hohen Landes-Gerechtigkeit, Herbipoli 1728. 4.* Huius loci eſt Brocardicum illud vulgare: *Quæ ſunt in territorio, præſumuntur eſſe de territorio*, cuius inutilitatem euincit diſſertatio inauguralis, ductu CHRISTIANI THOMASII, Reſpondente Paul. Io. Marci, *Halæ 1709. 4.* ventilata. Huc quoque pertinet Baronis de LYNCKER diſſertatio *de Superioritate Territoriali, Ienæ 1699. 4.* IOAN. NICOLAVS HERTIVS binas edidit diſſertationes huc ſpectantes, prima agit *de ſpecialibus Romano-Germanici Imperii Rebuspublicis, eorumque diuerſis nominibus & figuris, Gieſſæ 1698. 4.* qua differentias inter Respublicas Germaniæ & ſingularum ſtatum ex antiquitatibus

bus & legibus Imperii optime deducit. His omnino coniungendæ accuratissimi ICti Dissertationes vna de *Superioritate Territoriali*, *Giessæ 1682. 4.* altera de *Subiectione Territoriali Giessæ 1698. 4.* postea Opusculis iunctim editis, insertæ, quæ iisdem subnixæ fundamentis. Egregia sunt scripta, lectorem tamen requirunt exactum. De *Characteribus Superioritatis Territorialis caute designandis* cordata est Diss. Dn. IOANNIS HEVMANNI, *Altorfii 1749. 4.* *De Potentatu Statuum S. R. G. I. eiusque origine & effectu*, *cum Discursu præliminari de Superioritate Territoriali* egit Dn. IOA. ANDREAS HOFFMANN, *Ienæ 1746. 4.* Inter has diuersas Rerumpublicarum Germaniæ species referenda etiam sunt *Allodia Imperii*, de quibus singulari Dissertatione egit B. B. G. STRVVIVS Respondente *Vlrico Marbachio*, *Ienæ 1710. 4.* quæ insigniter aucta forma tractatus prodiit *Ienæ 1734. 8.* Cui addimus SAMVELIS STRYKII dissertationem de *Iure allodiali Principum Imperii*, *Halæ 1697. 4.* *De Coalitione diuersarum Germaniæ Regionum* elegans extat Dissertatio IOANN. WILHELMI WALDSCHMIDT *Marburgi 1714. 4.* *De dignitate personali Territoriis Germanorum communicabili* Diss. extat Dn. ADAMI FRIDERICI GLAFEY, *Lipsiæ 1717. 4.* GOTTLIEB GERHARDI TITII dissertatio *de Habitu Territoriorum Germanicorum* ipsius specimini Iuris Publici annexa est, qua in plerisque a communi Dd. opinione recedit. *Formulam Ducatus Thuringici* descripsit, Præside IOA. PETRO de LVDEWIG, in Dissertatione sua inaugurali IOANNES GOTTLIEB GONNE, *Halæ 1743. 4.* *De Territorio Clauso* alias Scriptiones infra, vbi de Controuersiis circa *Superioritatem Territorialem* exponemus, enumerabimus. Hæc autem Statuum Iura, qua ratione se habeant erga Reseruata Imperii, declarauit CHRISTIANVS THOMASIVS in dissertatione de *iniusta oppositione Iurium Maiestaticorum*, *Superioritatis Territorialis & Reseruatorum Imperatoriorum*, *Halæ 1696. 4.* *De Superioritatis Territorialis*, *nec non Regalibus iuribus dolo aut negligentia*

gentia ministrorum & officialium Principis haut praescribendis ingeniosissima est Dn. IOANNIS ICKSTATT, *Wirceburgi 1739.* 4. *De praescriptione Superioritatis Territorialis acquisitiua* Diss. MICHAELIS GRASSI, *Tubingae 1727.* 4. *De Praescriptione Iurisdictionis Territorialis* Praeside B. BVRCARDO GOTTHELFIO STRVVIO exposuit DANIEL ZILI, *Ienae 1729.* 4. Facit huc etiam IOAN. VLRICI PREGIZERI *Teutscher Regierungs- und Ehren-Spiegel, Berolini 1703. f.* quo praeter Historiam Hohenzolleranam, subnectit Statum Imperii, ita vt potissimum origines potentiae Principum Imperii & Superioritatis Territorialis declaret. *Monstrum arbitrarii Iuris Territorialis a Legibus Imperii e Germania profligatum* libere & cordate descripsit B. GOTTLIEB SAMVEL TREVER, *Francofurti & Lipsiae 1739. 4.* De *Limitibus Superioritatis Territorialis secundum Leges Fundamentales Imperii* Diss. legenda HIERONYMI FRIDERICI SCHORCHII, *Erfordiae 1744.* De *iure recipiendi Prouocationes ex Superioritate Territoriali oriundo* sub Praesidio B. CASPARIS ACHATII BECKII academica ratione disseruit Dn. IOAN. PAVLVS VOCKEL, *Ienae 1721. 4.* His iungimus IOANN. ANDREAE FROMMANNI egregiam dissertationem de *Condominio Territoriali, Tnbingae 1697. 4.* & MICHAELIS GRASSI Dissertationem de *Iure Condominii Territorialis extra tempus administrationis per alternas vices, quae Condominis competit, constituti. Tubingae 1717. 4.* IOANN. SCHILTERI de *Condominio circa Sacra* habemus Dissertationem elegantem, *Argentorati 1704. 4.* De *Modis finiendi Superioritatem Territorialem* Diss. conscripsit IOANNES HENRICVS a SEELEN, *Lipsiae 1730. 4.* *Insignem Superioritatis Territorialis & Iuris Vogtetici differentiam* Dn. IOA. IACOB. IOSEPHVS SVNDERMAHLER Diss. ostendit, *Wirceburgi 1741. 4.* Quum *Superioritas Territoritalis* ex complexu Regalium coaluerit, libellos quosdam de *Regalibus* quibusdam adiiciemus, supra p. 276. non memoratos. De *Acquisitione Regalium* BARTHOLO-

MAEI

MAEI LEONHARDI SCHWENDENDOERFFERI Diss. *Lipsiae 1686. 4.* *De Via* autem *Publica*, *von freyer Land- und Heer-Straßen* Diss. extat ENOCHII GLAESERI, *Helmstadii 1661. 4.* addatur CHRISTIANI ERNESTI REICHENBACH Diss. de *regali Viarum publicarum Iure Francofurti 1679. 4.* *De Dominio Rheni* inter plures controuerso extat Diss. IAC. CHRISTIANI KLIPSTEIN, *Giessae 1740. 4.* extant quoque Deductiones inter Electores *Treuirensem* & *Coloniensem*. *De Iure Principis circa Actus priuatos* erudite disseruit V. C. IOA. LVDOVICVS VHLIVS, *Francofurti ad Viadrum 1744. 4.* *De Iure* vero *Principi negato circa Territorium* suum Diss. egit SAMVEL FRIDERICVS WILLENBERG, *Dantisci 1701* & *Ienae 1749. 4.* *De Iure Priuatorum circa syluas in primis caeduas admodum restricto* Diss. est DANIEL EHRENREICH RODIG, *Erfordiae 1732. 4.* *De Iure Ordinum Imperii Territoriali, circa Operas subditorum*, extat Diss. CHISTOPHORI HENRICI de BERGER, *Vitembergae 1724. 4.* *De Iure subcollectandi* legitur Diss. IOAN. SAMVELIS STRYKII, *Halae 1702. 4.* *Compendia Principis ex Iure Romano ad habitum Territoriorum Germanicorum relata*, Diss. notabili exposuit ill. CAROLVS OTTO RECHENBERG, *Lipsiae 1725. 4.* *De Valore Possessorii summariissimi contra Principem S. R. G. I. Regalia vindicantem a subdito instituti* agit Diss. AVGVSTI GOTTLOB PETERMANNI, *Lipsiae 1731. 4.*

§. LXV. Ad *Controuersias de Superioritate Territoriali* spectant Deductiones, occasione controuersiae, inter Philippum Ludouicum Ducem Neoburgensem Palatinum & Ioannem Abbatem Keisersheimensem seu Keisheimensem de hoc iure agitatae, exaratae. Iussu nimirum Ducis Neoburgici prodiit: *Summarischer Bericht von des Fürstlichen Pfalzgräuischen Closters Keißheim Subiection wie es damit petitorie und possessorie eigentlich beschaffen: samt ausführlicher und gegründeter Deduction contra den ungegründeten*

Variae controuersiae de Superioritate Territoriali.

tam. Præcipue omnem huius controuersiæ rationem exponit ADAMVS CORTREIVS in *Obseruatis Historico-Politico-Iuridicis ad §. IX. art. IV. Iuris Publici* de expungendo Electoratu Octauo, linea Guilhelmina in Domo Bauarica deficiente, deque Electoratu nono controuerso, *Francofurti 1707. 4.* Facit huc: *Entretien d'Imperial & d'Eugene sur l'Affaire du neuvieme Electorat*, ex latino in gallicum, vti titulus perhibet, translatus libellus editusque *1695. 8.* Extat quoque GIBELLINI de LINDENFELS Nobilis Bataui, *Epistola ad Amicum exhibens Controuersias circa Nonum Electoratum & quatenus circa illius Erectionem pluralitas votorum obtineat? An Elector duos Electoratus vno & eodem tempore possidere queat?* & *An Elector filio suo primogenito cedere de duobus Electoratibus vnum possit?* hæ quæstiones illustres cum rationibus dubitandi & decidendi editæ sunt *1621. 4.* De *causa & origine Vnionis seu Fœderis Electoralis* pererudite disseruit NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS, *Halæ 1720. 4.* De *Vnionibus & Comitiis Electoralibus* porro, illustris EWALDVS FRIDERICVS de HERZBERG erudite commentatus *Halæ 1745. 4.* De *Vnione Electorali, von der Chur-Fürsten Verein*, specialis extat dissertatio CHRISTIANI WILDVOGELII, *Ienæ 1707. 4.* qua de pactis Electorum, præcipue fœdere Rhenensi tum vniuersali, tum particulari speciatim agit. EIVSD. est Diss. de *Filiis Electorum, Ienæ 1711. 4.* *Collectionem selectiorum Opusculorum de Vnionibus* S. R. Imperii Electorum, vtiliter fecit V. C. IOANNES ANDREAS HOFFMANNVS, qua CHRISTIANI WILDVOGELII, NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII & EWALDI FRIDERICI de HERZBERG egregiæ Dissertationes continentur accessere ipsarum Vnionum Electoralium Formulæ A. B. & Sanctio pragmatica *Ienæ 1746. 4.* quæ Accessiones postea auctæ & Disquisitio *Hoffmanni* addita de *Rege Romanorum & Iuribus Electorum circa illius Electionem*, Edit. Secunda *Ienæ 1752. 4.* *Vtrum Electores vi Archi-Officiorum Imperatorem eligant?* expendit Diss. IVSTVS

SIVS

STVS HENNINGIVS BOEHMERVS, *Halæ 1746. 4.* De *Literis Electorum consensionis testibus* eruditum Programma est V. C. CHRIST. GVIL. FRANCISC. WALCHII, *Gottingæ 1754. 4.* De *Consensu Electorali* Diss. legenda NICOLAI CHRISTOPHORI LYNKERI *Ienæ 1691. 4.* De *Collegio Electorum antiquitus a Collegio Principum separato* elegans est Diss. IOANNIS ERNESTI BECK, *Argentorati 1728. 4.* De *Electorum Iuribus Prærogatiuis, Argentorati 1710.* & de *Electoribus Ecclesiasticis in vniuersum, Argentorati 1710. 4.* vulgaria proposuit IOANN. HENRICVS FELZIVS. De *Vrbibus Electoralibus* elegans est Programma CASPARIS HENRICI HORNII lectioni auspiciali *Christiani Abrahami Zahnii* præmissum, *Wittebergæ 1716. 4.* Iura quorundam Electorum singularia, scriptionibus singularibus complexa. Sic de *Præeminentia S. Sedis Moguntinæ* eiusdemque eminentissimi Archi-Præsidis Principis Electoris *Præeminentiis & singularibus Iuribus & Prærogatiuis* legitur Diss. IOANN. FERDINANDI ANDREAE LAMMERTZ, *Erfordiæ 1731. 4.* De *Primatu* vero *Sedis Moguntinæ eiusque singularibus iuribus & prærogatiuis in Imp. R. G.* Dissertationem proposuit MARTINVS IGNATIVS WOLFFTER *Giessæ 1737. 4.* De *Primatu Archi Episcopi Bremensis* disseruit IOAN. ZACHARIAS HARTMANN, *Kilonii 1734. 4.* *Iura Primatus Germaniæ* siue *Magdeburgici* exposuit IOANN. PETRVS LVDEWIG *Halæ 1707. 4.* De *Prærogatiuis S. R. I. Electoris Treuirensis* IOANN. LVDOVICVS WIEDERHOLT *Herbornæ 1715. 4.* atque IOANNES HENRICVS FELZIVS *de Electore Coloniensi, Argentorati 1716. 4.* quædam compilauit, quæ Commentarium exhibent ad *Notitiæ S. R. I. Baecleriana* Caput de *Electore Coloniensi. Origines autem præcipuorum iurium Archi-Episcopi & S. R. I. Electoris Coloniensis,* doctissima Dissertatione ex idoneis æui medii documentis exposuit Vir ill. GEORG LVDOVICVS BOEHMERVS, *Gottingæ 1753. 4.* Idem in adiecto Programmate inaugurali de *Archi-Episcopis Colonien-*

 niensi-

nienſibus Archi Cancellariis per Germaniam ſub Ottone M. diſſeruit. Add. B. IOA. DAVIDIS KOELERI Programma continens: *Hiſtoriam Archi-Cancellariatus S. R. I.* per *Italiam, poſt Interregnum Magnum Germaniæ continuati,* vsque ad Imp. Carolum V. *Gottingæ 1753. 4. De Seſſione & Suffragio Electorali, tam in Comitiis, vniuerſi Imperii, quam in conuentu Collegiali Electorum Auſtria is ratione Regni Bohemiæ etiamnum competente* ANONYMI editus fuit Tractatus *a. 1695. 12.* ſine loci mentione, quo inſtauratio commendatur. De hoc *Iure Suffragii Regni Bohemiæ nouiſſime inſtaurati in Comitiis* erudite diſſeruit Dn. IOANNES PETRVS LVDEWIG, *Halæ 1709. 4.* & inter *Opuſcula Miſcella.* Pertinent huc quoque Pſeudonymi, vt videtur, ANTONII VIRIHERI *Vindiciæ Bohemiæ, ſiue compendioſa Deductio famoſæ Quæſtionis ſuper nexu inter S. R. I. Germanicum & inclytum Regnum Bohemiæ intercedente, Noribergæ & Pragæ 1740. 8.* Poſt mortem *Caroli VI.* multum *de Suffragio Regni Bohemiæ* in Electione noui Imperatoris inter Reginam Hungariæ & Potentiſſimos Electores Bauariæ & Saxoniæ, fuit diſceptatum, quæ Scripta ex parte proſtant in *Sammlung einiger Staats-Schriften,* tribus *in 8.* Tomis edita.

Scriptores de Officialibus Imperii.

§. LXXI. Cum autem ſinguli *Electores ſummi* ſint *Imperii Officiales,* non deſunt quoque, qui horum Officia ſaltim explicare fuerunt adgreſſi. *De Archi-Officiorum S. R. I. Origine & Archi-Theſaurario* Diſquiſitio elegans extat illuſtris IOANNIS WILHELMI de GOEBEL, *Lipſiæ 1735. 4.* Ad *Officia Electorum Eccleſiaſticorum,* qui *Archi-Cancellarii* dicuntur *Imperii,* facit eruditiſſimus Tractatus BERNARDI a MALLINCROT, de *Archi-Cancellariis S. Romani Imperii,* qui prodiit *Monaſterii 1656. 4.* recuſus *Ienæ 1666. 4.* tertia vice, cum B. BVRCARDI GOTTHELFII STRVVII Præfatione de vita & Fatis Mallincrotii *Ienæ 1715. 4.* tandemque in IACOBI WENCKERI *Collectis Archiui & Cancellariæ Iuribus p. 208.* eiusdem Editoris Notis atque Additamentis ex Archiuis & Bibliothecis aucta & illuſtrata. Hoc Scriptum multa induſtria, multaque

taque eruditione elaboratum, in quo ex primis Francorum antiquitatibus hæc materia declaratur. *De Archi-Cancellariis S. R. Imperii Obseruationes Miscellas* Diss exhibuit Dn. GEORG. FRANCISCVS FRIDERICVS HELMERSHAVSEN, *Erfordiæ 1740. 4.* *De Capellanis Imperii & Cancellariis* erudita est Diss. ill IOANNIS WILHELMI de GOEBEL scripta ad Franciscum Ludouicum S.R.I. Comitem de Oettingen, *Helmstadii 1733 4.* De *Archi-Cancellariatu ac Directorio in Comitiis Archi-Episcopo Principi Electori Moguntino competentibus* Diss. extat IOA. MICH. WAGNERI, *Erfordiæ 1746. 4.* *De Archi-Cancellariatu Archi-Episcopi & Principis Electoris Coloniensis per Regnum Italiæ* erudita legitur Commentatio Dn. IOAN. FRIDERICI IOACHIM, *Ienæ 1738. 4.* *De Augustæ Imperatricis Archi Cancellario* doctam Dissertationem dedit IOANNES WILHELMVS WALDSCHMIDT *Marburgi 1715. 4.* nec non PHILIPPVS ADAMVS VLRICH, siue HENRICVS WALTHERVS WILHELMVS de SCHILDECK Discursum *de Archi-Cancellariatu & Primatu S. R. I. Principis Abbatis Fuldensis, Herbipoli 1724.* recusa *Lipsiæ 1733. 4.* De *Archi Mareschallo Augustæ Imperatricis* Abbate Campidonensi, Præside IOA. CAROLO KOENIG, præclare egit Dn. CAROLVS ANDREAS de WIESENHVTEN *Marburgi 1748. 4.* *De Buticulariis* (Imperii) *præcipue iis, qui Noribergæ olim floruerunt* eruditissimus extat libellus celeberrimi CHRISTIANI GOTTLIEB SCHWARZII, *Altorfi 1723. 4.* Erudita quoque est commentatio IOANNIS GOTTLOB HORNII, sub titulo: *unvorgreifliche Anzeige, was von dem Obrist Reichs-Iægermeister-Amt, so denen Durchlauchtigsten Churfürsten zu Sachsen, als Marggrafen zu Meissen zustændig, zu halten, Leipzig 1736. 4.* *Tris Camerarium S. R. I. e Diplomatibus restitutum* produxit V. C. HENR. GOTTLIEB FRANCKE, quo libello *Notitiam Scriptorum de Officiis S. R. I. Aulicis* præmisit, *Lipsiæ 1736. 4.* Alia sunt *secularium Electorum* Officia, ad quæ declaranda

 facit

facit IOAN. CHRISTOPHORI WAGENSEILII commentatio *de Sacri Romani Imperii summis Officialibus, & eorundem Subofficialibus, Altorfi 1686. 4.* Ad vtraque cum Ecclesiasticorum tum Secularium Electorum Officia directa est elegans & erudita IOAN. IACOBI MASCOV Dissertatio *de Originibus Officiorum Aulicorum S. R. I. Halæ 1718. 4.* ex Historia & Antiquitatibus repetita: alia WILHELMI LVDOVICI HOENONII *De Sacri Romani Imperii Archi- & Hæreditariis Officiis iisque annexis Iuribus & Beneficiis, Giessæ 1701. 4.* proposita leuis est. BERNARDVS quoque MALLINCKROT operis quod iam memorauimus *Lib. II. c. III.* de Officiis secularium Electorum erudite exposuit. Illustrauit etiam hanc materiam HENRICVS COCCEIVS *in Prudentia Iuris Publici* capite decimo & sequentibus, idque potissimum ex Lehmanno. Addimus NICOLAI MYLERI ab EHRENBACH *Hyparchologiam, Stutgardiæ 1678. 4.* supra iamdum memoratam. Ad specialia Officia faciunt IOAN. CHRISTOPHORI de IORDAN Commentatio Historico-Politico-Iuridica de *Archi Pincernatu & connexione Regni Bohemiæ cum Imperio Romano-Germanico, Pragæ 1716. 4.* edita, recusa & Indice aucta *Lipsiæ 1740. 4.* Addatur ANONYMI (PANNEWITZII) Disquisitio *de origine & progressu Archi Pincernatus Bohemici in S. R. I. ac summis inde deriuandis Iuribus, Lips. 1731. 8.* AVGVSTI ADOLPHI ab HAVGWITZ Tractatus politico-publico-iuridicus de *Regni & Aulæ Mareschallis, Budissæ 1690. 4.* prolixus est Tractatus, quo origo, officia & Iura Mareschallorum non apud Germanos solum, sed etiam alias gentes demonstrantur, multisque scriptorum allegatis dicta confirmantur. *Electoris Saxoniæ S. R. I. Mareschalli singulares & eximias functiones in Electione & Coronatione Cæsarea* iucunda Dissertatione Præside B. KOELERO complexus est AVG. FRANCISCVS ESSENIVS, *Gottingæ 1746. 4. De Iurisdictione Mareschallorum in Sacro Romano Imperio* præclara Diss. auspicali exposuit IOA. ANTONIVS KÜHN, *Erfordiæ 1738. 4.* & de *Iuris-*

Iurisdictione in Legatos Statuum eorumque Comites S. R. I. Archi-Mareschallo & hinc Vice-Mareschallo in Comitiis competente Diss. IOANNIS GOTHOFREDI KRAVSII, *Vitebergæ 1732. 4.* Add. IOA. LVDOVICI KERN vtilis Dissertatio de *Iuribus & Prærogatiuis S. R. I. Mareschallorum hæreditariorum Comitum in Pappenheim, Gottingæ 1753. 4. De Archi Camerario* S. R. G. I. Commentatio extat Dn. IOAN. FRIDERICI IOACHIMI, *Halæ Vened. 1737. 4.* Idem Programmate exhibuit: *Abhandlung von dem Ertz-Schatzmeister-Amt im H. R. Reich, Halle 1742. 4.* Alias *de Germanici Imperii Archi Thesaurario* Diss. proposuit FRIDERICVS HACKMANN, *Helmstadii 1711. 4.* Cum in Comitiis Imperii de inueniendo adsignandoque Archi-Officio Electori Brunsuico-Luneburgensi consultaretur, doctissimi quidam viri sententias priuatim multo eruditionis adparatu aperueruut, nempe V. C. IOAN. DAVID KOELERVS Diss. *de Imperiali Sacra Lancea, non inter Reliquias Imperii, sed Clinodia referenda*, cum Problemate: *de nouo S. R. I. officio Archi Lanciferatu, Altorfii 1731. 4.* B. IOA. CHRISTOPHORVS PESLERVS *Officium Archi Panetarii*, ex *Iure Publico Regni* Franciæ veteris erutum, commendauit, Diss. *Francofurti ad Viadrum 1750. 4.* & V. C. CHRISTIANVS GOTTLIEB SCHWARZIVS *Problema Historico-Criticum* edidit de *S. R. I. Archiscutifero, Altorfii 1734. 4.*: quod argumentum insigni selectioris doctrinæ adparatu latius exposuit vir celeberrimus in *Erlæuterung des Academischen Problematis von des H. R. Reichs Ertz Schild-Herrn-Amt, Altorff. 1739. 4.* Alia proposuit in Aula Electorali Bauarica gratiose excepta V. C. CHRISTOPHORVS FRIDERICVS GEIGERVS in Libro singulari *de summo Palatii Præfecto Francofurti & Lipsiæ 1748. 4. mai.* de quo cum nonnihil monitum fuisset in *Leipziger zuverlæssigen Nachrichten Parte CX.* edidit ille *Bernburgi 1749.* eadem forma: *Beantwortung der Einwürffe wieder seinen Tractat de summo Palatii Præfecto.* De *Archi Officiis* cum iam in vsu existentibus tum nouis ex

cogitandis ex variæ lectionis copia & ingenio diuersa opuscula edidit V. C. IOA. HENRICVS DRVMEL, nimirum: *Vntersuchung von den Erz Würden des H. Römischen Reichs*, *Franckfurt am Main* 1745 4. porro: *Ausführung von der Hoheit eines Erz Domanien Meisters in dem Rœm. Reich Teutscher Nation ibid.* 1746. 4 quibus cogitatis opposuit IOA. ADAMVS STEINHAEVSER *Wiederlegung Dresden* 1746. 4. Successit: *Beweiss daß der Comes Palatii in dem Fränckisch- und Teutschen nicht als Hofmeister anzusehen, der Erz-Truchseß aber des Reichs Erz Hofmeister sey*, *Vlm* 1751. 4 tandemque *Abhandlung von dem Groß-Seneschall des Fränckischen und Teutschen Reichs*, addita est HINCMARI Episcopi Rhemensis *Epistola de Ordine Palatii*, *Nürnberg* 1751. 4. Quæ commentationes de ingenio & doctrina Cl. Auctoris docent. Huc spectant WILH. PACHELBL a GEHAG *Teutschen Reichs-Staats-vrkundliche Nachrichten, bevorab auf die Erwæhlung des Maiestætischen Ober-Haupts und auf die eigene Gros-Macht derer hohen Reichs Stænde und vor die Churfürstl. Rechte, auf die Reichs Erz-Amt-Mænner, und hierunter absonderlich vor das Burggrafthum Nürnberg auf den Reichs-Erz-Pförtner*, quod scriptum haut ita pridem forma maiori prodiit idque non solum spicilegium esse voluit dissertationis ante memoratæ, sed etiam demonstrare Burggrauios Noribergenses olim etiam fuisse Officiales & Ostiarios Imperii. Ideoque diuersa antiquitatis loca, quæ huc facere videntur, cumulatim collegit. Nostro æuo doctissimi Viri *Archi Admiralii* Officii instaurationem commendarunt. Sic V. C. FRIDERICVS CHRISTIANVS MEVSCHENIVS edidit elegans Schediasma Problematicum *de summo Officio Archi Admiralli S. R. Imperii*, *Lugduni Batauor.* 1743. 8. *mai* in Germania sup. recusum. Doctus Pseudonymus, GIOVANNINVS de MEMMINGEN in lucem produxit: *Gedancken von Wiederherstellung, der im H. R. R. in Verfall gerathenen Marine dienl. Mittel des wieder einzuführenden ehmahligen Ertz-Amtes*

eines

eines Oberſten Reichs Admirals (*Iena*) locus non additus *1754. 4.* De Imperii *Marchionibus* erudite egit IOANN. PETRVS LVDEWIG in *Formula Ducatus Brandenburgici, Halæ 1706. 4.* qua originem, ſtatum, & Iura Marchionum probe illuſtrat. Sic etiam ad Iura & Statum Pfalzgrauiorum, Landgrauiorum, Marggrauiorum & Burggrauiorum fecit GVILIELMVS TOBIAS STEMPEL in *Theſibus inauguralibus, quas de Iurisdictionis & Magiſtratuum differentia ſecundum mores Germanorum* Præſide CHRISTIANO THOMASIO defendit *Halæ 1703. 4.* Occaſione controuerſiæ, quæ intercedit inter domum Hanoueranam & Würtenbergenſem prodierunt *Wechſel-Scrifften vom Reichs-Bannier, Hannouer 1695. 4* quæ Scripta ab vtraque parte comprehendunt. Addimus his, qui de *Officialibus Prouinciarum Germaniæ* quædam obſeruarunt. Argumenti huius primas lineas exhibuit in Diſſ. *de Feudis Officialium hæreditariorum Prouinciarum Germaniæ* CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER, *Ienæ 1736. 4.* quam ſuo tempore auctiorem multo exhibebit. Singillatim de *Hereditariis Prouinciarum Auſtriacarum Officialibus* extat nobiliſſima illuſtriſſimi IOAN. WILHELMI Comitis de WVRMBRAND Commentatio, primum ipſius *Collectaneis Genealogico hiſtoricis Viennæ Auſtriæ 1705. f.* editis, addita, recuſa cura Dn. IOAN. GEORGII ESTORIS, *Lipſiæ 1737 4.* IOANNES ZACHARIAS GLEICHMANN dedit *Remarquen von den Thüringiſchen Erb Hof-Aemtern, Ienæ 1742. 4.* De aliis *Officialibus* hæreditariis Statuum Imperii vide ſupra in *Bibl. Feudali.* Illuſtris vero CAROLI GVILIELMI GAERTNERI extat Diſſ. de *S. R. I. Electorum inprimis Saxoniæ Feudis & Officiis Bambergenſibus, Lipſiæ 1726. 4.*

§. LXXII. Inter Status Imperii eminent *Elector & Duces Saxonici*, quorum *Iura* ſunt *eximia.* CASPARIS ZIEGLERI quidem habemus Diſcurſum ex Iure Publico *de ſingulari Sereniſſimi Electoris Saxoniæ eminentia*, Reſpondente *Ottone Heinrico Pflug, Witteebergæ*

Scriptores de Iuribus Saxonicis.

tebergæ 1663. & *1679. 4.* a quodam adnotationibus, supplementis & indice auctum recusumque *Tübingæ 1720. 4.* *Merita Saxonum sub auspiciis Marchionum Misniæ in S. R. Imperium & Domum Austriacam ex Historiarum monumentis delineauit* CAROLVS OTTO RECHENBERG, *Lipsiæ 1713. 4.* DOMINICI ARVMAEI Dissertatio extat *de Ducum & Electorum Saxoniæ priuilegiis de non euocando & non appellando, Ienæ.* Quibus de Priuilegiis quoque ANDREAS KNICHEN Commentationem dedit *Hanouiæ 1603. 4.* & inter Opera *Hanouiæ 1613. f.* edita p. 145. seqq. innouatam & locupletatam; BENEDICTVS etiam CARPZOVIVS Dissertationem de posteriori Iure scripsit, quæ proposita *Lipsiæ 1645. 4.* & Dissertationum ipsius iunctim editarum Volumine, primo statim comparet loco. *De Priuilegio Saxonico de non appellando ad Terras Misnicas, Thuringicas & Franconicas non extendendo* Diss. legitur B. IOANNIS FRIDERICI HERTELII siue IOANNIS CHRISTIANI WAIZII *Ienæ 1734. 4.* cui præmissum B. IOANNIS SALOMONIS BRVNQVELLII Programma: *Quo Priuilegium Saxonicum de non appellando, etiam Querelam nullitatis, Supplicationem similiaque remedia ad summa Imperii Tribunalia excludere, ostenditur, Ienæ 1734. 4.* *De Confraternitate Saxonico-Hassiaca* singulari dissertatione B. CARPZOVIVS egit Respondente *Petro Gericken, Lipsiæ 1647. 4.* Sed cum Brandenburgici etiam pacto accesserint, habemus IOAN. ECCARDI RAVSCHII dissertationem inauguralem *de Pacto Confraternitatis Saxonico-Brandenburgico Hassiaco*, præside HENRICO BODINO, *Halæ 1708. 4.* cuius Dissertationis auctor B. DIETERICVS HERMANNVS KEMMERICHIVS. Plenius vero de hoc Pacto egit Winckelmannus *Chronico Hassiaco p. V. c. VI.* IOAN. ERNESTVS KREGELIVS *de Vicariatu Saxonico* egit, *in causa absentiæ Imperatoris, Lipsiæ 1707. 4.* Præ cæteris circa Iura Saxonica occupatus fuit Wittebergensium clarissimus Iurisconsultus MICHAEL HENRICVS GRIBNERVS, cuius eruditam habemus Dissertationem *de*

Ter-

Terris Iuris Saxonici, *von denen Landen des Sæchsischen Rechts*, *und denen in das Sæchsische Vicariat gehörigen Enden*, *Wittebergæ* 1711. 4. Eiusdem sunt: *Obseruationes Iuris publici de Sigillo Maiestatis Saxonico*, *Wittebergæ* 1712. 4. EIVSD. *Positiones Iuris publici*, *de Directorio, quod Archi Cancellario Germaniæ mortuo, absente, vel impedito, Imperii Archi-Mareschallo competit*, *Wittebergæ* 1712. 4. IDEM *ad Caroli IV. Auream Bullam Saxonicam datam Metis a.* 1357. 6. *Kal. Ianuar.* pererudita Differt. commentatus *Lipsiæ* 1728. 4. Sic & causam Electoris Saxoniæ ratione Votorum in Collegio Principum Imperii restituendorum egit Dissertatione: *De iure suffragandi Principum Imperii vsu intermisso non pereunte*, *Wittebergæ* 1716. 4. Eiusdem est programma *de Directorio Saxonico in causis Euangelicorum*, quod Ioan. Jacobi Gierischii dissertationi inaugurali *de Processu summario*, præside CASPARE HENRICO HORNIO habitæ *Wittebergæ* 1709. 4. accessit. Eiusdem HORNII est Dissertatio Iuris Publici *de Comitibus Palatinis Saxoniæ*, *Wittebergæ* 1709. 4. Addimus CONRADI FRIDERICI REINHARDI eruditam dissertationem *de Officiis Imperii Saxonicis*, Præside BVRCARDO GOTTHELFIO STRVVIO in hac Academia ventilatam, post, sub forma Tractatus publicatam, præmissa præfatione de *eminenti Serenissimæ Domus Saxonicæ dignitate*. Dum autem Electorales *Comitiam Palatinatus Saxonici*, Electori plerumque tribuant, hanc Serenissimæ Genti communem esse singulari Programmate demonstrauit idem b. STRVV. *Ienæ* 1711. 4. idque ex Antiquitatum Monumentis & Sigillis. Huic, primum Programma honoribus Iuridicis *Ephraimi Gottfried Reichii* destinatum: *De Titulo Comitis Palatini Saxoniæ*, *Wittebergæ* 1715. 4. propositum, opposuit, MICHAEL HENRICVS GRIBNERVS ICtus literatissimus, inde Dissertationem scripsit: *De Iuribus Palatinatus Saxonici Duci Electori propriis*, *Wittebergæ* 1715. 4. cui de *Palatinatu Thuringiæ* adiectum est Programma. Ad eius tamen argumenta

menta. Responsiones paratæ a. b. BVRC. GOTTHELFIO STRVVIO *Syntagmatis Iuris Publici* Editionis Secundæ *Capite XX. §. XVII. seqq. p. 903.* CONRADI FRIDERICI REINHARDI Dissertatio *de Tituli Comitis Palatini Saxoniæ in literis Henrici illustris origine & seruati dein vsus eiusdem ratione, Halæ 1725. 4. Burggrauiatus Magdeburgensis* ad Electorem Saxoniæ pertinet, de quo multæ quondam cum Archi-Episcopis Magdeburgensibus lites & hodie inter eruditos velitationes literariæ coortæ. CASPAR autem HENRICVS HORNIVS *Tractatu singulari de Burggrauiis Magdeburgicis* commentatus, *Vitembergæ 1724. 4.* Iungi potest ANDREAS OCKELIVS Tractatione *de Palatio Regio, & Scabinatu Hallensi, nonnullisque aliis ad Burggrauiatum Magdeburgensem spectantibus iuribus, Ienæ 1700. 4. Vicariatus Saxonici Natales ex Archi-Mareschallatu* repetit breui Programmate CAROLVS OTTO RECHENBERGIVS *Lipsiæ 1712. 4.*

Scriptores de Iuribus diuersarum Illustrium Familiarum in Germania.

§. LXXIII. De *diuersis aliarum Illustrium Germaniæ Familiarum Iuribus*, quædam Commentationes Academicæ doctæ, nostris temporibus lucem adspexere. Enimuero de Serenissimæ *Domus Austriacæ, Præeminentiis, Prærogatiuis, Iuribus ac Priuilegiis præcipuis & in specie de Augustissimæ huius Domus Iudicio Prouinciali Cæsareo Sueuiæ* Dissertationem Præside GABRIELE SCHWEDERO dedit *Iosephus Antonius Maria Belli, Tubingæ 1722. 4.* quæ deinceps in Collectionem *Diss. Schwederianarum* transiit *Tom. II. p. 579. seq.* similiter sub *Austriæ Principis* splendido titulo, de augustæ huius Domus *Iuribus, Prærogatiuis Illustrioribus intuitu præsertim nexus cum Imperio R. G.* Tractationem Academicam Præside IOAN. HENRICO FELZIO proposuit *Christianus Emanuel* de *Garb Nobilis de Gilbelli, Argentorati 1721. f.* quæ recusa *Lipsiæ 1736. 4.* Vtraque opuscula sunt vulgariter scripta, & magnam partem ab aliis iam indicata referunt. De *Meritis Domus Brandenburgicæ in Imperium* breuis Dissertatio DANIELIS

GOTT-

GOTTLIEB PIETSCH *Altorfii 1721. 4.* heic non plane prætermittenda. De *Iure Wildfangiatus Serenissimo Electori Palatino proprio*, sub Moderamine HENRICI HILDEBRANDI non ineleganter disseruit FRANCISCVS MAVRITIVS de LOEWEN, *Altorfii 1723. 4.* De *Iure Augustissimæ Domus Brunsuicensis in Comitatum Peinensem* Dissertatio extat doctissimi Iuris Consulti IOAN. WILHELMI GOEBEL, *Helmstadii 1720. 4.* De *Prærogatiuis Ducatus Würtenbergici* Tractatus IOANN. PETRI de LVDEWIG *Halæ 1719. 4.* editus, quædam singularia Iura refert, plurium euolutionem ab ICtis Würtenbergicis expectamus.

Scriptores de Episcopis & Principibus Ecclesiasticis Germaniæ.

§. LXXIV. De omnibus *Germaniæ Episcopatibus* Opus olim adgressus est CASPAR BRVSCHIVS, sed *Tomum Primum* saltim absoluit, qui *Noribergæ 1549. 8.* prodiit, quem postea Chronico Chronicorum Ecclesiastico-politico IOANN. GVALTERVS, s. IANVS GRVTERVS inseruit *Francofurti 1614. 8.* in quo etiam plurium Episcopatuum Notitiam reperimus, quæ tamen potius ad Historiam facit. P. IGNATIVS SCHWARTZ S. I. *Imperii Principem ecclesiasticum* delineauit, *selectis aliquot lineamentis parergisque adumbratum*, in quo vt in titulo memoratur præcipuæ difficultates circa ecclesiasticum moderni imperii statum, e iure publico depromtæ, *Ingolstadii 1734. f.* Sed trita & vulgaria sunt quæ attulit, & qui icones æri incisas amat, heic inueniet quibus oculos pascere possit. De *Constitutione Episcoporum Germaniæ* eruditus est Tractatus HERMANNI CONRINGII, qui inter eiusdem Exercitationes reperitur *Helmstadii 1647. 4.* vbi, quid circa inuestituram & iura Episcoporum olim in Germania obtinuerit, ex historiis erudite declarat. Coniungenda cultissima Diss. B. IOANNIS WILHELMI HOFFMANNI, quæ inscripta: *ad Concordatum Henrici V. & Callisti II. de Inuestituris Episcoporum & Abbatum, Vitembergæ 1739. 4.* De *Commissario Imperatoris ad Electiones Præsulum Germaniæ immediatorum*, libellus extat ill. AYRERO inscriptus,

ſcriptus, ABRAHAMI GOTTLOB WINCKLERI *Chemnicii 1744.* in qua obſeruationes ad hoc argumentum de conſtitutione Epiſcoporum leguntur. Eruditiſſima expoſitione de *Primatibus, Metropolitanis & reliquis Epiſcopis Eccleſiæ Germaniæ* commentatus ill. IOAN. IACOBVS MASCOVIVS, *Lipſiæ 1729. 4.* quæ primas quaſi lineas Germaniæ Sacræ ſiſtit, elegantiſſime ductas. Elegans & eruditum Schediasma eſt Dn. PHILIPPI EBERHARDI ZECHII. de *origine, indole, fatis atque iuribus Primatuum Germaniæ, eorumque maxime tanquam Archi-Cancellariorum ad Negotia Imperii concurſu &c. Halæ 1727. 4.* De *Iuribus Epiſcopi Catholici in Germania*, ſub Præſidio IOANNIS GEORGII ESTORIS Diſſertationem propoſuit CAROLVS ADOLPHVS BRAVN, *Ienæ 1740. 4.* De *Decreto quod de Electionibus Epiſcoporum fit*, diſputauit IOANNES CASPAR BIRCKNER *Altorfii 1742. 4.* De *Iurisdictione Epiſcoporum Germaniæ* ſcripſit CHRISTOPHORVS WINZELERVS, *Coloniæ 1614. 8.* & ANONYMVS Tractatu de *Iurisdictione Epiſcoporum Germaniæ*, qui adpendicis loco adiectus eſt IOANNIS PELSII *Proceſſui iudiciario Coloniæ 1685. 4.* edito. *Iura Primatus Germaniæ* ſingulari Diſſertatione declarauit IOANN. PETRVS LVDEWIG *Halæ 1707. 4.* in qua prærogatiuas Archi-Epiſcopatus Magdeburgici, adhuc, poſtquam ſeculo addictus, reliquas, demonſtrare conatur. De *Iure & Iurisdictione Abbatum ſpirituali & temporali* ampla extat Diſſ. Dn. IOAN. CASPARIS BARTHEL, *Wirceburgi 1736. 4.* Conferri heic poteſt, licet multa vulgaria & LL. Imperii aduerſa inſeruerit IOANNES FRANCISCVS BESSEL in *Diſſertationibus ad Ius Publicum Romano-Eccleſiaſticum, Erfordiæ 1714. 4.* De *Abbatiſſis* habemus IOANN. CHRISTOPHORI WAGENSEILII Diſſertationem, *Altorfii 1687. 4.* & PETRI MVLLERI *de Gynæcocratia in Regionibus Imperii Germanici von Aebtiſſinnen und Standes-Vormünderinnen in Heil. Röm. Reich, Ienæ 1685. & 1706. 4.* huc ſpectant: *Wenige doch wichtige Rationes, daß eine der*

Evange-

Euangelischen Religion zugethane Abbatissin in Teutschland, wann sie sich verheyrathet, nicht nöthig habe zu resigniren, sondern, wann sie will, die Abteyliche Würde, Regierung und Einkommen Zeit währenden Ehestandes behalten könne, cum approbatione Facultatis Iuridicæ Marpurgensis *und eines fürtrefflichen Rechtsgelehrten* Iudicio *Anno 1691. zum Druck befördert von* HENR. GÜNTHERO THVLEMARIO, cuius Scripti quinta editio prodiit *1704. 4.* Ad Ecclesiam immediatam imperialem quæ *Goslariæ* est facit IOA. DIEDERICI LICHTENSTEIN *Abhandlung von des Kayserlichen freyen unmittelbaren Stiffts der heiligen Simon und Iudas in Goslar Gerichtsbarkeit, Braunschweig 1754. 4.*

Scriptores qui Iura Statuum ac Principum & argumenta Iuris Priuati Illustrium exhibent.

§. LXXV. Ad *Iura Statuum* atque *Principum Imperii* quasi introducit IOANN. W. RELFENDSO *de summa Principum Germanicorum potestate 1669. 12.* eodemque anno *Reginoburgi 12.* auctus & illustratus per *Iulium de Veromonte*, qui Principum Iura ita defendit, vt illis etiam Maiestatem tribuat. Verus auctor est IOAN. WOLFGANGVS ROSENFELD Contra eum scripsit HVNO ab HVNENFELD siue potius CONRADVS SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS *Breues Animaduersiones in Relfendso Heromontanum.* Cum etiam Relfendso de Erfurtensibus dixisset, istos libertatem non perdidisse, ni rigidam & improuidam plebem in sua pertinacia publicis immaturo zelo confirmassent concionibus prædicatores; hoc in Erfurtenses iniquius dictum putauit auctor libelli, quem inscripsit: *P. Tullii Hierani Anti-Relfenso libelli de summa Principum Germanicorum potestate calumniæ oppositus pro Ligurio Schadæo, 1670.* Sed pagellæ nimis sunt absurdæ & leuissimæ. Ad Politicam vero & formandum Principum statum optimus est VITI LVDOVICI a SECKENDORF *Fürsten Staat* ex Editione nouissima cum Annotationibus perill. ANDREAE SIMSONIS BIECHLINGII *Ienæ 1720. 8.* Faciunt

huc pleraque scripta NICOLAI MYLERI ab EHRENBACH in primis de *Principibus & Statibus Imperii Romano-Germanici, Tubingæ 1685. 8.* & *Archologia Ordinum Imperii, Tubingæ 1663. 4.* in qua de principum aliorumque Statuum Imperii prisca origine edisserit, & de superioritate territoriali agit, quam secundum incrementa sua describit. IOANN. EBERHARDVS LINCKIVS dissertatione *de Comitibus Principibus, Wittebergæ 1708. 4.* Cocceii sententiam persequitur, quod isti tales dicantur, quorum terræ in Principatus non fuerunt euectæ. Referri quoque huc possunt qui varia Capita Iuris priuati Principum illustrarunt. Vniuerse de *Iurisprudentia Principum, Ordinumque S. Romani Imperii Germ. priuata* disseruit Dn. IOANN. IACOBVS HELFFERICH *Tubingæ 1730. 4.* Faciunt huc PETRI MVLLERI *Præsidia Domus illustris, Ienæ 1677. 4.* in quo de matrimonio, educatione & œconomia, Aula, existimatione Principum exponitur. MICHAEL HENRICVS GRIBNER auditoribus suis communicauit *Delineationem Iurisprudentiæ priuatæ illustris positionibus succinctis comprehensam*, quam in lucem produxit IOAN. BENIAMIN REISIG, *Gœttingæ 1736. 8.* Huius Iurisprudentiæ priuato-illustris potiores materias vberius expositas iam habemus in B. BVRCARDI GOTTHELFII STRVVII *Iurisprudentia Heroica, seu Iure quo illustres vtuntur priuatim ex innumeris Exemplis, Actis publicis, editis & ineditis & Historiarum omnis æui monumentis illustrata*, præclarum Opus hoc postumum moriens reliquerat, ex eodem autem, suis additis & integris commentationibus additis in meliorem ordinem & certa principia redegit, Præfationibus ornauit illustris Struuii Gener V. ill. IOANNES AVGVSTVS HELLFELD. Pars *Prima* prodiit *Ienæ 1743. 4. Secunda, ibid. 1743. 4. Tertia ibid. 1745. Quarta 1746. Quinta ibid. 1747. Sexta 1748. Septima ibid. 1753. 4.* Reliquæ desiderantur. Eandem telam pertexere cœpit illustris IOA. FRIDERICVS

RICVS WILHELMVS a NEVMANN qui vtiles dedit *Meditationes Iuris Principum priuati* de Iure Personarum illustrium *eorumque Ministris*, *Francofurti ad Mœnum 1751. 4.* præmissa *Notitia Scriptorum iuris Principum* priuati. Secuta EIVSD. de *Matrimoniis Principum* Commentatio, *Francofurti 1751. 4.* Alia: de *Patria Potestate & Tutela Principum*, *ibid. 1751. 4.* & de *Pactis & Contractibus Principum*, *ibid. 1752.* Commentatio sistens *reale Principum Ius*, siue de *Dominio & Seruitute*, *Pignore & Hypotheca*, *Possessione & Præscriptione*, *Dote & Dotalitio*, edita *ibid.* 1752. & de *Delictis & Pœnis Principum* Comment. *Fft. 1753. 4.* De *Tutelis illustrium* Diss. HENRICI COCCEII *Francof. ad V. 1717. 4.* De *ætate puberum & maiorum Regum*, *Principum &c.* Dn. IOAN. PETRI de LVDEWIG prodiit *Halæ 1725. 4.* De *Principe contrahente* disputauit TOBIAS IACOBVS REINHARTH *Erfordiæ 1731. 4.* De *locatione conductione quæ fit a Principe* Diss. CAROLI OTTONIS RECHENBERGII *Lipsiæ 1728. 4.* De *Iure & Iurisdictione Principis in vxorem* præclare exposuit V. C. CHRISTIANVS SCHOENE im *Rechtlichen Bedencken, ob eines regierenden Fürsten und Lands-Herrn Gemahlin ihres Gemahls Vnterthanin sey? Leipzig 1733. 4.*, ad quam quæstionem negatiue respondet. Auctius recusum opusculum est *ibid. 1750. 4.* cum responsione ad ea, quæ Dn. HELMERSHAVSEN in scripto suo de *Subiectione Territoriali Personarum illustrum* monuerat. De *potestate* vero *& iurisdictione Principum*, *speciatimque S. R. I. Imperii in Liberos* Diss. habita sub Præsidio CASPARIS ACHATII BECKII auctoris CAROLI AVGVSTI FABARII, *Ienæ 1729. 4.* De *Renunciatione Filiarum illustrium* IOANNIS BACMEISTERI est Diss. *Argentorati 1682. 4.* primum proposita, recusa *Halæ 1733. 4.* Copiosior & elegantior extremus labor B. NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII de *renunciatione Hereditatum Filiarum illustrium*, Diss. expositus *Halæ 1729. 4.* *De Legitima*

S. R. I. Statuum Liberorum, vtriusque Sexus tam Legitimorum (siue ex æquali siue ex inæquali Matrimonio procreatorum) quam naturalium, egregia extat Diss. Dn. IOAN. IACOBI MOSERI *Francofurti ad V. 1738. 4. & Vol. Diss. Viadr. De Confraternitatibus illustrium Familiarum in Ciuitate Germanorum*, extat IOAN. VOLCKM. BECHMANNI Diss. *Ienæ 1666.* habita & *Halæ 1737. 4* recusa. De *hereditate mobiliari Personarum illustrium* docta extat Diss. ill. Dn. CAROLI AVGVSTI ab VFFEL, *Ienæ 1740. 4.* De *Iuribus Fœminarum illustrium in Germania* egregia legitur Diss. IOANN. PAVLLI KRESSII *Helmstadii 1730. 4. De renunciationibus & reseruationibus filiarum illustrium* Diss. HENRICI COCCEII *Ffr. ad V. 1714. 4.* de *Pacto hæreditatis inter illustres Fœminas acquisitiuo* disseruit IOANNES DANIEL MVNCH, *Giessæ 1715. 4.* ERNESTVS autem CHRISTOPHORVS ARNOLDI *Ius successionis Fœmineæ in Dominiis & Imperiis, Giessæ 1725. 4.* proposuit. De *regressu ad Bona ab illustribus præcipue filiabus renunciata, etiam in casu stemmatis prorsus sublati, vere, & solum apparenter præcluso* Diss. FERDINANDI CHRISTOPHORI HARPPRECHTI *Tubingæ 1711. 4.* GEORGII HENRICI HINÜBER Exercit. de *Iure Statuum Imperii Dotis Subsidia Filiarum illustrium a subditis exigendi per obseruantiam stabilito Gottingæ 1756. 4. De adparatu & instructu nuptarum, vulgo Außsteuer præter Dotem*, quædam ad illustres pertinentia obseruauit Dn. IOAN. GEORG. ESTOR Diss. *Marburgi 1744. 4. De libertate Statuum Prouincialium circa Dotationem Filiarum illustrium potissimum Apanagiatorum*, disseruit V. C. ANTONIVS LVDOVICVS SEIP, *Gottingæ 1747. 4. De Dote & Vitalitio Filiarum illustrium & nobilium Monialium*, Præside CHRISTIANO GOTTLIEB BVDERO disseruit G. C. WILH. FRIDERICI *Ienæ 1754. 4. De onere dotandi filias illustres Patrum apanagiatorum*, Præside

PETRO

PETRO MVLLERO ieiune disseruit CHRISTIANVS WEIDLINGIVS, *Ienæ 1689. 4.* De *Iuribus, præsertim vero Iurisdictione & Imperio Principum Imperii apanagiatorum in Ministros & officiales in Territorio Principis primogeniti & regentis*, libellus LEBRECHTI WIL. HENRICI HEYDENREICHII *Erfordiæ 1706. 8.* Ad Controuersias Hasso-Darmstadtinas & Homburgenses pertinet cordata scriptio: *Vntersuchung der Frage: Ob ein regierender Herr befugt sey Sich selbst, und aus eigner Macht bey der Landes Hoheit, welche derselbe in eines abgetheilt- oder abgefundenen Herrns Land zu besitzen behauptet, zu schüzen &c. 1750. 4.* De *Principe Imperii in promissis Vsurarum Priuato factis ad quantitatem Lege determinatam seruandam non constricto*, Diss. egit GODOFR. LVDOV. MENCKENIVS, *Vitembergæ 1725. 4.* De *potestate eminente Principis in Iudicio* Diss. extat NIC. CHRISTOPHORI de LYNKER, *Ienæ 1681.* rec. *Vitemb. 1737. 4.* & de *potestate Principis in subditos* HENRICI ERN. KESTNERI, *Rintelii 1711. & 1743.* De *potestate* vero *Electorum & Principum Imperii circa ius Nobilitatis subditis suis conferendi* cogitata sua aperuit Diss. IOA. FRIDERICVS TROPPANEGER, rec. *Ienæ 1743.*

§. LXXVI. Ad cognoscendum accurate *Statum Comitum S. R. I.* legenda primum & expendenda Dn. IOAN. HEVMANNI eruditissima Dissertatio de *vera vocis Comeciæ significatione Altorfii 1750. 4.* dein CHRISTOPH. BEINDORFFIVS in discursu *de Romani Imperii Comitibus & Baronibus*, qui in vol. III. Arumæi extat, atque alius CHRISTOPHORI BESOLDI discursus in opere eius politico. Commendanda tamen præ cæteris est industria FRIDERICI LVCAE, qui edidit *des Heil. Rœmischen Reichs uhralten Grafen-Saal, Francofurti ad Mœnum 1702. 4.* Liber est elegans & multa cum industria conscriptus. In

Scriptores qui de statu Comitum egerunt.

In Præfatione quidem de originibus, fatis & differentia Comitum antiquorum, quæ fuit a Carolingorum temporibus, agit. Deinde illos Imperii Comites persequitur, quorum stirpes atque illustres familiæ desierunt. Hos autem, eorundemque familias ad litterarum ordinem seriemque enumerat, deque originibus, opibus, iuribus, dignitatibus, rebus gestis aliisque, agit. Licet negandum non sit, auctorem non vbique veros fontes & scriptores fuisse secutum, vt hinc inde næui quidam adpareant. Emendare illum & continuare adgressus Dn. SAMVEL LENZIVS, a quo profecta est: *Diplomatische Fortsetzung und zum Theil Ausbesserung von Friedrich Lucæ Grafen-Saal, Halæ M. 1751. 4.* Plures partes nondum successerunt. Variæ tamen Disquisitiones Viri eruditæ diligentiæ laude dignissimi in *Diurnis Hanoueranis* & *alibi* extant. Varias quoque antiquitates & Iura Comitum, licet confuse paulisper collegit IOANN. STEPHANVS BVRGERMEISTER *im Graven und Ritter-Saal, Francofurti ad Mœnum 1721. 4.* sistit De *Differentia Comitum Imperii immediatorum & mediatorum* nobile argumentum, Dissertatione singulari, Præside IEREMIA EBERHARDO LINCKIO, tractauit *Ioan. Gotthard Tonsor, Argentorati 1710. 4.* De *Burggrauiis* Imperii erudita est dissertatio HENRICI GVNTHERI THVLEMARII, *Francofurti 1691. 4.* De *Comitum Sueuiæ Palatinorum Tubingensium familia, fatis, terris, officio, dignitate, prærogatiuis*, laudabile Schediasma elaboratum studio Dn. IOAN. FRIDERICI HELFFERICHII, *Tubingæ 1751. 4.* De *Marchionibus Suinfurthensibus Comitibus Franciæ Orientalis Palatinis* extat eruditum Programma Dn. CAROLI FRIDERICI SCHOEPFII, *Sueuofurti 1741. 4.* De *antiquissimo Quatuor Comitum Imperii titulo, solius serenissimæ Gentis Schwarzburgicæ adhuc proprio* exposuit Generosissimus Dn. FRIDERICVS de BEVLWIZ *Rudelstadii 1751. 4.* Add. IOA. CHRISTIANI HARENBERGII *Enodatio Quæstionis: Cur Comites Principes*

cipes Schwarzburgici appellati sint: Vier Grafen des Reichs quæ extat *Miscellaneor. Lipsiens. nouor. Parte IV. n. 4.* Elegans & eruditum quoque est scriptum IOANNIS SCHILTERI *de S. R. G. Imperii Comitum prærogatiua ac Iure inter ipsos & ordinem equestrem Imperii immediatum controuerso, Argentorati 1702. 4.* quo Comitum Imperii prærogatiuam præ Ordine Equestri clare deducit. *De Superioritate Territoriali Comitum Imperii* agit IOAN. HENRICVS BOECLERVS in dissertatione, *Anno 1710. 4. Argentorati* proposita. Insignis documentorum, excerptorum, consiliorum & Dissertationum adparatus ad argumentum de *Comitibus Imperii* vtilissimus conductus consilio & ope meritissimi viri GEORGII TOBIAE PISTORII, ab IOANNE CHRISTIANO LVNIGIO, editus, sub titulo: *Thesaurus Iuris derer Grafen und Herren des Heil. Röm. Reichs, Franckfurt und Leipzig 1725. f.* quibus origines, incrementa, prærogatiuæ & iura Comitum insigniter illustrantur; inter alia IOAN. ERNESTI GERHARDI; DIETERICI WILHELMI MATTHIAE; IMMANVELIS WEBERI; CHRISTOPHORI REDEKERI; FRIDERICI CALENI & aliorum Dissertationes de *Comitibus*, singillatim editæ, insertæ leguntur. Iungi possunt ill. WILHELMI FRIDERICI PISTORII *historisch- und iuristische Anmerckungen über allerhand, den Vrsprung, Historie, Vorrechte derer des Heil. Röm. Reichs-Graven betreffenden Materien*, IV. Partibus, *Francofurti 1726. 27. 8.* ex optimis monimentis repetitæ. Multo solidæ eruditionis & variæ lectionis adparatu scriptus est ill. IOANN. ADAMI KOPPII *Tractatus de insigni differentia inter S. R. I. Comites & Nobiles immediatos, Argentorati* primum editus *1725. 4.* auctusque multum ex Secunda Editione *ibid. 1728. 4.* cui cum insignibus documentis accessit eruditissimi auctoris *Discurs von denen Reichs-Græflichen Votis curiatis und deren Vrsprung aus bewehrten Scriptoribus und beglaubten Archivalischen Vrkunden entworffen.* Egregiæ obseruationes le-

guntur in *Conspectu illustriorum inter S. R. I. Comites & Ordinem Equestrem immediatum gliscentium controuersiarum* exhibito in Diss. Præside FRIDERICO WILHELMO BIERLINGIO a Dn. GVILIELMO FRIDERICO PISTORIO, *Rintelii 1725. 4. Gründlicher Beweiß, daß das Hoch-Græfliche Hauß der Reussen von Plauen schon von vielen Seculis her, unter die vornehmsten und ansehnlichsten Häuser ihres Standes gerechnet worden*, auctore doctissimo Dn. BVCHNERO, *Graiz 1729. 4.* Illustris LVCII scriptioni *Germanicæ*, quæ inscripta est: *Bericht vom Adel in Teutschland* addita est: *Deduction von des hohen Reichs Grafen und Herren Standes Würde und Berechtsamen, Francof. 1721. 4.* De *Iure Baronum* amplam Diss. dedit SIGISMVNDVS L. B. de BIBRAN siue SAMVEL STRYKIVS, *Halæ 1696. 4.* Addimus *Ein Sendschreiben in welchem die besondere Frage: Ob dem heutigen Reichs-Herkommen nach Frey-Herr mehr sey als Herr?* cum Responso Facultatis Halensis, *Ienæ 1715. f.* & ADAMI FRIDERICI GLAFEY Dissertationem epistolicam: de *Titulo Domini atque Baronis, Tubingæ 1716. 4.* De *antiquis Orientalis Frisiæ Dynastis eorumque Iuribus*, inaugurali Dissertatione præclare commentatus, GODOFREDVS HENRICVS MVLLERVS, Frisius, *Lugduni Batauor. 1730. 4.*

Scriptores de Nobilitate in primis Germanica in genere.

§. LXXVII. Ad Generalia *Nobilitatis Germanicæ* facit potissimum REINHARDVS Comes Solmensis *von des Adels Anfang, Herkommen, Unterhaltung und gebührlicher Verhalt*, quod scriptum *1681. 4.* recusum. REINERVS REINECCIVS *von des Adels anfänglichen Herkommen, Leipzig 1576. 4.* CYRIACI SPANGENBERGS *Adels Spiegel*, cuius pars prima prodiit *1591. f.* pars altera *1594. f.* satis prolixum est. Generalia autem Nobilitatis, harum Iura, dignitatem, diuersas classes & priuilegia persequitur, rarus est & pro ætatis conditione non contemnendus. Inter recentiores laudem habet MICHAELIS PRAVNI *Adeliches Europa*,

pa, und noch viel edleres Teutschland, samt dessen sieben Heer-Schilden, Reichs-Landsassen und Stadt-Adel, Speyer 1685. 8. in quo Scripto originem, statum, differentias & Iura Nobilitatis Germanicæ ex historiis declarat. Varia lectione instructum scriptum GREGORII ROLBAGII, cuius index: *Pro generosa Nobilitate in Imperio Germano-Romano omnibusque aliis Regnis & Rebus publicis tuenda Certamen Masculo-Fœmineum,* prodiit *Spiræ 1602.* quo de Successione potissimum agitur. Præ ceteris commendari merentur ANTONII MATTHAEI Tractatus *de Nobilitate, Amstelodami 1686. 4.* qui omnes Nobilitatis & maioris & minoris classes ex antiquitatibus optime persequitur, atque eruditissimi Viri IOANNIS GEORGII CRAMERI pleni egregiæ frugis Commentarii de *Iuribus & Prærogatiuis Nobilitatis auitæ eiusque Probatione ex institutis Germanorum & priscis & hodiernis, Tomus I. Lipsiæ 1739. 4.* formis impressus, cuius Tomum alterum, primi præstanstia capti, omnes qui tales delicias amant, auide expectant. Germanico idiomate idem argumentum docte tractauit RVDOLPHVS FRIDERICVS TELGMANN *von der Ahnenzahl, deren Ursprung, wie auch vormahligen und heutigen Nuzen, fürnehmlich im H. R. Reich Teutscher Nation, Franckfurt am M. 1733. 4.* Solidiora de hoc argumento legas cum in duabus ill. IOA. GEORGII ESTORIS Diss. vna: de *Probatione Nobilitatis auitæ & veteri & hodierna, ab illis potissimum,* qui dignitatem Ecclesiasticam appetunt expedienda, *Marburgi 1744.* altera *de ratione vsitata & explorata in demonstrando Nobilitatem proauitam Insigniaque Gentilitia, Marburgi 1745. 4.* tum in pleniori egregioque Tractatu inscripto: *Practische Anleitung zur Anen-Probe, so bei den Teutschen Ertz- und Hoch-Stifften, RitterOrden und GanErbschaften gewæhnlich, Marburg 1750. 4.* Extat porro sub Præsidio IOANNIS THEODORI SCHEFFERI ab EBERHARDO FR. GEORGI habita Dissertatio de *Iure Natalium Nobilium Germaniæ, Tubingæ 1733. 4.* Egregium, & ex optimis

monimentis deductum quod auctore ill. LVCIO prodiit, est scriptum, sub indice: *Bericht vom Adel in Teutschland,* iam laudatum, formis impressum *Francofurti 1721. 4.* Vtriusque Nobilitatis superioris & inferioris statui & iuribus egregiam lucem adfundunt illustris CHRISTIANI LVDOVICI SCHEID *historische und Diplomatische Nachrichten von dem hohen und niedern Adel in Teutschland, mit vielen ungedruckten Vrkunden, Hannover 1754. 4.* & Mantissa *Documentorum, ibid. 1755. 4.* Singulares circa hoc argumentum assertiones produxit V. C. CAROLVS FRIDERICVS PAVLI in *Einleitung in die Kenntniß des Teutschen hohen und niedern Adels, Halle 1753. 8.* Delectum Florum ex *Iuribus Nobilitatis Germanicæ* eleganter decerpsit Dn. HENR. CHRISTIANVS SENCKENBERG, *Giessæ 1743. 4.* inter *Semestria sua.* Ad *Nobilitatem Superiorem* relati quondam & hodie referuntur *Dynastæ,* die *Herren,* quorum statum & iura legas curatissime descripta in *gründlicher Vntersuchung der Frage: Ob mit denen am Rhein und in der Wetterau gesessenen zur hæhern Teutschen Nobilitæt iederzeit gerechneten uralten Graffen und Herren, hohen Freyen oder Dynastis, ins besondere aber mit denen dazu gehærigen Grafen und Herren zu Hanau die zwar gleichfals alte aber doch zum niedern Adel gehærige und heutiges Tages also genannte ComMembra derienigen löblichen Ritterhauhtmannschaft, welche sich wohl von dem Mittel Rhein und der Wetterau benahmet, iedoch den allerwenigsten, oder einen gar geringen Theil in diesen Bezircken besizet, bevorab die ohnlængst ausgestorbene von Carben in Vergleichung zu stellen seyen? 1734. f.* Ex eo tempore quo Principes Imperii connubia cum inferioris Nobilitatis vel plebeiæ conditionis feminis contraxerunt, disceptatum fuit, an tali ex matrimonio natis superior Nobilitas & Successio in Feuda Regalia Maiora competat. Quorsum spectant binæ Dissertationes Halenses vna IOANN. PETRI LVDEWIGII qua *Differentias Iuris Romani & Germanici in dignitate Vxoris, vom Kunckel-Adel, Halæ 1718.*

1718. 4. multa cura & eruditione exposuit, quæ in Opusculis Viri illustris Miscellis Tom. I. pag. 1447. comparet; & NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII siue Respondentis *Ioan. Iacobi Beuttel* de argumento Iuris: *An nobilitet venter? Halæ 1718. 4.* Facit huc etiam VDALRICI EYBENII Dissertatio *de Titulo Nobilis*, quæ in Operibus iunctim editis reperitur. De *Particula: Von; nostris temporibus Nobilitatis Charactere* exhibuit Comment. Dn. CAROLVS FERDINANDVS HOMMELIVS, *Lipsiæ 1752. 4.* De *Probatione Nobilitatis per Instrumenta* habemus Diss. B. ERNESTI FRIDERICI KNORRE, *Halæ 1751. 4.*

§. LXXVIII. Scriptores *de Statu Iuribusque Equestris Ordinis* multa cura recenset & quandoque de iis iudicat amplissimus Vir IOAN. STEPHANVS BVRGERMEISTERVS de rebus & iuribus Nobilitatis Immediatæ præclare meritus, in Præfatione *Statui Equestri Cæsaris & Imperii Romano-Germanici* præmissa. Ad *Equestrem Germaniæ Ordinem* facit CHRISTOPHORVS BESOLDVS *de Ordine Equestri libero & immediate subiecto*, in Opere politico. ERICVS MAVRITIVS *de Nobilitate præprimis Germanica, Kiloni 1660. 4.* quæ in ipsius opusculis iunctim editis *p. 285.* comparet. Nouiter prodiit DAVIDIS GEORGII STRVBE elegans Dissertatio de *Origine Nobilitatis Germanicæ & præcipuis quibusdam eius Iuribus, Lugduni Batauorum 1718. 4.* in Germania inde recusa, addatur EI. Obseruatio de *origine & progressu Ordinis Equestris in Germania, iuriumque eius circa munera tam ecclesiastica, quam ciuilia & militaria*, quæ extat N. I. *Obseruationum Iuris & Historiæ Germaniæ* Decade edita *Hildesiæ 1735. 4.* & Tractatui de *Iure Villicorum* Edit. Secundæ, adiecta. Cui adiungenda IOANN. WILHELMI GOEBELII breuis quidem, sed elegans *de Statu Nobilitatis Germanicæ* Dissertatio *Helmstadii 1719. 4.* PHILIPPVS KNIPSCHILDIVS de *Iuribus Ordinis Equestris, Francofurti 1619. 4.* IOANN.

Scriptores de Nobilitate Immediata.

ANN. FRIDERICVS a LENDERSHEIM discursum scripsit de *Iure & Priuilegiis Nobilitatis immediatæ in 8.* & *4.* impressum, in quo de nomine & origine, nec non diuersitate nobilium, priuilegiis, tam generalibus quam specialibus agit. Fundat se equidem maximam partem in Legibus Germanicis, subinde tamen ICtorum Consilia & Leges Romanæ parum congrue adhibentur. ANTONIVS WILHELMVS ERTEL *Obseruationes illustres Iuridico-Equestres* germanico sermone edidit *Noribergæ 1699. 4.* & *Augustæ Vindel. 1722. 4.* in quibus diuersas Quæstiones circa iura & feuda Nobilium Immediatorum obuenientes examinat, cui addidit extractum Statutorum & Priuilegiorum ordinis equestris Sueuici. Egregium scriptum est CASPARIS a LERCH, *de & in Dürnstein, de Ordine Equestri, Germanico, Cæsareo, bellico, politico, Moguntiæ 1626. f.* qui immediatæ Nobilitatis antiquitatem & statum multa industria describit, atque rarus est. Dolendum, quod altera pars libri, comprehendens libertatem & iura nobilitatis immediatæ cum ipsius Bibliotheca per incendium perierit. Eundem auctorem faciunt *der politischen Frage, ob des Heil. Reichs Ritterschafft ein Stand des Reichs sey?* quæ etiam *Moguntiæ* formis est impressa. PHILIPPVS quoque KNIPSCHILDIVS amplissimo opere de *Nobilitate* cum vniuersim, tum de immediata Germanica huiusque Iuribus egit *Campoduni 1693. f.* REINHARDI a GEMMINGEN discursus: *woher dem Reichs-Adel der freyen Ritter-Crayssen ihre Reichs-Freyheit und Immedietæt herkomme*, extat in Besoldi Thesauro practico voce: *Reichs-Stand.* IOA. HENRICI FELTZII *Dissertationes Sex de dignitate Nobilitatis immediatæ S. R. Imperii*, quæ iunctim editæ sunt *Lipsiæ 1747. 4.* Præclare de rebus Iuribusque Nobilitatis Immediatæ meritus est IOAN. STEPHANVS BVRGERMEISTER diuersis Libris. E quibus primo loco veniat: *Status Equestris Cæsaris & Imperii Romano-Germanici, das ist, des unmittelbahren freyen Kayserlichen Reichs-Adels der dreyen Ritter-Crayssen*

Scripta Burgermeisteriana de No-

Circulos & Politia Circulorum, Wirceburgi 1741. 4. De *turbatis S. R. I. Circulis* singulari Dissertatione egit IMMANVEL WEBERVS, *Giessæ* 1703. 4. De *redintegratione Circulorum S. R. I.* extat NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI Dissert. *Ienæ* 1699. 4. De *Conuentibus Circularibus Imperii Germanici von denen Creyß-Tægen*, commentatus est ARNOLDVS CHRISTOPHORVS ENGELBRECHT, *Helmstadii* 1696. 4. qui fundamentum, originem, naturam, ac diuisionem conuentuum circularium, membra itidem ordinem & præcedentiam &c. Circulorum pluribus explanat. Add. IOANNIS WILHELMI GOEBELII Diss. de *Conuentibus Circularibus, Helmstadii* 1723. 4. atque PETRI MVLLERI Schediasma de *Conuentibus Circulorum in S. R. Imperio, Duderstadii* 1669. 4. De *Systemate Ciuitatum Germanico, siue Diuisione Regni Germanici in Decem Circulos & Politia Circulorum* amplam Diss. scripsit PHILIPPVS ADAMVS VLRICH, *Wirceburgi* 1741. 4. In *specie Circulus Sueuicus* descriptus, in ERNESTI GOCKELII Tractatione de S. R. I. *Circulo Sueuiae Recessibusque Circularibus, Augustæ Vindelicorum* 1662. 4. qui tamen liber Circuli statibus parum placuit. Prodiit inde *Circuli Bauarici, Franconici & Sueuici succincta Descriptio, Noribergæ* 1703. 12. Quibus etiam Status & vrbes ad quemuis Circulum pertinentes describuntur. De *Directoribus Circuli Franconici* secularibus (*Mit-Ausschreibendem Fürsten-Amt*) ex Actis editus insignis liber, sub indice: *Send-Schreiben vom Mitausschreibenden-Amt im lœblichen Frænckischen Craiß, und was es mit demselben zwischen beeden Hoch-Fürstlichen Hæusern Brandenburg-Culm- und Onolzbach, vor eine eigentliche Bewandniß gehabt und noch habe, Franckfurt* 1739. 4. Cum quo coniungenda cel. IOA. GOTTLIEB GONNE Diatribe academica de *Directorio Circuli Mixti*, in qua recentiores controuersiæ tot publicis libellis agitatæ illustrantur, prodiit *Erlangæ*, 1754. 4. Ad *Directores* Scriptores

de Directoribus & Ducibus Circulorum horumque Officiis.

ctores & Duces Circulorum horumque *Officia* facit *Dissertation von der Craißausschreibenden Fürsten und Obristen Amt bey Vollziehung der Vrtheil* 1697. 4. latine & germanice edita, quae IACOBO BERNHARDO MVLZIO tribuitur, atque occasione controuersiae Güstrouiensis inter Imp. & Duces Circuli Saxoniae inferioris agitatae fuit composita, & iuribus Imperatoriis fauet. Huic opposuit CHRISTIANVS THOMASIVS *Theses Iuris publici de Officio Directorum & Ducum Circularium in executione sententiarum, Halae 1697. 4.* qua Iura executionis Directoribus & Ducibus competentia contra dictum auctorem confirmat. Subsecuta: *Dissertatio de Officio Directorum & Ducum Circularium in Executione Sententiarum 1698.* 4. qua haec iis asseruit. Huic oppositum mox scriptum: *De iure exequendi sententias Imperiales Directoribus Circulorum competente,1698.* 4. necnon auctore HENRICO COCCEIO *Gründliche Behauptung des Reichs und der Kreise Gerechtigkeit die Vollziehung der Urtheil betreffend, entgegen einer ausgegangenen Dissertation von der Kreiß ausschreibenden Fürsten und Obristen Amt bey Vollziehung der Urtheil 1708.* 4. cuius pars prior causae deductionem, posterior dictae dissertationis refutationem complectitur. Addi possunt, quae auctore MVLZIO scriptae: *Schreiben eines Freundes, an einen Freund der Mecklenburgisch Güstrauischen Sessions Sache* 4. & *zweites Schreiben eines Freundes an einen Freund* 4. vtraque sine loci & temporis mentione. Compara Dn. MOSERI *Reichs Hof-Raths-Proceß* P. II. Prodiit etiam IOANNIS IOACHIMI FVNCKII *Dissertatio inauguralis de Imperi Circulis eorumque Conuentionibus & Officio Directorio, Altorfi 1670.* 4. De *Circularibus Edictis contra Personas palantes, in specie Zingaros, Iauner, und Spizbuben*, Diss. extat IOA. FRID. MOEGLINGII, *Tubingae* 1746. 4.

§. XCVI.

§. XCVI. *De Iudiciis Reipublicæ Germanicæ* erudita est Diss. HERMANNI CONRINGII, in qua potissimum quæ fuerit olim Iudiciorum apud Germanos ratio, egregie declarat. *Fabulam Iudicii Palatini in Caesarem Iuris Publici doctoribus hactenus creditam*, dilucide explicauit ac destruxit perill. HENRICVS CHRISTIANVS SENCKENBERG. IDEM *Selecta Capita de Historia & Iurisdictione Augusti Cameralis Iudicii* Diss. proposuit *Giessæ* 1743. 4. inter *Semestria* relata, *Francofurti ad Mœnum* 1731. & longe auctius atque emendatius in *Disquisitionibus tribus, ibid.* 1745. 4. Extat quoque IO. ANDREAE GERHARDI Discursus *de supremis in Imperio Romano-Germ. Iudiciis Aulico & Camerali, Ienæ* 1664. germanice *Wezlariæ* 1720. 4. cum accessionibus LVDOLFI editus. *De Sacrae Cæsareae Mai statis & Imperii Iudicio Aulico* egit ERICVS MAVRITIVS, *Kiloni* 1666. 4. *Iudicii Imperialis Aulici Ideam* Commentatione iuridica dedit BVRCARDVS BARDILI, quæ ex Editione secunda prodiit *Tubingæ* 1742. 4. *De Imp. & Imperii Iudicio Camera Wezlariensi* disputauit IOANNES GEORGIVS RVMPEL, *Erfordiæ* 1722. 4. & alia IOANNES GEORGIVS FLENDER *de Iurisdictione Imp. Rom. Germanici & supremorum Imperii Tribunalium, Marpurgi* 1726. 4. Ex iustis fontibus deducta IOA. BALTHASARIS BLVM Commentatio de *Iudicio Curiæ Imperialis Germanico von dem Kæyserlichen Hof-Gericht in Teutschland* & comparatione cum hodierno Iudicio Aulico *Francofurti ad Mæn.* 1745. 4. Eruditum & cordatum est scriptum CAESARINI FVRSTENERII; siue KAYSERI ICti Giessensis *von des Kayserlichen Cammer-Gerichts Iurisdiction,* 1748. 4. Eandem laudem meretur, egregius Liber IOA. STEPHANI PÜTTERI, expressis tantum clarissimi nominis literis primis I. S. P. P. G. editus sub titulo: *Patriotische Abbildung des heutigen Zustands beyder hœchsten Reichs-Gerichte, worinn der Ver-*

Scriptores de Iudicio Aulico & Camerali.

Scriptores de Iudicio Aulico.

fall des Reichs Justitz-Wesens, samt dem daraus bevorstehenden Unheile des ganzen Reichs, und die Mittel wie demselben noch vorzubeugen, erœrtert werden, 1749. 4. Nec omittendus concinnus liber ill. IOA. IACOBI MOSERI, *Grund Sætze der Reichs-Hof-Raths Praxis, Franckfurt* 1743. 8. *De summis S. R. I. tribunalibus Problemataquædam hodienum maxime controuersa*, Præside IOANNE WILHELMO ENGELBRECHT Dissertationes proposuit PAVLVS HENNINGVS GERCKEN, *Helmstadii* 1717. 4. ERNESTI GOECKELII *de Iurisdictione inprimis ad stylum & praxin Cæsareo-Imperialis Iudicii Aulici methodica tractatio, cum triplici Appendice Matriculæ & Taxæ Aulicæ, Imperialis, & Matriculæ & Taxæ Aulicæ Vlmæ*, 1682. 4. Pro fundamento ponit conclusa Aulici Iudicii, quæ vocant Protocolli extractus; inseruit quoque Ferdinandi III. ordinationem imperialem aulicam, in seriem Alphabeti redactam, labore omnino leui. Vtiles quædam obseruationes leguntur in IOA. CHRISTOPHORI ab VFFENBACH de *Consilio Cæsareo Imperiali Aulico, vom Kayserl. Reichs-Hof-Rath, eiusque Prærogatiuis, ordinationibus & praxi, Viennæ* 1683. & 1700. *f.* in quo praxin & modum procedendi proponit, cui adiungenda IOANNIS DECKHERRI *Concordia supremorum Tribunalium* f. *Relectionis Tractatus singularis & Methodici de Celsissimo Consilio Cæsareo Imperiali Aulico Dn. Ioan. Christophori de Vffenbach, Wezlariæ* 1691. 1722. 4. Consultationum Forensium Libris Duobus adiecta. Ad historiam constitutionemque excelsi huius Iudicii egregie huiusque ordinationem faciunt ill. FRIDERICI CAROLI MOSERI *Pragmatische Geschichte und Erlæuterungen der Kayserl. Reichs Hof-Raths-Ordnung, Erster Band, Franckfurt* 1751. 8. *Zweyter ibid.* 1752. 8.

Add.

Add. EIVSDEM prouida cura facta: *Sammlung von Reichs-Hof-Raths Gutachten Erster und zweyter Theil Franckfurt 1752. 8. Dritter Theil, ibid. 1754. 8.* Processum in summis Imperii Iudiciis nostro tempore plures egregie instruxerunt. IOANNES enim IACOBVS MOSERVS iam supra cum *Vssenbachio & Deckherro p. 411.* laudati. Multum de hac parte practicæ Iurisprudentiæ meritus Vir celeberrimus IOA. STEPHANVS PÜTTERVS, cuius *Conspectus Rei Iudiciariæ Imperii, sigillatim Iurium & Praxeos amborum supremorum Imperii Tribunalium,* non solum Auditoribus suis sed aliis est vtilis & commoda, *Gottingæ 1748. 4. & Continuatio, ibid. 1748. 4.* coniungitur non sine fructu EIVSD. *Versuch einiger næherer Erlæuterungen des Processes beyder hæchsten Reichs-Gerichte in einer practischen Sammlung ganz neuer Cammer-Gerichts- und Reichs-Hof-Raths Sachen, Gœttingen 1751. 4.* Multa eruditæ curæ laude ex optimis fontibus & subsidiis scriptæ & ad recitationes faciendas peraptæ sunt Viri Cel. FRIDERICI GVILIELMI TAFINGERI, *Institutiones Iurisprudentiæ Cameralis, Tubingæ 1754. 8.* LVDOVICVS AVGVSTVS WÜRFFEL dedit *Anleitung zu des Kayserl. und Heil. R. Reichs Cammer-Gerichts-Extraiudicial-Proceß, Franckfurt 1751. 4.* De *Fatalibus Appellationis ad Cameram Imperialem,* disputauit IO. PHIL. IOSEPH. de PRATO, *Giessæ 1746. 4.* CAROLI FRIDERICI GERSTLACHERI *Commentatio de Positione ad* Acta, *quæ per conclusum Iudicii Imperialis Aulici decernitur, Vlmæ 1754. 4.* Sub nominis literis initialibus germanice edidit I. F. W. de N. NEVMANN, *Principia Processus Iudicii Imperialis Aulici hodierni cum differentiis Processus Cameralis, nebst einem vollstændigen Formular-Buch des heutigen Reichs-Processes bey beyden hæchsten Reichs-Gerichten, Francof. & Lipsiæ 1747. 4. De causis excelsissimum Iudicium Imperiale Aulicum fundantibus sine concurrentia*

 cum

cum Iudicio Camerali peculiari Dissertatione egit IOAN. DAVID. GVTHER *Altorfi 1711.* 4. *Caussas Iudicium Camerale fundantes* Diss. recensuit NICOLAVS CHRISTOPHORVS LYNCKERVS, *Ienæ 1693.* 4. De *Camera* vero *Imperiali cum Iudicio Aulico non concurrente* disputauit IOAN. a SCHVLZ a SZVLECKI, *Francofurti ad Viadrum 1706.* 4. *De Concursu & Electione vtiliori Remediorum contra sententias in supremis Imperii Tribunalibus latas* habemus vtilem Dissertationem GABRIELIS SCHWEDERI *Tubingæ 1717.* 4. Singularem quæstionem tractauit B. CHRISTIANVS THOMASIVS libello, cui titulum dedit: *Kurze und deutliche Deduction: Daß der Reichs-Hof-Rath mit nichten befugt sey der Chur- und Fürsten, auch anderer Stænde des Reichs, Ræthe, Diener und andere Unterthanen, unter was für Schein und Vorwand es auch seyn mœge, sowohl in peinlichen als bürgerlichen Sachen in erster Instanz für sich zu citiren* 4. sine loci & anni mentione. *Singulares Obseruationes circa Processum præcipue Cameræ Imperialis & Iudicii Aulici* studiose collegit IOAN. GERHARDVS KOPMANN ac Præside IOAN. PAVLO KRESSIO Dissertatione auspicali proposuit *Helmstadii 1718.* 4. *De licito per querelam Nullitatis ad summa Imperii Dicasteria recursu in caussis alias vel per Priuilegium, vel per Legem ab illorum Iurisdictione exemptis* Diss. legenda IMMANVELIS WEBERI, *Giessæ 1725.* 4. & IOANNIS DANIELIS HAMM, Diss. *de recusatione Iudicis suspecti in genere, & in specie de illicita Recusatione supremorum Sacri Romani Imperii Tribunalium, Marburgi 1727.* 4. *De litigantium studio Iudicis omniumque animos præoccupandi cumprimis per Deductiones* curiose egregieque disseruit Dn. ERN. LVD. PREVSCHEM *Marburgi 1752.* 4. De *remedio Syndicatus aduersus sententias Cameræ* frugis plena Exercitatio extat ill. GEORGII LVDOVICI BOEHMERI, *Gottingæ*

1744

1744. 4. *De vsu & abusu Cautelisque circa frequentes & contra sæpissime friuolas Iudicum Recusationes iuxta Ordinationem Cameralem* Tractatum composuit IOANNES GEORGIVS DRESLER Cameræ quondam Imperialis Assessor *Wezlariæ 1749.* 4. *De Exceptionibus Fori declinatoriis in Processu Mandati S. C. speciatim, an reiectis iis, adhuc locum habeant Exceptiones sub & obreptionis* vtilis Diss. V. C. IOA. STEPHANI PÜTTERI, *Gottingæ 1750.* 4. CHRISTIANVS vero AVGVSTVS REICHEL disseruit *de rite constituendis Quatuor Casibus circa Mandata S. C. vulgo auf die Vier-Fælle Erfordiæ 1746. De Reuisione Actorum propter denegatam restitutionem in integrum* egregia est Diss. IOA. GORGII SEELIG, *Marburgi 1747.* 4. Sic & de *Reuisione Actorum* generaliter egit IOA. HVB. WVEST, *Gissæ 1743.* 4. *De Vsu limitato Mandatorum sine Clausula Consilii Cæsareo-Imperialis Aulici & Cameræ,* commentatus Diss. IOANNES ZACHARIAS HARTMANNVS, *Helmstadii* 1724. 4. De *continentia Caussæ quatenus fundet Iurisdictionem Cameræ prætermissis Austrægis* extat Disquisitio IO. FERD. GVILBRANDT *Wezlariæ 1754.* 4. Varia de Iurisdictione Cameræ legas in scriptis illis, quae de Appellatione ab officiali Leodiensi in caussis secularibus ad Superiores Ecclesiasticos sunt edita. Scripserat enim IOSEPHVS SACRIPANTES *Defensionem Iurisdictionis circa Appellationes ab officiali Leodiensi in caussis profanis inter Laicos ad Superiores Ecclesiasticos Romæ 1688.* cui opposita: *Dissertatio de Iurisdictione officialium in causis ciuilibus speciatim de Recursu ad Officialem Metropolitanum Coloniensem ab officiali Leodiensi & Monasteriensi, Wezlariæ.* 1724. 4. Pertinet huc ex parte elegans libellus illustris IO. GEORGII ESTORIS de *Adpellationibus ad Curiam Romanam*, ad illustrationem Recessus Imperii Nou. §. 164. & Capit. Francisci I. Art. 14. §. 4. ex Editione Secunda, *Ienæ 1751.* 4. *De Voto Iudicii Aulici* quod in

in caussis quibusdam arduis *ad Imperatorem* facit indeque *sumto recursu in caussis Iustitiæ ad Comitia* vtiliter quædam proposuit PAVLVS HENNINGVS GERCKEN *Otio Vienna-Ratisbonensi, Hildesiæ 1717.* 4. Illustris IAC. IOH. MOSERVS dedit egregium libellum *von Kayserlichen Macht-Sprüchen in Rechts- Staats- und vermischten Sachen, Franckfurt am Mayn 1750. 8.* Inter Scriptores Camerales, quos supra iam inter practicos adduximus, præcipui sunt BLVMIVS, RODINGIVS, DECKHERRVS, de LVDOLF. Nobile est Scriptum, quod prodiit sub titulo: *Des kurzen und gegründeten Berichts über die Frage: Ob die Ræm. Kayserl. Maiestæt in Sachen Fürstenthum &c. belangend, allein und zwar durch Dero Reichs-Hof-Rath oder mit Zuziehung der Chur- und Fürsten zu erkennen und zu sprechen,* 4. cuius auctorem Goldastus & Londorpius produnt MARQVARDVM FREHERVM. MICHAEL LOEFFENIVS edidit *gründlichen Unterricht, ob der Kayserliche Hof-Rath mit und neben dem Kayserlichen Cammer-Gericht zu Speyer concurrentem Iurisdictionem in allen und ieden Sachen habe, Ambergæ 1613.* 4. Alias *de Concursu Iurisdictionis in Imperio Romano-Germanico* scripsit CASPAR LEIPOLD, *Hanouiæ 1614.* 4. De *Præuentione atque inde nata præscriptione Fori tum generatim, tum in specie quod ad Augustissima Imperii Tribunalia attinet* exponit libellus V. C. IO. STEPHANI PÜTTERI, qui cum Præfatione ESTORIANA, *Marpurgi* 4. prodiit. *De Iudicii Cameralis origine, constitutione, progressu, sustentatione & Iurisdictione in genere* breuis est Dissertatio inauguralis HIOB FRIDERICI MÜLLERI, *Giessæ 1733.* 4. *Historiam & statum Oeconomicum Cameræ* egregie exposuit illustris Vir GEORG. MELCHIOR de LVDOLF, Cameræ Imperialis Assessor magnis meritis inclitus *Historia Sustentationis Iudicii Supremi Cameræ Imperialis*, vernaculo sermone scripta, *Francof. ad*

ad Mœnum 1721. 4. cui varia Acta Publica rem Cameralem concernentia, Matriculæ quoque præstandorum Cameralium adiectæ. Ad *Histoaiam* conditi *Iudicii Cameralis* facit elegans & curiosa Dn. GODOFREDI DANIELIS HOFFMANNI Diss. de *Nummo Maximiliani I. Camerali, Tubingæ 1755.* 4. Præclarus quoque est & multa cura scriptus Liber, qui hoc elogio prodiit: *Quinquertium Camerale, oder in fünf Fragen vorgestellte der Ræmischen Kayserlichen Maiestæt und des Heil.. Ræm. Reichs Stænden bey Dero Cammer - Gericht unzertrennliche Verknüpfung auch in derselben ermelten Cammer - Gerichts Macht und Autoritæt: dann des hohen Ertz-Stiffts Mayntz bey vorerwehnten Cammer - Gericht vermœg des Ertz - Cancellariats habende besondere Gerechtigkeit, aufgesetzt im Iahr 1704. revidirt und gedruckt 1705.* 4. Quo variæ Quæstiones ad rem Cameralem facientes solide deciduntur, atque demonstratur, in Iudicio hoc Camerali nihil neque circa ipsum iudicium nec circa Præsidem, vel Adsessores, sine communi Imp. atque Statuum consensu posse constitui, insimul quæ Electoris Moguntini circa res huius Iudicii sit auctoritas indicatur. Nuper perillustris Cameræ Adsessor L. B. de CRAMER *Wezlarische Nebenstunden* in lucem dare cœpit *Vlm 1755.* 8. *Erster Theil*, quibus selecta & non leuis momenti argumenta illustrantur. *De Ordine Iuris Cameralis compendio dogmatice & historice conscribendo maxime congruo* quædam Dissertatione commentatus IOANNES CHRISTOPHORVS de BRAND, *Marburgi 1741.* 4 Vtilitatem doctrinæ Iuris Cameralis in Academiis discendæ ostendit Programmate a. 1735. 4. Ienæ edito illustris IOANNES GEORGIVS ESTOR & aliud cordatum Dn. IOA. STEPHANI PVTTERI de *necessaria in Academiis tractanda Rei Iudiciariæ imperii scientia, Gottingæ 1748.* 4. *De Senatus consultis supremorum Iudiciorum Imp. R. Germ.* Dissertatione primum exposuit Dn. IOANNES

WOLFF-

WOLFFGANGVS KIPPINGIVS *Helmstadii* 1740. 4. quod argumentum latius extensum singulari tractatu ab eodem hoc titulo complexus fuit. De *Literis promotorialibus Cæsarum* elegans est D.ss. Dn. ERNESTI MARTINI CHLADENII, *Vitembergæ* 1751. 4. De *Mandatis cum & sine Clausula* disputauit EVCHARIVS GOTTLIB RINK *Altorfi* 1697. 4. Occasione coortarum in Circulis *Saxoniæ Inferioris & Sueuico*, *de Iure præsentandi* Adsessores Cameræ prodiere varii vtiles & egregii libelli, hoc argumentum mirifice illustrantes. Nimirum Dn. de VLMENSTEIN D.ss. singulari, nec non B. IOAN. PAVLVS KRESSIVS *de Iure præsentandi Assessorem Cameralem in genere & in Circulo Saxoniæ inferioris in specie*, *Helmstadii* 1734. 4. ex Actis Circularibus illustrata, quæ contra Præsentationem ab Episcopo Hildesheimensi factam, directa. Sed pro eadem editæ scripta ill. IOAN. IACOBI MOSERI scriptiones, sub titulo: *Deduction des Hochstifts Hildesheimischen Iuris præsentandi Assessorem Cameræ imperialis & quidem Augustanæ Confessioni addictum*, *Wezlariæ* 1731. 4. & *in Reichs-Fama P. IX. p.* 530. nec non in FABRI *Staats-Canzley Tom. LX. p.* 491. & ex editione auctiore sub titulo: *Wiederholte Deduction*, *Hildesheim* 1732. *f.* & eodem anno *Tubingæ* licet locus sit omissus, atque sub indice: *Beytrag zu einem Tractat von den Præsentationen zu denen Assessorat-Stellen bey dem Kayserlichen und Reichs-Cammer-Gericht*, extat in ipsius *vermischten Schriften über mancherley das Teutsche Staats-Recht betreffenden Materien*, *P. I. N. I. p.* 42. *seq.* Actus *Declarationis in Bannum*, ab Augustissimo Cameræ Imperialis Iudicio d. 7. Iulii 1698. solenniter celebratus, in caussa Catharinæ Mottet & Conf. Reos Mandati respectiue Cassatorii, Reuocatorii & inhibitorii, vti & de exequendo sine Clausula, typis excusus *Wezlariæ* 4. De *Sententiarum summorum S. R. I. Iudiciorum contra Principes Apanagiatos Executione* notabilis Diss. B. IOA. FRIDERICI WAHL, *Gottingæ* 1749.

gæ 1749. 4. Fuit quondam de mero Imperio inter Iudicium Camerale & Ciuitates, quæ huic sedem præbuere, præsertim *Spirensem*, controuersia. Pro Iudicio Cameræ Disputationem scripsit PETRVS DENAISIVS Assessor, *de Iure meri Imperii in eos, qui Spiræ constituti Iudicii Cameralis corpore vel albo continentur*, quæ adiecta ipsius *Iuri Cameriali*, *Argentorati 1600.* 4. edito. Ex parte ciuitatis edita: *Apologia meri Imperii inclyto Senatui Ciuitatis Spirensis in Camerales competentis*, *Spiræ Nemetum 1601.* 4. *De Sententiis paritoriis in Camera vsitatis* Diss. extat IOACHIMI CHRISTIANI CLAVDERI, *Giessæ 1731.* 4. *De Vtilitate & Necessitate Remedii Prouisionalis in Iudiciis Imp. Aulico & Camerali*, vtilis est Diss. IOANNIS FRIDERICI HARPRECHT ab HARPPRECHTSTEIN, *Altorfi 1731.* 4. *De Iurisdictione immediata summorum in Imperio Tribunalium non fundata ad decernenda Mandata sine clausula de relaxandis Bonis immediatorum iudicialiter arrestatis* Commentationem Polemicam conscripsit FRIDERICVS CAROLVS von FRICCIVS *Altonauiæ 1732.* 4. *De Iure & Officio Fisci Cæsarei Procuratoris & Aduocati* disputauit IOSEPHVS BONN, *Giessæ 1735.* 4. *De Pauperibus in Camera litigantibus* Diss. extat SAMVELIS SCHVLTZ, *Giessæ 1730.* 4. *De Iure Primi Fori, siue Beneficio primæ instantiæ Ordinibus Imperii perfecte pleneque impertiendo nec restricte post hac præfiniendo* Diss. extat Dn. IOANNIS GEORGII ESTOR, *Ienæ 1741.* 4. *De Iudicio Reuisorio* in Imperiali Camera Dissertatio IOANNIS NICOLAI HERTII extat *Opusculorum Volum. I. P. II. p. 49.* cui adiungenda HENRICI COCCEII *de Reuisoriis Iudiciis, cum in genere, tum in specie Statuum Imperii, Heidelbergæ 1687.* 4. CHRISTIANVS ALBERTVS HACKEN *de Cameræ Imperii Visitatione nouissima & iis, quæ eo pertinent*, Dissertationem dedit, *Bremæ 1715.* 4. *De Conseruatoribus in S. R. Imperio*, quæ in supremis Imperii Iudiciis quandoque infirmiori parti decernuntur præclare

clare actum Dissertatione, quam Præside IOA. WILHELMO ENGELBRECHT instituit *Samuel Ioannes Hartmann, Helmstadii 1720.* 4. Scriptis Dn. MOSERI Senioris, de *Iudicio Aulico* indicatis addenda: *Alte und Neue Reichs - Hoff - Raths - Conclusa, Franckfurt am Mayn 1743. & Zweyter Theil, ibid. 1744. 8.*

Conclusa Vicariatus in Iure Franconico.

§. XCVII. Vicariatus in Iure Franconico, terrisque Rhenanis post mortem Caroli VI. Augustæ Vindelicorum instituti Iudicii excelsi Decreta iunctim fuerunt formis expressa, sub titulo: *Conclusa, welche von einem gemeinsamen hœchst preyßlichen Reichs - Vicariats - Hof - Gericht zu Augspurg seit desselben Erœfnung abgefasset worden, Erster und Zweyter Theil Augustæ Vindelicorum* 1742. 8.

De illicito recursu ad Iudices extraneos.

§. XCVIII. De illicito recursu ad extraneos Iudices sæpe oritur controuersia. Huc pertinet IOANNIS ELIAE LEOPOLDI HERVARTI, sub Præsidio KEMMERICHIANO exposita Diss. *de Iudiciis Nunciaturæ, quam vocant Apostolicæ in Germania ad Capit. Carol. Art. XIV. Ienæ 1736.* 4. & pererudita Diss. ill. IOA. GEORGII ESTOR, inscripta: *Vindiciæ secundum Libertatem Ecclesiarum Germanicarum postulatæ a Pontifice Romano, contra Appellationes ad eius Legatos, supremumque Tribunal Romanum, quod Rotam vocant* ad Rec. I. Nou. §. 164. & Capit. Caroli. VI. Art. 14. *Ienæ* 1741. 4.

Scriptores de iudicio Rotouilensi & aliis subalternis.

§. XCIX. *De Iudicio Rotwilensi* habemus *Ordinationem, alte und erneuerte Ordnung und Reformation der Kayserl. Maiest. Kayserlichen Hof - Gerichts zu Rotweil, Franckfurt am Mein 1535. f.* & inde hoc titulo: *Maynz 1675. f.* & cum notis & obseruationibus PAVLI MATTHIAE WEHNERI, *Francofurti 1610.*

1610. *f.* De eodem *Iudicio Rotwilensi* erudite scripsit ERICVS MAVRITIVS *Kiloni* 1666. 4. Sic & IOANNES GEORGIVS VON ZIMMERN edidit *Manuale Cæsareo-Dicasteriale* siue: *Quodlibeta Iudiciaria theoretico-practica ex Iudicii Cæsareo Aulici Rotouilani antiqua & renouata Ordinatione Sententiis dicasterialibus, Constantiæ* 1679. 8. quo de Origine, Personis, Iurisdictione & Processu huius Iudicij egregie agit. GEORGIVS ANDREAS MAYERVS *de Cæsaris, Cameræ Rotwilensis, Iudicum Austregarum &c. iurisdictione, Erfurti* 1630. 4. *De Iudicio Prouinciali Sueuico* extat *des Kayserlichen Land-Gerichts in Ober- und Nieder-Schwaben Reformation f.* Plenum bonæ frugis & egregiarum Obseruationum ex Archiuis petitum scriptum est: *Gründlicher Bericht von der Kayserl. und Reichs-Land-Vogtey in Schwaben, wie auch dem Frey-Kayserl. Land-Gericht auf der Leut-Kircher Haid und in der Pirß &c.* quod auctore illustri IOA. REINHARDO WEGELINO Consule & Syndico Lindauiensi meritissimo (*Lindaugiæ*) 1755. *f.* lucem vidit & de Iudiciis vetustis Sueuiæ erudite disquirit. *De Iudicio Prouinciali Franconico* in specie *Herbipolitano* publicatum habemus *des hochlœblichen Stiffts Würzburg und Herzogthums Francken Kayserliche Land-Gerichts Ordnung, Herbipoli* 1619. *f.* *De Iudicio* vero *Prouinciali Noribergensi* extat singularis Tractatio Dni PACHELBL a GEHAG in scripto, cuius titulus: *Vor den Durchlauchtigsten Kœnigl. Printzen von Oranien, und vor dero Kœnigl. Hoheit allerhœchst-erfreulichste A. C. 1707. den 23. Nouembr. in Berlin geschehene Geburt dreyfaches schuldigstes Opfer, f.* vbi Num. III. comparet: *Des Kayserl. Land-Gerichts Burggrafthums Nürnberg, und demnach hierbey derienigen Kayserl. Statthalterey, welche die Durchlauchtigsten Herren Burggrafen zu Nürnberg noch würck- und erblich haben, kurtze Abbildung.* Ex vetustis documentis & Actis publicis solide deducta illustris Dn. CAROLI FERDINANDI

IVNG

IVNG *Anweiſung was die Comicia Burggrauiæ in Nürnberg ſey und involvire, dann was es mit der Hoheit des Kayſerl. Land-Gerichts Burggrafthums Nürnberg vor eine eigentliche Beſchaffenheit habe, Onolzbach* 1733. 8. coniungendæ multæ Deductiones cum primis *die Frayſch Acta f. De Sueuiæ Tribunali S.R.I Auſtriaco dem Kayſerl. Land-Gericht in Quadrurbe*, i. e. quatuor Vrbibus egregia Diſſ. legenda Dn. IOANNIS PETRI de LVDEWIG, *Halæ 1725. 4.* ANDREAS CHRISTOPHORVS SCHNEIDERVS vero *Proceſſum Iuris & Iudicii Prouincialis Sueuici* ſingulari cura deſcripſit *Francofurti ad Moenum 1680.* 4. recuſum *Vlmæ 1713.* 4. cui adiungi poteſt IACOBI OTTONIS *Ilias in Nuce Caſuum exceptorum ſeu cauſarum reſeruatarum vel inuocabilium, in primis Iudicii Prouincialis Sueuiæ, Noribergæ 1685.* 4. Præſtat IOSEPHI ANTONII BÜRCKHLE *des freyen Kayſerlichen Land-Gerichts in Ober- und Nieder-Schwaben auf Leykircher Hayd und in der Gepurſß Gerichtlicher Proceß, Erſter und Zweyter Theil, Franckfurt* 1742. 8. *De vera origine, natura, progreſſu & interitu Iudiciorum Weſtphalicorum* manum ducente CHRISTIANO THOMASIO diſputauit *Ioan. Laurentius Fleiſcher, Halæ* 1711. 4. De his Iudiciis erudite quoque agit HERMANNI ADOLPHI MEINDERS Diſſertatio luculenta *de Iudiciis Centenariis & Centumuiralibus, ſiue Criminalibus & Ciuilibus Veterum Germanorum in primis Francorum & Saxonum, Lemgouiæ* 1715. 4. quæ ex antiquitatibus moribusque vetuſtis optime eſt deducta. De *Iudiciis Pacis in Imperio Romanio-Germanico, von denen Teutſchen Friedens- und Bunds-Gerichten*, commendabilis Diſſertat. legenda B. IOAN. FRIDERICI KAYSERI, *Gieſſæ* 1747. & 49. 4.

§. C.

§. C. Egregius Dn. FRIDERICI ESAIAE PVFENDORFII est libellus *de Iure de non appellando* additus ipsius Tr. *de Priuilegiis, Hanouerae 1730. 8. Ius de non appellando & differentiam Iuris de non euocando* ostendit Diss. IOAN. VOLCKMAR BECHMANN, *Ienae 1662. 4. De Iure de non euocando Electorum, Principum & Statuum Imperii aliorumque immediatorum & mediatorum* legenda Diss. Dn. DIETERICI HERMANNI KEMMERICHII, *Vitembergae 1726. 4. De prima Mediatorum instantia* exposuit Diss. IOANN. GOTHARD von BOECKELLEN, *Helmstadii 1685. 4.* Priuilegia Regum & Impp. nostrorum Statibus Imperii de non appellando concessa iunctim edita *Francofurti ad Moenum 1602. 8.* & in Cortreii C. I. P. B. GEORGIVS MELCHIOR de LVDOLPH conquisiuit *Catalogum Priuilegiorum S. R. I. Electorum, Principum & Statuum*, d. i. *Kurzen Begriff aller des H. R. Reichs Churfürsten, Fürsten und Staende Privilegien de non appellando, und was denenselben anhaengig,* ex editione secunda, *Franckfurt am Mayn 1722. 4.* addi solet eius *Commentationi de Iure Camerali,* cui & breuior Catalogus Priuilegiorum fuit insertus. Scriptores de Iure de non appellando.

§. CI. *De Curiis Prouincialibus Saxonicis* exponere coepit Diss. B. CASPAR ACHATIVS BECKIVS, *Ienae 1720. 4. De Curiis Superioribus in Germania von denen Ober-Haefen in Teutschland,* praeclare disseruit CHRISTOPHORVS FRIDERICVS HARPRECHTVS, *Tübingae 1732. 4.* Scriptores de Curiis Prouincialibus.

§. CII. De *Austregis Imperii* plures extant Commentationes Academicae, ex quibus nobis primum indicandus tractatus quem GEORGIVS SCHVBHARDVS dedit *Coburgi 1631. 8.* & nuper in 4. recusus. DAVIDIS PESTEL Diss. de *Iudicio Austregarum* edita *Rintelii 1653. 4.* IOANNIS STEPHANI SCHLANHOVII Diss. de *Austregis* prodiit *Giessae 1684. 4.* Dn. WOLFFGANGI Scriptores de Austregis.

GANGI ADAMI SCHOEPFFII Dissert. de *Arbitris necessariis cumprimis Austregis conuentionalibus ac testamentariis, germanice gewillkübrten Stamm- und Erb-Austrags-Richtern, Tubingæ 1724. 4.* De *Foro Austregarum* erudita est dissertatio SAMVELIS STRYKII, *Francofurti ad Viadrum 1664. 4.* De *Austregis vulgo Austrägen* habemus etiam Dissertationem sub Præsidio HENRICI COCCEII publicæ luci expositam *Heidelbergæ 1673. 4.* respondente *Bartholomæo Herold,* quæ denuo recusa est *1704. 4.* Eiusdem est Dissertatio de *Notione & Executione Austregarum, Francofurti ad Viadrum 1699. 4.* qua sententiarum executionem Austregarum iudicibus plane abiudicat. *Flores sparsi ad Ius Austrægarum tam legalium, quam conuentionalium,* ill. HENRICI CHRISTIANI SENCKENBERGII digni qui legantur, *Giessæ 1740. 4.* De *Austregis Conuentionalibus Domus Saxonicæ* Præside IOAN. CHRISTIANO SCHROETERO ICto Celeberrimo, Dissertationem proposuit eademque plures Scriptores in fronte enumerauit GOTTLOB HEINRICH HEYDENREICH, *Ienæ 1720. 4.* quam ex Actis & Archiuis Saxonicis auctiorem in posterum dabit Amplissimus Auctor. Occasione controuersiarum inter serenissimos Landgrauios Hassiæ grauiter de Austregis Hassiacis & publicis & priuatis scriptis disputatum. Breuiter de iisdem quædam annotauit HENRICVS BROKES Diss. *Ienæ 4.* habita. Maiori adparatu instructæ SIGISMVNDI GVILIELMI ab HAGEN Diss. de *Austrægis Hassiacis,* ad mentem Cassellanorum elaborata, *Marburgi 1748. 4.* & ill. CHRISTOPHORI LVDOVICI KOCHII Disquisitio de *Austrægis S. R. I. Procerum cum primis Serenissimorum Landgrauiorum Hassiæ, Giessæ 1749. 4.* *De amplitudine* porro *Fori conuenti Austrægalis S. R. I. Procerum* est Commentatio Dn. CHRISTOPHORI FRIDERICI GEIGERI, *Vlmæ 1753. 4.* De *S. R. G. I. Comitum Austregis* egregia legi potest Diss. IOANNIS WILHELMI WALDSCHMIEDT *Marburgi 1716.*

gi 1716. 4. De *Austregis S. R. G. I. Comitum*, cum primis Wetterauicorum & Sueuicorum, atque ex *Franconicis Hohenloicorum conuentionalibus* Præside HERMANNO DIETERICO KEMMERICHIO disputauit IOAN. LVDOVICVS DESIDERIVS VLMERVS, 1734. 4. Dn. IOAN. FRID. MORIZ *in der Abhandlung von denen Austrægen derer unmittelbaren Grafen des Reichs gegen mittelbare Klæger*, Comitibus Imperii hanc instantiam etiam aduersus mediatos adserere multis rationibus voluit, *Franckfurt am Mayn 1750. 4.* De *Austregis Reipublicæ Noribergensis*, præclara Disputatio auspicalis GEORGII CHRISTIANI HVLS de *Ratsberg*, *Altdorfii 1722. 4.* cuius Præfamine varii Auctores de hoc argumento breuiter indicantur. *De iure Austregarum Legalium Reipublicæ Goslariensi competente*, Specimen breue Iuris Publici Goslariensis dedit GEORGIVS FRIDERICVS HARTMANN, *Goslariæ 1721. 4.* De *Austregis Ordinum S. R. I. aliorumque Imperii Membrorum præcipue Liberæ S. I. R. Ciuitatis Memmingensis* disseruit V. C. IOANNES ANDR. HOFFMANNVS *Ienæ 1750. 4. Forum S. Imperii Romano Germanici Principum*, erudite indagauit, præclara Dissertatione Illustrissimus IOANNES GVILIELMVS Comes de WVRMBRAND, *Traiecti ad Rhenum 1692. 4.* edita, in Germania superiore postea recusa.

Iudicium Principum Germaniæ.

§. CIII. De Regalibus, Fisco, Aerario & Collectis in Bibliotheca ciuili iam Scriptores adducti, dicemus ergo tantum de *Iure Domaniorum*. Prodiit collectum vtili opera IVS DOMANIALE *ex celeberrimorum ICtorum Tractatibus repræsentatum, Francofurti 1701. f.* Editor atque Collector huius Iuris est CHRISTOPHORVS FRIESE, qui de origine doctrinæ Domanialis in Germania docte satis præfatur. Opus in VI. partes est distributum. Prima pars continet RENATI CHOPPINI Libros III. eruditissimos de *Domaniis Regni Francici*, alias *Parisiis 1589. f.* editos.

Scriptores de Iure Domaniorum.

tos. Altera GEORGII HIERONYMI BRVCKNERI, BARTHOLOMAEI de las CASAS, CHRISTOPHORI IVLII CELLARII, & IOANNIS PHILIPPI RINGLERI Tractatus de *Domaniis*, qui vltimus alias separatim editus *Francofordiæ & Lipsiæ 1698. 4.* Pars Tertia varias disputationes, vtpote GEORGII ADAMI STRVVII *Ius alienandi illustre*, NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI de *potestate Imperatoris alienandi bona Imperii.* Quarta, varias Obseruationes ex variis Scriptis. Quinta, Consilia de Domaniis ex variis scriptoribus. Sexta summorum principum constitutiones de *Iuribus Domanii.* Accessit *Gryphes in integrum restitutus ope Leonis i. e. Actus reuocatorius der vormahls bey Pommerischer Fürsten Zeiten abalienirten Taffel-Güter von Schweden 1691. angestellet durch einen Liebhaber der Wahrheit.* Quod Scriptum in caussa reductionis bonorum Domanialium in Pomerania fuit publicatum, atque controuersiam inter Status prouinciales Pomeranicos & Prouocatorem regium agitatam, comprehendit. Argumentum hoc quoque illustrant B. IOAN. PAVLLI KRESSII *Vindiciæ Iustitiæ iudicii recuperatorii, a Principibus Guelphicis Rerum Iuriumque Domanialium Helmstadii 1735 exerciti, Helmstadii 1736. 4.* De *Domaniis Principum inalienabilibus* Dissert. edita ERNESTI IMMANVELIS TENZELL, *Erfordiæ 1728. 4.* De *Principis successore Domanialia, siue Cameralia ab Antecessore alienata, iuris ordine seruato, reuocante*, Dissert. extat WILHELMI GOTTLIEB IACOBS, *Erfordiæ 1742. 4.* Add. FRIDEMANNI ISAACI LOEWII Commentatio *de eo quod iustum est Principi Successori circa reuocanda auulsa von veræusserten Domainen-Gütern, Lipsiæ 1747. 4.* De *sententia contra Fiscum ferenda ad L. X. π.* de *Iure Fisci* disseruit SAMVEL STRYKIVS, *Halæ 1693. 4.* Facit huc CHRISTIANI THOMASII Dissert. de *Præscriptione Regalium ad Iura Subditorum non pertinente, Halæ 1727. 8.* De

Rega-

Regalibus Fisci Principum Germaniæ circa acquisitionem præcipue agit IOANN. CHRISTOPHORI HEIDERI Dissertatio inauguralis, Præside CHRISTIANO THOMASIO, *Halæ 1713. 4.* De *Successione Fisci* Præside TOBIA IACOBO REINHARTH disputauit FRIDERICVS LEBRECHT STOLZE, *Erfordiæ 1731. 4.* De *Iure Fisci* vero *circa persecutionem eorum, quæ scelere quæsita sunt* PAVLVS WILHELMVS, *Lipsiæ 1732. 4. Vindicias Iurium Reipublicæ & Fisci in doctrina retorsionum* Diss. exhibuit Dn. CAROLVS OTTO RECHENBERG, *Lipsiæ 1726. 4.* De *memoria initii contra Præscriptionem immemorialem præcipue Regalium & Domaniorum* Dissert. Dn. SIMONIS PETRI GASSER, *Halæ 1722. 4.* De *Iure* vero *Fisci Landsassiorum* legenda Dn. CHRISTIANI HENRICI FREISLEBEN Diss. *Lipsiæ 1726. 4.*

§. CIV. De *Iure Postarum* ex instituto primus egit LVDOVICVS von HOERNICK in Dissertatione sua auspicali de *regali Postarum Iure, Marburgi 1739. 4.* Hæc ob argumenti nouitatem multo adplausu statim fuit recepta, ita vt Taxii, aliique transmissis Commentariis suis, auctoris industriam magis adiuuarent. Exinde locupletior longe prodiit iusti libri magnitudine *Viennæ 1649. 8.* post *Tertia Editione* prioribus auctiore *Francofurti ad Mœnum 1663. 8.* indeque sæpius recusus liber, sed Imperatori & Taxiis nimis fauet, & Statibus Imperii Postarum Iura plane abiudicat. HENRICI RVDOLPHI REDECKERI Dissert. de *Cursoribus publicis, quos Postas vocamus, Rostochii 1662. 4.* edita. Inde GERHARDVS MAEYBVSCH inaugurali dissertatione de *regali Postarum Iure* egit *Argentorati 1667. 4.* qui in plerisque Hœrnigkium sequitur. IOAN. SCHILTERVS quoque in dissertatione sua inaugurali, Præside *Christophoro Philippo Richtero Ienæ 1671. 4.* habita egit de *Cursu Publico, Angariis & Parangariis*, qui tamen potius occu-

Scriptores de Iure Postarum.

occupatus est in eruendis antiquitatibus & explicando titulo Codicis, quod etiam fecit WOLFFGANGVS PHILIPPVS HEBERER Diss. de *Angariis & Parangariis Argentorati 1682. 4.* AHASVERVS FRITSCHIVS etiam cap XI. *Electorum Iuris Publici* de Iure Postarum agit Principumque Imperii literas exhibet, quibus hoc Ius contra Cæsareanos defendunt. Primus Germanico idiomate hoc argumentum exposuit EMERANVS ACKOLD, cuius prodiit *Gründlicher Vnterricht von dem aus Lands-Fürstlicher Hoheit herspringenden Post-Regal der Chur- und Fürsten des Heil. Röm.* Reichs, *kürzlich fürgestellet und des Herrn Ludwig von Hœrnigk irrigen Meinung entgegen gesetzet, Halæ 1685. 4.* qui in eo præcipuus est, vt Iura Postarum Statibus Imperii adserat, & argumenta Hœrnigkii discutiat. Huic se opposuit CAESAREVS TVRRIANVS libro peculiari cui titulus: *glorwürdigster Adler, das ist, gründliche Vorstell und Vnterscheidung der Kayserlichen Reseruaten und Hoheiten von der Reichs-Stænde Landes-Fürstlichen Obrigkeit, absonderlich aber von dem Ihrer Kayserlichen Maiestæt reseruirten Post-Regal im ganzen Römischen Reich und allen dessen Prouinzien, deme hinzugesetzet Hærnigk vindicatus & de male prætenso a principibus quibusdam prius defenso a Lic. Emerano ab Ackold Prouincialium Postarum Iure, triumphans 1664. 4.* Totus hic in eo est, vt multa Iura Statuum in Imperio, præcipue Ius Postarum destruat & singula Reseruata esse Imperatoria demonstrare conetur. Sed destitutus genuinis historiarum fundamentis Ius publicum cum ciuili confundit. Opposuit huic ANDREAS OCKELIVS *Discursum iuridico-politicum de regali Postarum Iure, Electorum Principumque Imperii, quo inanibus oppositionibus Dni Cæsarei Turriani respondetur, Halæ 1698. 4.* quibus oppositionibus Cæsarei Turriani respondet, Iura Statuum non in genere solum, sed etiam in hac præsertim materia egregie defendit. Licet alias Ciuitatibus Imperialibus Superioritatem Territorialem, ideo etiam

etiam Ius Postarum denegare conetur. Recentior est D. SAMVELIS COCCEII Diss. de *regali Postarum iure, Francofurti ad Viadrum 1703. 4.* qui potissimum quid circa Personas & res Postarum sit Iuris scite exposuit. Addimus CHRISTIANI WILDVOGELII Dissertationem de *Iure Principis eminenti circa Postas, Ienæ 1705. 4.* Annos ante aliquot controuersia oriebatur, an officium magistri Postarum in vrbe Noriberga, alii quam ciui possit committi. Noribergenses edebant *Information, wie es um das Post-Wesen zu Nürnberg bewand*, quo Iura sua tuebantur; Princeps de Taxis vero contrarium tenebat, & pro eius opinione prodibat *beständige in Iure ac facto festgegründete Abfertigung Nürnbergischer vermeinter Refutation das Kayserliche freye Post-Wesen und dessen angehörige Personen betreffend*, quod 1650. editum & LVDOVICVM ab HORNICK auctorem habet. Contra quod, cum Noribergenses Iura sua denuo tuerentur, horumque partes sumeret Knipschildius de Iure Ciuitatum Imperialium lib. II. c. IX. n. 62. prodibant: *Notamina in erroneam Philippi Knipschildii opinionem: ob ein Kayserlicher Nürnbergischer Postmeister Burger seyn könne, Francofurti 1659. f. De Iure Postarum hæreditario, vom Recht des General-Erb-Postambts* erudite egit IOANN. PETRVS LVDEWIG *Halæ 1704. 4.* & in Opusculis iunctim editis. IACOBVS ERNESTVS THOMASIVS Disputationem Academicam habuit de *Tabellariis, von Bothen, Heidelbergæ 1682. 4.* IACOBVS REICHIVS de *diplomatibus & Tractoriis vom Kost und Post-Zettuln, Regiomonti 1678. 4.* Laudabilem plane hac in re operam præstitit CHRISTIANVS LEONARDI S. R. Polon. Maiestatis & El. Sax. Secret. intimus & Postarum administrator prim. dum *Scriptores & Excerpta Iuris Postarum, siue Miscellanea & Collectanea Iuris publici curiosa de Regali Postarum Iure 1710. in fol. Lipsiæ* edi non solum integra Scripta & Disputationes, sed & verba passim ex Scriptorum Iuris publici voluminibus

de postis earumque Iure collegit, singulorumque Catalogum operi præmisit. Quemadmodum autem Imperantium circa postas Iura hic pertractantur; ita imposterum iura obedientium, ordinationes nempe, mandata & rescripta Regum, Electorum &c. regulas ministris postarum cum cæteris subditis præscriptas, in Corpus Iuris Postarum redactas, vtilissimo instituto Autor promittit. Inserta etiam sunt ADAMI CORTREII *Corpori Iuris Publici*, *Lipsiæ* 1710. *f.* a filio ERNESTO LVDOVICO CORTREIO edito *Tom. IV. n. III. Obseruata historico politico iuridica de Regali Postarum Iure Electoribus & Principibus Imperii Romano Germanici competente ex Actis publicis & diuersorum statuum Imperii Archiuis collecta.* Vbi quid praxis Imperii etiam recentior ferat, ex ipsis documentis publicis addiscere licet. Addita est GERHARDI MAEYBVSCH dissertatio inauguralis de *regali Postarum iure*, supra iam indicata. De his pluribusque de *Iure Postarum* Scriptoribus iudicium quoque tulit illustris LVDEWIG de *Iure Postarum hereditario* Dissertatione p. 52. Ex hisce Scriptoribus aliisque subsidiis amplum variaeque lectionis opus conduxit illustris Dominus IOACHIMVS ERNESTVS de BEVST, cuius *Versuch einer ausführlichen Erklærung des Post-Regals und was deme anhængig*, Tribus Partibus, *Ienæ* 1747. *et* 48. 4. 3. *Voll.* prodiit.

Scriptores de Iure Belli & Militia Imperiali & de Pacis nomine Imperii sancienda ratione.

§. CV. Sunt etiam qui *Rem Militarem Imperii & quae huc faciunt*, peculiaribus scriptis elucidarunt, inter quos agmen ducit NICOLAI MYLERI ab EHRENBACH *Stratologia Germanici Imperii Statuum, siue militandi libertas Germanorum & imprimis Imperii Ordinum apud exteros*, quod opus diu post mortem in MSCto autoris delituit, cura vero IACOBI DAVIDIS MOEGLINGII prodiit *Vlmae* 1710. 4. adiecta est Præfatio in qua B. Autoris Vita breuiter recensetur. Eiusdem MOEGLINGII Dissertatio de *Summo Militiæ Imperialis Præfecto*, von des H. Röm.

R. Reichs Feld-Herrn, prodiit *Tubingæ 1709. 4.* multaque cura est collecta. *Ius Militare Germanicum* Disputatione inaugurali exhibuit IOANNES DANIEL STALBVRGER *Argentorati 1671. 4.* Recentiores dispositiones de re militari & circulari legendæ in Dn. IOANNIS GEORGII ESTOR *Practischen Vorstellung derer Rechte und Geschæffte welche die Ræthe der Stænde bey einem Reichs-Krieg sowohl auf Reichs- und Crais-Tægen, als auch bey Durch-Zügen, Winter-Quartieren, Holz, Heu, Stroh- und übrigen Lieferungen zu beobachten pflegen, Iena 1736. 8.* Add. EIVSD. Diss. de *Iure Ordinum Imperii decorandi Honoribus militaribus, Marburgi 1744. 4.* nec non, Eius Diss. de *restricta agendi appellandique Facultate, ratione bellicorum, ciuilium & Oeconomicorum de quibus Circuli Germaniæ statuerunt*, ex Edit. sec. aucta *1744. 4.* CHRIST. HENR. GRVNDGREIFFERI Dissertatio vero inauguralis de *Iure Belli ac Pacis in Imperio Rom. Germanico, Giessæ 1701. 4.* leuis est. De *Iure* porro *Belli in Imperio Romano-Germanico* disseruit IOAN. GEORGIVS SCHERZIVS *Argentorati 1719.* quæ Diss. recusa *Lipsiæ 1736. 4.* & de *Bello Solenni Imperii* præclare commentatus Dissert. ill. IOAN. IACOBVS MASCOVIVS, *Lipsiæ 1721. 4.* De *Iure* quoque *Belli I. R. G. & speciatim in Interregno* Diss. extat V. C. IOA. DANIEL ASMVTH, *Gottingæ 1747. 4.* De *Neutralitate Statuum Imperii R. Germ. in Bello Imperii illicita*, Præside DIETERICO HERMANNO KEMMERICH Dissert. proposuit Dn. IOAN. ADOLPHVS WILHELMVS a GOHREN, *Ienæ 1735. 4.* & egregia Commentatio de *Iure Neutralitatis Statuum Circulorumque Imperii* IOA. GOTTLIEB GONNE ICti Erlangensis literatissimi *Erlangæ 1746. 4.* GEORGII RVDOLPHI BOEHM inauguralis disputatio de *Iure Militiæ Imperialis* Præside SAMVEL STRYKIO *Halæ 1699. 4.* proposita. Pseudonymus qui se SINCERVM MARSELLVM nominat *Martem Teutonicum* exhibuit,

ſiue *Sacri Romani Imperii Nationis Germanicæ bene ordinatum præpotentemque Statum Militarem, Francofurti & Lipſiae 1720. 4.* quo varia conſilia de ordinanda et adaugenda pace belloque Militia Imperii proponit variasque Matriculas Imperii militares collegit. De *Iure Militiæ Imperialis* extat. Diſſ. SAMVELIS STRYKII, *Halæ 1699. 4.* & alia de *Iure Militiæ Circularis, ibid. 1699. 4.* vtraque in Voll. Diſſ. Halenſ. recuſa. *Ius Militis auxiliarii apud Gentes liberas & in S. R. Imperio* præclare expoſuit Dn. CHRISTOPHORVS LVDOVICVS CRELLIVS, *Vitembergæ 1737. 4.* De *Copiis auxiliaribus Statuum Imperii, von der Reichs-Hülfe* extat Diſſ. PETRI MVLLERI, *Ienæ 1685. 4.* IOANN. SAMVEL STRYKIVS ſingulari diſſertatione egit de *Militia lecta prouinciali, Halæ 1705. 4.* *Principem* Germaniæ *armatum* ſiſtit Diſſ. IOANN. WOLFFGANG TEXTOR Diſſ. de *Iure Sequelæ, Heidelbergæ 1678. 4.* De illicitis *Militum conquiſitionibus in Territorio alieno, eorumque Pœnis* cordate diſſeruit ill. Dn. IOANN. ADAMVS ICKSTATT, *Wirceburgi 1738. 4.* Eandem materiam reſpicit CORNELIVS CRVLL *in Vindiciis Mauritianis ſiue diſcurſu Hiſtorico-Politico de Iuſtitia belli Saxonici Mauritiani, grauiſſimis Autonomiæ & Iurisconſultorum Dilligenſium calumniis oppoſito* oratione inaugurali *Wittebergæ 1631.* prodiit *Lipſiæ 4.* De *Prouiſione militum* diſſeruit SAMVEL STRYKIVS, quæ *Halæ* recuſa *1738. 4.* De *Iure* vero *Valetudinarii Militum emeritorum, von Inualiden-Hæuſern* Dn. IOANN. PETRVS de LVDEWIG, *Halæ 1706. 4.* In illuſtris IOACHIMI ERNESTI de BEVST *Obſeruationibus militaribus* germanico ſermone collectis & *Quatuor Tomis Gothæ* ab anno *1743. ad 1747. 4.* editis varia occurrunt quæ ad rem militarem & argumenta indicata faciunt. Alii de militaribus officiis tractant, veluti IOANN. MICHAEL WEINRICHIVS erudita Diſſertatione de *vexillis & vexilliferis, Erfordiæ 1710. 4.* & ill. Dn.

PHILIPPI WILHELMI ALBERTI TIMOTHEI LINCKER de LVTZENWICK Diss. de *Vexillis & eorum in Feudis vsu, nec non S. R. I. Vexilliferis, Erfordiæ 1730. 4.* Dn. IOANN. CHRISTOPHORI WEINLAND de *Vexillo Imperii primario, vulgo Reichs-Sturm-Fahne, 1727. 4.* ex historia & documentis medii æui egit & Serenissimis Würtenbergiæ Ducibus id competere docetur. Addimus quæ iam ante adduximus Scripta contraria, *vom Reichs Bannier.* Huc quoque trahi possunt quæ de Mareschallis docet AVGVSTVS ADOLPHVS ab HAVGWITZ in Tractatu supra laudato. *De collationibus bellicis* tractat HENRICVS HAHN in iuridica dissertatione *Helmstadii 1647. 4.* publicata. De *Buccinatoribus eorumque Iure* habemus dissertationem CHRISTIANI WILDVOGELII, *Ienæ 1711. 4.* cui peculiaris controuersia huius argumenti, occasionem dedit. *De Salgamo, vom Seruies der Soldaten* eodem illustri Viro Præside alia extat Dissertatio a *Ioan. Christiano Schramm, Ienæ 1696. 4.* proposita. Aliquando, vt, qui militiam exercent, inde desistant, opus est Mandatis Auocatoriis, de quibus est Tractatus *de Mandatis Auocatoriis ex Legibus Actisque publicis collectus & editus* a FRIDERICO GERDESIO *in Academia Gryphiswaldensi 1675. 4.* Iis quæ diximus affinis est tractatio Academica de *Duellis Principum* a IOANN. GEORGIO SCHERZIO præside, respondente IOANN. DIETRICH *Argentorati 1707. 4.* promulgata. De *Iure Vrbes muniendi & Munitiones reficiendi* erudite disseruit CHRISTOPH. LVDOVICVS CRELLIVS, *Vittembergæ 1734. 4. De Iure vero prohibendi exstructionem Fortalitiorum* SAM. STRYKIVS *Halæ 1703. 4. De metatis* egregia Diss. AVGVSTINI LEISERI, *Helmstadii 1718. 4. De Iure Retorsionis inter Status Imperii* Diss. IOAN. IACOBI MÜLLERI, *Ienæ 1700. 4.* An Statibus Imperii ius suum armis persequi liceat, sæpe disputatum: Negauit Dn. IOANN. IAC. IOSEPHVS SVNDERMAHLER Diss. *de potestate*

ſtate ius ſuum vi & armis perſequendi in Imperio *haud permiſſo, vulgo von der Selbſt-Hülfe, Würzburg 1752. 4.* De legitimis vero exceptionibus diſſeruit Dn. GEORGIVS LVDOVICVS BOEHMERVS Diſſ. ſub titulo: *S. R. I. Princeps ius ſuum vi & armis tuens, Göttingæ 1745. 4. Pax Imperii* Imperatoris & Imperii conſenſu fieri debet. Nimium autem Cæſari tribuit BERNHARDVS LVDOVICVS MOLLENBECIVS Diſſ. de *Iuribus Cæſaris circa negotium Pacis, Gieſſæ 1716. 4.* huic oppoſita eſt IOANNIS GERARDI MEVSCHEN habita ſub Præſidio B. BVRCARDI GOTTHELFII STRVVII Diſſ. de *Concurſu Statuum Imperii circa negotium Pacis, Ienæ 1718. 4.*

Scriptores de Re Monetaria & Iure Vectigalium, Iure Viarum Publicarum.

§. CVI. *De re Monetaria in Imperio Romano-Germanico* multæ Leges & Ordinationes ſancitæ, quarum plures diſſipatas alias & fugitiuas vna cum variis Conſultationibus Monetariis & Scriptis Hiſtorico-Iuridicis Monetam attingentibus ex Bibliotheca DAVIDIS THOMANN ſub titulo: *Acta Publica Monetaria, Auguſtæ Vindelicorum 1692. f.* edita. Iam ſub prelo ſudat *Norībergæ* VI. Tomis in F. promiſſum: *Teutſches Reichs-Münz-Archiv,* eadem vti puto, additis tamen recentioribus, Actis exhibens, quæ *Thomannus* dederat. Talem quoque collectionem compilauerat quondam C. L. LVCIVS ICtus, ſub titulo: *Neuer Münz-Tractat von approbirten und devalvirten Guldinern und andern Müntz-Sorten,* additis figuris Nummorum æri inciſis, *Nürnberg 1700. 4. De Regali Monetarum Iure* vulgaria leguntur in IOANNIS GEORGII KRVLL tractatu de hoc argumento, *Hanoueræ 1667. 4.* adiectis variis *Actis Monetariis.* Ex Superioritate Territoriali fluere Ius monetandi adſtruere conatus IOAN. PHILIPPVS CARRACH, F. qui binas haſce Diſſertationes produxit, 1) de *regali cudendi Monetam, ex Superioritate Territoriali, non ex Priuilegio Imperiali competente, Halæ 1749.* 4.

4. 2) de *Interpretatione Legum Imperii speciatim monetalium secundum Superioritatem Territorialem*, *Halæ 1752.* 4. GEORGII WILHELMI SPENERI Diss. de *re Monetaria in S. R. I.* prodiit *Argentorati 1677.* 4. *De Iure circa rem monetariam*, eruditissimam Disquisitionem habemus Illustrissimi hodie S. R. I. Comitis HENRICI BVNAVII, quam primum forma Diss. *Lipsiæ 1716.* 4. proposuit, altera vero vice multo auctiorem & emendatiorem edidit ill. GEORGIVS CHRISTIANVS GEBAVERVS, *Lipsiæ 1730.* 4. Plena quoque bonæ frugis est illustris AVGVSTINI LEYSERI Diss. *de Mutationibus Monetæ*, *Helmstadii 1729.* 4. Dn. IOANNES HENRICVS SOMMER dedit *kurtzen Entwurff der heutigen Verfassung des Müntzwesens im H. R. R. Teutscher Nation*, *Rudelstadt 1737.* 4. Lectu dignæ quoque sunt, Dn. IOAN. HENRICI BOCRISII Commentatio *de Regali Monetæ præsertim Episcoporum Germaniæ Lips. 1739.* 4. ill. IOANNIS FRIDERICI HERTLING Commentatio de *Re Legibusque Numariis iuxta veterem præsentemque Imperii statum*, *Heidelbergæ 1748.* 4. *De Iure vero circa Rem Monetariam in Terris* cumprimis *Circuli Saxoniæ Superioris præsertim Saxonico-Electoralibus* doctissima est Dissertatio, quæ præside IOAN. IACOBO MASCOVIO Respondente *Georgio Wilhelmo Iæcher*, *Lipsiæ 1723.* 4. prodiit. *Vectigalium Iura in Imperio* vtilia maxime & momentosa sunt. *De Iure Vectigalium in Sacro Romano Imperio* insignis est Dissertatio FRIDERICI ABRAHAMI de HOPFGARTEN, *Lipsiæ 1723.* 4. habita & edita. *De Iure Viarum publicarum* Diss. GEBHARDI CHRISTIANI BASTINELLERI *Vitembergæ 1729.* 4. *De Iure Limitum prouincialium* IACOBVS BRVNNEMANNVS, *Halæ 1704.* 4. *De Visitatione* vero *Finium Prouincialium atque publicorum* HENRICVS HILDEBRAND, *Altorfi 1716.* 4. *De Via Regia (Land-Strasse) Lusatiæ Superioris* egregia legatur Diss. quæ Præside AVGVSTINO LEY-

SERO

SERO fuit proposita IOAN. FRIDERICI SCHWARTZII, *Witteb.* 1732. 4.

Scriptores de Materiis quibusdam specialibus.

§. CVII. Qui *speciales Iuris Publici Materias illustrarunt* plures sunt, memorabimus saltim quosdam. Tales leguntur in B. NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII *Gundlingianis* iam laudatis. B. Dn. IOA. PETRI de LVDEWIG *gelehrte Anzeigen in alle Wißenschafften. so wohl geistlicher als weltlicher alter und neuer Sachen*, Tribus Voluminibus *Halæ in 4. 1743. 44. 45.* editæ plura rariora argumenta continent. Idem dicendum de Celeberrimi FRIDERI CAROLI MOSERI *Kleinen Schrifften zu Erlæuterung des Staats - und Vælcker - Rechts, wie auch des Hof und Canzley - Ceremoniels*, P. I. prodiit, *Franckf. 1751. 8. Secunda ibid. 1752. Tertia 1752. Quarta 1753. 8. Pars Quinta 1755. 8.* Celeberrimorum porro Virorum IOAN. IACOBI MOSERI *Miscellanea Iuridico - Historica*, T. I. *1729.* Francofurti *8. & Tomus II. ibid. 1730. 4.* editi. EIVSDEM *vermischter Schrifften über mancherley das Teutsche Staats - Recht betreffende Materien* Pars I. Francof. & Lipsiæ f. potius *1733. 8. & Pars II. ibid. 1736. 8* EI. MOSERIANA *Erstes und zweytes Stück, Leipzig 1739. 8.* EI. *Nachlese von allerhand wichtigen Staats Bedencken &c. Frf. 1743. zweyter Theil, ib. 1744. 8. 3. Theil, 1744.* Eiusd. *die Religions Freyheiten und Beschwerden der Evangelischen in gantz Europa. Erster und Zweyter Theil. Ebersdorf 1741. 8. Vermischte Abhandlungen aus dem Europæischen Vælcker, wie auch Teutschen Staats - Sachen, Erstes Stück, Hanau 1750. 8.* cum quibus iungendæ Filii literatissimi Dn. FRIDERICI CAROLI MOSERI *Diplomatische und Historische Belustigungen, Erster Band Fft. am Mayn 1753. 8. Anderer ibid. 1755. 8.* IOANNIS GEORGII ESTOR *auserlesene kleine Schriften* XII. Partes Tribus Tomis *Gießen 1734. 1738. 8.* Dn. HENRICI CHRISTIANI L. B. de SENCKENBERG *Meditationes Ius Publicum &c* concernentes *Quatuor Fasciculi, Gießæ 1739. 1740. 4.* Eiusdem *Semestria Gießæ*

4.

4. iunctim edita. EIVSD. *Sammlung ungedruckter und rarer Schrifften,* IV. Partes *Franckf. 1745. 1751. 8. Hanouerae* a doctissimis Viris congesta: *Sammlung kleiner Ausführungen aus verschiedenen Wissenschaften* ab an. 1752. *quinque Tomis* in 4. & alia quae *Brunsuigae* conducta fuit. Variae selectaeque lectionis testes sunt ill. IOA. GEORGII ESTOR *Anmerckungen über das Staats- und Kirchen-Recht aus den Gerichten und Alterthümern erlæutert, Marburg 1750. 8.* IOANNIS WILHELMI de GOEBEL *Helmstædtische Neben-Stunden,* siue sub nouo titulo: *Abhandlung aus dem Staats-Rechte und den Geschichten* cum Praefatione & Indice V. C. HENRICI GOTTLIEB FRANCKII, IV. Partes, *Helmstadt 1735. 36. 37. 8.* Illustris Viri DAVIDIS GEORGII STRVBE *Neben-Stunden Erster Theil, Hildesheim 1742. 8.* & *Anderer Theil Hannover 1747. 8.* & *Dritter Theil Hannover 1750. 8. mai.* plenae solidissimorum & magni momenti argumentorum & in Viri Cel. IOA. FRIDERICI IOACHIMI *Sammlung vermischter Anmerckungen unterschiedener in die Staats- und Lehn-Rechte gehœriger Sachen* varia legas quae voluptatem & vtilitatem adferunt, *Halae 1753. 8.* Idem dicendum de V. C. FRIDERICI WIEDEBVRGII *Sammlung vermischter Anmerckungen aus dem Staats-Recht und den Geschichten, Halae 1751. 8.* & illustris IOA. IACOBI REINHARDI *Iuristische und Historische kleine Ausführungen, Erster Theil Giessen 1745.* & *Zweyter Theil, ibid. 1749. 8.* Nec omittenda heic egregia *Parerga, siue Accessiones ad omnis generis Eruditionem,* in lucem emissa *Gottingae,* Tomi Primi, Quatuor Libri f. *1736. 37. 38. 8.* in quibus Collectionibus Opusculorum egregiorum selectissima argumenta pertractata legas. Adde si placet CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI *Amœnitates Iuris Publici S. I. R. Germanici* obseruationibus selectis exhibitas *Ienae 1743. 8.* Sunt & singularia magnique momenti I. P. argumenta singularibus scriptionibus accurate elaborata, quorum vel annotatio in superioribus commode locum inuenire,

inuenire haut potuit, vel quum non ad manus tum fuerint omissa. *De Iure Imperatoris Romano-Germanici*, cultissimam Dissertationem dedit illustrissimus HENRICVS Comes a BÜNAV F. *Lipsiæ* 1744. 4. & perillustris hodie Dn. IOANNIS VLRICI de CRAMER Diatribe iuridica: *de valida & inualida Iuris Primogenituræ abolitione*, *Marburgi* 1739. 4. EIVSD. Diatribe *de Minoratu in Familiis Illustribus*, ad Testamentum Balthasaris Episcopi Vratislauiensi d. a. 1561. *Marburgi* 4. vtraque multo iudicii acumine elaborata. *De Protectoriis Cæsareis* Diatribam additis variorum Protectoriorum formulis & Actis Publicis dedit IOA. BVRCARDVS ROESLERVS *Francofurti* 1688. 4. *De Iure Stapulæ* vniuerso disseruit MICHAEL FRIDERICVS LEDERER, *Wittebergæ* 1668. 4. *De Iure Stapulæ* BENIAMINI LEVBERI *Dissertatio planaria Stapulæ Saxonicæ*, *Budissinæ* 1658. 4. in quo potissimum demonstrare conatur, Stapulam Magdeburgensibus non competere, multaque inseruit, quæ Iura Palatinatus Saxonici, Burggrauiatus Magdeburgici, Lipsiensium nundinas & Stapulam concernunt, totus autem neruus tractationis eo tendit, Stapulæ Ius Magdeburgensibus olim concessum, nunc a Lipsiensibus exerceri. Nostro tempore variis scriptis hæc controuersia quasi renouata. Proposuerat Dn. IACOBVS HENRICVS BORNIVS sub Præsidio ill. IOANNIS IACOBI MASCOVII Diss. *de Iure Stapulæ ac Nundinarum Ciuitatis Lipsiæ*, *ibid.* 1738. 4. & auspicii caussa pro Gradu Doctoris *posteriorem* de eodem argumento, *Lipsiæ* 1739. 4. Secuta has disquisitiones quæ iisdem ex parte opposita videtur ANONYMI *kurze Nachricht von dem Stapel Recht der alten Stadt Magdeburg, worinnen zugleich von denen ehmaligen Burggrafen, und deren in der Alt-Stadt Magdeburg gehabten Befugnissen und Gerechtigkeiten gehandelt*, *Magdeburg* 1741. auctor quoque varios LEVBERI errores emendare voluit. Huic opposita: *Abhandlung von dem Stapel-Rechte der alten Stadt Magdeburg, worinnen zugleich einige Beweise desselben geprüfet, und die Befugnisse*

Befugnisse der Stadt Leipzig gegen Magdeburg in Ansehung der Stapel Gerechtigkeit eroertert werden, Leipzig 1742. 4. Extat quoque sub Praesidio Dn. IOANNIS WILHELMI ENGELBRECHT Diss. auspicalis IOANNIS ANTONII WINCKLERI *de Iure Stapulae* cum accessionibus *Stapulae Ius* illustri *Hamburgensium* Reipublicae vindicantibus, *Helmstadii 1711. 4.* De *primis fundamentis Iuris Germanorum in Indias nauigandi* Dn. IOA. IVLIVS SVRLAND *Marburgi 1751. 4.* cuius etiam *Erleutertes Recht der Teutschen nach Indien zu handlen, 1752.* 4. prodiit, add. Eiusd. Diss. *de vero sensu Art. VII. §. 2. Capit. Caesar. Francof. ad Viadr. 1753. 4.* *De Seruitutibus Iuris Publici* eruditam & egregiam Commentationem scripsit CHRISTOPHORVS IOANNES CONRADVS ENGELBRECHT, *Helmstadi 1715. 4.* quo de Iuribus potissimum in Imperio Romano-Germanico Imperanti in alterius Territorio competentibus praeclare egit, quae recusa praemissa Praefatione CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI, *Lipsiae 1739. 4.* De *Iure Regali in alieno Territorio Superioritatem non inferente,* vtilis Diss. HENR. HILDEBRANDI *Altorfii 1709.* 4. De eodem argumento ieiune satis commentatus IOANNES HENRICVS FELZIVS, *Argentorati 1701. 4.* *De Probatione Consuetudinis & Obseruantiae tam priuatae, quam publicae, siue imperialis* Diss. commentatus Dn. DIETERICVS HERMANNVS KEMMERICHIVS, *Ienae 1732. 4.* Huc ex parte facit ANONYMI *wahrer Begriff des Herkommens, als ein in den Rechten gegründeter Titel ein Recht zu besitzen, Rostock 1751. 4.* De *Consensu Imperatoris in Obseruantiam Imperialem necessario* Diss. ANDREAE ELIAE ROSSMANNI, *Erlangae 4.* *Paradoxa de Obseruantia imperiali* Dn. IOA. PHILIPP. CARRACH Dn. AVGVSTO BENEDICTO MICHAELIS dedicauit *Coloniae Carolinae 1753.* 4. De *Exemptionibus Imperii*, habemus plenam bonae frugis Dissertationem ZACH. VIETORIS intrepido pro veritate animo scriptam *Corbachii 1670.* 8. nec non inter Diss. *Basilienses* editam. Praeside porro IACOBO BVRCKHARDO *de Exemptionibus Imperii* disputauit

IOAN. HENRICVS FELS, *Basileae 1683. 4.* Recentior Tractatio Dn. IOA. PHILIPPI CARRACH *de Exemtionibus Territoriorum Germaniae*, multam equidem lectionem ostendit, sed variea habet admixta quae ad argumentum pertinere haut videntur, edita *Vlmae 1752. 4.* Dn. IOANNIS GEORGII ESTOR, *Meditationes de Iudice competente Caussarum, quae de Exemtionibus Imperii aguntur* Programmate propositae sunt *Ienae 1740. 4. De Oppignorationibus Rerum Imperii* perelegans extat Diss. IOA. STRAVCHII ICti summi, *Ienae* primum *1671. 4.* proposita, post *Giessae 1677. 4.* additis quibusdam & mutatis, demum recensente *Laurentio Andrea Hambergero* cum Animaduersionibus Christiani Thomasii, Nicolai Hieronymi Gundlingii, & Stephani Christophori Harprechti recusa *Ienae 1715. 4.* Strauchianos quosdam errores ex parte emendauit argumentumque secundum Ius Teutonicum & Gentium tractauit copiose & erudite B. NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS *Schediasmate de Iure oppignorati Territorii, Halae 1706. 4.* Horum argumenta repetit STEPHANVS CHRISTOPHORVS HARPRECHTVS siue Respondens *Fridericus Adamus Zenckius* Dissertatione *de Reluitione Oppignorationum Imperialium*, *Tubingae 1713. 4. Indicem Controuersiae de reluitione oppignorati Territorii* sistit habita sub Praesidio Dn. HENRICI CHRISTIANI SENCKENBERGII egregia Diss. Dn. CONRADI HENRICI GAERTNERI de GRÜNECK, *Giessae 1739. 4.* Ad hoc argumentum ex parte facit B. GVILIELMI FERDINANDI L. B. BACHOFF ab ECHT Exercitatio *de Iustitia Praescriptionis circa Bona sub pacto retrouenditionis alienata*, proposita *Ienae*, sed typis impressa *Gothae 1730. 4.* occasione controuersiae inter Serenissimos Saxoniae Duces & Abbatem Fuldensem, de Lichtenbergensi & Salzungensi tractu hactenus agitatae. *De Libertate Germanica* cordate exposuit BERNHARDVS L. B. de PLESSEN, *Halae 1729. 4.* De *Pontificis Romani potestate circa Exemtiones Abbatum & Monasteriorum Germaniae inprimis Abbatiae siue recens conditi Episcopatus Fuldensis* Praeside

GEORGIO

GEORGIO HENRICO AYRERO copiose disseruit G. I. I. N. de HABERMANN ab VNSLEBEN *Gottingae 1754. 4.* *De Iure Aperturae vom Oeffnungs-Recht* breuiter exposuit WILHELM. DECKHERRVS, *Argentorati 1670. 4.* *De Iure transeundi per Territoria* notabilis Diss. DANIELIS NICOLAI ROSENHAND, *Argentorati 1672. 4.* *De Aduocatia Statuum Imperii armata*, praeter MAGERVM a SCHOENBERG iam supra inter *Feudales* Scriptores laudatum, legendae Dissertationes IOANNIS WILHELMI GOEBELII *de Aduocatia armata, Helmstadii 1725. 4.* CAROLI OTTONIS RECHENBERGII *de Aduocatis & Aduocatiis Germanicis, Lipsiae 1725. 4.* & FRIDERICI HERMANNI CRAMERI *de Aduocatia Statuum Imperii armata, Lemgouiae 1724. 4.* *De Legationibus Obedientiae Romam missis* singulari libro commentatus CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER, *Ienae 1737. 4.* Quo de argumento extat ANONYMI *Abhandlung und Erœrterung der Frage: Ob ein Roemischer Kayser, nach erfolgter Wahl und Kroenung gehalten sey dem Roemischen Stuhl seinen Gehorsam durch eine besondere Gesandschafft zu bezeugen? Fft. 4.* *De Compensatione debitorum publicorum* extat Diss. FERDINANDI CHRISTOPHORI HARPRECHTI, *Tubingae 1703. 4.* *De Regali conducendi Iure*, von der Gleits-Herrlichkeit editus Tr. opera & studio PHILIPPI ALBERTI ORTTHEN, *Norimbergae 1672. 8.* *De Tutelis illustrium* Specimen Iuris Publici amplissimi Viri IOANNIS PHILIPPI RINGLERI *Francofurti & Lipsiae 1694. 4.* editum, multa cura est perscriptum. *De Banno, potissimum autem imperiali, von des Heil. Roem. Reichs Acht und Oberacht*, actum est ab ERNESTO GOTHOFREDO NORINBERGIO, *Erfurti 1628. 4.* pro gradu Doctoris disputante. *De Sequestro publico* Diss. extat ill. hodie LVDOVICI ADOLPHI ZECH, *Traiecti ad Rhenum 1705. 4.* *De Iure XI. dierum Calendario subtractarum*, erudita Dissertatio IACOBI BRVNNEMANNI, *Halae 1704. 4.* occasione introductionis Kalendarii emendati pro-

 posita.

posita. Quae res anno MDCCXXIV. multos in Imperio nostro, praesertim in Camera imperii motus excitauit, quorsum faciunt *Acta publica, oder bey der Reichs Versammlung zu Regenspurg in diesem 1724. Jahr verhandelte Stücke die Calender und Ferien Sache betreffende*, *Ratisbonae* 1724. 4. *De Maioratu* pererudita legitur illustrissimi FRIDERICI LVDOVICI *S. R. I.* Comitis in SOLMS & TECKLENBVRG Diss. *Lipsiae* 1707. 4. De *Iure Patronatus in Territorio alieno* praeclara est Diss. IOAN. CONRADI PEYERI, *Basileae* 1713. 4. & *Altorfi* 1720. 4. *De Iure Salinarum tum veteri tum hodierno* Liber singularis isque eruditus extat Dn. IOAN. HENRICI IVNGII *Gottingae* 1743. 4. addita Sylloge Documentorum pro Salina Lüneburgensi. De *Regali Iure Salinarum* Serenissimae Domus *Saxonicae* commentatus vernaculo libello sub titulo: *Vnvorgreiffliche Gedancken*, HENR. AVG. FISCHER, *Pirna*, 4. qui pro Monopolio Salinario argumenta conduxit. *De Iure Baronum* eruditam dissertationem moderante SAMVELE STRYKIO conscripsit SIGISMVNDVS Liber Baro de BIBRAN *Halae* 1696. 4. Addimus *Ein Send Schreiben, in welchem die besondere Frage: ob dem heutigen Reichs Herkommen nach Frey-Herr mehr sey als Herr?* cum Responso Facultatis Halensis, *Ienae* 1715. *f.* & ADAMI FRIDERICI GLAFEY Dissertationem Epistolicam de titulo: *Domini atque Baronis*, *Tübingae* 1716. 4. *De Insignibus* eorumque *Iure* iterum formis expressa SEBASTIANI FESCHII Diss. cui in hac editione addita BARTOLI a *Saxoferrato* Tractatus de *insigniis & armis*, *Altorfi* 1727. 4. *De Sigillis* disseruit GERHARDVS von STOEKKEN, quae Diss. recusa *Halae* 1731. 4. *De Mutatione Insignium & Sigillorum S. R. I. Statuum* erudita Dissertatio IOAN. WILHELMI WALDSCHMIDT *Marburgi* 1718. 4. *De Resignatione, auulsione & turbatione Sigillorum* extat Dissertatio IOAN. IODOCI BECKII *Altorfi* 1728. 4. De *Magno Ducali Sigillo Maiestatis Saxonico* quaedam annotauit IOA. ZACHARIAS GLEICHMANNVS *Ienae*

Ienae 1740. 4. *De Aduocatis & Oeconomis Monasticis* doctus Discursus CHRISTIANI FRANCISCI PAVLINI, *Ienae 1686. 4. Conductor Mercatorius (der Kaufleute Glait)* singulari Dissertatione Praeside CHRISTIANO WILDVOGELIO expositus *Ienae 1607. 4. De Iure recipiendi* Iudaeos praeclara & pereruditа extat Tractatio exposita sub Praesidio literatissimi ICti GEORGII HENRICI AYRERI a IOANNE HENRICO IVNGIO *Gottingae 1741. 4. De Iudaeo milite* Diss. erudita est IOANNIS DANIELIS GRVBERI, *Halae 1723. De Iudaeorum Moeno-Francofurtensium conditione duriori prae Ciuibus & Incolis Christianis* disputauit GOTTLIEB ETTLING *Giessae 1751. 4. De Iuribus singularibus circa Iudaeos maxime in Germania* docta est Dissertatio IACOBI AVGVSTI FRANCKENSTEINII, *Lipsiae 1722. 4.* cuius quoque heic memoranda auspicalis Dissertatio *de Vsu Albinagii in Germania, Erfordiae 1719. 4. de Vsu practico Iuris Albinagii praecipue in Controuersiis publicis* quaedam explicauit Dn. FRIDERICVS VLRICVS PESTEL *Rintelii 1718. 4. De Potestate relaxandi Iuramentum in I. R. G.* commentatus Diss. Dn. DIETERICVS HERMANNVS KEMMERICHIVS, *Lipsiae 1716. 4. De natura & indole delictorum & poenarum in caussis statuum Imperii R. Germanici* Diss. elegans & pererudita est V. C. IOAN. GEORGII CRAMERI, *Francofurti 1728. 4.* & CHRISTIANI FRIDER. GEORGII MEISTERI docta Diss. de *Iure quod in Delictis Personarum illustrium obtinet, Gottingae 1748. 4.* De *Debitis* a Successoribus illust. soluendis saepe multumque disputatur, pertinent huc: *Zweyer berühmter Rechts-Gelehrten ausführliche Erverterung der Frage: Ob ein Lands-Herr seiner Vorfahren Schulden zu bezahlen gehalten sey?* in quibus argumenta pro negatiua & adfirmatiua legas 1752. 4. *De Iure fodiendi Metalla* prostat Diss. IOAN. CASPARI BARTEL *Herbipoli 1731. 4.* EIVSD. *De Iure Asyli* ampla legitur Disp. *Herbipoli 1733. 4.* & *de iniusta Asylorum immunitatisque Ecclesiarum ad crimina dolosa extensione*

sione & Potestate Principis vel abusum Asylorum tollendi, vel Asyla plane abolendi perdocta Diss. CHRISTOPHORI IOAN. CONRADI ENGELBRECHTI *Helmstadii* 1720. 4. *De Pontium regiorum iuribus* Diss. B. IOA. RVDOLPHI ENGAVII extat Diss. *Ienae* 1736. 4. & EIVSD. Progr. de *regiorum Pontium Sanctitate* 1736. 4. *De Iure Principis circa loca & opera publica* egregia prostat Diss. ill. GEORGII LVDOVICI BOEHMERI *Gottingae* 1747. & alia EIVSD. *de Iure Principis libertatem Commerciorum restringendi ad utilitatem subditorum*, *Goettingae* 1753. 4. In Pseudonymi GERMANI SINCERI *neu entdeckten oder ins mehrere Licht gestellten Wahrheiten aus dem oeffentlichen Recht Franckf. am M.* 1746. 8. extat: *Chur-Trier Ius illimitatum de* non appellando, IOA. PHILIPPI PRAETORII Diss. de *Iure Archivi, Coenobiis ac Ciuitatibus mixtis procul dubio competente.*

De Scriptoribus, qui Iuris publici particularis Prouinciarum Germaniae argumenta elaborarunt.

§. CVIII. Perducto ad insignem cultum *Iure Publico Regni Germaniae vniuersali*, felix & fructuosa progressio ad percolendum *Ius Publicum* quarundam *Prouinciarum Germaniae* facta est. De Saxonicis Iuribus iam supra §. LXXII actum. *De Regalibus Palatinis, siue de praecipuis Serenissimae Domus Palatinae iuribus praerogatiuis ac praeeminentiis*, lectu digna ill. IOAN. FRIDERICI HERTLINGII Diss. *Heidelbergae* 1734. 4. iungi potest FRANCISCI ALEF *Gemma Iuris Palatini, seu Tractatio exegetica über den so genannten Zent-Vertrag d. a.* 1560. *und die Krafft selbigem dem Chur-Hause Pfalz in den Vogteylichen Dörfffschafften des Ober-Amts Heidelberg oder des Amts Dilsberg zustehende Territorial Superioritaet &c.* Diss. exhibita, *Heidelbergae* 1740. *f. De Iure Wildfangiatus Serenissimo Electori Palatino proprio* Diss. extat HENRICI HILDEBRANDI, *Altorfi* 1717. 4. Terras *Austriacas* ab Habspurgicis legitime fuisse adquisitas erudito libello comprobauit doctissimus PHILIPPVS IACOBVS LAMBACHER *Demonstratione*

ſtratione Iuris & Tituli, quo Imp. Rudolphus Habspurgicus vſus eſt, cum Ditiones Auſtriacas &c. in Comitiis Auguſtanis an. 1282. *Filiis ſuis Alberto & Rudolpho in Feudum concederet, Lipſiae* 1754. 4. ROMEDII OPPENRITTER breuis *conſideratio ſuper Iure ſucceſſionis in Terras & regiones ad Sereniſſimam Archi Ducalem Domum Auſtriacam pertinentes*, typis impreſſa *Viennae Auſtriae* 1750. 8. *De Aug. Domus Auſtriacae Iuribus ac Praeſtantia* vulgaria habet CHRISTOPHORI PHILIPPI RICHTERI Diſſ. *Ienae* 1666. 4. *Auſtria Princeps*, i. e. *de Auguſtiſſimae Domus Auſtriacae Iuribus Praerogatiuis illuſtribus, intuitu praeſertim nexus cum Imperio R. Germanico* Praeſide IOAN. HENRICO FELZIO ample diſſeruit CHRISTIANVS EMANVEL de GARB Nobilis de GILBELLI *Argentorati* 1721. *f.* quae recuſa *Lipſiae* 1736. 4. IACOBVS porro AVGVSTVS FRANCKENSTEINIVS *Praerogatiuas & Praeeminentias Auguſtiſſimae Domus Auſtriacae, Lipſiae* 1727. 4. propoſuit. Idem argumentum de *Sereniſſimae Domus Auſtriacae Praeeminentiis, Praerogatiuis, Iuribus ac Priuilegiis Praecipuis ac in ſpecie de huius Domus Iudicio prouinciali Caeſaro Sueuiae* diſſeruit B. GABRIEL SCHWEDER, *Tubingae* 1722. 4. Hos erudita diligentia & notitiarum adparatu ſuperauit illuſtris CHRISTIANVS AVGVSTVS BECKIVS, cuius *Specimina Duo Iuris Publici Auſtriaci*, lectu digniſſima, prodierunt *Viennae Auſtriae* 1750. & 52. 4. Ad has Praerogatiuas Auſtriacas referendum Ius conferendi *Inſignia* Ordinis *Aurei Velleris*, pro quo Praeſide IOAN. DANIEL GRVBERO *Vindicias Auſtriacas pro Aurei Velleris Ordine* accuratius ſcripſit perilluſtris hodie Dn. IOAN. CASPAR de POGARELL, *Halae* 1724. 4. idem egit CAESARINVS CHARITINIVS, ſiue Dn. IOAN. IACOBVS MOSER in libello cui index: *Die Nichtigkeit der Spaniſchen Praetenſion auf den Ritter-Orden des güldnen Vlieſſes*, (*Eßlingen*) 1723. 4. *Magnum Magiſterium Equeſtris Ordinis Aurei Velleris Burgundo-*

gundo-Austriacum feminino-masculinum ampla cultaque Dissertatione illustrauit celeberrimus AYRERVS, *Gottingae* 1748. 4. Accessit mox EIVS. Diss. de *Collisione Protestationum illustrium etiam nouissimarum circa Quaestionem: quis sit caput legitimum Ordinis Aurei Velleris*, *ibid.* 1749. 4. Add. IOA. PETRI de BIRCKENSTOCK Diss. de *legitimo & supremo Capite Ordinis Aurei Velleris*, ad illustrationem Art. XIII. Praeliminarium Pacis *Erfordiae* 1748. 4. De *Ducatu Franconiae* variae prostant priuatorum disquisitiones. B. CASPAR ACHATIVS BECKIVS Diss. sua auspicali sub Praesidio CHRISTIANI WILDVOGELII hoc argumentum tractauerat *Ienae* 1709. 4. & hunc Ducatum ex historia oppugnauerat; sed huius sententiis aduersi AVGVSTINVS de CANVSIO s. N. HIER. GVNDLINGIVS in *P. XIX. & XX. der Neuen Haellischen Bibliothec p. 749. & 447.* ac nuper ICtus Wirzburgensis BENEDICTVS SCHMIDIVS in *Beleuchtung des dem Hochstift* (Wirtzb.) *competirenden Hertzogthums zu Francken, Francf.* 1751. 4. Nouiter hanc causam insigniter collustrauit ill. IOA. GOTTLIEB GONNE Disquisitione de *Ducatu Franconiae orientalis* ad fidem Diplomatum atque Scriptorum instituta, eademque exquisita, *Erlangae* 1756. 4. *De Formula Ducatus Thuringiae*, Praeside Dn. IOANNE PETRO de LVDEWIG, huius Principia, sed non ab omnibus agnita proposuit Dn. IOAN. GOTTLIEB GONNE, *Halae* 1743. 4. *De Aduocatiis publicis Superioris Lusatiae* egregia Diss. ill. CAROLI GVILIELMI GAERTNERI, *Lipsiae* 1727. 4. De *suprema ad Ducem Saxoniae Querfurthensem appellatione* Dissertatione egit IOA. ANDREAS KESLERVS, *Erfordiae* 1740. 4. *Successiones in Serenissima Guelfica Domo* sub Praesidio CAROLI OTTONIS RECHENBERGII, scite exposuit Dn. CHRISTOPHORVS IOAN. de MVNCHHAVSEN, *Lipsiae* 1716. 4. *De Iure* vero *Augustissimae & Augustae Domus Brunsuicensis in Comitatum Peinensem* legenda Diss. Dn. IOAN. WILHELMI GOEBELII, *Helmstadii* 1720. 4. *Vindicias* autem

tem *Iuris Brunsuicensis ac Luneburgensis in Ducatum Saxo-Lauenburgicum* Dissertatione eleganti Praeside ill. AYRERO *Gottingae 1754.* 4. habita exposuit perdocte Dn. FRIDERICVS PHILIPPVS STRVBE. Facit huc quoque illustris IOAN. FRIDERICI KAYSERI Diss. egregia, sub indice: *Hassia a subiectione Ducum ab antiquo libera, Gissae 1737.* 4. *Origines Iuris Publici Hassiaci* in monimentis ineditis solicite & erudite inuestigauit illustris Vir IOAN. GEORGIVS ESTOR, quae ex secunda editione prodiere, *Ienae 1738.* 4. IDEM *Ius Publicum Hassiacum hodiernum* variis obseruationibus historicis & practicis illustratum edidit, *Ienae* 1740. 4. primum in hac Academia forma Dissertationis propositum. IDEM de *Comitiis & Ordinibus Hassiae praesertim Cassellanae prouincialibus* Dissert. egerat, *Marburgi 1745.4.* Emendatiorem vero & auctiorem horum editionem sub titulo: *Electa Iuris Publici* accepimus *Francofurti ad Moenum 1752.* 8. *Delineationem Status Pomeraniae Suethicae* debemus erudito stylo Dn. HERMANNI HERNRICI ENGELBRECHTI, *Gryphiswaldiae 1741.* 4. huiusque continuationem expectamus. IDEM Commentatione de *Iuribus Ordinis Equestris* in *Pomerania Suecica & Rugia* praeclara annotauit, *Gryphiae 1742.* 4. *De Praerogatiuis Ducatus Würtembergici* vtilia conduxit annotauitque Dn. IOAN. PETRVS a LVDEWIG, *Halae 1719.* 4. in quam Diatribam obseruationes MStae extant Dn. IOANNIS IACOBI MOSERI, qui & de *Comitatu principali Montisbelligardi eiusque Praerogatiuis* Diss. scripsit aliaque de Iuribus Würtenbergicis Scripta nondum edita, quorum recensionem vide in Catalogo Scriptorum a. 1743 edito. Adde ipsius *vermischte die Würtenbergische Staats-Rechte* &c. *betreffende Obseruationes I. Theil Stuttgart 1724.* 4. & *Specimen Würtenbergiae Diplomaticae, Tübingen 1732.* 8. quod & sub titulo: *Sammlung aller das Hoch F. Haus und Hertzogthum Würtenberg betreffender Vrkunden* 8. prodiit. Celeberrimus quoque Vir GODOFREDVS DANIEL HOFFMANNVS insigne *Specimen Iuris Publici Würtenbergici, Historiam* nempe & *Ius Vnionis Territorii Wür-*

Würtenbergici Tubingae 1754. 4. De eminentioribus Ducatus Ducumque Lotharingiae Iuribus elegans extat Diss. sub B. IOAN. GOTTLIEB HEINECCII Praesidio a CHRISTIANO HENR. ENGELKEN habita, *Francofurti ad Viadrum 1732. 4.* De *Priuilegiis S. R. I. Liberae Reipublicae Moeno-Francofurtensis*, elegans legitur Diss. sub B. IOAN. BENIAMIN LEHNEMANNI *Lipsiae 1740. 4. Municipalium* Ciuitatum insignium conditio quoque scriptis illustrata. Sic IOAN. CAROLVS SCHNEIDER, dictus WEISMANTEL, Praeside TOBIA IACOBO REINHARTH, *de Iure Ciuitatis Erfurtensis singulari* Diss. edidit, *Erfruti 1733. 4.* Ad *Badensis* Marchionatus praetensiones & Iura facit IEREMIAE EBERHARDI LINCKII *Serenissimae Domus Durlacensis Ius in Allodia controuersa vltimi Dynastae Hoben-Gerolsecc. sine mascula prole defuncti* Diss. expositum, *Argentorati 1721. 4.* Dn. CAROLVS GOTTLIEB de VCHTERIZ respondit ad Quaestionem: *Woher die Landschaft Ober Lausiz den Nahmen und die Hoheit eines Marggrafthums habe?* libello eleganti, *Wittebergae 1752. 4.* edito. Ad percolendum illustrandumque Ius particulare Prouinciarum Germaniae insigni eruditae diligentiae cum laude accessit qui tot praeclarissima in Iure publico vniuersali Germanico dedit specimina, Dn. IOAN. IACOBVS MOSER. Hic primum animi sui cogitata aperuit *in Nachricht von seinem unter Handen habenden besondern Staats-Recht aller einzeln Staende des Heil. Roem. Reichs, 1739. 4.* Ex instituto autem de natura, indole vsuque curatioris expositionis huius Iuris particularis copiose disseruit IDEM laboriosissimus Vir *in allgemeiner Einleitung in die Lehre des besondern Staats-Rechts aller einzeln Staende des Heil. Roem. Reichs, und in sein von diesem Staats-Recht handelndes Werck, Franckfurt und Leipzig,* siue *Ebersdorf 1739.* Amplissimi huius Operis sequentes formis sunt impressae *Partes*, nimirum:

1. Staats-Recht des Heil. Roem. Reichs Stadt *Aachen, Leipzig* und *Franckfurt*, siue *Ebersdorf 1740. f.*

2. Staats-

2. Staats-Recht des Fürstlichen Hochstiffts *Augspurg, ibidem eod. f.*
3. Staats-Recht der Reichs-Abtey *Baindt, ibid. eod. f.*
4. Staats-Recht des Fürstlichen Hoch-Stiffts *Constanz*, wie auch der Fürstlichen Abtey *Reichenau, ibid. eod.*
5. Staats-Recht des Churfürstlichen Ertz-Stiffts *Trier*, wie auch der gefürsteten Abtey *Prüm*, und der Abtey S. *Maximin, ibid. eod. f.*
6. Staats-Recht der Reichs-Stadt *Zell* am *Hammersbach, ibid. eod f.*
7. Staats-Recht des Hoch-Fürstl. Hauses *Anhalt*, wie auch der Abtey *Gernrode*, Grafschaft *Holzapfel*, und Herrschaft *Iever, ibid. eod. f.* Extat quoque.
8. *Staats-Recht derer Reichs-Graeflichen Haeuser von der Leyen, von Plettenberg, und von Virmont ibid. 1744. f.*
9. *Grund-Riß* des Staats-Rechts des H. R. Reichs-Stadt *Nürnberg*, als ein Auszug eines groeſſern Wercks hiervon, *Leipzig s. Ebersdorf 1741. 8.* Add.
10. EIVSD. *Entwurff eines Staats-Rechts der geiſtlichen Chur-Fürſten des Heil. Roem. Reichs, Franckf. 1738. 8.*

Quae huius Operis partes elaboratae, vel in Archiuis Statuum quorundam, vel in ſcriniis Dn. Auctoris repoſitae ſint, vide in *Deſignatione Scriptorum Moſerianorum 1742. 4.* edita *p. 24.* In lucem poſtea produxit Vir de re publica meritiſſimus: *Einleitung in das Chur-Fürſtlich Bayriſche Staats-Recht 1754. 8.* ſine loci mentione Porro: *Einleitung in das Chur-Fürſtlich-Maynziſche Staats-Recht, Fft. am Mayn 1755. 8.* item: *Einleitung in das Braunſchweig-Lüneburgiſche Staats-Recht 1755. 8.*

§. CIX. Praeter Principes & Status Germaniae partem etiam Imperii Romano-Germanici faciunt *Italiae Principes*, tanquam puri nudique *Vaſalli Imperii.* Horum Iura ſubinde in Concluſionibus ſuis retulit DOMINICVS TVSCHVS Cardinalis. Ex hisce aliisque ICtis Italis, qui Conſilia dederunt, poſtea excerpta ſunt: *Selecta de Iure Statuum in Imperio Romano, Francofurti ad Moenum 1620. 4.* in quibus *Parte Tertia* de Statibus Italiae horumque Iuribus atque Priuilegiis agit. Quantum ad eorundem Iura Feudalia, eximius eſt IOANNIS GVILIELMI ITTERI *de Feudis Imperii* Tractatus, *Francofurti 1685. 8.* & *ibid. 1714. & 1756. 8.*

Scriptores qui Iura Principum & Vaſallorum Italiae declarant.

LVDO-

LVDOVICVS CONRADVS DAHN dissertationem, quam ex B. B. G. STRVVII scholis hausit, conscripsit de *Vasallo non Statu Imperii*. *Ienae 1704. 4.* quo primus distinguit inter Status, Membra & nudos Vasallos. *De Subsidiis Pecuniariis a Statibus Italiae Imperatori Romano Germanico praestandis* Praeside IVSTO HENNINGIO BOEHMERO disseruit CHRISTIANVS PETRVS BRVNNER, *Halae Magdeburgicae 1720.* 4. Vtrum *Caesari & Imperio Romano-Teutonico*, itemque *Italiae Ducibus ac Principibus* Admissio ad Sessionem & Suffragium in Comitiis Germanicis expediat? *Consultatione Politica* expendere conatus, personatus Auctor HERMANNVS ROMANVS della CONGIONTIONE i. e. FRIDERICVS LVDOVICVS N. D. de BERGER 1723. 4. rationibus ex prudentia & publico Iure petitis, sed non adeo facile in effectum deducendis, addita quoque est haec Scriptio ipsius Annotationibus succinctis ad Coccejii Iuris prudentiam publicam.

Scriptores de Comitibus Palatii Lateranensis

§. CX. De *Comitibus Palatinis horumque Iuribus* egit THOMAS SAGITTARIVS dissertatione inaugurali, praeside ORTOLPHO FOMANNO, *Ienae 1620. 4. & 1635. 4.* & in FRITSCHII *Vol. Diss. I. n. 13.* qui tamen pleraque necessaria omittit. De *vera origine Comitum Palatinorum Caesareorum, seu comitum S. Palatii Lateranensis* Programma IACOBI CAROLI SPENERI prodiit *Vitembergae 1726. 4.* quod postea variis notis auctum insertum est EIVSD. *Deutschen Iuris Publici Parti Sextae p. 285. seq.* GEORGIVS MVNDIVS de *Comitibus Palatinis Caesareis*, *Noribergae 1654. 4.* maxime in eo est, vt Ordinis sui, cum ipse fuerit Comes Palatinus, laudes cumulet, quam vt multa illustret, ipsorum etiam originem a Comitibus Constantini M. Consistorianis perperam ducit. PETRI PITHOEI obseruatio de *Comitibus Palatinis, tam Germaniae, quam Galliae & aliis* e Gallico translata, Marquardi Freheri Originibus Palatinis accessit, *Heidelbergae 1612. f.* & *ibid. 1686. 4.* Commendanda praecipue est THOMAE REINESII *Commentatio Parergica de Palatio Lateranensi eiusque Comitiua*, cui accessit GEORGII SCHVBARTI de *Comitibus Palatinis Caesareis*

Exerci-

Exercitatio Historica, Ienae 1679. 4. qua singula ex antiquitatibus Germaniae curate deducuntur. Addimus EVERHARDI OTTONIS eruditam Diss. de *Comitibus Palatii* propositam *Traiecti 1734.* 4. recusam *Halae 1739.* 4. & leuem IOANN. CHRISTIANI VILIZ de *Comitibus Palatinis Caesareis, Halberstadii 1664.* 4. ARNOLDI HENRICI SAHME Dissertationes binas de *Comitibus Palatinis, den Reichs-Hofgrafen, Regiomonti 1702. 1703.* 4. De *Iuribus Comitum Palatinorum* legenda IACOBI OTTONIS *Hypotyposis legitimationis illegitimorum cum auctuario Restitutionis Famae infamium, Vlmae 1673.* 4. CAROLI IACOBI SCHILLINGII Dissertatio de *Iure legitimandi Comitum Palatinorum in Terris Principum Imperii Wittebergae 17 8.* 4. qua contendit, non solum illos qui a Principibus Imperii legitimati, vbique locorum pro legitime natis haberi debere, sed etiam Comites Palatinos inuitis Territorii Dominis legitimare non posse, vtrumque tamen praxi repugnare putem.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM

SCRIPTORES QVI AD IVS PVBLICVM SIVE NOTITIAM ALIORVM REGNORVM ET STATVVM FACIVNT.

§. 1.

Scriptores Rerumpublicarum in genere.

Nulla Respublica prolixiori vtitur Iure Publico quam nostra Germania, eo quod legibus publicis abundet libertateque eximia gaudeat. Nec vsitatum facile in aliis Rebus publicis nomen est *Iuris Publici*, quod apud Germanos ideo receptum, quod eiusdem doctrinam Iure Consulti sibi vindicent, cum in aliis Regnis *Notitia Status Politici* potissimum dicatur. De *Rerumpublicarum Notitia in Academia diligentissime excolenda* vtilia leguntur in VALENTINI IACOBI ASSMANNI Diss. *Lipsiae 1735.* 4. proposita. Hunc autem *politicum Rerum-*

Rerumpublicarum Europae Statum varii expoſuerunt. Superiori Seculo in lucem prodierunt *Theſauri Rerumpublicarum* LOTTINI, CASPARIS ENS & aliorum, quorum ſcopus vnice eo directus. Poſtea euulgabantur RESPVBLICAE ELZEVIRIANAE, pluribus exiguae molis libellis, quae in compendio traderent ſtatum cuiuslibet Reipublicae. Hae olim aeſtumatiſſimae, nec hodie vſu ſuo deſtituuntur, licet ſtatus politicus in plerisque ſit immutatus. Verum, cum diuerſi ſint laboris, illae prae caeteris veniunt aeſtimandae, quae IOANN. de LAET Brabantinum habent auctorem. Recenſionem accuratam harum Rerum publicarum lege in *Hamburgiſcher Bibliothecae Hiſtoricae* Centuria IX. Art. XXXVIII. Inter recentiores, qui ad generalem Statum publicum Europae faciunt, eminet IOAN. ANDREAE BOSII *Introductio in Notitiam Rerumpublicarum*, cui acceſſerunt Eiusdem *Diſſertationes de Statu Europae, Ienae 1676.* 4. qua non ſolum quae ad Notitiam Rerumpublicarum requirantur, egregie docet, ſed & generalem ſtatum publicum Europae qualis ſuo erat tempore, non tamen ea cura, exponit. Speciatim vero huc facit PETRI d' AVITY *Le Monde, ou Deſcription de l' Vnivers & ſes quatre Parties*, quod opus poſt auctoris mortem in Tomo de Gallia auxit *Franciſcus Ranchinus* atque edidit *Pariſiis 1643. f.* Denuo illud emendauit & ſuppleuit *Ioan. Baptiſta de Rocoles, Lugduni 1660. f. VI. Tomis.* Magni hoc opus fit apud Gallos, licet multa in ſtatu politico iam fuerint immutata. Simile inſtitutum fuit olim HERMANNO CONRINGIO. Hic enim in ſcholis priuatis diſſeruerat de praecipuis Rebuspublicis, quae deinde viuo quidem, ſed inſcio & inuito auctore, ſub magnifico Titulo: *Theſauri Rerumpublicarum* euulgauit PHILIPPVS ANDREAS OLDENBVRGERVS, *Geneuae 1674. 8.* Quatuor Tomis. Verum, Oldenburgerus multa ſine iudicio interpolauit, quippe vtilia miſcet noxiis & non neceſſariis, multa quoque ex Linda deſumſit & prolixius deduxit. Strauchii diſſertationes exotericas ſaepius exſcripſit, alias cum iudicio legendus. Conringius eodem quo hic Theſaurus editus anno, *Helm-*

Helmstadii in 4. publicauit singularem Admonitionem de hoc Thesauro, vt illum Oldenburgeri pruritum singulis ante oculos poneret. Eadem fere fata quae *Conringianae* recitationes habuerunt, subiere B. NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII, saepius habitae de *Notitia Rerumpublicarum*, quae in lucem protrusae sub titulo: *Ausführlicher Discurs, über den iezigen Zustand der Europæischen Staaten, Pars Prima* cum Praefatione IACOBI AVGVSTI FRANCKENSTEINII *Francof. & Lipsiae* 1733. 4. *& Pars Secunda*, ibid. 1734. 4. cum Praefatione Viri celeb. CHRISTIANI GOTTLIEB IOECHERI. Insunt his dictatis *Gundlingianis* quidem multae egregiae amoene que obseruationes, sed & errores non leues, vel ex humanae memoriae imbecillitate in tanta rerum varietate, vel ex scribentium vitio orti. Praestantissimum opus est FRIDERICH LEVTHOLFS VON FRANCKENBERG *Europaeischer Herold, Franckfurt* 1689. *f.* atque ex iterata eademque auctiore editione *Lipsiae* 1705. *f.* Verus, qui sub hoc nomine latet, auctor est BERNHARDVS ZECHIVS, Potentissimo Poloniarum Regi a Consiliis intimis, qui multa cura atque eruditione, non solum publicum vniuersae Germaniae Statum, sed etiam singulorum Germaniae Statuum exponit. Idem in secunda parte praestitit circa Statum politicum reliquorum in Europa Regnorum, Statuum atque Rerumpublicarum. Singulis quidem in hoc genere merito praeferri debet, desunt tamen adlegata Scriptorum, vt de singulis fides sit certior. In altera Editione Electorum potissimum Iura atque praerogatiuas defendere fuit conatus. Insignem legentibus vtilitatem praestabit ill. IOAN. IACOBI SCHMAVSS *Einleitung zu der Staats-Wissenschafft, und Erleuterung des von ihm herausgegebenen Corporis Iuris Gentium Academici und aller andern seit mehr als zweyen Seculis her geschlossenen Bündnisse, Friedens und Commercien Tractaten*, Erster Theil, *Leipzig* 1741. 8. *mai.* qua consilia de Trutina potentiae inter Europaeos imperantes, (*Balance*) Propugnaculis in Belgio a federatis custodiendis (Barriere) Sanctione pragmatica, de Succes-

Successione in Terras Austriacas, & alios euentus memorabiles apte concinneque enarrat. *Pars Secunda* successit, *ibid. 1747. 8.* qua controuersiae & tractatus Imperii & Regnorum Septentrionalium recensentur. Iuuenibus insigniter commendanda celeberrimi Viri EVERARDI OTTONIS *Notitia praecipuarum Europae Rerumpublicarum*, quae aucta & emendata prodiit ex *Editione Quarta*, *Traiecti ad Rhenum 1739. 8. mai. Ienae 1749. 8. mai.* quae plena est bonae frugis atque copiosius enarrantibus insignem expromendarum ex optimis scriptoribus vtilissimarum rerum apparatum, occasionem praebet. Ad recitationes Academicas instituendas commode adhibendae scite ac prudenter ductae lineae celeb. IOAN. DAVIDIS KOELERI, sub titulo: *erneuerter Entwurf eines Collegii über den gegenwærtigen Zustand von Europa, und die iezigen Welt-Hændel, Goëttingen 1736. 8.* Addimus quod ad Germaniam, LVDOVICI PETRI GIOVANNI, siue potius IOAN. PETRI LVDEWIGII *Germaniam Principem*, *Halae 1702. 8.* Volumen primum saltim editum, quo Austriacam domum atque Electores complectitur, horum successiones, Regionum ac dignitatum Titulos, praetensiones, praerogatiuas & priuilegia, indolem subditorum, potentiae & redituum rationem examinat. Vtile certe est Scriptum, nimis tamen breue, in vsum Auditorum conscriptum, multa discursibus reseruans. Altera editio prodiit 1711. 8. priori in multis auctior, maxime, quae concernunt Domum Austriacam, Bauaricam, Saxonicam. Praemissus etiam est Syllabus Scriptorum qui faciunt ad hanc Notitiam. Recusa *Vlmae 1754. 8. mai.* cum quibusdam additamentis ex MSCto Auctoris. Continuationem de Principibus promisit neque tamen adhuc euulgatam. Post mortem paucula Auctoris dictata quaedam de Principibus in 8. mai. edita, sed imperfecta & non magni momenti.

Scriptores Iuris Publ. Gallicani.

§. II. Ad *Formam & Statum Regni Gallicani* facit primum CLAVDIVS SESELLIVS de *Republica Gallorum & Regum officiis* libris duobus per Sleidanum editis, *Francofurti 1608. 8.* quibus statum Regni mix-

mixtum adserit, Regemque Parlamento adhuc adstrictum. Idem egit FRANCISCVS HOTTOMANNVS in *Francogallia*, qua statum Regni Gallicani ab antiquo repetit, atque Parlamentum esse supra Regem contendit, cui tamen respondet ANTONIVS MATHARELLVS, quae scripta coniunctim prodierunt *Francofurti 1681. 8.* in qua Editione quae in quibusdam anterioribus sublata fuere restituta. STEPHANVS PASCHASIVS, siue ESTIENNE PASQVIER scripsit *Les Recherches de la France*, *Parisiis 1596. f.* atque ex iterata editione, tribus libris locupletiore, *Parisiis 1634. f.* Liber est egregius, in antiquitatibus Gallicis fide dignus, quo origines Gallorum, Parlamenti & reliquorum iudiciorum maiorum, Ducum, Comitum, Nobilium, aliarumque dignitatum, varias consuetudines aliaque ex antiquitatibus declarat. Sed ista ad antiquiora potius tempora faciunt, quam vt multa illustrent in statu hodierno. Ad recentiorem statum facit IOANN. de LAET. *Gallia*, siue de *Gallorum Regis dominio*, *Lugduni Batauorum 1629. 24.* IOANN. LIMNAEVS in *Notitia regni Franciae*, quae prodiit *Argentorati 1655. 4. 1681. 4.* mores singulares, formam politicam, magistratus, & reliqua, quae concernunt statum politicum Regni Gallicani descripsit, atque singula ex scriptoribus rerum Gallicarum congessit. IOACHIMVS HAGEMEIERVS etiam epistolas duas de *Statu Galliae* scripsit *Francofurti 1678. 4.* Facit huc etiam *L' Etat de la France*, qui saepissime editus, nouiter prodiit *à Paris 1708. 12. 3.* Tomis, quo Aula Regis & Principum regii sanguinis, collegia, officiales, Episcopi & militiae praefecti enarrantur. Quae haut ita pridem *Parisiis 1718. 8.* *Sex Voluminibus*, gallica lingua, prodiit *Noua Franciae Descriptio* (*Nouvelle Description de la France*) per PIGANIOL de la FORCE multa cura elaborata, maximam partem quidem est Geographica, Regimen tamen simul politicum cum vniuersim, tum singularum Prouinciarum describit. Maioris momenti sunt: *Description historique & Geographique de la France ancienne & moderne par Mr. l' Abbé de* LONGVERVE, *à Paris 1719. 2. Parties f.* & *L' Etat de la France par Mr. le Comte de* BOVLAINVILLIERS, *à*

 Londres

Londres 1727. f. Tome Premier & Second. Extrait des Memoires dressez par les Intendans du Royaume par Ordre du Roy Louis XIV. à la sollicitation de Monseigneur le Duc de Bourgogne &c. avec des Memoires Historiques sur l'ancien Gouvernement de cette Monarchie jusqu' à Hugues Capet. Successit his eodem auctore *Histoire des anciens Parlements de France ou Etats Generaux de France,* a Carolo M. ad Ludouicum XI. in quibus Commentariis de eorum potestate, iuribus, & iudiciis libere sentit, à *Londres 1737. f.* Longam Scriptorum de Statu Politico Regni huius seriem collegit IACOBVS le LONG gallica lingua editae *Bibliothecae Historicae Libro III.* Capite cum primis V. & sequentibus.

Scriptores Iuris Publ. Hispanici.

§. III. *Hispaniae Statum publicum* exposuit IOAN. de LAET in *Hispania, Lugduni Batauorum 1624. 24.* probe elaborata. THOMAS CAMPANELLA in Discursu suo de *Monarchia Hispanica, Amstelodami 1653. 12.* media praescribit, quibus conseruari possit Monarchia Hispanica. TRAIANVS BOCCALINVS in *Lapide Lydio politico*, qui diversis vicibus & linguis fuit editus, statum Hispaniae superioris temporis atque Monarchiam adfectatam describit. Sub medium superioris Seculi prodiit *Voyage d' Espagne, à Cologne 1666. 12.* a non solum varia particularia, quae Hispaniae regnum concernunt, comprehenduntur, sed etiam adiicitur *une Relation de l' Estat & Gouvernement de cette Monarchie,* quae statum publicum Hispaniae accurate describit. Extat & aliud itinerarium plenum bonae frugis, sub indice: *Iournal du Voyage d' Espagne à Paris 1669. 4.* in quo pleraque capita notitiae egregiis obseruationibus illustrata, adscribitur illud Dn. BOISEL, Consiliario Parlamenti, qui secretarius & socius Legationi in Hispanias Gallicae adfuit. Multa Notitiae Hispaniarum capita quoque exposita in IACOBI VALDESII Tr. inscripto: *Praerogatiua Hispaniae* h. e. *de dignitate & praeeminentia Regum Regnorumque Hispaniae, & honoratiori loco ac titulo eis eorumque legatis a Conciliis, nec non Romana sede iure debito, Granatae 1602. f.* recuso *Francofurti 1626. 4.* contra hunc librum in Gallia typis impressa prodiit: *Sentence*

Sentence du Prevot de Paris contre un mechant & pernicieux Livre imprimé à Francf: intitulé: Praecedentia Hispaniae &c. Paris 1626. 8. Recentior conditio peti potest ex Abbatis de VAYRAC *l' Etat present de l' Espagne, à Paris 1718. 8. IV. Voluminibus*, gallice, quo praeter Geographica de origine vicissitudinibusque Monarchiae Hispanicae, de Praerogatiuis, Ordinibus Procerum, Officiis Aulicis, Regimine Ecclesiastico, Militari, Ciuili & Politico breuiter quidem ast accurate exponit. Adde quae lectu sunt suauissimae *Memoires instructifs pour un Voyageur d' Espagne & Portugal, à Amsterdam 8.* & germanice *Lehrreiche Nachrichten für einen Reisenden in verschiedene Europaeische Staaten, Berlin 1738.* 8. in quo libro multae curiosae obseruationes de natione Lusitana & Hispanica & habitu regionis annotatae leguntur.

§. IV. *Ius Publicum Regni Portugallici* exponit IOAN. de LAET *Portugallia, siue de Regis Portugalliae regnis & opibus, Lugduni Batauorum 1642. 24.* Gallico idiomate prodiit S. MARTHE *l' Etat de Portugal, à Paris 1608. 8.* Praecipue aestimanda est HENRICI COCCEII *Iustitia belli & pacis in Statu Regni Portugallici fundata, Francofurti ad Viadrum 1693. 4.* quam ea occasione scripsit, cum Maria Sophia Elisabetha Petro II. Portugalliae Regi sponsa adduceretur, atque ex Iure Naturae & Gentium pleraque examinauit. Elegantissima est *Descriptio Aulae Portugallicae sub Rege Petro II.* anglice primum facta, *Londini 1700. 8.* & in Gallicum sermonem versa, hoc titulo: *Relation de la Cour de Portugall sous D. Pedre II. à Amsterdam 1702. 8.* in quo Aula & Personae regiae, reditus, potentia, interesse Regis potissimum describitur. Laudem quoque eximiam promeretur *der neueste Staat des Kœnigreichs Portugall und der darzu gehœrigen Lænder inn- und ausserhalb Europa, Halae 8.* ex optimae notae Scriptoribus & monimentis collectus & digestus, cuius auctor doctissimus Vir IOAN. IACOBVS SCHMAVSS diuersis Scriptis Historicis eleganter exaratis clarus.

Scriptores Iuris Publici Lusitani.

Scriptores Iuris Publ. Anglicani.

§. V. *Status Angliae publicus* describitur in *Republica, siue Statu Regni Angliae, Hiberniae & Scotiae diuersorum Auctorum*, *Lugduni Batau. ex Elzeuir ana 1628. 24.* Alias THOM. SMITHII extant Libri III. de *Republica & administratione Anglorum* in latinam conversi a *Ioanne Buddeno*, *Lugduni Batauorum 1641. 24. ex Elzeuiriana* & aliquoties in Germania recusi. Post fatalem Caroli Stuarti captiuitatem edita DAVIDIS IENKINS *Lex Terrae, de regimine Angliae & iniqua Parlamenti actione cum Rege, Londini 1648. 4. & Amstelodami 1653. 12.* qua omnem Angliae statum politicum describit. Tempore Cromwellii prodiit *Breuiarium Historiae Parlamenti, Lugduni Batauorum 1651. 12. & Ratio constitutae nuper Reipublicae Angliae, Scotiae & Hiberniae, vna cum insulis aliisque locis eius ditione subiectis penes Protectorem & Parlamentum*, ex Anglico in latinum versa, *Hagae Comitum 1654. 12.* Restituto vero per Carolum II. Angliae regno, IOACHIMVS HAGEMEIERVS Epistolas duas scripsit de *Statu M. Britanniae, Francofurti 1678. 4.* Gallico sermone prodiit *Etat present d'Angleterre, à Amsterdam 1672. 12.* Breuiter eundem statum exponit MARCVS ANTON. CORRIER in *Relation d'Angleterre, à Montbeliard 1667. 12.* in qua occasione legationis suae, quam Reipublicae Venetae nomine suscepit, omnia ipsi inuestigare datum est. Postea magni adplausus fuit EDVARDI CHAMBERLAYNE *l'Etat de l'Angleterre*, qui vel vicesies fuit editus, & pro diuersis publici status mutationibus saepius immutatus. Prodiit quoque THOMAE WOOD *Angliae Notitia, Oxonii 1686. 12.* qui, licet succincte admodum Angliae statum describat, meliora tamen saepe tradit. Prae caeteris vero aestimandum est Scriptum, quod sub titulo prodiit: *L'Etat present de la Grande Bretagne apres heureuse Vnion en 1717. sous le Regne glorieux de Anne Reine de la Grande Bretagne, par* GVY MIEGE *à Amsterdam 1708. 8.* in Germanicum idioma translatum & figuris aeneis, sed parum vtilibus oneratum *Lipsiae 1718. 4.* in hoc autem quidquid ad statum publicum Magnae Britanniae facit, accurate collegit.

§. VI. Ad *publicum Daniae Statum* facit potissimum *Respublica Daniae, Norwegiae, Holsatiae, Lugduni Batauorum 1629. 12.* Postea MOLESWORTH, Legatus in Daniam Anglicanus varia ad notitiam *Daniae* annotauit ediditque *An Account of Dannemark as is was in the Year 1692. London 1694. 8.* & gallice, sub indice: *Memoires de Mr.* MOLESWORTH *Envoyé d'Angleterre en Dannemark sur l'Etat present de ce Royaume, Nancy 1694. 8. Vtrecht 1701. & Amsterdam 1695. 8.* Statum politicum Danici Regni per omnes classes persequitur, licet ideo in Regem videatur nimium liberalis, quod despoticum ipsi Imperium plane attribuat atque de nationo Danica multa acerbius pronunciauerit. Hinc Danus quidam opposuit: *Dennemark vindicated, & gallice: Defense du Danemark traduit de l'Anglois avec les Additions du Traducteur, Cologne 1696. 8.* Ad Statum Politicum Daniae etiam facit *Relation en forme du Iournal d'un Voyage fait en Dannemark à la suite de Mr. l'Envoyé d'Angleterre à Rotterdam 1707. 8. 2. Voll.* Praeclarae obseruationes leguntur in ill. DETLEVI REVENTLOV Diss. Lipsiensi de *Nexu Foederum inter Imperium Romano-Germanicum & Regnum Daniae, Lipsiae 1735. 4.* Scriptores Iuris Publ. Danici.

§. VII. Ad *Suecorum Ius publicum* pertinent isti Scriptores, quos superiori Capite quinto §. XIV. XV. inter Fontes Iuris adduximus. Quodnam hac in parte fuerit AXELII OXENSTIERNAE institutum, docet nos Knesebeckius de studio Iuris publici vniuersalis lit. A. 2. *Oxenstierna Magnus Cancellarius a sua dignitate haut alienum putauit, Ius publicum Regni Sueciae, quale erat tempore Reginae Christinae, peculiari scripto complecti, quod in Bibliothecis nonnullis cimelii instar custoditur.* Alias huc facit *Respublica Sueciae,* quae inter Elzeuirianas reperitur, *Lugduni Batauorum 1623. 24.* & ab HENRICO SOTERO fuit composita. Breuis & hodie parum sufficiens IOHAN. MESSENII *Specula, ex qua inclytam Suecorum & Gothorum conditionem manifesto atque prolixo contemplari licet quaqua versum prospectu, Holmiae 1612. 8.* Cumprimis Statum publicum Regni Scriptores Iuris Publ. Suecici.

 Suecici

Suecici egregie declarant Scripta quae sub nomine Wexioniorum in Aboensi Academia prodiere. Primum edita est MICHAELIS WEXIONII, post accepta Nobilitatis Iura GYLLENSTÖLP dicti *Politica Generalis, Aboae 1649. 8.* Inde prodiit MICHAELIS O. WEXIONII *Epitome Descriptionis Sueciae, Gothiae, Feningiae, & subiectarum Prouinciarum, Aboae 1650. 8.* quae recusa est in SIMONIS FRIDERICI HAHNII *Collectione Monumentorum veterum & recentium* Tom. II. *p. 124.* tandem successit MICHAELIS WEXIONII, alias GYLLENSTÖLP *Politica, ad modernum Imperii Sueco-Gothici Statum accommodata; domesticisque passim exemplis illustrata: quo genuina eiusdem facies luculentius exprimitur, Aboae 1657. 8.* quae ita elaborata, vt vulgaribus doctrinis politicis, quae Suecici Regni sunt peculiaria, adiiciantur. Ex his libris posteriores binos regio mandato prohibitos, sunt qui adserunt, indeque rarissimos dignosque qui mutata iam Regni Suecici forma, eaque restituta quae hisce libris describitur, quam ferre non poterant tempora auctorum, formis iterum excudantur. IOANN. LOCCENIVS *Synopsin* scripsit *Iuris publici & priuati Suecani, Gothoburgi 1673. 8.* In primis huc facit V. C. IACOBI WILDE *Sueciae Historia pragmatica, quae vulgo Ius Publicum audit, Holmiae 1731. 4.* a primis Regni initiis vsque ad editionis tempora deducta, & ex legibus non scriptis & scriptis, prouincialibus & communibus, pactis conuentis, decretis comitialibus, statutis, edictis & mandatis repetita, multa tamen ex politicis generalibus admixta habet, quae si omissa essent gratior lectoribus egregius cetera liber videretur. Addatur illustris Viri CHRISTIANI NETTELBLADT Disputatio Iuris Publici de *Formula Regiminis Sueciae de anno 1634. cum nouissimis de annis 1719. & 1720.* collata & Notis pereruditis illustrata, *Gryphiswaldiae 1729.* 4. Conferri quoque potest *Etat praesent de Suede, à Cologne 1695. 12.* qui tamen iniurius saepe est in gentes septentrionales, maxime vero harum ingenia ab eruditione solida remota nimis esse docet, atque ad rem literariam ornandam parum idonea. Huic tamen in Biblio-

Bibliotheca Septentrionali respondet Ioannes Mollerus, atque Danorum Suecorumque merita in rem litterariam praedicat. Quae Fratribus PVFENDORFIIS a quibusdam, ab aliis vero cuidam ex comitatu Legati in Suecia Gallici Marchionis de FEVQVIERES tribuuntur *Anecdotes de Suede à la Haye 1716. 8.* mutationes politicas huius Regni imperante Carolo XI. sub quo absoluta potestas stabilita est, memorant.

§. VIII. *Ad Politicum Regni Polonici Statum* facit primum *Respublica Poloniae, Lithuaniae, Prussiae, Liuoniae, Lugduni Batau. 1627. 24. & Amstelodami 1642. 24.* STANISLAI KRZISTANOVII *breuis descriptio Statuum Regni Polonici, Moguntiae 1606. 4.* & in laudata Collectione *Elzeuiriana.* Praeterea prodiit *Relation de l'Etat de Pologne, & de leur Republique, à Cologne 1668. 12.* qua legatum instruit, quo modo se gerere debeat apud Polonos, & multa detegit arcana. Prae caeteris aestimandum est scriptum Sr. de HAVTEVILLE *Relation Historique de Pologne, contenant le pouvoir de ses Roys, leur election & leurs couronnemens, les Privileges de la Noblesse, la Religion, la Iustice, les Moeurs, les Inclinations des Polonois, avec plusieurs actions remarquables, à Paris 1688. 12.* quod ad Statum politicum facit egregie. Addi potest BERNHARD CONNOR *the History of Poland, London 1698. 8.* & ex Germanica versione, *Lipsiae 1700. 8.* Hos omnes superarunt CHRISTOPHORI HARTKNOCHII de *Republica Polonica libri duo*, quos summa diligentia ex historicorum & legum voluminibus eruit *Lipsiae 1698. 8.* qui vsum praebent haut exiguum ad noscendum Statum Polonicum, in iisdem enim Regis electionem & praerogatiuas, Pacta Conuenta, Senatum, Nobilitatem, Comitia, Iudicia, militiam & formam Reipublicae describit, vt compendium esse possit Iuris Publici Polonorum, in rebus nonnullis ad caeremonias pertinentibus subinde errorem commisisse quidam obseruant, sed haec facile condonari possunt viro, qui Aulam non vidit, & res maioris momenti praeclare exposuit ita, vt apud viros illustres Poloniae labores eius sint in pretio. Amplum

Scriptores Iuris Publ. Polonici.

plum quidem sed satis negligenter compilatum est *Ius Regni Poloniae, ex Statutis & Constitutionibus eiusdem Regni Poloniae & Magni Ducatus Lithuaniae collectum, & additionibus ex Iure Ciuili Romano, Canonico & Saxonico, nec non Constitutionibus Prouincialibus Gnesnensibus auctum, historiisque illustratum in quatuor libros & duos Tomos distinctum, auctore* NICOLAO ZALASZOSWSKY, *Posnaniae 1701. f.* IV. Voluminibus. Tomo primo quaedam collectanea ad Ius publicum Poloniae exhibet de Religione, Interregno, Regis electione, Pactis conuentis, Coronatione, Iuribus, bonis regalibus, Senatoribus, ordine equestri, Officialibus Regni, demum etiam de Pactis Velauiensibus atque Oliuensibus agit, sed multa magni momenti argumenta de Iure vectigalium, tributorum, indigenatus, Priuilegiorum magnarum Regni Prouinciarum, plane omittit. NICOLAI de CHWALKOWO CHWALKOWSKY *Ius Publicum Poloniae* ex altera editione, *Regiomonti 1684. 4.* multo quidem adplausu exceptum, sed indiligenter & non ea, quae argumentum poscebat accuratione collectum, vti docet, quae iungi debet ANONYMI i. e. HARTKNOCHII *Exercitatio ad Nicolai Chwalkouii Ius Publicum Regni Poloniae, Dantisci 1684. 4.* Elegantissimum & summa cura ex optimis fontibus deductum celeberrimi Viri GOTHOFREDI LENGNICH *Ius Publicum Regni Poloni*, cuius *Tomus I.* prodiit *Gedani 1742. 8.* Librosque II. exhibet, alter sequutus est *ibid. 1746. 8.* In ANDREAE CHRYSOSTOMI ZALVSKI *Epistolis Historico-Familiaribus, Brunsbergae 1709. 1711. f.* tribus Tomis, IV. Voluminibus editis, multa reperiuntur, quae ad pernoscendum Ius Publicum Poloniae egregie facere possunt. Recusae sunt nuper *Vratislauiae f.* Addi potest GRATIANI SEVERINI LIPINSKI *Epistola, Sicilimenta quaedam ad harum Epistolarum Loca nonnulla, Terras Prussiae, speciatim Ciuitatem Gedanensem afficientia, exhibens, 1712. 4. Prussiae*, quae audit *Polonicae* Iuris Publici capita quaedam leguntur in Dn. GOTHOFREDI LENGNICH egregia Commentatione, *de Norma Regiminis, quae sub imperio Serenissimorum Poloniae Regum Prussiae,*

ex

ex praescripto Iurium, vt vocant, fundamentalium competit, Gedani 1722. 4. addatur, quae sub Praesidio Dn. SAMVELIS FRIDERICI WILLENBERG proposita est Diss. *de Vnionis, qua Poloniae iungitur Prussia indole, Gedani 1727. 4. Priuilegium Ciuitatum minorum Prussiae occidentalis* Commentario illustratum, praemissa de Ciuitatibus minoribus introductione historica, prodiit *Gedani 1739. 4.* Ad *Prussiam Brandenburgicam* facit quae breuis & leuis est IACOBI LYDICII *Notitiae Ducatus Prussiae delineatio 1677. 12.* nec inutiliter iungitur Dn. IOAN. PETRI de LVDEWIG *vertheidigtes Preussen wider den Anspruch des Teutschen Ritter-Ordens, Mergentheim 1703. 4.* & Dn. SAMVELIS FRANCISCI GRVTTNERI, sub Praesidio Dn. GEORGII DANIELIS SEYLERI proposita Diss. *de Prussia nunquam & nulli tributaria, Elbingae 1740. 4.* nec non Dn. IAC. HENRICI OHLII Diss. sub Praesidio HEINECCIANO inscripta: *Prussiae in Libertatem adsertae specimen, quo probatur, eam nulla unquam titulo Imperio Germanico fuisse subiectam, Halae 1740. 4.* Add. *Biga Commentationum Iuris Publici Pruthenici* I.) de *Iure Porussorum circa Electionem, Coronationem & Pacta Conventa Noui Regis Poloniae;* Altera, de *Iure singulari Ciuium in Porussia acquirendi sibi & possidendi Bona Terrestria, quas ad fidem Actorum Publicorum descriptas* exhibuit FRANCISCVS DRVSVS siue Dn. SAMVEL FRANCISCVS GRVTTNER, *Dantisci 1746. 4. Iuris Publici magni Imperii Russorum* primae Lineae auctore M. MORGENSTERN, inlucem productae *Halae 1737 8.* De *Curlandiae & Semgalliae* Ducatus statu, & an Statibus harum Prouinciarum Ius eligendi Ducem extincta *Kettlerorum* mascula prosapia, multum & ore & scriptis disceptatum. Negatur Ordinibus in scripto cui titulus datus: *Solida atque in Actis Publicis & Historiarum monumentis fundata Demonstratio, quod Statibus Curlandiae tanquam Vasallis Feudi inclyto Poloniae Regno aperti nullum de eo disponendi arbitrium vel Ius liberae quam vocant Electionis competat 1742. 4.* Sic: *Ius Regni Poloniae in Ducatum Curlandiae & Semgal-*

liae cum Materiis connexis demonstrare voluit C.D.F. siue, CAROLVS DANIEL FVCHS a Secretis Episcopi Zalusky. Add. *Schreiben eines Polnischen Edelmanns an seinen Freund in Kœnigsberg das Recht der Krone Polen auf Curland, sowohl als das Curlændische Wahl-Geschæfte betr. 1741. 4.* Pro *Ordinibus* scriptum editumque: *Ius eligendi Ducem Statibus Curlandiae & Semigalliae ex principiis Iuris Naturalis vindicatum*, germanice 1736. 4. auctore CHRISTIANO WOLFIO, aliique huius argumenti libelli.

Scriptores Iuris publici Hungarici.

§. IX. Ad *Hungariae* statum publicum pernoscendum praeter *Hungariam* inter res publicas *Elzeuirianas* & memoratos iam p. 126. *Faciem Iuris Publici Hungariae* a VV. CC. IOAN. GRAVIO & IOAN. ANDREA LOCHNERO *Tübingae a. 1666.* propositam suis obseruationibus locupletatam edidit Dn. IOAN. IONY, *Ienae 1717.* 4. legenda quoque IOANNIS L. B. de KEMENY Commentatio Historico-Iuridica de *Iure succedendi Serenissimae Domus Austriacae in Regnum Hungariae, Halae 1731. 4.* ex fontibus historiae Regni, Constitutionibus Iurisque naturalis & gentium principiis composita. V. C. CAROLI ANDREAE BEL doctissima Commentatio de *Archi Officiis Regni Hungariae, Hungari Baronatus vocant, Lipsiae* est nitide edita 1749. 4.

Scriptores Status publici Belgii

§. X. *Politicum Belgii Statum* illustrat primum PAVLI MERVLAE *de Statu Reipublicae Batauicae Diatriba, Lugduni Batauorum 1630. 24.* Inde prodiit MARCI ZVERII BOXHORNII *Liber de Statu foederati Belgii, Hagae 1659. 12.* qui breuiter integram dispositionem Reipublicae Belgii Foederati describit. Secutus eundem fuit PHILIPPVS CAESIVS a ZESEN, cuius *Leo Belgicus, Amstelodami 1660. 12.* editus, initia atque incrementa Reipublicae Belgii Foederati, formam interiorem, potentiam, interesse, & quae ad conseruationem Status faciunt, examinat. MARTINVS SCHOOCKIVS in *Belgio Foederato, Amstelodami 1665. 12.* integram faciem Reipublicae Belgicae generalem, Iurisdictionem prouinciarum singularem, statum, commercia, vrbes & vicos, ministros,

nistros, intereffe, statum regiminis & alia. accurate recenset. Liber olim in Batauia prohibitus, sed hodie in summo pretio, & de quo multi existimant illum continere ipsissima Reip. Belgicae fundamenta est: *Verantvvoordingh van de wittelicke Regeeringh van Hollandt ende West Frieslandt, midtgaders eeniger naburige Provincien, sulcx die was voor de Veranderingh gevallen in den Iare 1618. geschreven by* HVGO *de* GROOT 1623. 4. & latine: *Apologeticus eorum, qui Hollandiae West-Frisiaeque & vicinis quibusdam nationibus ex legibus praefuerunt, ante mutationem quae euenit Anno 1618. Parisiis 1640. 12.* Egregiae obseruationes ad notitiam *Belgii Foederati* peti possunt ex scriptis CORNELII VAN HOVENS, siue LA COVRT, Viri rerum Belgicarum periti, sed partibus Wittianis addicti, quae ea de caussa cum cautione legenda. Huc pertinet eius liber inscriptus: *Historie der Gravelike Regeering in Holland, beschreven door V. H. Waer by is gevoegd de Oorsprong de Nederlandse Troubeln wel eer beschryven door* VIGLIVS ZWICHEMVS ab AYTA *en nu eerst int' ligt gebraght door V. H. in 8.* sine loci & temporis mentione. EIVSD. est *Interest van Holland 12.* & germanice eadem forma. His opposita scriptio: *Hollands Opkomst of Bedenckingen op de schaadelyke Schrifften genaamt Grafelicke Regeeringe, en Interest van Holland, tot Leyden 1662. 12.* Stilo VAN HOVENS quoque scripto: *Aenwising der heilsamen Politike Gronden en Maximen van de Republic van Holland, Leiden 1669. 4.* liber rarus & prohibitus olim, qui contra Principis Mauritii consilia scriptus videbatur, Idiomate germanico 1671. 8. An eiusdem scriptoris sint libellus: *De Gulde Legenden van de Stadthouders in Holland t'ende West Vrieslandt t'Amsterd. 1663. 8.* aliis definiendum relinquo & quis auctor scripti, cui index: *De Stadthouderliike Regeeringe in Hollandt en West-Vrieslandt t' Amsterdam 1662. 12.* Egregium scriptum est GVILIELMI TEMPLAEI, quod sub titulo: *Remarques sur l'Etat des Provinces unies du Pais Bas faites en l'an 1672, à la Haye 1680. 12.* prodiit, in quo Status

Status politicus Belgii illorum temporum egregie describitur. Huc facit *Histoire abregé des Provinces Vnies des Pais bas, où l' on voit leurs progrés, leurs conquêtes, leur gouvernement & celuy de leurs Compagniens en Orient & en Occident, comme aussi les hommes illustres dans les armes, & les sçavans dans lettres, à Amsterdam 1701. f.* cum figuris aeneis. In hoc autem & Historiam & Statum politicum optime videmus descriptum. SAM. BASNAGE *Annalibus Belgii Federati* gallice scriptis & *Hagae Comitum 1719. f.* editis praemisit *Descriptionem Historico-Politicam Regiminis Belgii Federati*, quae huc facit & eleganter curateque est perscripta. Addi potest: *Etat present de la Republique des Pais-bas* par Mr. F. M. IANICON Agent de S. A. S. le Landgrave de Hesse Cassel, quae notitia ex editione *tertia*, obseruationibus illustrata prodiit *1741. 12. mai. 2. Vol.* Sunt & quaedam huc pertinentia, in Mr. de la BARRE de BEAVMARCHAIS *Lettres sur la Hollande ancienne & moderne*, quae prodiere 1741. 8. tribus Partibus.

Scriptores Iuris publ. Heluetici.

§. XI. *Heluetiorum* Rem publicam Libris duobus optime descripsit IOSIAS SIMLERVS, qui *Tiguri 1577. 8.* excusi, saepe typis repetiti; vltima editio cura IOAN. CONRADI FVESLINI prodiit *Tiguri 1734. 8.* qui Compendium historiae Heluetricae antiquae, & historiam Heluetiorum ab auspiciis reformatae fidei ad recentiora tempora adiecit. Germanice versa notitia *Simleriana* prodiit sub titulo: *Von dem Regiment der loeblichen Eydgenosschaft*, cum annotationibus & supplementis HANS IACOB LEU, *Zürich 1722. 4.* Iungi potest IO. BAPTISTAE PLANTINI *Heluetia antiqua & noua, Bernae 1656. 8.* & multa libertate scriptus libellus, sub indice: *L' etat de la Suisse ecrit en 1714. à Amsterdam 1714. 8.* auctor Dn STANIAN Legatus Britannicus ad Heluetios, & quae lectu dignissima IOAN. IACOBI MOSERI *gerettete voellige Souverainitaet der loeblichen Schweizerischen Eydgenossenschaft, Tubingen 1731. 4.* ex Actis publicis & Pacis Westphalicae declarata. Conferenda omnino ANONYMI: *Sammlung der vornehmsten Bündnissen,*

nissen, Vertrægen, Vereinigungen, &c. welche die Kron Franckrych mit læblicher Eydgenoßschafft und dero Zugewandten insgesamt und insbesondere aufgerichtet, Bern 1732. 8. In libello ad iucunditatem animi composito, cuius index: *Amusemens de Bade en Suisse, de Schinznach, de Pfeffers*, edito in 8. leguntur quaedam anecdota sed cum grano salis accipienda.

§. XII. Ad *Statum Politicum totius Italiae* noscendum adhibendi Tractatus varii de *Principibus Italiae*, a THOMA SEGETHO collecti, *Lugduni Batauorum 1631. 24.* quibus praecipue Regimen Principatuum atque Rerumpublicarum Italiae describitur. GREGORIVS LETI Italico sermone scripsit *Italiam regnantem, Geneuae 1676. 12.* in qua non solum generalem Italiae Historiam describit, de Populis & Principibus agens, sed etiam de incolarum ratione atque numero, academiis & viris praecipuis, qui in iisdem clarent. *De Italiae statu antiquo & nouo contra Machiauellum* scripsit THOMAS BOZIVS, *Coloniae 1595. 8.* IOAN. GAILLARDVS anglice exposuit *de praesenti Statu Prouinciarum & Rerumpublicarum Italiae, Londini 1669. 12.* Scriptores Iuris publ. Italici.

§. XIII. Nulla est Italorum Respublica, quae ordinatiori vtatur Iure publico, quam Respublica Venetorum. Ad Statum autem Venetorum Reipublicae politicum primum faciunt DONATI IANNOTII *Dialogi de Republica Venetorum* cum commentariis *Nicolai Crassi, Amstelodami 1653. 24.* IOANNIS COTOVICI *Synopsis Reipublicae* prodiit 1616. 12. & addita ipsius *Itinerario Hierosolymitano & Syriaco*, edito *Antwerpiae* 1619. 4. tabulis tantum quibusdam constat. Praestant autem CASPARIS CONTARENI *de Magistratibus & Republica Venetorum Libri V. Lugduni Batauorum* 1628. 24. Alias prodiit *Politique Civile & Militaire des Venetiens, à Amsterdam 1666. 12.* IOAN. GAILLARDI *Status Reipublicae Venetae* anglice prodiit *Londini 1670. 8.* in quo de Imperio, legibus, viribus, opibus, ritibus atque reditibus Venetorum agitur. IACOBI SIMANCAE *Collectanea de Republica Veneta* prodierunt *Antwerpiae 1539. 8.* Bina tamen hic loci Scripta prae caeteris veniunt Scriptores Iuris publ. Veneti.

niunt commendanda. Alterum est, *la Ville & la Republique de Venise, par Mr.* DIDIER, *à Paris 1680.* 12. in qua situm, Regimen & mores Venetorum magna cum cura descripsit. Praeferenda tamen AMELOT de la HOVSSAYE *Histoire du Gouvernement de Venise, à Paris 1676.* 12. *& à Amsterdam 1692.* 12. *& 1705.* 12. qua omnis Status politicus, dignitates, habitus atque alia eiusdem generis egregie describuntur, adiectis figuris elegantissimis, ita, vt prae omnibus sit commendanda. Nouissime prodiit FRESCHOT *Nouvelle Relation de la Ville & Republique de Venise, à Vtrecht 1709. 8.* cuius prima pars generalem Reip. Venetae Historiam, altera Statum politicum, tertia Familias patricias describit.

Scriptores de Praetensionibus illustrium.

§. XIV. *Vniuersale Gentium Ius publicum* illustrant etiam *Praetensiones* atque *Controuersiae illustrium*, quae per varias *Deductiones sunt* examinatae, atque ob paucitatem impressorum exemplarium rarae esse solent. Amplissimum opus olim de praetensionibus illustrium meditabatur CHRISTIAN. MATTHIAS KNESEBECK, cuius Specimen esse voluit *Prodromum Iuris Publici vniuersalis, Rodopoli 1700. 4.* qui denuo prodiit sub Titulo: *Discursus de studio Iuris publici vniversalis & praetensionibus illustribus 1705. 4.* Magnum opus de praetensionibus Imperii Romano-Germanici se moliri dicit, cuius initium a praetensione Imperii Romano-Germanici in Regnum Arelatense se facturum promittit. Verum fatalis ipsius mors, hoc opus non solum, sed etiam Morhofium ipsius illustratum, impediuit. IOAN. PETRVS LVDEWIG ipse de se Germania Principe pag. 88. ait: *Meditamur Praetensionum illustrium Systema, plenum, & omnes Europae Principes attingens, ingentique labore ac sumtuoso scriptorum apparatu contextum*, quod adhuc expectamus. CHRISTIANVS THOMASIVS in *specimine Iurisprudentiae Iudicialis* multa intermiscet de genuinis principiis definiendi praetensiones illustres, *Halae 1706.* 4. Prodromus saltim est, optandum, vt maiori opera singula deducantur. Deductionum quarundam, qui in particu-

particularibus Principum controuersiis fuerunt editae, recensionem aliquam nectit LYNCKERVS in Instructorio lib. II. sect. II. pag. II. & IOAN. DECKHERRVS in erudito Tractatu de Scriptis adespotis p. 108. seqq. quas tamen cum in scriniis Principum potissimum lateant, hic omittimus. IOAN. CHRISTIANVS LVNIGIVS copiosum earundem dedit Catalogum *Bibliotheca Curiosa Deductionum;* varias in vnum Corpus collegit *in der Grund Veste Europaeischer Potenzien Gerechtsame,* quae Opera iam supra sunt recensita. Prodiit equidem CHRISTOPHORI HERMANNI SCHWEDERI *Theatrum Historicum Praetensionum & Controuersiarum illustrium in Europa, Lipsiae 1712. fol.* quo Praetensiones illustrium recenseri videmus, laudabili sane, imperfecto tamen ob grauitatem & subsidiorum defectum adhuc labore. Cuius Libri altera Editio eademque amplissimis additionibus locupletata, vt nouum opus esse videatur, prodiit cura B. ADAMI FRIDERICI GLAFEY, *Lipsiae 1727. f.* ex eo magnam partem deductum, additis tamen quibusdam Mr. IEAN ROVSSET *Interest present & les Pretensions des Puissances de l'Europe á la Haye 1741. 4. III. Voll.* cum Supplementis praetensionum Regum Galliae Scriptorum longam seriem recenset IACQVES le LONG *Bibliotheque Historique de France Libr. III. Art. IX. p. 613. seqq.* quos inter notabilis, qui studio operaque THEODORI GOTHOFREDI conductus & auctus editusque a PIERRE du PVY (PETRO PVTEANO) hoc sub indice: *Traité touchant les Droits du Roy Tres Chretien sur plusieurs Etats & Seigneuries possedez par plusieurs Princes voisins, &c. Paris 1655. f. Rouen 1670 f.* Quum autem decisio Praetensium illustrium, non vnice per vltimam rationem Regum *Ius Canonicum,* sed magnam partem ad rationes Iuris Gentium fieri debeat, vtilem operam nauauit illustris IOA. IACOBVS MOSERVS, qui concinnauit *Grundsätze des ietztüblichen Europaeischen Vœlcker-Rechts in Friedens-Zeiten, Hanau 1750. 8.* & EIVSDEM: *Grundsætze des Europæischen Vœlcker-Rechts in Kriegs-Zeiten, Tübingen 1752. 8.* Singillatim a quibusdam priuatis & priuato contra nostro aeuo *Praetensiones quaedam* libellis expositae. Sic FRANCISCVS DRVSVS siue Dn. GRVTTNER edidit: *Ius Augustissimae Domus Austriacae, Hungariae & Bohemiae Reginae in Ducatum & Comitatum Burgundiae; nec non Ius Magni Ducis Hetruriae reuindicandi sibi Lotharingiam, Lutetiae Parisiorum* (locus fictus) *1743. 4.* Idem: *Ius magnae Britanniae Regis in Monarchiam Hispaniae in specie in Regno Nauarrae, Castiliae, Legionis & Gallaeciae* demonstrare voluit, *Mantuae Carpetanorum 1742. 4* vtrumque forte ingenii doctrinaeque declarandae caussa.

§. XV. Multae inter Reges Statusque sunt controuersiae de *Praecedentia,* quare etiam illi Scriptores, qui eiusmodi Controuersias examinant, erunt considerandi. Generalis est IACOBI GOTHOFREDI *Diatribe de Iure Praecedentiae,* ex Secunda Editione, *Geneuae 1664. 4.* & in *Operum minorum* a TROTZIO editorum Aularum

Scriptores de Iure Praecedentiae & statu

Germaniae. editorum Volumine. Praeferendus tamen IACOBVS ANDREAS CRVSIVS, *de praeeminentia, sessione, praecedentia & vniuerso Iure Proedrias, Bremae 1666. 4.* in quo plerasque controuersias, quae de hoc iure inter diuersos Reges & Principes agitantur, examinat, & singulorum fundamenta & rationes adducit. Qui CRVSIVS & singulatim de *Iure Proedrias S. R. I. Electorum, nec non Serenissimae Domus Neoburgicae* Disquisitione commentatus, *Mindae 1677. 4.* CASPARIS HENRICI HORNII Tractatus de *Iure Proedriae in Praecedentia, Wittebergae 1705. 4.* prodiit, quo tamen tractatu potius priuatorum controuersias examinat. Recusus est Quinque Quaestionibus auctior cura IOA. CHRISTOPHORI PESLERI, *ibid. 1736. 4.* cum Praefatione Editoris de *Obligatione clientelari Nobilitatis gradum imminuente.* De talibus concertationibus quoque quod ad magnam partem exponunt Dn. IOAN. CHRISTOPHORI THEODORI HELBACHII *Meditationes Iuris Proedriae moderni, Lipsiae 1742. 4.* Optimum Scriptum est ZACHARIAE ZWANZIGS *Theatrum Praecedentiae, oder eines Theils, illustre Rang Streit, andern Theils illustre Rang-Ordnung, Franckfurt 1709. f* ex *Editione Secunda,* prima autem sub *Ehrenbarti Zweyburgii* nomine *1606. f.* prodiit, quo Regum, Ducum, Comitum, Vrbium & Familiarum illustrium Europae controuersias & statum Praecedentiae ex historiis probe illustrauit. Speciatim quorundam saltim Regum Praecedentiam alii examinarunt. De controuersia ista, quae inter Hispaniae, Galliae atque Angliae Reges de praecedentia intercedit, prodiit IACOBI HOWEL Dissertatio de *Praecedentia Regum Galliae, Hispaniae & Angliae, Londini 1665. 8.* in quo tractatu quid in historiis de hac materia reperiatur, adducit, & primas Anglo potissimum concedit. Plures sunt, qui Gallorum partes defendere in se susceperunt. Inter hos FRANCISCVS PITHOEVS scripsit *Traité de la grandeur, droits & Prééminences & Prerogatives des Rois & de Roiaume de France, 1594. 8.* NICOLAVS VIGNIER edidit *Raisons & causes de preséance entre la France & l' Espagne, proposées par Augustin Cranato Romain pour l' Espagne, avec les Responses à chacune d' icelles, à Paris 1608. 8.* HIERONYMI BIGNONII extat Tractatus *de l' excellence des Rois & de Royaume de France, traitant de leur preseance & prerogative par dessus les autres, à Paris 1610. 8.* Totus autem in praerogatiua Galliae regibus definienda fuit ANTONIVS AVBERIVS qui de *praeeminentia Regum Galliae supra Imperatorem & Regem Hispaniae* scripsit, gallice, *Parisiis 1680. 4.* cui tamen in suo de Praecedentia tractatu respondit Crusius. Alios copiose recensuit *le Long Bibliotheque Historique de France L. III. C. V. p. 567. seq.* De statu *Aularum & Curiarum Germaniae* nouum commendatissimum & cordatum opus exstruxit ill. & celeberrimus FRID. CAR. de MOSER Ser. Landgrauii Hasso Darmstadtini a Consiliis Legationis, cui titulum dedit: *Teutsches Hoff-Recht in Zwœlf Büchern entworfen,* cuius *Tom. Primus Francof. 1754.* & *Secundus, ibid. 1755. 4.* prodierunt.

BVR-

BVRCARDI GOTTHELFII STRVVII

ET

CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI

BIBLIOTHECA IVRIS SELECTISSIMA

IVRIS STVDIOSI.



CAPVT DECIMVM OCTAVVM BIBLIOTHECA IVRIS SELECTISSIMA MAXIME IVRIS STVDIOSI.

§. I.

Selectiorem quidem Bibliothecam dispofuimus, sed etiam ista adhuc selectu indiget. Tanta enim copia est Librorum Iuris, vt difficile omnino sit viam Iuris prudentiae ingredienti, seligere, quos in quauis parte sequatur doctores. Fontem Iuris prudentiae sapientiam diuinam esse, nemo forsan denegabit. Ad hanc viam parat SACRA SCRIPTVRA, cuius lectio adsidua commendanda est Iuris Studioso. Commentatorem meliorem non habemus quam Spiritum Sanctum, qui ardentibus precibus nostris instigatus, verum intellectum cordibus hominum instillat. Addi potest IOAN. ARNDII *Christianismus* qui inter asceticos praecipuus, & qua ratione ex statu nostro corrupto progrediamur ad fiduciam euangelicam Christiano homini tantum necessariam, solide docet. Opus ad promouendam pietatem non fucatam adprime commendandum. Idem dicendum de B. IOANN. FRANCISCI BVDDEI *Institutionibus Theologiae Moralis* quae prodierunt *Lipsiae 1711. 4.* & subinde *1723. et 1721.* recusae. In tres distinctae sunt partes, quarum prima, *Theologiae Moralis* strictius ita dictae, nomine insignis, actiones regenitorum expendit, altera, quae *Iuris prudentia diuina* audit, officia hominis regeniti ex legibus diuinis manantia tradit; tertia vero, quae est *de Prudentia Christiana & Theologica*, prout prudenter pericula, quibus circumsepti sumus, declinare, incommoda, quae rectum in vita Christiana cursum impedire queant, superare, & mediis legitimis finem optimum vbique obtinere possimus, demonstrat. His omnino

Fontes Iuris prudentiae in Scriptura Sacra.

nino iungi debent Eiusdem Theologi exquisitissimi *Theses Theologicae de Atheismo & Superstitione* ex Latina Editione *Ienae 1717. 8.* & cum obseruationibus HADRIANI BVVRT *Traiecti ad Rhen. 1737. 8.* Germanica vero versione eleganti & culta *Ienae 1717. 8.* nec non gallica editore Dn. FISCHERO, quarum lectio & meditatio Iuris Cultori, exulceratis hisce nostris temporibus vbi late serpit Atheismi venenum, atque opinionibus ad Atheismum ducentibus, scatet orbis quandoque & Academiae, pernecessaria est, magnopereque commendanda.

Philosophia Studiosis Iuris necessaria eumprimis Logica.

§. II. Sic per *Pietatem* bene praeparato animo, *Philosophiam* adgrediatur Iuris studiosus, atque vel ante doctrinarum Philosophicarum tractationem vel in ipso hoc studio suscipit euoluat Viri celeberrimi de historia Philosophica insigniter meriti IACOBI BRVCKERI *Institutiones Historiae Philosophicae vsui Academicae Iuuentutis adornatas*, editasque *Lipsiae 1747. 8. mai.* In *disciplina rationali*, quam *Logicam* appellamus, commendatam potissimum habeat recentiorum compendiarias expositiones, quales sunt CHRISTIANI WOLFII, et celeberrimorum Virorum DARIES, REIMARI, B. CORVINI, PVTTERI et ACHENWALLII aliorumque, quiuis enim fere harum doctrinarum interpres in Auditorum suorum vsum hodie tales edere solet. *Metaphysica*, qualis olim obtinuit scholasticis relinquimus; saniora Iureconsultis. PHYSICA disciplina maiorem adferre potest vtilitatem inter alia, vt naeuos istos, quos veteres ICti, secuti Hippocratem aliosque commiserunt, eo melius adgnoscamus. Inter praestantiora hodie rerum *Physicarum* Compendia commendamus B. GEORGII ERHARDI HAMBERGERI *Elementa Physices methodo mathemaitca*, ex Editione *Tertia*, *Ienae 1741. 8.* & qui talia lingua patria exposita amant B. CHRISTIANI WOLFII *Gedancken von Würckung der Natur Halae 1733.* ei. *Gedancken von Absichten natürlicher Dinge 8.* & ei. *Gedancken von Gebrauch der Theile in Menschen - Thieren und Pflanzen*

Halae

Halae 1737. 8. Idem dicendum erit de *Mathesi*, quae ingenium acuit. Nostro tempore ad Academicas in Mathematicis institutiones adhibentur siue CHRISTIANI WOLFFII *Anfangs-Gründe aller Mathematischen Wissenschafften, Halae 1718. 8.* & ex Editione IV. auctiore *ibid 1732. 8.* IV. Partibus quibus praemissa elegans Scriptorum Mathematicorum Notitia. Ex his breuius compendium decerptum, sub titulo: *Auszug aus den Anfangs-Gründen*, ex Editione Septima, quae indice instructa *Halae 1740. 8.* siue Collegæ honoratissimi Dn. IOANN. BERNHARDI WIDEBVRGII *Anleitung zu den Mathematischen Wissenschfften*, ex *secunda Editione Ienae 1735. 8.* et ill. IOACH. GEORGII DARIES *Erste Gründe der gesammten Mathematick, Iena 1747. 8. mai.* Insignem vsum in praxi forensi praestabit POLAK *Mathesis forensis* nuper *Lipsiæ* emendatior et locupletior edita *1756. 4.* Add. V. ill. IOAN. ANDREAE SEGNERI *Elementa Arithmeticae & Geometriae, Gœttingae 1739. 8.* Viua Doctoris vox in his multum valet, vtraque enim disciplina demonstrationibus vel experimentis nititur, in quibus vox Praeceptoris melius praeit. Vtiliter iungi potest praeclarus Liber BERNHARDI NIEWETITS, in linguam Germaniae superioris translatus et inscriptus: *rechter Gebrauch der Welt, zur Erkentnis der Macht, Weisheit und Güte Gottes, auch Vberzeugung der Atheisten und Vnglaubigen, mit Anmerckungen erleutert von* IOH. ANDR. SEGNER, *Iena 1747. 4. mai.* cum figuris aeneis.

§. III. *Moralis* potissimum *disciplina* Iuris studiosorum animos occupare debet, in qua non inutilis est IOANNIS SCHILTERI *Manuductio philosophiae moralis ad veram non simulatam Iuris prudentiam, Ienae 1676. 8.* in qua rationem, quo modo fundamenta Iuris ciuilis ex principiis aequitatis petantur, demonstrat. CHRISTIANI THOMASII *Sitten-Lehre Halae 1720. 8.* duabus Partibus, quae sane vtilis est insigniterque omnibus commendanda. Addantur ill. IO-

Philosophia Moralis maxime necessaria.

ACHIMI GEORGII DARIES, *erste Gründe der Philosophischen Sitten-Lehre*, *Iena* ex Editione Secunda, *1755. 8.* Proderit quoque haut parum studioso Iuris, si philosophiae moralis ethnicae solidam cognitionem sibi comparet, hac enim ratione facilius Leges, quae ex eiusdem scitis defluxerunt intelligere poterit, ex hoc capite merito laudamus celeberrimi Viri GOTTLIEB STOLLII *Historie der Heydnischen Morale*, *Ienae 1714. 4.* qua Barbaricae, Graecae & Romanae Moralis doctrinae historiam, ex genuinis fontibus deducit, facillimaque methodo idiomate Germanico, singula eo spectantia solide illustrat.

Iuris prudentia Naturalis.

§. IV. Huic subnectenda est *Iuris naturalis prudentia*, in qua praeter GROTIVM optimi sunt SAM. PVFENDORFIVS in elegantissimo libello *de Officio Hominis & Ciuis*, qui cum TITII, WEBERI, TREVERI, & OTTONIS Notis prodiit, inque Gallicam linguam translatus cultissimis IOAN. BARBEYRACI Obseruationibus instructus *Amstelodami 1718. 8.* qui non solum statum hominis naturalem, sed etiam ciuilem & diuersos respectus aliorum considerat. Cui addimus *de Iure Naturae & Gentium Libros VIII.* in quo quaestiones in Iure Naturae controuersas, singula latius exponit. Idem Opus gallice extat ex versione celeberrimi BARBEYRACII, additis Eiusdem doctissimis adnotationibus. CHRISTIANVS THOMASIVS *Institutionibus Iuris prudentiae diuinae*, hypotheses Pufendorfii explicat, & Legum naturalium rationes declarat, quod scriptum sane merito commendandum omnibus verae Iuris prudentiae studiosis, prodiit ex *Editione Sexta, Halae 1717. 4.* Addi debent Eiusdem *Fundamenta Iuris Naturae & Gentium ex sensu communi deducta, in quibus vbique secernuntur Principia Honesti, Iusti ac Decori, cum adiuncta emendatione ad ista Fundamenta Institutionum Iuris prudentiae diuinae*, ex *Editione Quarta Halae 1718. 4.* quibus multa in Iurisprudentia diuina asserta mutat, primasque lineas Systematis, cuius curatior elaboratio ob profectam summi

ſummi Viri aetatem impedita fuit. Cum his coniungendum *Specimen Iuris prudentiae Iudicialis ex Iure Naturae & Gentium exhibitum in exemplis de variis Gentium negotiis & controuerſiis, Halae 1706. 4.* Comiter ab eruditis noſtri aeui quoque exceptae Viri Celeberrimi IOACHIMI GEORGII DARIES *Inſtitutiones Iuris prudent. vniuerſalis*, quarum Ed. IV. *Ienae 1751. 8.* prodiit.

§. V. *Ius Gentium* ſuccedit, in quo meliorem non habemus HVGONE GROTIO, qui vel cum notis IOANN. FRIDERICI GRONOVII, ex Editione IOAN. BARBEYRACI cum eiusdem notulis, *Amſtelodami 1720. 8.* legendus, quas priores ſuae quoque editioni inſeruit atque proprias adiecit GERARDVS van der MVELEN, *Vltraiecti 1696. f.* vel cum commentario IOAN. TESMARI & VLRICI OBRECHTI, *Francofurti 1690. f.* Praeſtantisſimus hodie ſine dubio Commentarius eſt IOANNIS BARBEYRACI celeberrimi Viri, elegantisſimae Grotii verſioni Gallicae ſubiectus & *Amſtelodami 1724. & 1730. 4.* duobus Voluminibus editus, cum quo magno fructu iungi poteſt SAMVELIS de COCCEI ſummi dum viueret Viri *Grotius illuſtratus*, cum *Introductione in Grotium illuſtratum* V. Tomis. *Introductio* edita *Halae 1748. Commentariorum* vero *T. I. Vratislauciae 1744. f. Tom. II. ibid. 1746. Tom. III. 1747. Tomus IV. et vltimus ibid. 1752.* cui annexi varii Tractatus de *Mari libero*. Addi tamen poteſt IOANNIS GEORGII KVLPISII *Collegium Grotianum*, quod ad Grotii lectionem viam parat. Recentisſima Editio eſt quae cura Dn. DIETERICI HERMANNI KEMMERICH prodiit *Ienae 1738. 8.* Compendii vices ſuſtinet. IOAN. SCHEFFERI *Grotius Enuncleatus* in vſum Comitis de la Gardie factus, qui elegans libellus iterum cura *Friderici Auguſti Hackmanni* prodiit *Helmſtadti 1712. 8.* iuuenibusque eſt perutilis. Qui circa Legationum Iura inſtrui cupit, addat WICQVEFORT *de l'Ambaſſadeur & ſes Fonctions à Cologne 1690. 4. & à Amſterdam 1730. 4.* duobus Voluminibus & ob exempla varia WALSINGHAM *Memoires & Inſtructions pour les Ambaſſadeurs, à Amſterdam*

Ius Gentium.

sterdam 1700. 4. & Domini de CALLIERES *de la Maniere de negotier avec les Souverains, à Amsterdam 1716. 12.*

Politica. §. VI. Exinde progressus fieri debet ad pragmaticas disciplinas siue *Politica*, in quibus non incongruum erit Scriptores praecipuos nosse. Ad hos autem cognoscendos facit HERMANNVS CONRINGIVS in dissertationibus politicis de *Philosophia ciuili eiusque optimis ac praecipuis scriptoribus, Helmstadti 1673. 4.* & GABRIELIS NAVDAEI *Bibliographia Politica* saepius edita, cuius editio est optima, quam procurauit FRIDERICVS GLADOV, *Halae 1712. 8.* Hisce haut male iungitur elegans IOAN. ANDREAE BOSII *Dissertatio Isagogica de comparanda prudentia ciuili*, quae cura GEORGII SCHVBARTI prodiit *Ienae 1698. 4.* & non solum ad ipsam Politicam introducit, sed etiam qua ratione Historici ad statum politicum accommodari debeant praeclare docet. Recentior est CAROLI ARNDII *Bibliotheca Politico-Heraldica selecta, Rostochii 1705. 8.* qua potiores ciuilis doctrinae Scriptores prolixe satis examinat. In ipsa doctrina, praeter HVGONEM GROTIVM eundemque patrem Politicorum, atque BVDDEVM commendandae IOANNIS HENRICI BOECLERI *Institutiones Politicae, Argentorati 1704. 8.* editae, quae non quidem in omnibus perfectae, viam tamen monstrant, si fidelis ductor accedat, qui singula exemplis historicis illustret. IOAN. NICOLAI HERTII *Elementa Prudentiae Ciuilis Francofurti ad Moenum 1712. 8.* ad mentem quidem Aristotelis stilo quandoque Metaphysicorum conscripta, ast ideo aestimanda, quod morbos & medelas Rerum publicarum insimul doceat & commonstret, qua ratione per Exempla illustrari possit Politica. DIDACI SAAVEDRAE hispanice scripta, sed vtiliter in linguam latinam translata *Idea Principis Christiano-Politici, Coloniae 1680. & Ienae 1708. 12.* edita, in politicis sane multum vsum praebet. Qui liber, si quis alius, plane egregius est, principem enim instruit in omni regiminis parte, atque singula historicis

ricis

ricis illustrat exemplis. Hisce iungi potest VITI LVDOVICI A SECKENDORFF *Christen-Staat, Leipzig 1743. 8.* quo libro actiones Principum qua ratione secundum regulas Christianismi & ciuiles dirigi debeant, egregie docet. Legendi quoque & aestimandi cum ob praeclaras doctrinas, tum cultam scribendi rationem DANIELIS EREMITAE *aulicae vitae ac ciuilis Libri IV.* qui cum praefatione Ioan. Georgii Graeuii prodierunt *Vltraiecti 1701. 8.* Prae caeteris ciuilis vitae cultoribus commendandae IOANN. ADOLPHI HOFFMANNI *politische Anmerckungen über die wahre und falsche Staats-Kunst*, ex editione secunda *Hamburgi 1740. 8.* qui liber cordate & eleganter scriptus atque ex historia omni illustratus, dignus sane qui saepe multumque legatur, addi potest IOANN. CASIMIRI KOLBENS von WARTENBERG *vaterliche Instruction an seine Kinder, Berolini 1704. 4.* quibus omnia, quae ad vitam ciuilem faciunt, regulis Christiano-politicis comprehendit. Inter illos qui doctrinam de prudentia vniuersim, Politicamque vt ita dicamus priuatam, exposuere primo loco laudanda singulariter CHRISTIANI THOMASII *Prudentia Consultatoria*, quae latine prodiit *Halae 1707. 4.* inque vernaculam linguam culte & scite translata a GEORGIO BEYERO ICto Vitembergensi, hoc elogio prodiit: *kurtzer Entwurff der politischen Klugheit, sich selbst und andern in allen menschlichen Geselschafften wohl zu rathen und zu einer gescheuten Conduite zu gelangen, Lipsiae 1707. 1725. 8.* Eiusdem Lineas *prudentiae legislatoriae* in lucem produxit honoratissimus Collega Dn. GOTTLIEB STOLLE, *Ienae 1740. 8.* cum quo coniungendus CHRISTOPHORI AVGVSTI HEVMANNI *Politischer Philosophus*, qui *Halae 1714. 8.* et ex Editione auctiore *1724.* prodiit, regulas potissimum praescribit, qua ratione quis in vita ciuili se gerere debeat & IVLII BERNHARDI von ROHR *Einleitung zu der Klugheit zu leben, Lipsiae* ex iterata & auctiori Editione *1719. 1730. 8.* quibus adiungenda ANONYMI *Kunst zu leben und zu herrschen, Lipsiae 1733. 8.* edita.

Oratoriae studium.

§. VII. *Oratoriae* studium in primis est necessarium Iuris studioso, ad quam sedula lectio quod *ad latinam Linguam* pertinet, scriptorum antiquorum, *Ciceronis, Liuii, Quinctiliani*, praesertim, haut parum conducit. Potior ratio consistit in *exercitio*, ad quod fidus praeceptor melius ducit quam libri. Interim commendandus est IOANN. SCHEFFERI Tractatus *de Stylo, Vpsaliae* primum editus *1665. & Ienae 1678.* & *Tertia Editione Ienae 1714. 8.* cui cum fructu iungi possunt. B. IOA. GOTTLIEB HEINECCII *Stili Cultioris Fundamenta Regulis perspicuis selectissimisque ex optimis auctoribus Exemplis adornata Halae 1720. 8.* cum adnotationibus V. C. IOA. MATTHIAE GESNERI, *Lipsiae 1743. 8.* EIVSD. celeberrimi GESNERI *Primae Lineae artis Oratoriae*, ex Editione Tertia, *Gottingae 1753. 8.* De *Epistolis scribendis* habemus DANIELIS GEORGII MORHOFII libellum, *Lubecae 1694. 8.* cura IOAN. BVRC. MAII, *Lubecae 1716. 8.* qui exempla potius praescribit quam praecepta, modum tamen exhibet, qua ratione Loci communes epistolares possint fieri. Sic & cultura vernaculae linguae haut est negligenda Studioso Iuris. Viam monstrare potest, vt ex tanta libellorum copia vnicum saltim adducamus V. C. IOAN. CHRISTIANI GOTTSCHED *Rede-Kunst Leipzig 1743. 8.* Addi debet ill. ADAMI FRIDERICI GLAFEY *Anleitung zur weltüblichen teutschen Schreib-Art, worinnen die Grund-Lehren zu dem in Welt Haendeln gebrauchlichsten Stylo enthalten sind*, ex Editione tertia *Lipsiae 1747. 8.* Egregia Orationum Ciuilium exempla leguntur in *Grosser Herren vornehmer Minister und anderer berühmten Männer gehaltenen Reden*, quae collectore IOANN. CHRISTIANO LVNIGIO *Lipsiae ab a. 1709.* XII. Tomis VI. Voluminibus 8. prodiere; Addatur EIVSD. *angenehmer Labyrinth der Staats und gelehrten Beredsamkeit Leipzig 1731. 8.* duabus Partibus. *Epistolarum Germanicarum conscribendarum artificium* egregie commonstrat BENIAMIN NEVKIRCH *in der Anweisung zu Teutschen Briefen*, cuius Tomus I. *Lipsiae 1709. 8. Nürnberg 1741. 8.* prodiit. Tomus II.

Exem-

Exemplis destinatus prodiit *ibid. 1751. 8.* Talia vero Exempla egregia, cum primis Literarum inter illustres Personas variis in negotiis vsitatarum, collegit deque suis etiam quaedam adiecit amplissimus Vir SALOMO FRANCKIVS, Secretarius Saxo-Vinariensis *in dem eroeffneten Cabinet der Durchlauchtigen Secretariat-Kunst,* quam sub CLEANDRI nomine edidit, & Introductionem Stili in Cancellariis visitati deque vsu Particularum connectendi praemisit, prodiit *Ienae* ex tertia Editione 1733. 8. quem librum singulariter commendamus. Vtilis quoque est liber inscriptus: *Nützliche Sammlung zur Erlernung der aechten und reinen Cancellei-Schreib-Art,* ex variis celebrium virorum commentationibus, collectus, cuius Secunda et auctior Editio prodiit *Marburg 1750. 8.* Iungi possunt IOAN. CHRISTIANI LVNIGII *wohl stylisirte Hof-und Staats-Schreiben* ex tertia Editione *Leipzig 1737. 8.* & EI. *Europaeisches Staats-Titular-Buch* cum necessariis additionibus & emendationibus V. C. GOTTLOB AVGVSTI IENICHEN, *Leipzig 1743. 8.*

§. VIII. *Res Litteraria,* quae ornat Iuris studiosum, ex Bibliothecis hauritur & libris Notitiam bonorum librorum exponentibus. Iusta tamen opus est dispositione, quam in capitibus prioribus exhibuimus, ita, si obueniant vel libri noui, vel alii, qui alicuius sint commatis, eosdem suo loco quis addere & sic Bibliothecas a B. STRVVIO primum digestas ab aliis suppletas et emendatas vel alia huius argumenti scripta, facile poterit continuare. Primum a Studioso rei literariae euoluenda *Bibliotheca Historiae Literariae, olim titulon Itroductionis in Notitiam rei literariae et vsum Bibliothecarum insignita,* cuius primas lineas B. STRVVIVS duxit, iam vero ita adornauit, vt fere nouum opus sit Vir ill. et celeberrimus IOA. FRIDERICVS IVGLER, *Ienae 1754. 8.* alterum *Tomum* multo desiderio expectamus. Vtiliter cum ad rem literariam, tum studiorum rationem iungi poterit Viri nominis celeberrimi IOANNIS HEVMANNI *Apparatus Iuris prudentiae literarius, Norimbergae 1752.*

Res litteraria.

1752. 8. mai. atque V.C. IOANNIS FRIDERICI EISENHARTI *Institutiones Historiae Iuris literariae, in vsum Auditorii adornatae,* cui addita B. FRANCISCI CAROLI CONRADI Oratio *de Fatis Scholae Iuris Ciuilis Romanae, Helmstadii 1752. 8.* atque Celeb. PAVLI PHILIPPI WOLFFHARDI *Schediasma de modis adquirendi porro notitiam ICtorum,* opusculum bonae frugis plenum, *Rintelii 1746. 8. Bibliotheca Philosophica* ex editione vltra dimidiam partem aucta studio & opera illustris Viri LVDOVICI MARTINI KAHLII, *Goettingae 1740. 8. mai. & Bibliotheca Historica,* quam emendauit & copiose locupletauit CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER, *Ienae 1740. 8. mai.* 2. Voll. inseruire hae possunt illis, qui nostras curas amant. Bonae frugis plenissimus V.S.R. CHRISTOPHORI AVGVSTI HEVMANNI *Conspectus Rei literariae,* qui post repetitas saepe editiones prodiit, ex editione quinta *Hannouerae 1740.* 8. Conferri tamen meretur DANIELIS GEORGII MORHOFII *Polyhistor* denuo *Lubecae 1714.* & cum praefatione IOA. ALBERTI FABRICII *ibid 1732. et 1740. 4.* editus. Qui liber est elegantissimus, ex quo generalia, quae ad rem literariam faciunt, noscimus. Nec inutile erit, addere *Censuram celebriorum Auctorum,* quam congessit THOMAS POPE-BLOVNT, *Geneuae 1694.* 4. quae in adnotandis iudiciis de variis eruditorum scriptis fundamenti loco nobis esse poterit. Qui velit, vti poterit GEORGII MATTHIAE KÖNIGII *Bibliotheca veteri & noua,* quae prodiit *Altdorfi 1678. f.* ad quam digeri possunt, quae notatu digna reperiuntur ad vitas clarorum virorum. Magnopere laudanda & commendanda B. GOTTLIEB STOLLII *Kurtze Anleitung zur Historie der Gelahrheit* Tribus Partibus, *Halae 1718. 8.* edita & *Ienae 1724. 1736. 4.* amplissimis praeclarisque accessionibus, qua liberalium artium atque scientiarum Philosophicarum concinnam Historiam refert, Scriptoresque optimae notae multo selectu & iudicio laudat et quae cultoribus Iuris prudentiae vtilis esse potest EIVSD. *Anleitung zur Historie der Iuristischen Gelahrheit,* cum Praefatione

CHRI-

CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI, de vtilitate et praestantia *Deductionum*, *Ienae 1745. 4.* Nec male agunt qui *Acta Eruditorum Lipsiensia*, latina & quandoque Germanica, *Relectiones* de Nouis Libris *Gottingenses*, *Les Nouvelles de la Republique des Lettres*; *Nouvelle Bibliotheque Choisie*; *Ancienne & Moderne*; *Iournal Litteraire*, *Bibliotheque Angloise*; *Italique*, *Germanique*; *raisonnée*, nec non Iudicia de omnibus talibus Actis litterariis, *Lipsiae* edita ac simila Eruditorum Diaria addunt, vt ex iis recentiorem statum Rei litterariae cognoscant. Euoluendi quoque illustrium Bibliothecarum Catalogi e. gr. illustrissiimi Comitis BVNAVII Dn. de LVDEWIG, GRIEBNER RECHENBERGII, MENCKENIORVM, STRVVII, etc.

§. IX. In *Vniuersali Historia* vtiliter adhibentur CHRISTOPHORI CELLARII *Historia antiqua*, *media & noua*, *ex X. Editione 1741. 12.* et in Historia *Europaea* Viri illustris GEORGII CHRISTIANI GEBAVERI *Grund-Riß zu einer umstændlichen Historie der vornehmsten Europæischen Staaten*, *Leipzig 1738. auctior 1749. 4.* atque V. C. GOTTFRIEDI ACHENWALL *Grundsætze der Europæischen Geschichte zur politischen Erkænntniß der heutigen vornehmsten Staaten*, *Gættingen 1754. 8.* Res quidem ex parte memoriae est historia, in qua tamen vt discernas verum a falso, iudicium accuratum requiritur & exempla parallela insignem lucem praebent, ita tamen vt viua Praeceptoris vox multum instruat. Optime autem fecerit, qui Cellarianae Historiae iunxerit MARCI ZVERII BOXHORNII *Chronologiam sacram & profanam*, quae cura IOANN. ANDREAE BOSII prodiit *Francofurti 1660. f.* vel CHRISTOPHORI SCHRADERI *Tabulas Chronologicas* & quod aestumatissimum esse debet DIONYSII PETAVII *Rationarium Temporum*, quod cum continuatione ad recentiora tempora a. 1709. recusum *Lugduni Batauorum 1710. et 1745. 8. m.* & non solum in historia medii aeui plenius est, sed etiam in prioribus initium diuersarum Ærarum & Epocharum belle com-

Studium Historicum cumprimis Historiæ Vniuersalis & Germanicæ.

commonstrat. CHRISTOPHORI ADAMI RVPERTI *Obseruationes ad Historiae Vniuersalis Synopsin Besoldianam minorem, cum supplementis Christophori Arnoldi, Franeckerae 1698. 8.* ad historiam antiquam ex nummis multum conducit & accurata est. Historiam Regnorum Europae strictim sed neruose & magno iudicio tradit SAMVELIS PVFENDORFII *Introductio in Historiam Regnorum & Statuum, Francofurti ad Moenum 1689. 8. ibid. 1733. 8. et 1746. seqq. Tom. IV.* cum Continuatione ad recentiora tempora, quae in prioribus Editionibus minus neruosa et stilo Pufendorfiano similis erat, in vltima autem a. 1746. ab illustri Viro de OLENSCHLAGER scribendi ratione graui et pragmatica facta. Prolixior est atque Commentarii fere vices habet BERNHARDI ZECHII *Europaischer Herold*, qui sub nomine FRIDERICH LEVTHOLFF VON FRANCKENBERG prodiit *Lipsiae 1705. f.* in quo historiam, statum & politiam Regnorum Europae & Prouinciarum Germaniae egregie describit auctor, multaque adnectit Acta publica, quae ad pleniorem historiarum cognitionem conducunt. Ad comparandam *Notitiam Rerumpublicarum Europae* praecipuarum inseruiunt illustris Viri EVERARDI OTTONIS egregia et plena bonae frugis *Notitia praecipuarum Europae Rerumpublicarum*, cuius *Editio* aucta et emendata *Quarta* lucem vidit *Traiecti ad Rhenum 1739. 8. mai.* et *Quinta Ienae 1749. 8. mai.* Elegans et vtilis quoque ad recitationes Academicas est V.C. GOTTFRIEDI ACHENWALL *Staats-Verfassung der Europaischen Reiche im Grund-Risse ex Edit. secunda Goettingen 1752. 8. Tertiam* expectamus. Similem Regnorum Historiam ipsis adlegatis fontibus, dedit B. BVRC. GOTTH. STRVVIVS *Ienae 1726. 8. Germanicae* cum primis *Historiae* studium cultori Iuris prudentiae ob *Ius publicum* & *Feudale* summe necessarium, quae nostro aeuo praeclare exculta. Qua in re insigniter meritus B. BVRCARDVS GOTTHELFIVS STRVVIVS, qui *Syntagma Historiae Germanicae* ex fide dignis historicis & Actis publicis magna cura & iudicio primus digessit, quod praeclarum Opus *Ienae*

1716.

1716. 4. lucem adspexit. Auctum locupletatumque prodiit sub indice: *Corporis Historiae Germanicae Ienae 1730. f. Tomis II.* & praemissa est CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI *Bibliotheca Scriptorum Rerum Germanicarum.* Recusum, suppletum et addito rerum recens gestarum Summario ad electionem vsque Francisci I. A. hoc vtile et praeclarum opus, sub eodem *Corporis Historiae Germanicae* titulo, *Ienae 1753. duobus Tomis* 4. *mai.* Coniungendum multi laboris opus B. SIMONIS FRIDERICI HAHNII *vollstændige Einleitung zu der Teutschen Staats-Reichs- und Kayser-Historie*, cuius *Pars Prima Halae & Lipsiae 1721. 4. Secunda ibid. 1721. 4. Tertia 1721. 4. Quarta 1724. 4. Quinta* quae 1742. 4. prodiit, auctorem V. C. ROSSMANNVM adgnoscit. Lectu quoque dignissimi, summa accuratione & elegantia conscripti Commentarii illustrissimi S. R. I. Comitis HENRICI BVNAVII, inscripti: *genaue und umstændliche Teutsche Kayser- und Reichs-Historie*, quorum *Tom. I. Lipsiae* 1728. 4. *Tom. II. ibid.* 1732. 4. *Tomus III. ibid.* 1739. & *Tom. IV. ibid* 1743. 4. *mai.* editi, & ad a. C. 895. vsque perducti, atque illustris Viri IOANNIS IACOBI MASCOVII *Geschichte der Teutschen bis zu Anfang der Franckischen Monarchie Tom. I. Lipsiae* 1726. 4. *Tom. II. ibid.* 1737. 4. ad dethronisationem Merouingorum vsque. Opus nobilissimum & ob praestantiam in exoticas linguas translatum. Successerunt scripti nitide, grauiter, pragmatice, excitatis selectissimis testibus EI. *Commentarii de rebus Imperii Romano-Germanici a Conrado I. vsque ad obitum Henrici III. Lipsiae* 1741. 4. *mai.* et *Commentarii de rebus Imperii Romano-Germanici* sub Henrico IV. et V. ab an. 1056. 1125. *Lipsiae* 1748. 4. *mai*, nec non *Commentarii de rebus Imperii Romano-Germanici sub Lothario II. et Conrado III.* ab a. 1125. ad an. 1152. *Lipsiae 1753.* 4. *mai.* Concinnum & elegans Historiae Germaniae Compendium dedit IACOBVS CAROLVS SPENER *Historia Germaniae Vniuersali & Pragmatica*, adlegatis idoneis Scriptoribus *Halae 1716. 1717.* 8. Praeclara est B. BVR-

CARDI

CARDI GOTTHELF STRVVII *Einleitung zu der Reichs-Historie*; *Ienae 1724. & 1739. 8.* maxime quoque commendanda Eiusdem de rebus germanicis immortaliter meriti Viri, libellus qui hoc titulo produit: *Kurzer Bericht von Veraenderungen Teutschen Reichs, als ein Begriff Teutscher Historie, Ienae 1712. 4.* nouis curis elaborata *1725. 1731.* 8. edita. Concinna & Legum fundamentalium summas simul exhibet ill. IOANNIS IACOBI SCHMAVSSENS *Kurzer Begriff der Reichs-Historie, Lipsiae 1720. & 1740. 8.* Apta methodo & ad noscendas origines Iurium in patria nostra vsitatorum magno studio digestus atque ex optimis scriptoribus comprobatus vtilissimus ad recitationes Academicas est liber Viri celeberrimi IOA. STEPHANI PVTTERI, inscriptus: *Grundriß der Staats-Veraenderungen des Teutschen Reichs, Goettingen 1753: et ex Editione Secunda* iteratis curis elaborata, praemissa *Notitia S. I. R. G. Goettingen 1755. 8.* Plenior *Notitia Scriptorum Historicorum* peti potest ex *Bibliotheca Selecta Historica* B. BVRCARDI GÖTTHELFII STRVVII, quae emendata & copiose locupletata studio & opera CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI *Ienae 1740. 8. mai. 2. Voll.* cum qua iungenda Abbatis LANGLET du FRESNOY *Methode pour etudier l'Histoire, Parisiis, Bruxellis* & denuo *Lipsiae* auctior cura B. IOANNIS BVRCHARDI MENCKENII gallice edita, post modum ab eodem celeberrimo Viro in *Germanica* versione quantum ad *Catalogum Historicorum* insigniter aucta, *Lipsiae 1718. 8.* & ex Gallica editione longe auctiori *Paris 1729.* 4. *IV. Voll.* & *Amsterdam 1737. 12. V. Tomis*, Versionis Germanicae V. C. P. E. BERTRAM Aulae Vinariensis Secretarii Pars I. *Gothae 1752.* Secunda et Tertia *1754. Quarta* 1754. 8. prodierunt; Catalogos vero Historicorum suppletos emendatosque expectamus in qua tamen Catalogus Historicorum plenus non comparet, qui Liber perelegans est methodumque tractandae Historiae scite commonstrat.

§. X.

§. X. Alter Historiae oculus est *Geographia*, in qua commendanda primum est CHRISTOPHORI CELLARII *Geographia antiqua, media & noua, Ienae 1745. 12.* edita. Ad recentiorem Geographiam non male faciunt IOANNIS HVBNERI *Geographische Fragen*, quae ex *Vigesima Editione* addita Praefatione de *melioribus Mappis Geographicis, Lipsiae 1719. 12. ibid. & 1740. 12.* edita, ad statum praesentem accommodata, quae subinde emendatur. IOA. HVBNERVS Filius I. V. L. dedit *vollstændige Geographie*, ex editione *Sexta Hamburgi* 1752. 8. *3. Voll.* in qua varia quidem memorabilia annotata, multi tamen etiam errores commissi. Multa cura et accuratione adornata V. C. ANTONII FRIDERICI BVSCHING *Neue Erd-Beschreibung*, cuius *Prima* Pars *Hamburgi 1754.* 8. Regna Septentrionalia, Hungariam et Turcici Imperii Prouincias Europaeas; *Secunda ibid.* 8. Portugalliam, Hispaniam, Gallias, Italiam et Magnam Britanniam exhibet, et plures multo desiderio expectamus. Commendanda etiam V. C. IOAN. DAVIDIS KOELERI *Anleitung zu der verbesserten neuen Geographie, Nürnberg 1742. 12.* in qua caput de Germania secundum circulos diuisa, inprimis obseruandum, ac multa loca arcesque medii aeui memorabiles, annotantur. Nec errabit, qui Intineraria Missoni, Mocqueti, Monconnisii *Mottray*, Keyssleri & ab *Vffenbach* atque Collectionem selectam variorum Itinerariorum, quae sub titulo: *Sammlung neuer und merckwürdiger Reisen zu Wasser und zu Lande*, quae cum Praefatione ill. Dn. A. ab HALLER, *Gœttingae* ab a. 1750. ab an. 1755. 8. mai. *IX. Partibus* prodiit, addiderit, in his enim meliores latent deliciae, & innocentes magis, ac in scandalosis istis & detestandis fabularum Romanensium libris. Geographia.

§. XI. In *Genealogicis* vtimur *Tabulis Genealogicis* GEORGII LOHMEYERI, quae *Lüneburgi 1700. f.* recusae, & IACOBI WILHELMI IMHOFII *Notitia Procerum S. Romano-Germanici Imperii, Tubingae 1700. f.* Genealogia & Heraldica

1700. f. & insigniter aucta & suppleta, erudito studio celeberrimi Viri IOAN. DAVIDIS KOELERI *Tubingae 1732. f. 2. Tomis* recusa, & non solum originem cuiusuis domus in Imperio nostro monstrat, sed etiam diuisionem in varias Lineas. Ad Periodos recentiores potissimum faciunt IOANN. HVBNERI *Tabulae Genealogicae, Pars I. Lipsiae 1708. 1719. 1737. f. Pars II. Lipsiae* 1727. *f. Pars III. Lipsiae 1728. f. Pars IV. Lipsiae 1733. f.* licet parum accuratae in medii aeui Genealogiis, n quibus receptas plerumque opiniones sequitur. Recentiores Genealogias multa cura tradit V. C. GOTTLIEB SCHVMANNI *Iehrliches Genealogisches Handbuch Lipsiae 8.* ex vltima Editione comparanda. *Artem Heraldicam* in Compendio illustrant auctor *der Durchlauchtigen Welt*, Parte Quarta, & CLAVDII FRANCISCI MENETRIER Scripta varia, inprimis *la veritable Art du Blazon, ou l' origine & la pratique des principes Heraldiques, à Lyon 1673. 12.* Addimus IMMANVELIS WEBERI *Examen Artis Heraldicae*, quod ex Tertia Editione prodiit *Ienae 1713.* 8. ac per Quaestiones est adornatum maximamque partem ex Speneriano, quod mox memorabimus, opere, collectum, auctum et emendatum cura B. KOEHLERI prodiit *Gœttingae 1753.* 8. Qui enim plenius instrui cupit, summo cum fructu vtetur opere perfectissimo PHILIPPI IACOBI SPENERI, cuius *Insignium Theoria, seu Operis Heraldici Pars specialis* primum prodiit *Francofurti ad Moenum 1682. f. Pars generalis, Francofurti 1690. f.* vtraque *Francof. 1719. f.* I. A. RVDOLPHI *Heraldica Curiosa, Nürnberg 1698. f.* generalem Heraldicae Partem admodum accurate deducit, singula exemplis illustrat & obseruationibus historico-politicis. Dolendum saltim, quod Terminis Heraldicis illis vtatur, qui non vbiuis recepti. Optimum sane huius Artis Compendium praebet IOAN. WOLFFGANGI TRIERS doctissimi Viri, *Einleitung zu der Wapen-Kunst*; cum Narratione praeliminari de *Scientia Heroica* f. de Nobilitate superiori & inferiori, eiusdemque Iuribus *Lipsiae 1714. 1729.* 8. quae multa cura ex optimis scriptoribus est digesta.

§. XII.

§. XII. Restant adhuc alia, quae non aeque necessaria sunt ac priora, ad ornatum tamen multum conducunt. *Romanorum* quidem *Antiquitates* ad intellectum Legum, quae ex Iure Romano desumtae, multum faciunt, ita, vt qui ipsos Iuris textus solide velit interpretari, earundem notitia instructus esse debeat. Dolendum tamen nos destitutos adhuc esse iusto *Antiquitatum Romanarum* Systemate, quae enim habemus, non sufficiunt. B. BVRCARDVS GOTTHELFIVS STRVVIVS edidit *Antiquitatum Romanarum Syntagma de diis & sacrorum ritibus, Ienae 1700.* 4. Iuuenibus Studiosis enixe commendamus G. H. NIEVPOORT *Historiam Reipublicae et Imperii Romanorum ab Vrbe Condita ad annum Vrbis 727.* ex monumentis veterum contextam, *Traiecti ad Rhenum 1723. 8. 2. Tomis.* B. IOANN. GOTTLIEB. HEINECCII *Antiquitatum Iurisprudentiam illustrantium Syntagma* secundum Institutionum Iustinianearum ordinem digestum, *Halae 1719.* 8. ex secunda auctiore Editione *Argentorati 1724.* 8. & ex editione VI. itidem auctiore & emendatiore *ib. 1755.* 8. cuius certe cum Institutionibus diligens lectio admodum erit fructuosa. Si quis rei nummariae horas quasdam succisiuas destinare velit, *Bibliothecam Numismatum* quam 1693. 12. B. B. GOTTHELFIVS STRVVIVS edidit, euoluere poterit, & quae plenior ANSHELMI BANDVRII *Bibliotheca nummaria*, ex editione & cum accessionibus B. IOANN. ALBERTI FABRICII *Hamburgi 1719. 4.* EVCHARII GOTTLIEB RINCKII *de veteris numismatis potentia & qualitate lucubratio, Lipsiae 1701.* 4. in qua multae Leges Romanorum de re nummaria illustrantur. Ad recentiorem numismatum historiam & cognitionem facit IOA. GRÖNINGII *Neueroeffnete Historie der modernen Medaillen*, quae *Hamburgi* prodiit *1702. 12.* Continentur haec atque alia scripta in Libro, cui titulus: *der geoeffnete Ritter-Platz Hamb. 1702. 12.* in quo ea, quae scitu maxime necessaria, quaeque vel ad rem militarem, ciuilem, naturalem, artem equestrem, atque alia eiusmodi faciunt, declarantur, vt inseruire possint ad cognitionem variarum

Studium Antiquitatum & alia.

rerum. Ad medii aeui Numismata facit IOAN. PETRI LVDEWIGS *Einleitung zu dem Teutschen Münz-Wesen mittler Zeiten*, *Halle 1709. 8.* et cum IO. IAC. MOSERI accessionibus et emendationibus *Vlmae 1753. 8.* quae ad notitiam numorum cauorum atque bracteatorum multa cura introducit. Cultoribus Iuris prudentiae perutilis saepe aliqua cognitio Rei Diplomaticae ad quam comparandam introducunt V. C. IO. FRIDERICI IOACHIMI *Einleitung zur Teutschen Diplomatic Halle 8.* et B. CHRISTIANI HENRICI ECKHARDI *Introductio ad Rem Diplomaticam praecipue Germanicam*, in qua Regulae idoneae vera Diplomata a falsis secernendi traduntur, quae ex *Editione Secunda* prodiit *Ienae 1753. 4.* Progressus inde fieri potest ad BARINGII *Clauem Diplomaticam* ex Secunda Editione; Celeberrimi B. HEVMANNI scripta, MABILLONII *Rem Diplomaticam* et aeternum opus *Prodromi* CHRONICI GOTTWICENSIS.

Methodus Studii Iuris.

§. XIII. De *Ratione ac Methodo Studiorum Iuris* illustrium & praestantissimorum Iurisconsultorum *Selecta Opuscula* conquisiuit & iunctim edidit CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER, *Ienae 1724. 8.* vnde multa discere poterit prudens & industrius Iurisprudentiae solidioris Cultor. Similes cordatae prudentissimaeque admonitiones leguntur in illustris IOANN. IACOBI MOSERI *Anleitung zu dem Studio Iuris iunger Standes- und anderer Personen*, ex Editione *Tertia* multum aucta, *Ienae 1743. 8.* Huc etiam ex parte faciunt CHRISTIANI THOMASII *Cautelae circa Praecognita Iurisprudentiae Halae 1710. 4.* latine, & germanica versione donatae *Halae 1713. 8. & 1729. 8.* quibus salutaria multa Studioso Iuris praecepta continentur. Quo etiam nomine iuuenibus singulariter commendo VLRICI MARBACHII *Introitum Iurisprudentiae apertum, Ienae 1717. 8.* libellum elegantem & vtilem, quo, cum breui Iuris omnis historia, salubriter multa monet. In ipsa Iurisprudentia negligitur communiter *Historia Iuris*, admodum tamen est necessaria, immo ipsi

ipsi Iuris tractationi praemittenda vel coniungenda. Commendatissima igitur esse debet B. BVRCARDI GOTTHELFII STRVVII *Historia Iuris Romani, Iustinianei, Graeci, Germanici, Canonici, Feudalis, Criminalis & Publici*, cum Prolegomenis de *Scriptoribus Historiae Iuris, Ienae 1718. 4.* plene & accurate elaborata. Iungi tamen vtiliter possunt CHRISTIANI GOTHOFREDI HOFFMANNI *Historiae Iuris Romano-Iustinianei Lipsiae 1718. & 1726. 1734. 4. 2. Voll.* IANI VINCENTII GRAVINAE *de Ortu & progressu Iuris Ciuilis Libri*, qui inter Opera Viri *Lipsiae 1717.* et *auctiores 1752. 4.* iunctim edita, primo loco comparent & cultissimo stilo sunt perscripti. His addi possunt egregiae B. IOANN. SALOMONIS BRVNQVELLII; B. IOANN. GOTTLIEB HEINECCII, ill. IOAN. ADAMI KOPPII & V. C. BACHII, *Historiae Iuris*, aliaeque iam supra ex merito laudatae. Addi tamen debet IACOBI GOTHOFREDI elegantissimum *Manuale Iuris*, & qui cum eo prodiit IOSEPHVS MARIA SVARESIVS in editione vltima *Amstelodami* apud *Elzeuirios 1663. 12.* Hoc enim, tanquam verum Manuale, in quo non solum Historia Iuris, sed etiam dispositio Pandectarum & Leges notabiles exhibentur, dignum, vt omnium manibus teratur. Non inutiliter iungi possunt CHRISTIANI THOMASII *Naeuorum Iurisprudentiae Ante-Iustinianeae* Libro duo ex Editione Secunda, *Halae 1707. 4.* & HENRICI ERNESTI KESTNERI de *defectibus Iuris Communis in Republica Germanica Dissertationes, Rintbelii 1708. 4.* vt liberemur a vulgi opinione, quasi sine erroribus sit Ius Iustinianeum.

§. XIV. In ipsa Iurisprudentiae tractatione praeire poterit B. GEORGII ADAMI STRVVII *Iurisprudentia Romano-Germanica Forensis*, ad vsum Fori Saxonici praesertim accommodata ex *Duodecima Editione 1719. 12.* porro *1734. 8.* & *Grœningae* elegantibus typis *1737. 4.* & plena bonae frugis IOANN. HENRICI BERGERI *Oeconomia Iuris, Lipsiae 1719. 4.* & ex Editione ad ordinationem Processus Saxonici reformati accommo- Iurisprudentia.

 data

data *Lipsiae 1728. 1734. 1741. & 1755.* 4. Ad *Pandectas* introducunt VLRICI HVBERI *Positiones Iuris contractae*, secundum Institutiones & Pandectas, ad primordia disciplinae vsumque fori attemperatae, *Franeckerae 1682. 8.* & cum scholiis CHRISTIANI THOMASII *Lipsiae 1685.* & *Amstelodami 1728. 8.* qui liber summa cura est elaboratus. Egregiae etiam sunt GEORGII BEYERI *Positiones Iuris, secundum Institutiones & Pandectas, Lipsiae ex Tertia Editione 1718. 1738. 4.* quae & a perspicuitate & selectu, ordine atque iudicio sunt laudandae. Inter *Editiones Institutionum* vero optima iam est IVSTI HENNINGII BOEHMERI, ex antiquitatibus & scriptis ICtorum humanissimis egregie illustrata, *Halae 1719.* 8. cum THEOPHILI *paraphrasi Halae* 1728. 4. Ex *Commentariis ad Iustituta* quidam principio adhibent IOACHIMI HOPPII Commentationem succinctam *Francofurti ad Viadrum 1736.* 4. cui adiungi potest vtilis Commentarius *dem Teutschen Iustiniano* additus *Augustae Vindelicorum 1718. 4.* Elegantiorem doctrinam spirant, V. C. EVERARDI OTTONIS *ad Fl. Iust. Institutiones Notae criticae & Commentarius, Vltraiecti 1729.* 4. ac *Francof. & Lipsiae 1743. 4.* Qui pleniorem & subtiliorem quaerunt Commentarium, habent ARNOLDI VINNII, recusum *Noribergae 1676. 4.* & cum notis IOAN. GOTTLIEB HEINECCII *Lugduni Batauor. 1726.* 4. qui Bachouium secutus, quaestiones magis arduas tractat, atque Instituta cum Pandectis perpetuo confert. Qui praxin amant, addere possunt IOANNIS PHILIPPI *Vsum practicum Institutionum, Lipsiae 1677. 4.* editum, in quo formulas actionum ad singulos paragraphos adducit. Ad controuersias Institutionum faciunt IOANN. STRAVCHII *Dissertationes Iustinianeae*, quibus adnotationes theoretico-practicas addidit CHRISTIANVS THOMASIVS *Francof. 1683. 4.* qui iunctim *Ienae 1718. 4.* prodiere. Iuuenibus vtile IOACHIMI HOPPII *Examen Institutionum Imperialium*, per erotemata, prima principia exponens, *Francofurti ad Viad.* saepius & *1742. 12.* excusum, & cumprimis B. IOANN. GOTTLIEB HEINECCII

HEINECCII *Elementa Iuris Ciuilis secundum ordinem Institutionum, Amstelodami 1738.* 8. & saepius in Germania recusa.

§. XV. In *Pandectarum* editionibus commendanda in primis est DIONYSII GOTHOFREDI, & praecipue ea, quae cura SIMONIS van LEEVWEN prodiit *Amstelodami 1663. f.* Quae tamen cum hodie rarius habeatur, vsui esse potest illa, quae *Lugduni* facta *1650. f.* cum non solum iusto charactere constet, sed alias etiam satis sit emendata. Ob accurate emendatum Textum laudatur etiam Editio quae *Francofurti ad Moenum 1663.* 4. edita est. Licet in frequentiori vsu esse soleat, quae *1680. 4. Lipsiae 1705. 1720. & 1740.* 4. *mai.* prodiit. Ex Commentatoribus eminet HENRICI ZOESII *Commentarius, Louanii 1675. f. & Coloniae 1689. 4.* qui non quidem ad Leges singulas facit, iusto tamen atque accurato ordine Pandectarum Titulos disponit, & Leges per rationes solide probat, ita, vt etiam systematis vicem possit gerere. Addi potest IOANNIS BRVNNEMANNI Commentarius, qui ab eo commendandus, quod ad singulas Leges est directus, e quibus casum & quaestiones format, easdem decidit atque ad Scriptores remittit, prodiit *Lipsiae 1714. 1731. & Geneuae 1752. f.* Qui antiquam Iuris Romani rationem Germanique Iuris Antiquitates desiderat, iungere poterit IOAN. SCHILTERI *Commentarium* siue *praxin Iur. romani in foro Germanico, Ienae 1712. f. & Francofurti ad Mænum 1733. f.* recusum, qui non solum Ius Iustinianeum ex antiquo Iure Romano illustrat, sed etiam idem cum Iuribus mediae aetatis, gentium praesertim Germanicarum, erudite confert, ita, vt ad solidam textus interpretationem multum conducat. Inter *Systemata Iuris Ciuilis quondam* receptum erat SYNTAGMA STRVVIANVM, postea COMPENDIVM LAVTERBACHIANVM, cuius vtriusque Editiones antiquiores castigatiores sunt recentioribus, vel nostro tempore BOEHMERIANVM aut HEINECCIANVM & SCHAVMBVRGIANVM π. Compendium. Ad LAVTERBACHIVM extant SAMVELIS

Tractatio Pandectarum.

STRYKII *Adnotationes succinctae*, ex *Editione IX. Lipsiae* 1741. 4. & quae subsecutae GOTTLIEBII GERHARDI TITII *Obseruationum ratiocinantium in Compendium Iuris Lauterbachianum Centuriae V.* ex edit. *II. Lipsiae* 1717. 8. in quibus vulgaria praeiudicia conatur euellere. Addi quoque possunt IOANN. HENRICI BERGERI *Resolutiones Legum obstantium, quae in Compendio Lauterbachiano expromuntur, Wittebergae ex Editione IV.* 1741. 8. Vtilissimum opus est SAMVELIS STRYKII *Vsus Modernus Pandectarum* a summo Viro ad Librum XXII. elaboratus; postmodnm ab excellentissimis ICtis IVSTO HENNINGIO BOEHMERO atque IACOBO FRIDERICO LVDOVICI continuatus & absolutus praefixoque IOANN. SAMVELIS STRYKII Auctoris Filii nomine, ex Editione VIII. *Halae* 1738. 4. & 1746. *f.* recusus, qui & facilitate, & selectu se eximie commendat quaeque ex Iure Romano in vsu sunt, egregie declarat. Iungi debent eiusdem grauissimi ICti Tractatus praeclari, quos de *Cautelis Contractuum* edidit, cum praefat. IOANN. GOTTLIEB HEINECCII *Berolini* 1736. 4. De *Cautelis Testamentorum* ex *Editione Quinta Halae* 1738. 4. de *Successione ab Intestato*, ex *Editione Sexta*, *Francofurti ad Viadrum* 1733. 4. de *Iure sensuum*, *Francofurti ad Viadrum* 1737. 4. Addimus GOTTLIEBI GERHARDI TITII *Ius Priuatum*, quod *Lipsiae* 1709. & ex Editione auctiore 1723. 4. prodiit, atque ad omnes Iuris Partes ad mores Germaniae adplicatas, est directum. Ex Commentariis ad Codicem ANTONII PEREZII *Praelectiones in Codicem*, *Amstelodami* 1658. *f.* 1663. 4. editae, ob iudicii grauitatem & quod ad solidam Iuris explicationem faciant, aestimandae. Praeferendus vero adhuc est IOANN. BRVNNEMANNI Commentarius, per casus atque rationes legum bene deductus, labore plane egregio, in quo nihil videmus intactum, ipsos etiam fontes sedulo adlegatos, optima est editio SAMVELIS STRYKII, *Lipsiae* 1699. 1708. & 1717. *f.* Inter Polemicos praecipuae habendae sunt GEORGII ADAMI STRVVII *Euolutiones* saepius editae, quae ad

Syntagma

Syntagma directae, eiusdemque *Gothofredi Immo*, quod *Francofurti ad Moenum 1695. 4.* prodiit, in quo Leges obstantes a Gothofredo in notis adlegatae, conciliantur. Plures adhuc controuersias decidit LVDERVS MENCKENIVS in *Gymnasio Polemico Iuris*, quod *Lipsiae 1708. 4.* est editum. Ampliori adhuc apparatu Controuersias Iuris Ciuilis tractat illustrisf. SAMVELIS de COCCEII *Ius Controuersum Ciuile* ad Compendii Lauterbachiani seriem digestum, cuius *Pars Prima*, *Francofurti ad Viadrum 1713. 4.* *Altera* vero ibidem *1718. 4.* prodiit & iunctim *1729.* & *Lipsiae 1753. 4.*

§. XVI. Praeter Systemata, addi quoque possunt *Lexica*, in quibus aestimandus prae caeteris est AVGVSTINI BARBOSAE *Thesaurus Locorum Communium Iurisprudentiae*, qui per axiomata deductus, cura SAMVELIS STRYKII prodiit *Lipsiae 1690. f.* & *Editione Quinta* auctior factus ab ANDREA CHRISTOPHORO ROESENERO *Lipsiae 1719. f.* In hoc enim brocardica Iuris sub suis Titulis videmus posita, & per leges non solum, sed etiam auctoritates prudentum confirmata, ita vt omnibus debeat esse commendatissimus. ARNOLDI REYGERI *Thesaurus Iuris*, qui per AHASVERVM FRITSCHIVM auctus atque editus *Francofurti 1668.* & auctior *Coloniae ad Rhenum 1705. f.* iis est vtilis, qui elaborandis materiis sunt occupati. Cardinalis TVSCHI vero *Conclusiones practicabiles*, *Romae 1605. Francofurti 1623. 1661. f.* & supplementum *Lugduni 1670. f. Tomis IX.* in eo valent, quod sententias multas practicorum in iisdem videamus congestas, vt exinde allegata multa hauriri possint in scriptis advocatorum. In explicatione vocum & terminorum Iuris vtimur IOANN. CALVINI *Lexico*, *Francofurti 1604.* & longe auctius *Geneuae 1734. f. 2. Tomis.* Insignem vtilitatem adferet BARNABAE BRISSONII opus de *Verborum, quae ad Ius Ciuile pertinent Significatione* ex Editione praestantissima, quae studio B. IOAN. GOTTLIEB HEINECCII adornata cum Praefatione IVSTI HENNINGII BOEHMERI prodiit *Halae* Lexica Iuris

lae 1742. f. Non ea quidem farragine, ac in Caluini Lexico, sed cum selectu & accuratione ex Brissonii, Hotomanni & Prateii Lexicis, Cuiacii Obseruationibus et commentariis congestum est *Lexicon Iuridicum*, quod *Geneuae, apud Iacobum Stoer 1599. & 1610. 8.* prodiit, quodque Iuris cultoribus iuuenibus magnopere commendatum volo.

Scriptores Practici. §. XVII. Inter *Scriptores Practicos*, in foris nostris Saxonicis insignem auctoritatem habet *Processus* BENEDICTI CARPZOVII qui *Lipsiae* recusus *1708. f.* In Terris Electoralibus vero optimus est LVDOVICI GVNTHERI MARTINI *Commentarius ad Ordinationem Processus Electoralis Saxonici* addita continuatione, II. qui *Francofurti & Lipsiae 1710. f.* duobus Tomis ex iterata editione prodiit. In Processu Ciuili atque Criminali sufficere poterit IOANN. BRVNNEMANNI *Processus* cum additamentis CHRISTIANI GOTHOFREDI HOFFMANNI *Francofurti ad Viadrum 1737. 4.* qui accuratior est reliquis. Addi potest Scriptum egregium illustris Viri SAMVELIS STRYKII *Introductio ad Praxin Forensem caute instituendam, Wittebergae 1739. 4.* quae accuratam praebet Praxeos delineationem. Eiusdem aestimandus est Tractatus de *Actionibus forensibus inuestigandis & caute eligendis, vt & de actionum praescriptione, Wittebergae 1738. 4.* singulis qui ad praxin tendunt, commendandus. Perelegantia & vtilia sunt MICHAELIS HENRICI GRIBNERI *Principia Processus Iudiciarii ex Editione Sexta* longe auctiore *Ienae 1743.* & B. SCHAVMBVRGII. Multum subsidii ad praxin forensem accedentibus dant cum GOTHOFREDI BARTHII *Hodegeta Forensis Ciuilis & Criminalis, Lipsiae 1715. 4.* & longe auctior *Lipsiae 1725. & 1753. 4.* tum IACOBI FRIDRICI LVDOVICI *Einleitung zu denen Processen, Halae, ex Editione Decima 1732. 4.* quos inter *Processus Ciuilis, Criminalis, Concursus, & Cambialis* Dn. IOAN. GERHARDI SCHLITTII notis illustrati, prodierunt. In formulis Actionum habemus vel QVIRINI SCHACHERI *Collegium Practicum*, quod ad ordinem Pandectarum directum prodiit *Lipsiae 1694.* & longe

& longe auctius cura GOTHOFREDI BARTHII, *Lipsiae 1725. 4.* vel BARTHOLOMAEI LEONHARDI SVENDENDÖRFERI, Processus GOTHOFREDI FIBIGII auctus, ex *Tertia* editione ad recentiorem Ordinationem Processus Saxonici accommodatus cura TOBIAE IACOBI REINHARTHI, *Gættingen 1740. 4.* & EIVSD. SVEDENDOERFERI *Summariam Actionum forensium Expositionem*, ex iterata Editione, *Lips. 1687.* 4. in qua plerasque actionum formulas videmus adductas. Circa Exceptiones vtile est ANDREAE RIVINI *specimen exceptionum*, *Lipsiae 1686.* & ex Editione auctiori *Halae 1738. & 1755. 8.* & quae plenius hanc exposuit materiam IOANNIS OLDENDORPII *sylloge Exceptionum forensium*, quam auxit atque ad vsum fori accommodauit ANDREAS CHRISTOPHORVS ROESENERVS, *Lipsiae 1692. 4.* Non male aget, qui addere voluerit ADAMI VOLCKMANNI *Notariat-Kunst*, quae reuisa atque emendata per GEORGIVM BEYERVM prodiit *Lips. 1730. & 1744. f.* His vero qui brevius Scriptum desiderant nominandus BENIAMIN SALOMONIS SCHLEGELII *Allezeit fertiger Notarius, Leipzig 1735. 8.* ex quibus multa quoque quae ad solennia & formulas Iuris faciunt, hauriuntur. Addatur EI. *Actuariorum Iurisprudentia cauens s. cautelae Actuariorum*, *Lipsiae 1736. 8.* In *Processu Camerali* cognoscendo praecipui sunt GEORGIVS MELCHIOR de LVDOLFF *Commentatione Systematica de Iure Camerali*, *Francofurti ad Moenum 1741. 4.* cum accessionibus ill. IO. IACOBI ZWIRLEIN, edita atque ex fontibus Legum Publicarum & Recessus Visitationis nouissimae deducta, & IACOBI BLVMII *Processus Cameralis*, *Francofurti 1676. 4. Coloniae 1695. 4.* cui tamen non male quis iungit IOANN. DECKHERRI *Librum singularem Relationum, Votorum & Decisionum Cameralis Iudicii*, *Spirae 1681. 4. Wezlariae 1724. 4.* in quo ipsum modum procedendi in Iudicio Camerali per exempla declarat. ANDREAE GAILII *Obseruationes Camerales* non tantum ad Processum Cameralem faciunt, sed & ad sententias in foris Germaniae receptas, quae plerumque secun-

ſecundum ſententias Camerales ſolent dirigi. EVERARDI FABRICII *Gailius Enucleatus, Coloniae, 1697. & 1721. 4.* omnibus maxime eſt neceſſarius, quippe ad ſingulas Gailii obſeruationes, ſententias ICtorum clariſſimorum diſſentientium, & praxin hodiernam notat. Summa capita *Proceſſus Iudicii Imperialis Aulici* ſcite complexus Dn. IOAN. IACOBVS MOSER, libello, cui index: *Grund-Sæze der Reichs-Hof-Raths-Praxis, Franckfurt am Mayn 1743. 8.* & Commentarii loco eſſe poſſunt EIVSD. *Einleitung zu dem Reichs-Hof-Raths-Proceß* cuius *Partes Quatuor* editae 1731. 1734. 1737. 8. & alia Viri laborioſisſimi ſcripta ad hoc argumentum, in primis *auserleſene Reichs-Hof-Raths-Concluſorum VIII. Tomi 1726. ad 1732. 8.* & V. C. IOA. STEPHANI PÜTTERI *Conſpectus rei Iudiciariæ Imperii, ſigillatim Iurium & Praxeos ſupremorum Imperii Tribunalium, Gottingæ 1748. 4.* Eiusdemque *Continuatio Gottingae 1749. 4.* nec non EIVS. *Verſuch einiger Erlauterungen des Proceſſes beyder hœchſten Reichs-Gerichte 1751. 4.* & I. I. W. de N. NEVMANN de *W. Principia Proceſſus Iudicii imperialis Aulici hodierni cum Differentiis Proceſſus Cameralis*, additus: *Formular-Buch des heutigen Reichs-Proceſſes bey beyden hœchſten Reichs-Gerichten Francofurti 1747. 4.* In ſententiarum quoque quae in foris receptae, Deciſionibus eminent DAVIDIS MEVII *Deciſiones ſummi Tribunalis Wismarienſis*, & in Terris Saxonicis praecipue BENEDICTI CARPZOVII *Definitiones*, & MATTHIAE BERLICHII *Concluſiones*, qui Patres dici ſolent Practicorum.

Ius Criminale.

§. XVIII. In *Iure Criminali* compendium praebet PETRI MVLLERI *Iurisprudentia Criminalis, Ienae 1701. 4.* atque pleniora Compendia ENGAVIANVM ac BOEHMERIANVM quorum iam cum debita laude mentio facta, quibus addendum V. C. CHRISTI. FRID. GEORGII MEISTERI neruoſum *Compendium Iuris Criminalis, Gœttingae 1756. 8.* Plenius vero Syſtema eſt PETRI THEODORICI *Collegium Criminale*, ex editione

editione & cum adiunctis dissertationibus B. G. A. STRVVII *Ienae 1671. 4.* Addi potest IOANN. BAPTISTAE VVLPINII *succus ex operibus Farinacii, Lugduni 1687. f.* cum ipsa Opera Farinacii maioris sint molis, & quantum ad Criminalem Processum Saxonicum BENEDICTI CARPZOVII *Practica Criminalis, Wittebergae 1709. f.* hic enim Pater Criminalistarum vulgo habetur, licet multa proferat, quae hodie non amplius sunt in vsu. In ipso processu adhibendus BENED. CARPZOVII *Achts-Proceß,* & qui certa adhuc parte praeualet *Processus Criminalis Altenburgensis.* CHRISTIANVS IACOBVS HEIL *Iudicem & Defensorem in Processu Inquisitionis seu Tractatum Criminalem Theoretico-Practicum, Lipsiae 1738. & 1755. 4.* edidit, qui Liber hoc in argumento sane est egregius & in Praxi versaturis perutilis. De *Defensione* vero *Reorum* copiose commentatus TOBIAS GRANTZIVS, qui liber *Lipsiae 1702. 4.* & locupletior longe *Francofurti ac Lipsiae 1718. f.* prodiit, iis qui defensionem suscipiunt perutilis.

§. XIX. *Iuris Germanici* obseruationes petendae a Cultore Iuris ex duabus compendiariis expositionibus *Heineccian*a & *Engauiana*, de quibus supra Ad *Ius Cambiale* breuiter addiscendum optime inseruiunt IOA. GOTTLIEB HEINECCII *Elementa Iuris Cambialis* cura celeberrimi VHLII edita, quorum *Sexta Editio Francofurti & Lipsiae 1756. 8.* prodiit, cui additae ill. GEORG. HENRICI AYRERI de *Cambialis Instituti vestigiis apud Romanos* Diatribe; & Celeb. IOA. FRIDERICI EISENHARTI *Specimen Bibliothecae Iuris Cambialis.* Ad Ius *Prouinciale* & *Statutarium* cognoscendum vtiliter adhibetur *Repertorium Iuris priuati Germanici* ANONYMORVM, quod cum Praefatione Dn. IOANNIS AVGVSTI HELLFELDII *Ienae 1753. 55. 4. mai. duobus Tomis*, lucem vidit. Ius Germanicum.

§. XX. De *Iure Feudali* in manus sumendum primum *Corpus Iuris Feudalis Germanicum*, cura insigni perillustris CHRISTIANI HENRICI L. B. de SENCKENBERG *Franco-* Ius Feudale.

Francofurti ad M. 1740. 8. *mai.* euulgatum, in quo fontes vtriusque iuris patrii & Longobardici aperti, additis vtilibus aliis Iuris beneficiarii, cumprimis Germanici monimentis. Compendia vtiliora huius Iuris prudentiae supra recensita, inter Systemata multi vsus sunt GEORGII ADAMI STRVVII *Syntagma Iuris Feudalis,* quod cum Obseruationibus atque Decisionibus Feudalibus *Editione Vndecima,* laudatissimi CHRISTIANI HENRICI SENCKENBERGII *Francof.* 1737. 2. excusum, addito huius Prodromo Iuris Feudalis In hoc enim non solum diuersas Feudorum species videmus explicatas, sed etiam singulas quaestiones Feudales erudite decisas. Si quis tamen varias Feudistarum sententias quaerit, habet HENRICI A ROSENTHAL Tractatum de *Feudis, Herbornae* 1721. *f.* recusum qui operosus admodum in congerendis variorum opinionibus. Vel si breuius quid desideres, adhibeas CASPARIS HENRICI HORNII *Iurisprudentiam Feudalem Longobardo-Teutonicam, Wittebergae* 1705. 4. & ex *Secunda Editione, ibidem* 1719. 4. & cum Analectis Dn. CHRISTIANI HANACCII *ibid.* 1741. 4.

Ius Canonicum

§. XXI. In *Iure Canonico Pontificio & Ecclesiastico* praemittenda cognitio *Historiae Ecclesiasticae* ad quam comparandam optime inseruire Studioso Iuris possunt B. IOANNIS LAVRENTII MOSHEMII *Institutiones Historiae Christianae Antiquioris Helmstadii* 1737. 8. & *Recentioris ibid.* 1741. 8. editae & pragmatice eleganterque scriptae. Vtiliter coniungi potest Viri Celeberrimi CHRISTIANI WILHELMI FRANCISCI WALCHII *Entwurf einer vollstændigen Historie der Ræmischen Pæpste Gœttingen* 1756. 8. *mai.* nuper edita, addi possunt GERHARDI VON MASTRICHT *Historia Iuris Ecclesiastici, Duisburgi* edita 1676. 8. recusa curante CHRISTIANO THOMASIO, *Halae* 1705. *& ibidem* 1718. 8. in qua originem, seriem, & partes Iuris Canonici explicat & B. IOA. GEORGII PERTSCHII *Kurtze Historie des Canonischen und Kirchen-Rechts Leipz. und Breslau* 1753. 8. Inter ipsas vero Editiones

nes Corporis Iuris Canonici ea est emendatissima, quae cura PETRI & FRANC. PITHOEORVM primo *Parisiis 1667. f.* prodiit, post *Lipsiae* recusa *1705. f.* sed cum ista sumtuosi sit oris, in eius locum substitui potest ea quae *Coloniae Munat 1661. & 1735. 4.* prodiit. Praestantissima Editio est quam multo studio adornauit B. IVSTVS HENNINGIVS BOEHMERVS *Halae* 1747. 4. 2. *Tomis.* Inter Compendia Iuris Canonico-Ecclesiastici quondam multum aestimata VALERII ANDREAE, dicti a patria DESSELII *Erotemata* Iuris Canonici, quae cum Notis B. G. A. STRVVII *Ienae* 1706. 8. recusa, ipsas quaestiones Iuris Canonici, accurate explicat, quibus addi possunt perillustris LYNCKERI *Analecta* quibus praxin consistoriorum videmus expositam & IOAN. SCHILTERI *Institutiones Iuris Canonici*, quae Editione Sexta recusae *Ienae 1718.* 8. ad Antiquitates Ecclesiasticas & Historiam Conciliorum, quae fontes praebent Iuris Canonici, faciunt egregie, ita vt bina ista Compendia haut male combinentur. Iungi tamen hisce Institutionibus debent cum IVSTI HENNINGII BOEHMERI *Schilterus Suppletus & Continuatus, Halae 1712. 8.* tum CASPARIS HENRICI HORNII *Additamenta in has Institutiones, Wittebergae 1718. 8.* Hodie his merito praeferenda Compendia BOEHMERIANVM, PERTSCHIANVM, & B. ENGAVII, de quibus iam copiose. Magni in Iure Canonico-Pontificio nominis sunt IOANNIS PAVLI LANCELOTTI *Institutiones Iuris Canonici*, quas luculento Commentario illustrauit CASPAR ZIEGLERVS, *Wittebergae 1660. 4.* quo Ius Pontificium curate exponit naeuosque illius grauiter commonstrat. Inde CHRISTIANVS THOMASIVS has *Institutiones* cum *Notis Variorum*, potissimum autem Ziegleri, & suis edidit, iisque cum primis arcana Dominationis Papalis, Episcopalis, clericalis cordate aperuit *Halae 1716. 1717. 4.* Ex Pontificiis aestimandum maxime est LVDOVICI ENGELII *Collegium Iuris Canonici, Salisburgi* 1700. & 1712 4. recusum, quod in quaestionibus canonicis praecipuum est. Qui pleniores petunt Commentarios, habent

HENRICI

HENRICI PIRHINGI; & EMANVELIS GONZALEZ de TELLEZ, quorum ille ad decidendas quaestiones, hic ad capitulorum solidiorem explicationem plurimum conducit. In Iure Ecclesiastico, quod in Terris Protestantium praesertim a Iure Canonico bene distinguendum, eminet elegantissimum & doctissimum IVSTI HENNINGII BOEHMERI *Ius Ecclesiasticum Protestantium* ad seriem Decretalium expositum, post iteratas Editiones prodiit *Vol. I. Halae* 1738. 4. Alterum *Ibid.* 1732. 4. *Tom. III. Halae* 1736. 4. quod ad Lib. IV. Tit. VIII. *Tomus IV. ibid.* 1740. *Tomus V.* 1736. 4. adiectis Indicibus. Addi debet IOANNIS BRVNNEMANNI Tractatus de *Iure Ecclesiastico*, qui notis & supplementis adauctus a SAMVELE STRYKIO, *Francofurti & Lipsiae* 1709. & 1721. 4. ex *Editione Quinta* prodiit, cuius auctor pius atque cordatus communibus opinionibus non ita regitur, ac vulgo solet, sed Iura circa Sacra, & quae his adnexa, multosque rei Ecclesiasticae naeuos declarat egregie. BENEDICTI CARPZOVII *Iurisprudentia Ecclesiastica*, quae *Lipsiae* 1708. *f.* recusa, ea ex ratione addi meretur, quia in Consistoriis secundum eiusdem decisa pronuntiatur communiter. Editae ANDREAE BEYERI *Additiones ad hanc Iurisprudentiam*, *Dresdae* 1718. *f.* Nec incongruum erit, si in Matrimonialibus addere velimus HIERONYMI BRVCKNERI *Decisiones Iuris Matrimonialis controuersi*, *Francofurti* 1692. 4. & *Gothae* 1742. 4. editas, quibus multi casus rariores continentur.

Ius Publicum. §. XXII. In *Iure Publico* comparandi primum veniunt RECESSVS IMPERII, quorum accuratior optima & praestantissima est editio quae prouida cura perillustris L.B. de SENCKENBERG & aliorum doctissimorum Virorum *Francofurti ad Moenium* 1740. *f.* prodiit duobus Tomis. Incipientibus sufficere potest IOANNIS IACOBI SCHMAVSSENS *Corpus Iuris Publici Academicum*, *Lipsiae* 1722. 8. & auctius 1745. 8. *maiori* & ill. KAHLII. Inter Collectores Actorum publicorum, cum LONDORPII, THVCELII & LVNIGII

Acta


Acta nimis sint sumtuosa, commendamus præ ceteris ANTONII FABRI *Staats-Cantzley*, cuius iam CIX. Tomi extant, editi *ab a. 1697. seqq. 8.* ex quibus non solum stylum curiæ addiscimus, sed etiam quid circa controuersias hodie in Imperio obuias obuenerit. Addi possunt, quæ heic loci excusa *Electa Iuris Publici* Tomis XX. 8 Ill. IOA. IACOBI MOSERI *Reg. Germ. Imp. & Archiuum Politicum* aliæque Collectiones iam supra indicatæ. Quæ sane Collectiones sunt vtilissimæ. Inter Commentarios in *Auream Bullam* æstimamus, quantum ad Historiam, HENRICI GVNTHERI THVLEMARII, recusum *Frf. 1697. f.* quantum ad materias vero & controuersias illustres IOANN. PETRI de LVDEWIG *Vollständige Erlæuterung der güldenen Bulle*, cuius *Pars Prima*, *Francofurti & Lipsiæ 1716. 4. Altera, Ibidem 1719.* & *Francofurti 1752. 4.* edita est. Cum autem *Instrumentum Pacis Westphalicæ* potissimum sit fundamentum Iuris recentioris Publici, legendæ non solum studiose ipsæ *Pacis* huius *Tabulæ*, sed adhibendæ etiam HENRICI ab HENNIGES, *Meditationes ad Instrumentum Pacis Cæsareo - Suecicum, Speciminibus Decem*, ab *An. 1706 ad Annum 1712. 4.* editæ, atque ab auctore in rebus Imperii Germanici controuersiisque circa Pacem hanc versatissimo, ex actis & vsu expositæ. *Recessum Imperii Nouissimum*, tot Iustitiæ & Processus emendationes continentem, probe illustrat SEVERINI THEODORI NEVRODES *Verfassung des H. R Reichs in Staats- und Iustitz-Sachen, oder pragmatische Erlæuterung des iüngern Reichs Abschiedes, Iena 1752. 4.* Cum harum Legum Imperii lectione sedulo coniungendæ *Capitulationes Cæsareæ* cum primis CAROLI VI. Imperatoris Augustissimi, quæ ab ill. BERNHARDO Nobili Domino de ZECH Iuniore, accuratissime procurata & eximiis Actis Publicis illustrata, sub Elogio: *Gegenwärtiger Verfassung der Kayserlichen Regierung in Teutschland*, edita est *Lipsiæ 1713. 4.* Nouissimæ Capitulationis CAROLI VII. A. optima Editio est: *Ihro Ræmisch- Kay-*

ſerl. Maieſtæt Carls des Siebenden Wahl Capitulation mit Beylagen und Anmerckungen verſehen von IOHANN IACOB MOSER, *Franckfurt am M. Tom. I. 1742. 4. & Tomus II. ibid. 1742. 4.* quæ præſtantiſſimas obſeruationes ex Actis & Protocollis Electoralibus deſumptas, exhibet, & *Wahl-Capitulation I. R. K. Mai. Franz des Erſten mit Beylagen und Anmerckungen, Franckfurt am Main 1745. & 1747. 4. 2. Partes.* Inter præſtantiora *Compendia* referenda ill. IOA. IAC. MASCOVII *Principia Iuris Publici Imperii R. G. Lipſiæ 1738. 8.* B. BVRCARDI GOTTHELFII STRVVII *Iuris Publici prudentia* ex Editione Tertia *1740. 8.* B. DIETERICI HERMANNI KEMMERICHII *Introductio in Ius Publicum Imperii R. G. Witteborgæ 1721. 8.* auctior *Lipſiæ 1744.* & Dn. IOANNIS IACOBI MOSERI *Grund-Riß der heutigen Staats-Verfaſſung des Teutſchen Reichs*, ex Editione Septima & ex Capitulationibus Caroli VII. & Franciſci I. AA. ſuppleta, *Tübingen 1754. 8.* Illuſtrationis cauſſa addi poteſt IOANNIS FRIDERICI PFEFFINGERI, *Vitriarius illuſtratus, ſeu Inſtitutiones Iuris Publici Romano-Germanici*, ex *Editione Tertia, Tomus Primus, Gothæ*, ſine temporis adnotatione editus *4. Libri I. Titulos XV.* exhibet; *Tomus Secundus* itidem *Gothæ* editus ad Libri II. Tit. VI. pertingit & Indice eſt inſtructus. Tomus *Tertius Gothæ 1731. 4.* & *Tomus* denique *Quartus ibid. 1731. 4.* Coniungendum omnino quod multum ſubſidii adfert V. C. CHRISTIANI GOTTLIEB RICCII *Repertorium locupletiſſimum in I. F. Pfeffingeri Corpus Iuris Publici i. e. Vitriarium illuſtratum vniuerſum, Gothæ 1741. 4.* Hic enim pleraſque materias quæ ſuccincte tantum a Vitriario traduntur, magno labore ex Hiſtoriarum monimentis & Actis Publicis collegit vberius, ita, vt ſtudioſo Iuris & iis qui Librorum ſubſidiis non ſunt inſtructi inſtar Collectaneorum, aut Locorum communium eſſe poſſint. Qui ſcripta ex hiſtoriarum & actorum publicorum monimentis diligentiſſime conducta amant, addere poſſunt B.

BVR-

BVRCARDI GOTTHELFII STRVVII *Corpus Iuris Publici Imperii nostri Romano Germanici* editum *Ienæ 1738. 4. mai.* & qui bonis fortunæ instructi sunt illustris MOSERI *Teutsches Staats-Recht XXIII. Tomis* editum, euoluant. *Iungi* potest *Repertorium Iuris Publici & Feudalis* ANONYMORVM, cum Præfatione C. G. BVDERI, *Ienæ 1751. 4.* mai. duobus Tomis editum. His igitur subsidiis instructus quilibet, Deo auctore, felices faciet progressus, quos optamus omnibus, qui veram amant Iuris prudentiam.





INDEX I. AVTORVM.

ab

Bins-

Boni-

Clæ-

End-

F.

Frey

G.

Geb-

Gœsius

Henri-

a Loon

Man-

du

que

summi

du

Münch-

N.

ab

Pin-

Q.

R.

Rocha

Scac-

Sie-

Stil-

V.

V.

W.

Wag-

Z.

Zol-





INDEX II.

Rerum præcipuarum, de quibus ſcriptores recenſentur.

Ali-

B.

Excus-

G.

H.

Hydra-

K.

L.

Lega-

M.

Nouio-

T.

Tricu-

Bericht an den Buchbinder.

Weil der Bogen Iii doppelt ist, als Iii a und Iii b. als wird der Buchbinder sich in acht nehmen, daß die Bogen in ihrer Ordnung gebunden werden. Das leere Blatt wird abgeschnitten.



